MAGNA

BIBLIOTHECA

VETERVM PATRVM

Et antiquorum SCRIPTORVM *Ecclesiasticorum.*

PRIMO QVIDEM A MARGARINO DE LA BIGNE
EX ALMA SORBONÆ SCHOLA CELEBERRIMO THEOLOGO
Doctore Parisiensi composita,

POSTEA STVDIO DOCTISSIMORVM COLONIENSIVM Theologorum ac Professorum aucta:

NVNC VERO ADDITIONE DVCENTORVM
CIRCITER AVTHORVM, TAM GRÆCORVM QVI IN EDITIONE
Coloniensi, quam LATINORVM qui in Parisiensibus desiderabantur, locupletata,
Accuratissimè emendata, & in XVII. Tomos distributa:

Nec non perfectiori ordine disposita, materiarum enim, de quibus scripserunt authores, seriem complectitur, & Historicam methodum per singula secula quibus vixerunt, in indice Chronologico copiosissimo continet.

TOMI XV. PARS II.

Η ΣΟΦΙΑϹ ΠΗΓΗ



ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙϹΙ ΡΕΕΙ.

PARISIIS,
Sumptibus Ægidij Morelli Architypographi Regij.
M. DC. XXXXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



INDEX OPERVM

QVÆ IN HAC XV· MAGNÆ BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM TOMI SECVNDA PARTE CONTINENTVR.



GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS S. PRISCÆ CARDINALIS.

EPISTOLÆ, OPVSCVLA, SERMONES,

IAC. SIRMONDVS SOC. IESV Presb. nunc primùm in lucem eruit, ac Notis Epistolas illustrauit.

LECTORI.

GOFFRIDI Abbatis, quod iure mireris, neque apud illorum temporum historicos, neque apud eos, qui nostra vel auorum memoria illustrium Scriptorum indices texuerunt, vlla vsquam est mentio. Huic nos silentio vt aliqua ex parte mederemur, vitam breuiarium ex eius ipsius Epistolis collegimus: tum aliquot deinceps eiusdem aut de illo testimonia: indito etiam Francisci Torrensis nostri eloquij cuius diligentiæ πανοπλίαν Goffridi opera, quæ ceteros fugisse videbantur, minime latuerunt. In editione porro adornanda binis exemplaribus & antiquæ & probæ vtroque nota vsi sumus. Nam præter Cenomanicum, quod è S. Petri de Cultura Cœnobio nacti iam eramus, alterum nobis è Monasterio suo suppeditauit prolixa & singularis D. Michaelis Subleti Abbatis Vindocinensis humanitas. Cui quidem Opuscula duo, XIII. nempe, ac XVIII. debemus, quæ in altero desiderabantur. Epistolas ab Opusculis & Sermonibus seiunximus. Permixta enim & confusa in vtroque erant omnia. Sed in Epistolis, quia in codice Vindocinensi perpauca erant, Cenomanensem secuti sumus, ordine etiam intacto, nisi quod Epistolas aliquot, quæ extra ordinem, vtpote post primam, opinor, collectionem à Goffrido scripta, inter alios Tractatus & Sermones sparsa legebantur (quibus & asteriscos in Indice, vtriusque sint indicij, præfiximus) suis quasque locis ad ceteras adiecimus: totumque vtrarumque corpus leuandi fastidij gratia, in libros quinque partiti sumus: cum lectoribus plerumque idem quod iter facientibus euenire soleat; quibus, vt Numatianus ait,

Interualla viæ fessis præstare videtur,
Qui notat inscriptus millia multa lapis.

A

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS VITA.

GOFFRIDO patria fuit in Andegauis: genus clarum in primis ac nobile: quod indicat eius Epistola II. & aliæ, in quibus Rainaldum Credonis dominum, & Mauricium eius filium consanguineos suos vocat. Educatus à Guarnerio Archidiacono Andegauensi, magistroque vsus Guillelmo, ad quem libro 4 scribit, prima ætate inter monachos Vindocinensis Monasterij, quod Goffridus Martellus Comes paucis antè annis in Carnutum finibus fundauerat, nomen dedit. Nec multo post, nouitius adhuc & iuuenis, ac diaconus tantum, Bernone mortuo, quintus eiusdem cœnobij Abbas renuntiatus est. Tum ab Iuone Carnotensi Episcopo inauguratus, Romamque ad Vrbanum II Guibertinæ factionis metu latitantem profectus, immortali Pontificem beneficio deuinxit, pecunia, vnde Lateranum, & turrim Crescentiam redimeret, affatim collatâ. Quo nomine primus omnium pedē Vrbano in sede Pontificiâ cum Laterano restitutâ B osculatus est, à quo & presbyter factus, Ecclesiam etiam B. Priscæ, vnde vi à Guibertinis deiecti fuerant Vindocinenses, cum adnexa Cardinalis dignitate postliminio recepit. Reuersus in Gallias Salmurum ad Ligerim eodem ipso anno, qui fuit Christi M.XCIV. ab Hugone Legato ad Fulconis Rechini Comitis expiationem accitus est, tum sequenti C mox anno ad celeberrimum apud Aruernos concilium ab Vrbano vocatus interfuit: adfuturus etiam Lateranensi Paschalis II. & Romano item Callisti II. à quibus pariter euocabatur; nisi alterum iter breuitas temporis, alterum hyemis asperitas exclusisset. Vrbano sanè, quoad vixit, vnici filij instar charus fuit: quem etiam Vindocini, ac postea Paschalem vndenum dierum spatio hospitem habuit. Callisto autem veteri neceßitudine coniunctus, & quod vtriusque mutuæ Epistolæ ostendunt, intimus fuit. Quo præterea in numero apud Ludouicum VI. Regem Goffridi nomen fuerit, hinc declarat, quod à Rege delectus est inter arbitros controuersiæ, quæ de Maioratu, & Senescalcia Franciæ ab

Andegauorum Comite mouebatur. Monasterium summa cura & vigilantia rexit: ita vt nullum illo tota Gallia, quod non vno loco prædicat, ea ætate ordinatius haberetur: & quanquam nonnullis asperior videbatur; ipse tamen se ad indulgentiam natura proniorem fuisse scribit. Prouentus verò atque opes externas sic amplificauit, vt monasterium duplex quàm acceperat, locupletius, copiosiusque reliquerit. Sed multæ illi, vt mos est, dum antiqua illius iura & possessiones tuetur, cum vicinis Episcopis, Abbatibus, & Principibus viris subeundæ molestiæ & contentiones fuerunt. Ingenio fuit acri & viuido; quod in sacris præcipuè literis, Canonibusque exercitatum omnia passim opera cum singulari eius pietate testantur: libertatem vel vnica ad Paschalem de inuestituris ab eo concessis Epistola: fidem ac studium erga sedem Apostolicam, cuius speciatim filij sunt Abbates Vindocinenses, tum impensæ, quas pro ea maximas fecit, tum susceptorum itinerum labores, in quibus Alpes pro ecclesiæ Romanæ vtilitate duodecies transcendit, ter etiam ab eius aduersariis captus est. De obitu nihil compertum, ad extrema Honorij II. tempora peruenisse, Honorij ipsius ad Goffridum litteræ, anno M.C.XXIX. scriptæ fidem faciunt.

VETERVM ALIQVOT EIVSdem ætatis scriptorum, & Neotericorum duorum de Goffrido Abbate Vindoc. testimonia.

I.

HVGONIS ARCHIEPISCOPI LVGdunensis sedis Apostol. Legati litteræ de Fulconis Rechini Comitis absolutione, cui Goffridus interfuit.



Vgo Lugdunensis Archiepiscopus Apostolicæ Sedis Legatus, dilectissimis in Christo fratribus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus salutem. Communi Orthodoxorum omnium notitiæ tradere dignum iudicauimus, qualiter ex præcepto Domini nostri Papæ Vrbani pro causa Fulconis Andegauensium Comitis vsque ad fines Andegauorum veniendi obedientiam suscepimus, vt cum a vinculo anathematis, quo diutino tempore innodatus erat pro captione fratris sui Gauffridi, quem in bello publico ceperat, absolueremus: cùm tamen ipse Comes rationem reddere, aut satisfacere, aut iudicium subire non subterfugeret, immo semper paratus esset & vt virorum probabilium Clericorum & laicorum relatione cognouimus, præfatus frater eius, tempore quo captus fuit, à Stephano Cardinale Romanæ sedis Legato pro multimoda iniuria, quam inferebat Turonensi Ecclesiæ, & Abbati S. Martini maioris Monasterij, excommunicatus erat, & Fulconi huic principatus Andegauensis Comitatus ab ipso Legato ex parte Sancti Petri donatus erat, quem quidem & ab auunculo suo Gauffrido concessum fuisse, virorum probabilium de nobilibus suis veraci cognouimus relatione. Nos igitur hac suscepta legatione, vt vigor Apostolicæ obedientiæ maiori à nobis tractaretur auctoritate, venerabilem fratrem nostrum Bituricensem Archiepiscopum executionis huius adhibuimus socium, & sic simul positi fratrem Comitis, quem captum audiebamus, consultò adiuimus. Quem ita desipientem inuenimus, vt ferebatur ab omnibus, vt prorsus inutile & vanum videre ut regendæ ei patriæ committere principatum, qui sibi & omnibus stultitia sua factus fuisset inutilis: vsque adeò, vt nec per manus nostras à captione vellet eripi. Venimus itaque ad Cœnobium Sancti Florentij, & in die Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, virorum religiosorum Episcoporum & Abbatum, qui inuitati aduenerant, Fulconem Comitem paratum satisfacere, aut rationem reddere vnanimi omnium voto & laude absoluimus: acceptis ab eo securitatibus, vt si frater eius melioritatem sensus reciperet, ex præcepto Domini nostri Papæ, vel nostro, aut concordiam faceret cum eo, aut iudicium subire paratus esset: nec vxorem duceret, de quarum numerositate culpabatur, absque nostro consilio; cuius rei gestæ seriem vobis pandere iudicamus. Religiosorum autem, qui adfuerunt, nomina hæc sunt. Aldebertus venerabilis Bituricensium Archiepiscopus. Houeldus Cenomanensis Episcopus, Guillelmus Abbas S. Florentij. Bernard. Abbas maioris Monasterij. Bernardus Abbas SS. Sergij & Bacchi. Girardus Abbas S. Albini. Nualdus Abbas S. Nicolai. Baldricus Abbas Borguliensis. Gauffridus Abbas Vindocinensis. Actum est anno ab incarnatione Domini M.XCIV. apud Abbatiam Sancti Florentij, die festo sancti Ioannis Baptistæ.

II.

IVONIS Episcopi Carnotensis Epist. XLI. ad Goffridum.

IVo humilis Ecclesiæ Carnotensis minister Gauffrido Vindocinensis monasterii Abbati cum dilectione salutem. *Item Epistola LVII. XCII. CLXIII. & C.XCV.*

III.

HVGONIS de Cleeriis militis Andeg. in Commentario de maioratu & Senescalcia Franciæ.

REx Ludouicus requisiuit Fulconem Comitem, vt de guerra ista eum iuuaret. Comes verò respondit, quòd nullo modo ei seruire debebat. Eum namque ex maioratu & Senescalcia exhæreditabat. Tunc Rex Ludouicus per Amalricum de Montefortis auunculum Fulconis Comitis, & per Gauffridum Abbatem Vindocinensem, & Radulphum de Balgentiaco mandauit Comiti, de omnibus istis & maioribus aliis istorum consilio se versus Comitem emendaturum.

II.

CALLISTI II. Papæ Epistola ad Goffridum Abbatem Vindoc.

CAllistus Episcopus seruus seruorum Dei dilectissimo in Christo filio suo Gauffrido Vindocinensi Abbati salutem & Apostolicam benedictionem. Et tuæ in Romanam Ecclesiam deuotionis sinceritas, & nostra in inuicem assidua familiaritas nos hortantur, vt visitare te frequentius Apostolicæ benedictionis literis debeamus. Visitamus ergo, & te sicut fratrem in Christo charissimum amplioris dilectionis brachiis amplectentes, diligere, & de familiari familiariorem, & ex caro cariorem habere deinceps praoptamus. Personam tuam honorare, & Ecclesiam tuam iuuare cupimus & fouere. Sanè fratres tuos per te in Domino salutamus, & eis omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri &

Pauli

Pauli benedictionem impendimus Quicquid verò A dignitatis, libertatis, seu immunitatis ab Apostolica sede tibi, tuóque Monasterio concessum est, nos quoque ratum & integrum perpetuò manere censemus. Datum Romæ VIII. Idus Aprilis.

V.

FRANCISCI TORRENSIS in Antapologetico pro Residentia Pastorum.

Dicere autem plebem aliquando elegisse Episcopos, aut posse modò, ad heresim de inuestitura Ecclesiastica à laicis accepta pertinere potest, quam Romana Synodus Gregorio VII. Pontifice damnauit, & hoc nomine affecit, vt etiam Goffridus B Vindocinensis Abbas vetus autor, & valde in scripturis sanctis eruditus in libro de ordinatione Episcop. & inuestitura laicorum ad Petrum cognomento Leonem Ecclesiæ Romanæ Cardinalem scripsit, & in Epistola VII. ad Paschalem Pontificem de pacto inito cum Rege Teutonico.

EX BELLARMINO DE SCRIPTORIBVS Ecclesiast.

Goffridus Abbas Vindocinensis, & Cardinalis tit. S. Priscę ab Vrbano II. creatus, vixit vsque ad extrema tempora Innocentij secundi, vt constat ex Epistola Innocentij ad ipsum. Scripsit *Epistolarum libros quinque, Opuscula quindecim, & sermones duodecim*: quæ omnia extant excusa opera Iacobi Sirmondi, è Societate Iesu.

INDEX
OPERVM GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS.

EPISTOLARVM LIBRI V.

SERMONES.

INDEX
EORVM AD QVOS IN
Epistolis scribit Goffridus.

Richardo

GOFFRIDI
ABBATIS VINDOCINENSIS
S. PRISCÆ CARDINALIS
EPISTOLARVM LIBER I.

EPISTOLA PRIMA.

Domino charissimo ac venerabili Papæ Vrbano Goffridus suus reuerentiam cum pura dilectionis obsequio.

C



SAnctitatem vestram visitare cupiẽs Romam venire disposueram: sed quæ adhuc valde me cruciat febris quartana, detinuit inuitum. Et quia velle adiacet mihi, si quando Deus posse donauerit, venire vsq. ad vos non pigritabor, beata visione vestra satiari non mediocriter optans. Interim, Pater dulcissime, apud pietatem vestram obtineat seruus vester litteris vestris benedici pariter & salutari. Santonensi Episcopo, humiliter quęso, præcipiatis, ne Eblonem, qui vobis semper inobediens extitit, aliqua occasione absoluat, nisi prius nobis satisfecerit de inuasione terrę nostrę, & de redditibus, quos per quatuor annos iniustè habuit. Præsentium litterarum portitorem virum religiosum, amatorem iustitiæ & veritatis, & vt videtur, per omnia zelum Dei habentem, bonitas vestra nullatenus dubitet. Hic est enim, qui in partibus nostris, quasi primus & maximus cum Propheta clamare nõ cessat: *Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* Pater benigne, nuper Canones relegens, quandam sententiam inueni, quæ Paschali Papæ inscribitur, vbi neophytum factum Episcopum, hæreticum vocat: & sicut Simoniacum, ita & neophytum à sancta Ecclesia debere separari docet & præcipit. Hæc autem sententia vtrum inter Canonicas recipi debeat, satis nõ video. Sed quod minus inde percipio, paternitate vestra edocẽte, scire desidero. Valeat maiestas vestra.

Psal. 93.

D

E

EPISTOLA II.

Dilectissimo Domino ac venerabili Papæ Paschali Goffridus per omnia suus cum dilectione debitam seruitutem.

AD vos venire, optime Pater, paraueram quod quanto desiderio explere cupiebam, si etiã lingua mea sileret, testis est mihi paratus ipse quem feceram. Sed dum prompta voluntas veniendi affuit,

A inopinata necessitas non defuit, quæ meæ voluntati penitus obstitit. Sunt enim in partib. nostris quidam satis nobiles genere, sed multum ignobiles actione: mihi quidem carne propinqui, at moribus & vita lõginqui. Hi de rebus monasterij, cuius, licet indignus, curam gerere videor, peruersas quasdam exactiones siue cõsuetudines extorquere laborant, quas prædecessores eorum longe ante per violentiam rebus ipsis impresserant. Quos cùm per Ecclesiasticam censurã à sua impietate reuocare minimè potuissem, cœpi laborare, si quo modo flecti potuissent per Principis potestatem: cuius videlicet antecessores monasteriũ fundauerunt, & beato Petro in patrimonium & alodium proprium, cum rebus ad ipsum pertinentibus B obtulerunt. In his itaque valde suspensus detineor: sed mox vt veritas, pro qua laboro, per gratiam suam ab hac suspensione me liberatum habuerit, sanctitatem vestram, prout dignum est, visitare non pigritabor. Interim tamen, piissime Pater, apud paternitatẽ vestram obtineat seruus vester litterarum vestrarum visione salutari pariter & lætari: quarum auctoritate tyrannorum inhumanitatem, immo bestialem sæuitiam refrænemus, quam vix, aut nunquam aliter refrænare poterimus.

EPISTOLA III.

Dilectissimo ac venerabili patri suo Paschali Papæ Goffridus Vindocinensis cœnobij minister indignus, debitam cum dilectione obedientiam.

ALodium beati Petri, Vindocinense videlicet monasterium, cuius gubernandis rebus humilitas nostra præesse dignoscitur, in hoc mundo, quasi in maris medio, graui nimis tempestate perurgetur. Non quidem iam, vt assolet, sæculari violentia deuastatur; sed læsionibus pariter & iniuria Pontificum, qui Ecclesiæ defensores esse debuerant, assiduè molestatur. Ipsi namq; nobis mala faciũt, & quæ ab aliis illata fuerint satis libenter consentiunt. In Cenomanensi itaque Episcopatu Vindocinensis Comitissa, ob scelera sua de Comitatu eiecta, Ecclesiam quandam nobis aufert, & alia multa. Episcopus videt; & multam rapinam patitur: sæpe quæsita iustitiæ iura non exercet. Ipse etiam quendam monachum nostrum D fugitiuum, cæmentarium quidem, non tamen habẽtem caritatis cæmentum, quo viuo lapidi Christo iungatur, nobis reclamantibus, ob vtilitatem suæ artis secum detinet. Ibi ipso sciente, contra propositum monachi carnibus vescitur, & omnino regulæ sanctæ contrarius, perniciem animæ suæ cum corporis turpitudine operatur. In Episcopatu Andegauensi quãdam ecclesiam in vna parochiarum nostrarum, nobis contradicentibus, scimus esse plantatam: non quam pater cælestis plantauit, sed quàm ibi laicus quidam temeraria potentia impressit. Cuius actionis Episcopum sentimus assertorẽ, quem tãtę iniuriæ vindicem habere debuimus, & correctorẽ. Episcopus verò Sãtonensis, quod monasteriũ nostrũ per triginta & eo amplius annos absq. omni reclamatione possederat, E nobis absentib. immo nescientib. quibusdam æmulis nostris vt acciperent licentiam dedit. nos deniq; vestræ sanctæ paternitatis audientiam appellãtes audiuit. Sed apud vos, Pater, prosit, quod apud illũ penitus obfuit. Quoniã vos diu est, amãtissime Domine, non visitauimus, suppliciter & obnixe precamur, ne ob hoc seruis suis misericors vestra sublimitas indignetur. Non enim alia de causa distulimus, nisi quia eos, si nõ omnes, ex ipsis aliquos, quib. iniuste premimur, in vestro iusto examine præsentes habere desideramus. Vnde vestrę sanctitati toto corde, tota anima, tota virtute supplicamus, quatenus viscera Apostolicæ pietatis, quæ oppressis omnibus succurrere consueuit, iuxta desiderium nostrũ sentiamus: vt vel

sic sæuire desinat tempestas quam patimur, & quod decet monachos, optata quiete perfruamur.

EPISTOLA IV.

Beatissimo Papæ Paschali, charissimo Domino suo, & Patri, omnis congregatio Vindocinensis monasterij, eorumque indignus pater Goffridus, debitam cum filiali timore subiectionem & obedientiam.

INiuriis & persecutionibus, quas Carnotensis Episcopus nobis suscitauit, & suscitari fecit, valde fatigati, ad sinum matris nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, manu llam iustitiæ sitientes confugimus; pro cuius amore ac fidelitate multimodas Episcopi infestationes diu portauimus. Ad Romanam itaque cō- B fugimus Ecclesiam: cuius sub alas maternitatis dum congregari & foueri, prout iustum est, desideramus; nos disgregare, & tribulationum funibus alligatos inde abstrahere molitur prędictus Episcopus: & contemptis sanctæ Catholicę & Apostolicæ sedis priuilegiis, quos ab initio nostræ creationis, mater omniū ecclesiarum Romana Ecclesia, proprios & speciales filios habuit, atque lacte suæ dilectionis nutriuit, qua sibi vindicare non valet, execrandis vexationib. conatur extinguere. Vnde optime & honestissimæ vitæ Pater, vestram pietatem humiliter imploramus, quatenus educto de vagina beati Petri gladio Episcopus, & qui sibi in iniuriis nostris obtemperauerūt, sic corrigantur, vt ceteri timeant, & à nostra persecutione retrahant manus, & sub præsidio Apostolicæ C virtutis, quæ monachos decet, quietem habere valeamus. Mementote, dilectissime Pater, venerabilium prædecessorum vestrorum, qui vos ad æthereas mansiones præcesserunt: quorum sancta astutia, licet in multis diuisa minor esset in singulis; in causis tamen monasterij nostri, patrimonij scilicet beati Petri, se totam, prout videbatur, colligebat. Illi quidem, sicut eorum honorabiles epistolę, quas tanquā reliquias reseruamus, veraciter testificantur, benefactoribus nostris multiplices gratias referebant: & eos qui nos impugnabant, seuerissima inuectione arguebant. Illis temporibus pacem habuimus & quietem: & militare Deo licuit, non implicati mundiali negotio. Nam si quis nos molestare cogitabat, ibi moriebatur vbi orta erat iniqua cogitatio. Nunc autem tri- D bulationibus atterimur, fatigamur iniuriis, vexationibus, & maximè Carnotensis Episcopi, laboramus. Ac de vestra bonitate, clementissime Pater, & æquitatis integritate omnino confidentes, ab his omnibus liberari nos credimus. Grauamina, quibus à memorato Episcopo premimur, & sub quanto illius onere gemimus, propter nimiam morositatem tacuimus: & domni Abbatis lingua melius omnia loquetur, quam indicare possit Epistola.

EPISTOLA V.

Gloriosæ ac venerabilis vitæ Patri & Domino, Paschali sanctæ & Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Pontifici, frater Goffridus peccator dictus Abbas Vindocinensis, E *quod patri filius, & Domino seruus.*

LItteras sanctitatis vestræ cum gaudio & reuerentia, qua debuimus, suscepimus, eisque debitam obedientiam, prout dignum erat, exhibere voluimus: & quicquid a beatitudine vestra nobis in litteris præceptum fuerat, completum vtique fuisset, si in obedientia Archembaldi, dicti Abbatis sancti Albini, & quorundam monachorum sibi fauentium non obstitisset. Sanctum quidem & iustum vestrum mandatum fuerat: sed qui iustitiam & sanctitatem minus diligunt, ex omnibus quæ præcepistis, nihil A omnino fecerunt. Hinc igitur vestræ discretioni incumbit, quod inobedienter actum est corrigere; vt vel sic vniuersi cognoscant, quam graue sit Apostolica præcepta contemnere. Vtile est enim, immo necessarium, ne hæc tanta pręsumptio monachorum inulta remaneat: ne forte de monachis sumpta occasione in gradu altiori pestis inobedientiæ caput erigere præsumat. Hoc in anno, dilectissime Pater, ad vos venire desiderio desideraui: sed infirmitate & multiplici monasterij nostri necessitate detentus venire non potui. Sed Deo volente, quam citius potero, ad vos veniam, beatam faciem vestram visurus; & beatæ Priscæ ecclesiam, vel de Ecclesia iustitiam, si bonitati vestræ non displicet, quod minimè displicere debet, recepturus.

EPISTOLA VI.

Beatissimo Papæ Paschali, charissimo Domino & Patri, frater Goffridus, S. Romanæ sedis humilis seruus, debitam cum dilectione obedientiam.

DOmnum Paganum beati Albini electum, quem mihi minimo seruorum vestrorum, vestræ auctoritatis decreto commendastis, scitote veraciter multa grauamina passum. Prius quidem, electio sua sine iudicio & audientia ei ablata est. Postea per inuidiam in locum, quem per electionem fratrum suorum obtinuerat, Archembaldus subrogatus est. Qui me præsente in capitulo suo inter manus Andegauensis episcopi, cum regula S. Benedicti abbatiam C penitus antè dimiserat: quia, sicut ipsemet & omnis congregatio cum eo publicè confitebatur, præ animi & corporis infirmitate tantum onus ferre non poterat. Paganus verò eum se nec auditum, nec vocatum quasi damnatum conspiceret, ne per hanc, quam immerito patiebatur repulsam, infamia postmodum notaretur, me audiente domnum episcopum Andegauensem, & domnum Engolismensem legatum vestrum conuenit: iustitiam & audientiam ab eis quæsiuit; sed sicut vtraque quæsita est, vtraque ab vtroque negata fuit. Salomon tamen rex, & Euangelicus Iudex nec sic egerunt, nec sic agere iudices Ecclesiæ docuerunt. Quorum vnus meretrices litigantes audire minimè contempsit: sed earum causas di- 3 Reg. Ioan. 8. ligenter discutiens prudenter terminauit. Alter verò D in adulterio deprehensam & apud se accusatam sapienter & misericorditer liberauit. His quæ supra diximus, & aliis grauaminibus prædictus frater vehementer oppressus, Sanctam Apostolicam sedem, quæ matris pietate oppressis omnibus subuenire cōsueuit, appellauit: & ad eam, sicut ad matrem filius, consilium & auxilium petiturus confugit. Sed nec sua electio, nec sanctę Sedis appellatio, quæ quondam prodesse solebat, adhuc sibi prodesse potuit. Et quia matris iniuriam silere non conuenit filio, sanctæ matris Romanę Ecclesiæ iniuriam, cuius filius ego sum, licet indignus, occultare nec possum, nec debeo. Archembaldus & monachi qui sustinent partes eius, omnia quæ de Pagano eis præcepit Ro- E mana Ecclesia ita contempserunt, quod ex omnibus omnino nihil fecerunt. Huic tamen vniuersali omnium Christianorum matri obedire est vtile, & honorificū, & non obedire criminosum. Hęc obediētib. dilectionem seruare semper studuit, & inobedientibus reddere vltionem. Vnde, præcordialissime Pater, paternæ pietatis viscera qualiscumque filius vester humiliter precatur: quatenus in matre nostra Romana Ecclesia sic & iustitiæ status vigeat & dilectionis affectus; ne pauper innocens opprimatur, nec superbus diues qualibet occasione glorietur. Quod si violentia Teutonici Regis aliquid æquitatis minus à vobis extorsit, & timor mortis filiorum vestrorum

ad

ad hoc carnem vestram, noo aoimam, inclinaoit: quanto mious iustitiæ in boc actu dignoscitur, tanto in causis aliis amplius peragatur. Pater io Christo charissime, non vos vltra modum afficiat, si qua fuit sinistra operatio: non perturbet oculum mentis vestræ regis exactio: sed quanto fortius potestis, iura iustitiæ in rebus aliis teneatis oune ex deliberatione: vt quod regi fecit vestra bumanitas, fecisse credatur pro vita filiorum paterna compassione.

EPISTOLA VII.

Beatissimo Papæ Paschali, charissimo Domino & Patri, frater Goffredus Apostolicæ sedis seruorum minimus, eam, quæ secundum Deum est, obedientiam.

OPtimè nostis, Pater optime, nauim Petri Petrum simul & Iudam habuisse, & sicut beatus Ambrosius dicit, quamdiu io ea Iudas fuit, semper passa est tempestatem: sed illo filio perditionis foras expulso, tranquillitatem habuit & quietem. Iudæ siquidem peruersitas exigebat, vt naui, quæ vtrumque, Petrum scilicet & ipsum vehebat, suscitaret tempestatem: sed fides & pietas beati Petri apud Domioum obtinebat, ne collisionem incurreret vel submersionem. Et quia nostris temporibus alter Iudas, parturiente diabolo, cootra sanctam Ecclesiam natus agnoscitur, qui Catholicam fidem, libertatem, & beatam eius castitatem modis omnibus detestanda præsumptione sibi auferre conatur: valdè necesse est, vt nunc etiam fides beati Petri in sua speciali sede, quæ numquam errare consueuit, tantum vigeat: quatenus in primis suæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & à collisiooe prouideat, & eam à submersione defeodat: ne fortè, quod absit, Satana triumphante, erroris fluctibus intolerabiliter oppressa succumbat; & sic credentium omnium multitudo Scyllam & Charybdim cum illa patiatur, & pereat: & beatus Petrus sub vndis latere credatur, qui olim super vndas ambulabat. Firmiter credimus, nec erramus, Domioum nostrum duobus discipulis, Petro videlicet & Paulo, Ecclesiæ dedisse principatum. Petrum fidei Catholicæ principem fecit; Paulum doctrinæ. Quorum vnum elegit adhuc in terra corporaliter manens: alium verò in cælo iam residens. In terra quidem Petrum elegit, vt Ecclesiam suam eius fidei robore firmaret: Paulum postea de cælo, quatenus eius sancta doctrina fide firmatam Ecclesiam exornaret. Isti gloriosi triumphatores operibus veritati fidem seruantes non sanguini, maluerunt alter obedienter subire patibolum crucis, alter ensem suscipere diligenter submissa ceruice; vnde amplius lactis exiuit quam sanguinis: quam Ecclesiæ sibi commissæ virtutem fidei & libertatem, quam bonus eorum magister & Dominus fuso sanguine sui sacratissimi corporis comparauerat, paterentur auferri. Isti sanctæ memoriæ & venerabilis vitæ martyres suo capiti Christo fideliter inhærentes, quam veraciter eius membra fuerunt, mori potius pro illo, quam contra illum viuere eligentes, factis amplius quam verbis clamauerunt. Quorum victorioso sanguine laureata sancta Romana Ecclesia olim superatis hostib. triumphauit; quæ in suis doctoribus & mori pro Christo semper optauit, & sibi viuere recusauit. Hi sancti viri in ætbereis mansionibus cum suo Domioo iam exultant; vbi pro morte temporali beatam immortalitatem adepti, snos, sed non degeneres successores expectant. Quod si alicui eorum victoria non affuit passionis, oon illud timor negauit; oec tam passio defuit, quàm dies certaminis. Talibus patronis terra lætatur, cælum exultat: & quia felix eorum vita mortem meruit gloriosam; hinc sancta eorum solemnia plebs Christiana celebrando frequentat; & per supplicabiles ipsorum precesse tota deuotiooe suo creatori commendat. Horum itaque solemnia celabrate est vtile & religiosum: se piis eorum precibus commendare vtile pariter & necessarium. A quorum sorte beata qui in eorum sede residens & aliter agens se prius uit, factum suum ipse dissoluat, & velut alter Petrus lachrymando corrigat quod fecit. Si metu mortis turbauit ad horam carnis infirmitas, in corrigendis carnis operibus mentis integritas perseueret, & emendare noo erubescat, causans de carne, velit nolit, moritura, quod acquisita immortalitate vitare potuisset. Si verò timore mortis filiorum suorum potius quam sua, ea fecisse, vel facientibus assensum dedisse conuincitur, quæ Christus per semetipsum correxit, & beatus Petrus abominatus est, atque sacri Canones penitus execrantur; nullo velamine tegi potest vulous tam manifestum; quia Pater sic filius propitiare oon potuit, sed salutem impedire filiorum. Mortem siquidem, quæ fructum facit meliorem differre subito morituris, & in æternum victuris vitam à Deo paratam auferre, nulla nos docent exempla Sanctorum. Nam si Paulus ad horam vitauit mortem, io aliqoo fidem non læsit, neque deseruit veritatem: & se morti magis reseruasse creditur, quam subtraxisse, vt fructum deinceps faceret potiorem. Vnde nec iustitiæ, nec misericordiæ fuisse consilium veraciter agnoscitur, sed Satanæ incitamentum, eos subtraxisse morti, quæ diu deesse non potest mortalibus, qui cum vtilitate totius Ecclesiæ vitæ statim sociari potuissent æternæ O quam venerabilis, & quam pretiosa esset in conspectu Domini mors, immo vita illorum, quibus si pati pro fide datum fuisset desuper, vel in terra permissum, sancta Ecclesia hæretica prauitate superata, suo sponso, qui pro ea mortuus est, & resurrexit, vsque io finem sæculi fideles filios procreasset; nec frangi, nec flecti deinceps fides Catholica potuisset. Si obiicitur, quod inuiti forsitan paterentur, & idcirco eorum passio crederetur infructuosa, quod spootanea minimè videretur: & iterum, *Pœna martyrem non facit, sed causa*: causa vtique idonea, & multum idonea erat, quia causa fidei, qua melior oon poterat inueniri. Pro hac etiam, si aliter noo possent, contra suam voluotatem mori debuissent: quia nec sic martyrij palma fraudari potuissent. Innocentes etenim sancti, qui nec voce, nec voluntate martyrium quæsisse leguntur, quoniam pro Domino pertulerunt, corona martyrij non priuantur. Hos sancta Ecclesia non solum martyres esse, verom etiam martyrum flores confitetur. Vnde firmiter credendum est, & nullatenus dubitandum, quod supplicium mortis pro fide Christi homini collatum, etiam si pro carnis infirmitate noluerit, & tamen non negauerit, martyris vindicat nomen & præmium. Si autem adeo fuissent degeneres filij, quod à porta paradisi, cui non Teutonici regis impietate, sed qui benè malis vti consueuit, Domini pietate iam propinquauerant, retro pedem dare negando voluissent: constantia patris & ratio spiritus propitiare potius debuerat, quam carni, eosque in fide sancta exhortatione firmare: si necessitas iocumberet, primus pro veritate succumbere, & sicut beatus Sixtus beatum Laurentium ad vitam præueoit æternam, ita & ipse, eos præuenire: ne illorum imperfectione vniuersalis Ecclesia chartam fidei, castitatis, ac libertatis perderet, quam Saluator ore suo dictatam, & sigillatam in cruce, manibus propriis, Christianis omoibus tradidit in pignus & tenorem dilectionis. Et quoniam culpa hæc inexcusabilis nullatenus dubitatur, & excusando augeri potest, non minui; relicto errore scienter commisso sine dilatione corrigatur; ne mater oostra spiritualis, quæ quasi nouissimum spiritum trahit, omoino moriatur. Fide, castitate, ac libertate viuit, ac viget Ecclesia: quæ si oon habet;

Tt

languet, & separatur à vita. Nam fide fundatur, ornatur castitate, libertate regitor. Sed cùm laicam inuestituram, quæ secundum traditiones sanctorum Patrum hæresis comprobatur, non contradicit, sed præcipit; cum corrumpitur ipsa muneribus; cum sæculari potestati subiicitur; fides, castitas, & libertas ei simul aufertur; & quæ vitam non habet, nec immerito mortua creditur. Huius mortis auctorem vel nouissimum Ecclesiæ membrum credere, etiam si pastor videatur, errare est. Huic errori quicumque inhæserit, merebitur ab ipsa vitæ radice præcidi. Super his autem, si quis aliter senserit, non est Catholicus: manifestetur, & veritatis argumento probabitur esse hæreticus. Tolerandus quidem est pastor, vt Canones dicunt, pro reprobis moribus: si verò exorbitauerit à fide, iam non est pastor, sed aduersarius, à quolibet peccatore tantum Catholico detestandus. Licet enim secundum sanctorum decreta Romaoorum Pootificum, etiam meretrici communem Ecclesiæ fidem, quam suam credit & confitetur, defendere. Multo igitur amplius atque perfectius religiosum Catholicum decet hæreticam prauitatem impugnare: nec Christianæ legis veritatem, qui Christianus est, in tali negotio debet occultare. Sunt quidam Episcopi, quos nec clerus, nec populus elegit: sed eos tantum laica persona inuestiuit: ij contra Catholicorum statuta patrum, & maximè contra veridicam beati Gregorij septimi Papæ vocem, qui pro defensione huius fidei mortuus est in exilio, inuestituram palliantes, eam negarent hæresim esse, verbis ad seducendum compositis, si possent. Quorum fraterìs dolosis, viris fidei non appeditur: hos enim custodit Dei spiritus, quo reguntur. Fratres isti, vtinam si fieri posset, fratres Catholici, qui non à suo consecratore, sed contra claues Ecclesiæ, à laicis inuestituram susceperunt, vel suscipiunt, dum quemlibet auctorem huius criminis moliuntur defendere, sub illius defensione se, sed quasi productis vetendis, naribusque nudaris operiunt. Nam cum castitatem sponsæ Dei sepelire, & nimium sordida pollutione sepultos suscitare fallaciter conantur; se faciunt amplius manifestos; sed quia hæreticus hæretici testimonio in eo hæresis genere quo conueniunt, minimè damnatur, mirum non est, si tam nefanda loquuntur. In eum autem qui talia credit & profitetur, de pharetra veritatis Dauid rex & Propheta hoc modo iaculatur: *Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt viæ illius in omni tempore.* Et illud: *Verba oris eius iniquitas & dolus*: noluit intelligere, vt quæ sunt fidei, sequeretur. Qui talis est, præesse, non prodesse, & quæ sua sunt tantum quærere, non quæ Iesu Christi, desiderat: & quæ per quælibet deuia oues præcipitentur nullatenus curat. De quibus lac & lana sibi non sufficit; sed illarum denorat carnes & ossa corrodit. Se tamen æstimat pastorem ouium, cùm sit potius lupus earum. Ex merito lupus non pastor ouium creditur, qui eas non pascit, sed de ipsis pascitur. Hæc à nobis ideirco dicuntur, quia dum à Satana propheta corruptus agnoscitur, qui non solum verbo, sicut Balaam, sed etiam scripto, in Christiani populi necem, consilium pariter & assensum dedisse conuincitur; valde necesse est, vt cui residet, asina loquatur, & Prophetæ corripiat insipientiam, qui sacra diuinæ legis præcepta transgressus est, sacrilegi Regis secutus insaniam. Et quoniam Luciferum nostris temporibus è cælo lapsum indubitanter agnoscimus, non ei qualibet occasione illius impietatem dissimulantes inhæreamus, ne in puteum desperationis cum eo, quod Deus abnuat, corruamus. Si minus dixi quam debui, ignorantiæ deputetur: si amplius, quia de odio iniquitatis & æquitatis amore processit, ignoscatur.

Psalm. 9.

Num. 22.

EPISTOLA VIII.

Dilectissimo Patri & Domino Paschali Papæ venerabili, frater Goffridus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ seruorum minimus, debitam cum dilectione obedientiam.

PLacuit Sanctitati vestræ, Pater charissime, Abbatem beati Albini vocare, & vt in præsentia vestra vsque ad festiuitatem omnium Sanctorum mihi iustitiam exequeretur, decreto vestræ auctoritatis admonere. Quid ipse olim contra sedem Apostolicam fecerit, Beatitudo vestra melius nouit. Nunc autem vobis inobediens esse non audet: quoniam si ad istam vocationem vestram non veniret, Comes Andegauensis possessionem, quam Monachi beati Albini per subreptionem abstulerunt, monasterio nostro restitueret. Ego verò ad prædictum terminum ineuitabili monasterij nostri necessitate detentus, sicut prædicto Abbati ante dixi, venire non potero. Sed si Deus vitam & prosperitatem mihi concesserit, vsque ad festiuitatem sancti Clementis beatam faciem vestram visitabo, de Abbate, & de Monachis beati Albini iustitiam accepturus; & quia venerabilis memoriæ dominum Papam Vrbanum deceperunt, multis auctoritatibus, Sanctorum Romanorum Pontificum probaturus. Ipse postea Dominus Papa, visis priuilegiis nostris se fuisse deceptum asseruit, & auctoritate priuilegij sui, quod contra nos fecerat ita retractauit, quod Ecclesiam, de qua querela manet, & quicquid prædecessores sui monasterio nostro firmauerant, sine exceptione firmauit. Vnde, dilectissime Pater, discretam paternitatem vestram, non adoptiuus, sed proprius & specialis filius vester precatur humiliter, ne prosit illis qui de iustitia diffidunt, si aduentum præuenerint nostrum. Monasterium sancti Albini Romanæ Ecclesiæ numquam seruiuit, vel seruiet, nisi prolixa tantum necessitate. Monasterium verò nostrum ita beati Petri est proprium, quod ab ipsis fundatoribus suis alodium ei datum extitit, & patrimonium. Ab ipso nostræ congregationis initio prędecessores nostri sanctæ Romanæ Ecclesiæ optime seruierunt: & si gloriari oportet, immo quia gloriari oportet in Domino, nemo illorum melius, quàm ego. Vnde salua veritate profiteor, quod postquam Monasterium regendum suscepi, tredecim millia solidorum nostræ monetæ in Romanæ Ecclesiæ seruitium expendi: sola videlicet dilectione, non mea qualibet necessitate. Hæc autem dico, Deus scit, non fallaciter exprobrando; sed dilectionem nostram erga Romanam Ecclesiam veraciter approbando, vt qui Romanam Ecclesiam diligunt, & me diligant, & mecum contra meos aduersarios clypeum defensionis opponant. Inter cætera, quæ mea humilitas Romanæ Ecclesiæ in sua necessitate fecit seruitia, vnum, quia celeberrimum fuit, nec possum, nec debeo silere: quo audito, qui Catholicam fidem diligit, me numquam poterit non amare. Primo anno, quo, Deo volente, vel permittente, nomen Abbatis suscepi, audiui piæ recordationis Dominum Papam Vrbanum in domo Ioannis Frica-panem latitare, & contra Guibertistam hæresim viriliter laborare. Licet locus noster pauper esset, Romam tamen veni, illius persecutionum & laborum volens particeps fieri; & suam pro posse meo desiderans supplere inopiam: quod & Dei gratia feci. Mala quæ in itinere & in ciuitate passus sum, nostrorum per omnia, ne agnosceter, factus famulus famulorum, lõgum est enarrare. Quasi alter Nicodemus ad Dominũ Papam in domum prædicti Ioannis nocte veni: vbi eum pene omnibus temporalibus bonis nudatum, & alieno ære nimis oppressum inueni. Ibi per quadragesimam mansi cum illo: &, si fas est profiteri veritatem,

eius

eius onera in quorum potui, charitatis humeris supportaui. Quindecim verò diebus ante Pascha, Ferruchius, quem Lateranensis Palatij custodem Guitbertus fecerat, per internuntios locutus est cum Domino Papa, quærens ab eo pecuniam, & ipse redderet illi turrim & domum illam. Vnde Dominus Papa cum Episcopis & Cardinalibus, qui secum erant, locutus, ab ipsis pecuniam quæsiuit: sed modicum quid apud ipsos, quoniam persecutione & paupertate simul premebantur, inuenire potuit. Quem ego, cum non solum tristem, verum etiam præ nimia angustia lachrymantem conspexissem, cœpi & ipse flere, & flens accessi ad eum dicens, vt secure cum Ferruchio iniret pactum. Ibi aurum & argentum, nummos, mulas & equos expendi: & sic Lateranense habuimus, & intrauimus palatium. Vbi ego primus osculatus sum Domini Papæ pedem; in sede videlicet Apostolica, in qua longè ante Catholicus non sederat Papa.

EPISTOLA IX.

Beatissimo Papæ Paschali frater Goffridus, quod charissimo patri humilis filius & bono Domino fidelis seruus.

Litteras vestras, dilectissime Pater, triginta quinque diebus ante Concilium vidi: in quibus audiui quod noluissem, & quod audire peccando non merui. Peruenit enim ad aures vestras, nescio cuius relatione me persecutoribus Ecclesiæ, & Comiti Pictauiensium participare; quod Deus scit, numquam feci; nec paternitatem vestram optassem de me rem huiusmodi credidisse. Hæc namque seminauit inimicus homo, & fallaciæ spiritus erat in eo. Monasterium siquidem nostrum, quicquid melius habet, & vnde pene penitus viuimus, in terra Comitis Pictauiensis noscitur habere. Et ideo mutare non possum, quin aliquando cum eo loquar, sed testem animam meam inuoco Spiritum sanctum, hoc necessitate fit Monasterij nostri, non mea voluntate. Occasione quondam accepta, quia prædecessor noster non potuit ad eum venire, vel noluit, quamdam nobis abstulit obedientiam, quam me postea viginti quinque millia solidorum reducere oportuit. In quibus tamen me ab excommunicato debeo abstinere, si ei communicaui, vel quamdiu fuerit excommunicatus, communicauero, numquam mihi à Deo illius peccati fiat remissio. Hæc & si qualibet alia vobis de me dicta sunt amara, credite firmiter ea fallaciter & inuidiosè fuisse inuenta. Vnde si iustum est, competens terminus ponatur, & qui me sagittant in occulto, notificentur contra quos scilicet canonicè me præparare debeam, & de quibus forsitan aliquid dicam; & sine misericordia iudicemur. Veritatem, dulcissime Pater, attendite, non verborum relationem. Æmulantur enim me quidam, scilicet diaboli æmulatione. Quorum falsis detractionibus compellor palam profiteri veritatem, quam satis tacere voluissem. Nullus itaque veraciter dicet æmulorum, quod in tota Francia Monasterium sit ordinatum melius quam nostrum. Quod nostro tempore per Dei gratiam amplius creuit, quam prius deuotio fundatorum ei contulerit: licet numquam Ecclesiam, numquam alterius Ecclesiæ decimam, vel quamlibet possessionem Ecclesiasticam eo modo acquisierim, quo faciunt quidam. Tempore prædecessorum nostrorum Romana Ecclesia vel debitum censum, duodecim scilicet solidos per annum vix inde habere potuit; quod non propter iactantiam, sed propter gratiarum actionem dico; in seruitio Romanæ Ecclesiæ amplius quam duodecim millia solidorum nostra paupertas expendit. In spatio triginta quinque dierum, reuerendissime Domine, me præparare & ad vos venire non potui, corporis etiam pressus infirmitate. Iter nostrum quam citius potero, præparabo: &, si Deus mihi vitam & sanitatem donauerit, vos, sicut charissimum patrem, ad præsens videbo, vobis diligenter seruiturus, & beatæ Priscæ misericorditer recepturus Ecclesiam, vel de Ecclesia, si placet, iustitiam. Dignum satis & iustum esset, si discretioni vestræ videretur, vt quod sanctorum prædecessorum vestrorum, Alexandri secundi videlicet, & Gregorij septimi auctoritate nobis donatum est, & sub eorum anathemate firmatum, & postea pro fidelitate Romanæ Ecclesiæ à Guitberto hæretico ablatum extitit, à Romana Ecclesia nobis redderetur, quæ mala pro bonis reddere non consueuit. Hæc est enim retributio quam Deus non docuit, nec beatus Petrus agnouit. De Guitberto quidem me optime vindicaui: quia post beatæ memoriæ Papam Vrbanum, & præcipuum sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium, Petrum Leonis, ei abstuli Lateranense palatium. Valeat Dominus Papa & vigeat: & qui eum odit, vel decipit, conuincatur, ne pereat.

EPISTOLA X.

Dilectissimo Domino suo vniuersali Papæ Calixto, frater Goffridus suus quicquid est, quicquid potest, quicquid sapit, & habet.

In primis, dulcissime Pater, pro vniuersis beneficiis vestris multiplices grates & gratias agit benignæ paternitati vestræ humilis seruus vester. Mihi quidem seruo suo præcepit vestra dilectio, vt infra vel circa Abbatiam nostram expectarem, donec viderem nuntium vestrum, ad vos venire paratus, quia de charo chariorem, & de familiari familiariorem me facere disponebat vestra sancta & sincera intentio. Charissime Domine, obedientiæ vestræ seruaui mandatum: expectaui & adhuc expecto promissum. Quod si obliuione, vel aliqua necessitate extitit prolongatum; eo tamen fraudari qualibet occasione non potero. Sunt etenim tria maximè, quæ de gratuitæ bonitatis vestræ promissis me desperare nulla ratione permittant: nobilitas scilicet generis, veritas Apostolicæ dignitatis amica, & antiquæ vinculum dilectionis. Iubeat igitur bonus Dominus meus me venire ad se, quod suo seruo, licet indigno, promisit, & scripsit facturus. Ego autem, si ipse iusserit, quando & quomodo iusserit, sum ad eum venire paratus. Hæc humilitas mea, suo præcordialissimo Domino scripsit, & si quid minus scriptum est, cum præsens fuerit, non tacebit. Valeat benignissimus Dominus noster semper, & vigeat: & omnis eius inimicus, aut conuertatur, aut pereat.

EPISTOLA XI.

Dulcissimo patri suo, & charissimo Domino vniuersali Papæ Calixto, frater Goffridus, quod patri filius, quod Domino seruus.

Loquar ad Dominum meum, quamuis non sim omnino vilis seruus, sed tamen fidelis. Loquar ad patrem meum, quem toto corde, tota anima, tota virtute dilexi; & probatio meæ dilectionis fuit quondam exhibitio operis. Nihil aliud dicam, nisi quod diuina scriptura loqui me docuit. Apud Noe pium & iustum Patriarcham, ne Iaphet patris amator perdere, nec Cham patris derogator percipere patris benedictionem promeruit: maximè Cham ille, qui non solum patris pudenda detexit, verum etiam quæ in patre non erant, pudenda finxit, & publicauit. Vnde nullatenus dubito, immo fiducialiter credo, quod nec censura iustitiæ, nec iura naturæ, nec vinculum antiquæ dilectionis, nec veritas Apostolicæ dignitatis amica, me diutius fraudari patietur promissa mihi patris benedictione. Scit enim pius Pater, quid mihi liceat

indigno filio, promiserit; quid mihi postea litteris Apostolicæ veritatis significauerit. Faciat igitur Pater bonus; ne facies filij, qui patrem semper dilexit, de non completa patris promissione erubescat; ne ille qui iniquo odio semper habebit vtrumque, de contumelia patri irrogata se eius gratiam adeptum glorietur, & de filij repulsa ad gaudia. Ascendat in mentem piissimi Patris & Domini, & in memoria fiaum teneat, quantum illum, antequam nouissem, dilexi: quam deuotè ei, antequam charam eius faciem vidissem, seruiui. Ego sum, ego sum ille, qui Armannum Monachum missum ab eo ad Dominum Papam Vrbanum honorificè pro eius amore suscepi; & qui apud Dominum Papam, qui me quasi vnicum filium diligebat, pro causis ipsius diligenter peroraui, & totum eius compleui negotium; testis est mihi conscientia, sicut melius potui. Valeat Pater meus semper & vigeat: & omnis eius inimicus aut conuertatur, aut pereat.

EPISTOLA XII.

Dilectissimo Patri & Domino vniuersali Papæ Calixto, frater Goffridus suus quicquid est, quicquid potest, quicquid sapit & habet.

MIhi, dulcissime Pater, præcepit vestra dilectio, vt ad vos venirem, quia de caro cariorem, & do familiari familiariorem me facere, personam scilicet nostram honorare, & Ecclesiæ nostræ conferre vtilitatem disponebat vestra sancta & sincera intentio. Veniam certè, Deo auxiliante, ad Dominum meum, ei seruire paratos, & recepturus ab eo quod verbo & scripto mihi promisit, nec ero ingratus. Interim humiliter rogo pium patrem & Dominum, quatenus misso ad Carnotensem Episcopum suæ auctoritatis decreto, excommunicationem confirmet, quam Episcopus ipse, litteris Apostolicæ sedis coactus, in Ninelonem, & Archembaldum, qui plurima damna & multiplices iniurias Monasterio Vindocinensi, alodio beati Petri & eius patrimonio fecerunt, & adhuc facere non desistunt. Prædicto etiam Episcopo Apostolica sinceritas penitus interdicat, ne quicquam à nobis contra Romanæ Ecclesiæ priuilegia exigere præsumat. Dictum est mihi, quod Hugo præpositus Carnotensis Ecclesiæ ad vos venit, qui, sicut dicitur, sacrilego & excommunicato Niucloni communicat, & eum in rapina possessionum nostrarum manutenere conatur. Si vmquam benè aliquid promeruit de celsitudine vestra humilis seruus vester, pium erga me sentiat ille vestræ dilectionis affectum, nec verborum eius relationem suscipiatis; sed nostram potius expectate veritatem, quia me ad præsens, præuio Spiritu sancto, præsentem habebitis. Si quid minus dixit humilitas nostra, præsentium latoris lingua supplebit. Hoc intersigno præsentes litteras meas esse pater meus agnoscat, quod Armanno Monacho Romæ pro eius amore benè seruiuit: & cum apud Turonum nocte nudatus esset à furibus, non dimidiam vestem, vt B. Martinus, sed grisiam pelliciam atque varias pelles obtuli patri meo, quem nimia charitate semper dilexi & diligo. Valeat Dominus & pater meus, & vigeat: & omnis eius inimicus aut conuertatur, aut pereat.

EPISTOLA XIII.

Dilectissimo Patri & Domino vniuersali Papæ Calixto, frater Goffridus, quando patri filius, quod Domino seruus.

CLericus, quem ad vos misi, charissime Pater, octo diebus ante Pentecosten ad me rediit: qui ex parte bonitatis vestræ mihi nuntiauit, vt cum Comite Vindocinensi, qui iturus est Ierusalem, venirem Romam, beatæ Priscæ recepturus Ecclesiam. Vnde dulcissimæ paternitati vestræ quantas possum refero grates & gratias. Præsentium etenim bonorum exhibitio est quædam certitudo futurorum. Veniam itaque, Deo auxiliante, cum Comite illo, sicut præcepistis, & ante, si potero; & quot & quantos labores & timores, nostrarumque rerum distractiones, dilectissimum patrem & Dominum videre desiderans, anno præterito passus sum, in eius præsentia non tacebo. Confido, immo fiducialiter credo, quod humilis seruus & fidelis filius adhuc de bono Domino valdè lætabitur, de cuius benignitate etiam inimici quod desiderant adsequuntur. Nunc vtique venissem; sed societatem inuenire non potui securam, & mortiferos Italiæ calores timebam. Baiulare quidem crucem Christus iubet, non quærere sepulturam. Et quoniam B. Priscæ Ecclesiam non benè paratam satis agnoui, ad vos, dulcissime Pater, fratrem hunc præmittere dignum duxi: qui ibi nobis præparet, vbi aliquantulum honestè possimus conuersari. Veritatem, Pater optime, non verborum relationem attendite. Æmulantur nos multi, sed non Dei æmulatione: nullus tamen veraciter dicet æmulorum, quod à mari vsque ad mare monasterium melius ordinatum sit quam nostrum: quod nostro tempore per Dei gratiam amplius creuit, quam prius deuotio fundatorum ei contulerit. Numquam tamen Ecclesiam, vel quamlibet possessionem Ecclesiasticam quolibet ingenio comparaui, vel de manu laici accepi: quod vtinam nostro exemplo vitarent alij. Tempore prædecessorum nostrorum Romana Ecclesia, vel debitum censum, duodecim scilicet solidos, per annum vix inde habere potuit. Quod non propter iactantiam, sed propter gratiarum actionem dico, in seruitium Romanæ Ecclesiæ, non qualibet nostra necessitate, sed sola dilectione amplius quam duodecim millia solidorum ante vos, & in tempore vestro, quod valuit centum marcas argenti, nostra paupertas expendit. Hinc igitur mihi retribui desidero bona pro bonis: quam retributionem Christus beatum docuit Petrum: & B. Petrus post ipsum hanc tenendam docet & præcipit.

EPISTOLA XIV.

Dilectissimo Domino vniuersali Papæ Honorio, frater Goffridus, quando patri filius, quod Domino seruus.

MVlto desiderio desideraui venire ad vos, Pater optime, & in Ecclesia Romana non ad horam, sed ad moram manere decreueram: sed infirmitas corporis affectum quidem non mutauit, sed negauit effectum. Hanc vtique infirmitatem ex nimio labore & multiplici Romano itinere contraxi: &, quod non propter iactantiam dico, sed propter gratiarum actionem, propter vtilitatem Romanæ Ecclesiæ, pro qua ter captus sum, & ter quater transalpinaui. Pro cuius præterea seruitio, & maxima eius necessitate, tempore Guitberti corpus nostrum, & pene quidquid habui, expendi. Ego sum, ego sum ille, qui Romæ pane tribulationis cibatus, & aqua potatus angustiæ, cum honorabilis memoriæ Papa Vrbano, in domo Ioannis Frica-panem multos labores & timores diu passus sum: & quid ibi egerim pro fidelitate Romanæ Ecclesiæ, & quomodo omnia nostra vsque ad nouissimam equitaturam pro acquisitione Lateranensis palatij seminauerim, nouit Deus & B. Petrus, & nouerunt Romani illius temporis. Eo etiam tempore Romæ presbyter ordinatus, inuestituram de Ecclesia B. Priscæ per manum Domini Papæ Vrbani recepi, quam prædecessores nostri longè ante possederant: sed quia noluerunt obedire Guiberto, inde fuerant eiecti. Et quamuis ætas & infirmitas nostra

quietem potius deſiderent quam laborem, animo trabente ad vos, pie Pater, quam citius potero venire aggrediar, licet animus ipſe peregrinam non mediocriter timeat ſepulturam. Interim ad chariſſimum patrem mitto latorem præſentium aliqua noſtræ charitatis ſigna ferentem: cuius lingua ſupplebit, quod minus dixit Epiſtola. Valeat Dominus Papa ſemper & vigeat: & nos de ſua proſperitate & dilectione lætificet.

EPISTOLA XV.

Bono Domino & pio Patri vniuerſali Papæ Honorio, totus Vindocinenſis Conuentus, quod Patro filij, quod Domino ſerui.

SAluatoris ſequentes coosilium, ad ianuam veſtræ pietatis pulſaoous, & illius Euangelicæ mulieris exemplum imitaotes, poſt vos humiliter clamamus, de iniuriis & vexationibus Andegauenſis Epiſcopi conquereotes. Pater ſancte, ei quidem mandaſtis, vt pro reuerentia beati Petri & veſtra, Monaſterium noſtrum, quod ad Romanam præcipuè & ſingulariter ſpectat Eccleſiam, & res Monaſterij manuteneret, & nullis iniurus, ſiue moleſtus inquietari permitteret. Ipſe vero litteras veſtras, quæ Archiepiſcopo Turonenſi, & Cenomanenſi Epiſcopo, ſicut & ipſi, miſſæ fuerant, in præſentia Legati veſtri Engolismenſis Epiſcopi ſuſcepit: ſed nec tunc legere, nec nobis deinceps reddere dignatus eſt: & ſic aliis, quibus eas miſimus, poſtea oon potuimus oſtendere. Præterea aliorum iniurias non compeſcuit, ſed ex ſua parte exaggerauit, & exaggerat: & quos potuit raptores ſæculi verbo & exemplo incitauit Monaſterium noſtrum, Alodium Romanæ Eccleſiæ, pro cuius amore & timore ei honorem & reuerentiam olim Epiſcopi & Archiepiſcopi deferebant; Domine iſte de his quæ multo tempore tenuit, ſine iudicio & audientia exſpoliauit, & in propoſito exſpoliationis perſeuerat. Vnde non contra Suſannam teſtes ſumus: ſed de Domino Epiſcopo germana loquimur charitate, quæ & de amico, & de inimico nos dedocet loqui mendacium, & de vtroque edocet profiteri veritatem. Nos quidem, quoniam monaſticam profeſſionem retractare Philippicam in Pontificem minimè decet, non dicimus quod mentis tempeſtate nos perſequatur, ſiue mole ſuæ magnitudinis premat: ſed tamen quo ſanctitatis genere hoc faciat ignoramus, quod in veteri Teſtamento præceptum non legimus, nec in nouo promiſſum, & canonum regulis oon dubitatur eſſe contrarium. Humilitas vtique noſtra prædicto Epiſcopo in ſua neceſſitate diligenter ſeruiuit: ſed ſalua eius reuerentia dicimus, quod retribuit nobis mala pro bonis, retributionem quam Deus non nouit. Vnde, clementiſſime Pater & Domine, vobis toto corde ſupplicamus, vt de quibus ſine iudicio exſpoliati ſumus ab eo, oos inueſtiri faciatis. Quod ſi deinceps contra nos, qui ſpecialiter veſtri ſumus, cauſari voluerit; inter ipſum & nos, quoniam ad vos venire non poſſumus, iudicem, qui non ſit nobis ſuſpectus, conſtituite. Æmulantur enim nos quidam non bona æmulatione: & propter hoc maxime, quia ſub tutela & defenſione Apoſtolicæ ſedis poſiti ſumus. Dominus Abbas noſter ad vos venire deſiderans, vſque Vizeliacum profectus, ibi per aliquot dies remanſit, non modica infirmitate detentus. Valeat pius Pater, & bonus Dominus, & ſibi placeat, & faciat, vt quam prædeceſſorum ſuorum temporibus habuimus quietem, ſuo tempore habeamus.

EPISTOLA XVI.

Petro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Diacono, chariſſimo Domino & præcordiali amico, frater Goffridus eiuſdem Eccleſiæ ſeruorum minimus, quod habet, & poteſt, ſeipſum.

INfirmitatem veſtram audiuimus: quam & compaſſionis affectu, & totius animæ noſtræ viſceribus noſtram reputamus. Rogamus itaque, & rogando diſcretam dilectionem veſtram ſuppliciter admonemus, vt ſi oobis vel quibuſlibet rebus noſtris indigetis, ſignificare nullatenus erubeſcatis. Amicus enim erga amicum erubeſcere non debet, niſi tantum cùm illum offendit. Quibus licet ſit aliquando corporum diſſimilitudo, vna ſemper eſſe debet imago animorum. Præterea nuda, immo nulla eſt amicitia, quam mutua, & maximè in neceſſitate non probant obſequia. Valete, & quod placuerit, reſcribite.

EPISTOLA XVII.

Richardo beatæ vitæ Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis venerabili Legato, Goffridus eiuſdem ſedis ſeruorum minimus, dilectionem, & dilectionis ſeruitutem.

FRatre, quem ad vos cum litteris Domini Papæ miſimus, referente didicimus, Radulphum Turonenſem dictum Archiepiſcopum in præſentia veſtri de nobis verbis inhoneſtis fuiſſe conqueſtum. Quod ſi ita eſt, vehementer miramur, quia vnde de nobis iuſtè conqueri debeat ignoramus. Mirari autem nec poſſumus, nec debemus, ſi inhoneſtè loquitur, qui pene vniuerſo mundo clamante, ſed nullo adhuc vindicante, multa inhoneſta & peruerſa operatur. Veniat tamen, ſi placet veſtræ ſanctitati, vobiſcum Vindocinum, in alodium beati Petri, & Burgenſes, quorum mercede conducitur, ſecum adducat: & quaorum iuſtitia dictauerit, exequatur & accipiat.

EPISTOLA XVIII.

Canoni vitæ laudabilis Epiſcopo, ſanctæ Apoſtolicæ ſedis Legato, frater Goffridus eiuſdem ſedis alodiarius, & ſeruus, dilectionem & totius dilectionis ſeruitutem.

VIndocinenſe Monaſterium, alodium beati Petri & patrimonium, quid libertatis, vel immunitatis, ſeu dignitatis nunc vſque habuerit, & vſque in finem ſæculi, Deo patrocinante, habebit: beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritas ſancta per venerabiles eorum ſucceſſores eidem loco conceſſa vos melius docebit, & vobis, vt credimus, maiorem diligendi nos occaſionem præbebit. Nos enim non poteſt non diligere, niſi qui eorum irretractabilem auctoritatem non diligit. Quædam Eccleſiæ noſtræ priuilegia vobis idcirco miſimus tranſcripta; quia quam ſpeciali, immo quam ſingulari dignitate ſancta Catholica Romana Eccleſia locum noſtrum ab ipſo ſuæ creationis initio ſibi coniunxerit, bonitatem veſtram nolumus ignorare. Nam quicquid illa ſublimauit, & dilexit, vos omnino diligere credimus, & velle hooorare nullatenus dubitamus. Optimæ memoriæ Papa Vrbanus, & qui nunc eſt, Dominus Paſchalis Papa in Eccleſia noſtra, vbi ſuæ charitatis gratia per vndecim dies manſeruot, iſta & multa alia priuilegia noſtra viderunt, & ore proprio legerũt, & ſuæ auctoritatis decreto firmaueruot. Sancta itaque octo Catholicorum Romanorum Pontifi-

cum auctoritate, & confirmatione monasterium nostrum viguit, & quietum mansit, & nulli penitus personæ, nisi soli Papæ potestatem aliquam aut dominationem in eo exercere, vel eios rectores qualibat occasione sollicitare licuit. Et quidem satis iuste: quia ab ipso sui principio per venerabilas & raligiosos fundatores suos ab Apostolica seda hanc inuiolabilam dignitatem obtinuit. Hac tanta à successoribus B. Petri prædecessoribus nostris dignitate concessa, nullus eorum alicui concilio vnquam affuit, quod ab ipso summo Romano pontifice oon extitit celebratum. Illis tamen temporibus, Hildebrandus Archidiaconus Romanæ Ecclesiæ, deinceps Papa factus, Giraldus Ostiensis Episcopus, Stephanus, & Raimbaldus, atqua multi postea magnæ auctoritatis viri à latere B. Petri in legationem missi, ad has partes venerunt, & monasterium nostrum, & libertatem aius atque dignitatem dilexeruns, & illibatam omnino seruauerunt. Nos si quidam ad vos venita, quem carissimum Dominum & amicum eredimus, & vobis honorifice seruire desidarauimus, & desideramus: & desiderium nostrum diligenter compleretur, si necessitas corporis & quorundam peruersitas hominum pateretur. Sunt etenim in itinere quidam Ecclesiæ nostræ inimici: quorum iniurias, quia res B. Petri nobis commissas ais relinquere nolumus, vsque ad proprij corporis captionem iam sumus experti: qui nunc etiam nobis captionem solummodo non minantur, sed mortem: Viziliacensis Abbatis nostris obitum exprobrantes, quẽ sine vindicta capite dicunt fuisse truncatum. Vnde discretioni vestræ humiliter supplicamus, quatenus aut conductum nobis quæratis, aut locum significetis securum, vbi possimus vobis occurrere, & quædam ad vtilitatem Domini Papę vestræ dilectioni reuelare.

EPISTOLA XIX.

Carissimo Domino & præcordiali amico Girardo honorabili Engolismensi Episcopo, sanctæ Romanæ sedis Vicario, Goffridus eiusdem sedis alodiarius & seruus, dilectionem & dilectionis seruitutem.

PRessuras, quas monasterium nostrum, alodium B. Petri & eius patrimonium, patitur, vestræ sanctitati notificare curauimus; & vt eas vestras faciatis compassionis affectu, vos humiliter rogare præsumimus. Magna quidem est hæc, sed de magna vestra bonitate, præsumptio. Noueritis itaque, dilectissime Pater, Petrum de Montele aureo quoddam cæmeterium nostrum violenter infregisse: duasque villas nostras, rebus omnibus ablatis, pene penitus destruxisse. Mauricius iterum Rotuniardus vnam Ecclesiam & terram ad Ecclesiam nostram pertinentem iniustè possidet, quam nobis abstulit. Qua da re à Cenomanensi Episcopo, & ab Andegauensi sæpe admonitus, semper ablata reddere contemnit. Vnde da sinu matris nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, mamillam iustitiæ filiali dilectione requirentes, vestram bonitatem multum suppliciter precamur, quatanus prædictia Episcopis, misso ad eos vestræ auctoritatis decreto, præcipiatis, vt Vindocinense monasterium, B. Petri patrimonium, nullatenus à parrochianis suis vexari; vel rebus proprius exspoliari consentiant. Et quia venerabiles Romani Pontifices suorum inretractabili auctoritate priuilegiorum omnes persecutores nostros excommunicationis vinculis alligarunt: quandoquidem, quod ab illis ligatum est, ipsi soluere non possunt; tandiu Petrum & Mauricium, qui contra nos inique egerunt excommunicatos teneant, donec illa, quæ nobis iniuste abstulerunt, Canonica lege restituant.

EPISTOLA XX.

Girardo Normanno Engolismensi Episcopo sanctæ Romanæ sedis legato, frater Goffridus eiusdem sedis Catholicus seruus, discordias non seminare, nec cito credere mendacia proferenti.

MIror te, tantæ discretionis pontificem, contra me, licet absentem, ea publicè protulisse, quæ in cor tuum, quod armarium veritatis esse debuerat, & puritatis sigillum, nunquam debuissent venisse. Illa si quidem à te, vt arbitror, non fuerunt prius dicta: sed vndecumqua processissent, ea non dubito inuidiose, & malitiose fuisse inuenta: & sicut verum est, quod falsam beatitudinem Normannorum sequetur vera misaria: ita verom est, quod ista quæ contra me dicta sunt fuerant falsa. Non sum ego adeo perturbati cerebri, nec sanctarum inscius scripturarum, quod in eum qui soli cælo innocentiam debet, sine causa posuissem oa meum: in patrem videlicet spiritualem, quem brachiis filialis dilectionis amplecti debeo, & pura veritate venerari; à cuius sancta obedientia non potero vel mortuus separari. Si quis de me aliter sentit, desipit: nec Dominum Papam honorare satagit, sed publicare si quid minus vel nimium egit. Nam quicunque contra puritatem meæ mentis, paternæ derogationis se fecerit assertorem, veniat palam, & me statim inueniet suæ falsitatia veridicum correctorem.

EPISTOLA XXI.

Girardo glorioso Engolismensi Episcopo, Apostolicæ sedis Legato, frater, Goffridus Vindocinensis Abbas, & eiusdem sedis fidelis filius, boni operis fructum & puræ dilectionis amplexum.

QVoniam sancta Romana Ecclesia non quidem vestris meritis, sed gratia sola, humilitatem vestram adeo sublimauit, quod minimus digitus vester dorso patris vestri grossiut videtur; sicut sublimia verba, quæ sæpius multum gloriosa profertis, testificantur: tãto fidelius ei debetis obedire, dulci verbo multiplicare amicos, inimicos mitigare, eã factis potius prędicare quam verbis: ne vestra qualibet sinistra operatione eius amici scandalizentur, & ei inimici valeant detogare. Quod si aliud agitis, vel egistis sublimitas vestra, quã venerabilis Dominus noster Papa sua bonitata satis de exili loco creauit, mala pro bonis illi retribuit; retributionem scilicet, quam Deus non nouit. Nos aotem quod audiuimus; vnde etiam, quod peius est, cantilenam composuit vulgus; quoniam publicatum est, vobis occultare nec possumus, nec debemus. Audiuimus itaque, & dolemus, Andream de Vitreio filiæ suæ vobis coniugium vendidisse: illud etiã à vobis filium Vicecomitis de Maloleone comparasse. quorum alter quingentos solidos vobis pretium dedit coniugij: alter vero quindecim marcas argenti. Hoc Episcopus Pictaniensis, & Guilelmus archidiaconus eius, & quidam alij qui affuerunt, si veritatem sepelire noluerint, non negabunt. Carrofensem abbatem non regulariter electum, sed violenter, vt dicitur, intrusum, pro milla solidis barbarinorum, barbara nimis auctoritate consecrari, immo si verum est, execrari fecistis; nolente suo consecratore, & eius clero, modis quibus poterat, reclamante, & qui vidit, & partem habuit, Abbas quidam vester vicinus testimonium perhibuit, & multi dicunt eius testimonium verum esse. Abbatem præterea alium, quem pro reuerentia ordinis nominare erubesco, in detestabili corporis turpidine deprehensum, & abbatis potestate, ipso proprium crimen confitente depositum, nullo præ-

eedente iudicio, non modica suffragãte pecunia, contradicentibus illius congregationis fratribus, in pristinum gradum ita restituistis, quod sola marcarum congregatio fuit illi culparum purgatio. Hoc Bernerius abbas Boneuallensis testatur, qui hoc facinus pene vbique prædicans detestatur. Fulco Bienuensis abbas litteras vestras pro facienda sibi iustitia quæsiuit: quas illi prudentia vestra tandiu negauit, donec illas centum solidis comparauit. Sed vir ille perdidit pecuniã: nec per vos potuit habere iustitiam. Hoc ipsemet profitetur, qui simul vtrumque perdidisse conqueritur. Illud itaque quod contra Comitem Andegauensem egistis, esset satis silentio supprimendum: sed occultari minime potuit, quod multis populis extitit diuulgatum. Asserunt quidam vos quasi Baalam alterum, regis Anglici pecunia fuisse corruptum: & idcirco iniustam in prædictum Comitem excommunicationis protulisse sententiam. Et licet excommunicatio vestra vires etiam vnius diei habere non potuerit; amicis tamen Romanæ Ecclesiæ peperit verecundiam; & eius inimicis detrahendi dedit materiam. Hoc solum remedium fuit, quod Dominus Papa excommunicationem illam confirmare sapienter vitauit: & sic ora clausit detrahentium: & quod à vobis seminatum fuerat, Apostolicæ sedis deleuit opprobrium. Inter cætera debuissem vnum silere; si amico liceret amicum non præmunire. Abbati Angeriacensi, vt dicitur, promisistis, quod si trecentos solidos Pictauiensium masculotum vobis daret, Rainaldum Chesnelli deponeretis: vnde capitula quibus illum accusaret, ei transcripta misistis. Hoc Abbas ipse fatetur, & testem in animam suam Deum inuocat, quod verum loquitur. Hæc pauca de multis, modica de magnis vobis significauimus, dilectionis videlicet causa, vt si vera sunt quæ contra vestram astutiam ventilantur, præteritorum transgressio fiat vobis futurorum cautela. Nam quicumque priuilegio vtitur Romanæ Ecclesiæ, sanctam eius auctoritatem peruersis operibus non debet impugnare. Et cum Christus Dominus solam B. Petro quæ liganda erant, ligandi, & quæ soluenda, soluendi potestatem contulerit, vos amplius, vel aliud pro legatione vobis commissa non deberis vsurpare. Quod me præsenti etiam coram laicis prædicastis; vos videlicet Episcopos deponendi habere potestatem; nouum genus præsumptionis putauimus: quia nulla ratione Legatis Apostolicæ sedis conceditur, quod ad solius Romani pontificis pertinet dignitatem. Sed si ita est, vt à vobis publice prædicatum agnoscitur; quasi alterum Papam vos fecistis, & ad Romanam Ecclesiam quam nunc vsque in sua necessitate libere quisquam appellare potuit, vox appellationis negatur. Nos tamen credebamus mediocritatem vestram legationem habere sedis Apostolicæ, non Apostolicam sedem esse; & à Domino Papa partem suscepisse sollicitudinis, quam solummodo cæteri Legati suscipiunt, non plenitudinem exercere potestatis.

EPISTOLA XXII.

Dulcissimo Domino, & præcordiali amico, Domino Girardo vita laudabilis Episcopo sanctæ Romanæ sedis Legato, frater Goffridus eiusdem sedis seruorum minimus à Deo salutem æternam, quod ipse est, & à se quicquid sapit, & potest.

IN primis vestræ dilectioni, quæ se circa me integram & inuiolatam seruauit, multiplices refero gratiarum actiones. Deinde paternitati vestræ notificare dignum duxi, quod apud Dominum Papam ipso die, quo legatus noster, ad eum peruenit, sua bona gratia, & meorum mala gratia æmulorum, quicquid volui, impetraui. Visione vestra perfrui, & colloquium vestrum habere desidero; & vbi, & quando, quod vehementer opto, & obtinere valeam, mihi dignemini aut verbis, aut litteris significare. Hoc enim Ecclesiæ Dei est necessarium, & vobis vtile.

EPISTOLA XXIII.

Domino Girardo honesta vita Episcopo, sanctæ Romanæ Ecclesiæ venerabili Legato, frater Goffridus vestræ religionis seruus, dilectionem, & totius dilectionis seruitutem.

AVdiuimus, dilectissime Domine, quod Abbas S. Nicolai Abbatiam suam in manu vestra deseruerit, eo siquidem tenore, vt non eam deinceps, nisi in misericordia vestra seposceret: & eo etiam pacto, vt conuentus ille B. Nicolai cum eo firmam pacem & concordiam haberet. Pactum vtique, quod monachi illi de pace & concordia ante vos & per vos fecerunt, vis octo diebus, sicut ipse dicit, & nos credimus, tenuerunt. Vnde vobis, magnæ discretionis Pater, multum suppliciter pro eo supplicamus, vt in adipiscenda abbatia, quam vestræ voluntatis consilio dereliquit, dulcedo vestræ pietatis pro amore Dei, & nostro suffragetur; & de monachis illis, qui promissam sibi pacem, & concordiam nec tenuerunt, nec tenent, debitam iustitiam consequatur. Quod si feceritis, scitote veraciter, quod me ingratitudinis arguere nullatenus poteritis. Ad ianuam autem misericordiæ Andegauensis vlterius non pulsabit: quia ibi misericordiam deesse experimento iam didicit. Quidquid tamen de illius promotione actum est, non censura iustitiæ, sed sola & immensa misericordia fecit. Valete, & misericordiam vestram nobis notam facite.

EPISTOLA XXIV.

Domino ac venerabili Engolismensi Episcopo Girardo, Sanctæ Romanæ sedis prædicabili Legato, frater Goffridus salutem à Deo & à se puræ dilectionis seruitutem.

NOuerit dilectio vestra, pater carissime, quod semel & secundo de fratribus nostris Pictauiensi Episcopo misimus, deprecantes vt nos ad vos vsque dignaretur conducere. Quod ipse benigne suscipiens, in assumptione B. Mariæ seipsum ad Fontem Ebraldi spopondit venturum, & quod petieramus diligenter facturum. Nos autem, sicut mandauerat, ad prædictum locum venimus: vbi nec ipsum, nec eius nuntium inuenientes, fatigati in cassum à loco recessimus. Rogamus igitur humilitate qua possumus, ne sit vobis molestum, fidelis serui & veracis amici supplicationem suscipere; & qualiter vsque ad vos transire valeamus, apud prædictum Episcopum impetrare. Quædam enim vestræ sanctitatis consilio facere disposuimus, quæ nec scripto, nec ore alieno volumus reuelare.

EPISTOLA XXV.

Domino Girardo laudabilis vitæ Episcopo, Sanctæ Romanæ sedis Legato, frater Goffridus eiusdem sedis allodiarius, & seruus, & à Deo bonæ operationis fructum, & à se puræ dilectionis obsequium.

SIgnificastis mihi per fratrem, quem vobis ob aliam causam miseram, quia istam penitus ignorabam, vt in concilio, quod mediante quadragesima celebraturi estis, Abbati Baciacensi de Ecclesia B. Mariæ, & Ecclesia B. Nicolai, quas in Olerone septuaginta annos absque canonica reclamatione monasterium nostrum possedisse noscitur, exquireret iustitiam. Vnde mando vobis, quod prædicto termino prædicto Abbati, quantum sancta Romana auctoritas docet &

præcipit, respondebo, nisi canonico fuero impedimento detentus. Interim etiam, si domnus Abbas ille voluerit, omnem sibi iustitiam offero, quocumque saluo conductu ire potuero. Quod si neutrum horum placuerit; Domini Papæ, cuius proprij iuris, & Vindocinense monasterium, & res ad ipsum pertinentes esse noscuntur, opto & offero illi iudicium. Cuius iudicij æquitatem qui refugit audire, B. Petrum ne sentiat iratum, debet timere. Monasterium nostrum patrimonium B. Petri, & eius allodium noueritis, & loco nostro prædictas Ecclesias, perpetuo iure, Romanorum pontificum inretractabili auctoritate firmatas esse, nullatenus dubitetis. Quod Abbas Batiacensis dixit, me pro causa sua litteras vestras habuisse, scitote eum verbum veritatis non protulisse; sed quod per litteras nostras vobis mandaui de famulo, qui vestras nobis afferre debuit, verum credite.

EPISTOLA XXVI.

Girardo laudabilis vitæ Episcopo, sanctæ Romanæ sedis Legato, Domino suo & præcordiali amico, frater Goffridus, quicquid mandari potest, & haberi salubrius.

APud bonitatem vestram, honorabilis pater, cum dolore cordis; & nimia mentis anxietate conquerimur de Petro de Monte-contorio, qui infra terminos vestræ legationis, in Episcopatu scilicet Pictauiensi, fratres nostros à monasterio reuertentes cepit, & equos, & quidquid habebant eis abstulit violenter. Partem quidem rerum per Comitem Andegauensem habuimus: alteram vero adhuc crudeliter detinet ille sacrilegus. De iniuria vero personis monachorum illata amplius cruciatur: quam sic à vestra discretione vindicari humiliter exposcimus, vt raptores qui audierint, timeant, & ab huiusmodi scelere retrahant manus. Ad vos venire desiderio desideramus, sicut olim vobis mandauimus: sed propter multiplices guerras, quæ in Episcopatu Pictauiensi excreuerunt, nec ad vos venire, nec loca, quæ in partibus illis habemus, visitare audemus. Præterea sexum femineum, quem etiam amicis nouimus inimicum, inimicari nobis, & in itinere insidiari, vera relatione didicimus. Vnde vestræ dilectioni præcordialiter supplicamus; quatenus per Pictauiensem Episcopum vel per quemlibet alium nos ad vos conduci faciatis, quia vltra fontem Ebraldi progredi secure non possumus. Valeat Dominus Legatus & vigeat: & vt ad ipsum transire, & cum ipso loqui valeamus, suæ gratia caritatis efficiat.

EPISTOLA XXVII.

Bono Domino, & præcordiali amico, G. venerabilis vitæ Episcopo, Apostolicæ sedis Legato, frater Goffridus suus, quod potest, quod sapit, & quod est.

VEstræ dilectioni notum facio, quod fratrem Paganum Alerici ad Dominum Papam mitto, quædam ei nostræ caritatis signa ferentem. Si per illum quod opto efficere potuero, ad præsens Romam non ibo: alioquin Romam ire paratus sum, & Romanã Ecclesiam per me metipsum visitare, in qua à bonæ memoriæ Papa Vrbano presbyter ordinatus sum. Vestræ autem discretioni grates & gratias multiplices refero; qui Andegauensi Episcopo semel, bis, & ter, immo quater præcepistis, vt quæ monasterio nostro abstulerat, restitueret, & priuilegiis Apostolicæ sedis obediret. Ipse non solum contempsit vtrumque; verum etiam de me in Synodo sua presbyteris suis conquestus est, eo quod apud dignitatem vestram de illo clamorem feci. Decretum illud, quod idem Dominus Papa Vrbanus Aruernensi concilio statuit contra Simoniam, quæ sub nomine Vicariorum olim fieri solebat ab Episcopis, annullare machinatur. Redemptionem etenim Ecclesiarum, quæ in illo magno concilio hæretica prauitas vocata est, & ab Apostolica sede damnata, licet in pluribus annis non nisi semel per Vicarios fieret, nunc sub nomine annui census à simplicitate nostra extorquere conatur. Et quia ego & fratres nostri hoc esse scelus putamus, & ideo refutamus, diuinum Ecclesiis nostris interdixit officium. Huius sceleris suscitator est præcipuè & auctor Richardus Archidiaconus eius. Et quoniam neuter eorum à persecutionibus cessat, nos à clamoribus cessare non possumus. Ad vos itaque clamamus: à vobis, qui Apostolicæ sedis vices habetis, & qui B. Petri alodium maximè defendere debetis, consilium & auxilium postulamus. Et si pro eo quod amici sumus, facere non vultis, saltem pro improbitate nostra facite quod rogamus. Quid Comes Andegauensis de iustitia nobis facienda bonitati vestræ rogando scripserit, vos ignorare non credimus. Valete, & nos vestræ sanctitatis humiles seruos de constantia vestra & iustitiæ integritate lætificate.

EPISTOLA XXVIII.

Hugoni verè religioso Archiepiscopo, sanctæ Romanæ sedis Vicario, Domino suo carissimo & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis cœnobij Abbas indignus, cum dilectione reuerentiam.

LItteras sanctitati vestræ à Domino Papa directas audiui: in quibus, vt mihi relatum est, dicitur quod Andegauensem Episcopum apud eum accusaui. Quod si Dominus Papa dicit, refellere nec possum, nec debeo: sed salua eius reuerentia dico, quod prædicti Episcopi me in nullo accusatorem fuisse recognosco: nec ideo vt eum accusarem, Romam iui. Quod alia negotia plenius manifestant quæ ibi perpetraui. Domino siquidem Papa adiurante, & sua constrictus adiuratione, quædam de illo celare non potui. Quæ sicut in Domini Papæ præsentia tacere non licuit, nec in vestra, si vobis placuerit, tempore competenti reticebo.

EPISTOLA XXIX.

Dulcissimo Domino & præcordiali amico, domno Vm. honorabilis vitæ Archiepiscopo & Apostolicæ sedis Legato, frater Goffridus eiusdem sedis alodiarius, & seruus, quod habet, quod sapit, & seipsum.

QVendam monachum, vt audiui, ad monasterium nostrum misistis, qui si me inuenisset, me ad Concilium vestrum inuitasset. Ad vos quidem venire, & vobis, & Ecclesiæ vestræ, quæ me multum honorauit, & mihi seruiuit, seruire desidero: & vos Aurelianis ante Concilium, vel post Concilium, si infirmitas corporis permiserit, eo die, quo vobis placuerit, diligenter videbo. Ad Concilium autem Legatorum, quod salua vestra dico reuerentia, vocatus venire nec possum, nec debeo. Nam nouerit dilectio vestra, priuilegiis Romanorum Pontificum, Victoris, Nicolai, Alexandri, Gregorij, Vrbani, Paschalis, & Calixti sub Anathemate confirmatum esse & interdictum, ne alodiarius beati Petri Abbas Vindocinensis, ab Episcopo, vel à quolibet Apostolicæ sedis Legato ad Concilium vocetur, nec vllo modo venire cogatur. Valete.

EPISTOLA XXX.

Radulpho laudabili Turonensium Archiepiscopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.

SVper Arduino de Malliaco apud vos sæpe conquesti sumus & propter multa grauamina, quæ monasterio nostro iniustè, & violenter fecerat, eum à vobis iustè & rationabiliter cognouimus excommunicatum. Sed absque præcedente satisfactione illum impœnitentem audiuimus absolutum. Quod si ita absolui potuisse creditur, quid peccatum noceat, & quid pœnitentia prosit, non videtur. Nam si vera miseria impœnitentibus negatur, profectò eis qui de peccatis suis pœniteot, falsa beatitudo promittitur. Multo, vt diximus, grauamine memoratus nequam monasterium nostrum vexare consueuit: vnde illum, vt quę iniquè cõtra nos gesserat, corrigeret, admonuistis: & ipse propter vos promisu se nobis facturum peiora: quod ad iniuriam vestram salsa veritate compleuit, Vbi enim seruanir veritatem, qui nocuir proximo, fidem amisit. Hinc igitur, venerabilis Pater, humiliter precamur, quatenus peruersi hominis iniquitas educto de vagina vestræ æquitatis gladio sic feriatur, vt quæ nobis iniustè abstulit restituat: & in iniuria vestra pupillam etiam oculi Saluatoris læsisse, vel inuitus agnoscere cogatur. Quod si sic egeritis, dignam mercedem à Deo, à nobis debitam retributionem accipietis. Si verò inimico Ecclesiæ Dei timore vel amicitia parcitis mutare non possumus, quin ad sedem Apostolicam recurramus: vbi necessitate cogente tacere non licebit, quas in episcopatu vestro tribulationes & angustias vobis consentiente sustinemus.

EPISTOLA XXXI.

Dulcissimo Domino, & precordiali amico, Domno R. honorabilis vitę Remorum Archiepiscopo, frater Goffridus, quod potest, quod sapit, & seipsum.

PAter bone, esurio, & sitio vos videre, & Dominum Papam vobiscum visitare desidero. Dilectã mihi paternitatem vestram humiliter precor, vt si Romam vsque ad Pascha ire debetis, seruo vestro diem & locum notificare dignemini, quo humilitas nostra comitatui vestro valeat sociari. Insuper etiam ego & mecum nostra congregatio suppliciter & diligeoter oramus, vt benignitas vestra Episcopum Andegauensem, & R. Archidiaconum eius, aut monere, aut rogare dignetur, ne concessionem Ecclesiarum, quam monasterio nostro benigne fecistis, perturbare conentur. Quòd si sanctitatis vestræ precem siue admonitionem contempserint; nobis quidem laborem generabunt; sed suam sollicitabunt quietem; & beatæ Trinitatis virtus, & omnipotentia, eorum annullabit conatus. Valete, & quod placuerit, rescribite.

A

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS EPISTOLARVM LIBER II.

EPISTOLA I.

Dulcissimo Patri suo Iuoni vitę venerabilis Episcopo, Goffridus Vindocinensis cœnobii humilis Abbas, quod patri filius, & Domino seruus.

B BEneficiorum vestrorum recordari minimè debeo, sed illa potius in corde fixa tenere: ne qualibet obliuione à memoria mea queant recedere. Recordari vtique, vt ipse melius nostis, eorum propriè dicitur, quæ interdum obliuioni traduntur, Et ideo beneficiorum vestrorum, vt dixi recordari nõ debeo, sed ea in mente semper habere: quia quod vel quanta erga me extiterint, vix lingua mea dicere posset, si singula conaretur referre. Et quicquid lingua dicat, vel taceat, vnum certissimè scio, quod scientia vobis vlterius non poterit repugnare. Et lingua quidem ingrata valde existeret, ac iusto iudicio sempiterno silentio digna, si vnquam contra voluntatem vestram aliter foris loqueretur, quàm intus clamat conscientia. Valete, & vbi vos inuenire potero quarta die post festiuitatem omnium Sanctorum, mihi notificare C curetis: quia si aliud sanctitati vestræ obsequium præstare non valeo, eam saltem desidero visitare.

EPISTOLA II.

Suo charissimo patri & Domino Iuoni vita laudabilis Episcopo, Goffridus Vindocinensis cœnobij humilis seruus, cum dilectione reuerentiam.

PAter sancte, cùm me à vobis prægrauari sentio, nollem quidem; sed quod infirmitas carnis velut anxia sustinet, hoc mentis ratione leuius porto. Dum enim sanctitatis vestræ beneficia exhibita mihi sæpè mente pertracto, si in aliquo contra me facitis, fateor, D murmurare nec possum, nec debeo. Satis congruum, immo laudabile videtur, vt qui dè manu vestra bona suscipere consueui, mala etiam quandoque sine murmure debeam pati. Quæ cum ita sint, scire tamen vellem quid lateat; quæ causa existat, cur bonitas vestra nunc mihi quasi crudelis appareat, Nam cum in maiorem Ecclesiam nostram manum mittere non potestis, nec audetis; in cæteris, quæ in Episcopatu vestro sunt, nostris Ecclesiis diuinum officium non quidem satis iustè abstulistis: & quia vestra auctoritate hoc iniustè actum dinoscitur, auctoritate Romana, quæ omni peruersæ auctoritati est contraria, in ipsis Ecclesiis à fratribus nostris priuatim & publicè cantabitur. Sancta & irretractabili Romanorum pontificum liE centia nobis conceditur, vt si interdictum in Ecclesiis nostris à quolibet Episcopo iniustè factum extiterit, nullatenus à nobis obseruetur. Si verò nimis audacter, vel præsumptuosè nos contra vos super hoc agere dicitis; hinc index inuocetur, & fiat sinceritas Apostolicæ sedis, cuius æquitas iudicium qui contemnit audire, B. Petrum ne sentiat iratum debet non mediocriter formidare.

EPISTOLA III.

Iuoni honorando valde Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscúmque seruus, debitum puræ dilectionis obsequium.

CIrca fratrem, pro quo rogastis, misericorditer quidem agere volumus: sed quia inordinatam remissionem pietatem esse non credimus; vtile sibi, immo necessarium iudicamus, vt ad monasterium suum veniens coram fratribus ad pœnitentiam compungatur, & sic de sua transgressione veniam consequi mereatur: & cui olim, suggerente diabolo, non displicuit negligenter agere, nunc tandem non displiceat regulariter obedire. Nos itaque pro dilectione vestra ei quidquid deliquit sine satisfactione remitteremus: sed homini veram infelicitatem & falsam beatitudinem nec audemus promittere, nec debemus. Veniat igitur ad monasterium, sicut iam diximus, & se errasse humiliter confiteatur: quatenus per veram humilitatem sui erroris veniam consequatur, & quod deinceps de eo fieri vestræ sanctitati placuerit, sine difficultate impetrare poterit.

EPISTOLA IV.

Iuoni reuerendæ vitæ pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis Abbas, quod bono patri deuotus filius.

QVoniam omnia cum consilio facienda esse cognouimus; bonum fuit sanctitatem vestram consulere, quid nobis agendum sit in ordinis dignitate circa fratres quando reuertuntur. De clericis quidem dicimus, qui & religionis habitum abiecerunt, & in ipsa apostasia diu morantes, illicitis se contagionibus commiscuerunt. Quid inde Canones dicunt, audiuimus simul & vidimus: sed quia regula nostra de talibus parum aut nihil loquitur, quid super hoc regulariter simus acturi, ambigimus.

EPISTOLA V.

Domino ac venerabili patri suo, Iuoni, veræ religionis Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij dictus Abbas, quod dilecto patri subiectus filius, & pro Domino fidelis seruus.

QVam puré & sine membro alicuius malitiæ, vestræ caritatis benedictio abbatem me, licet indignum, effecerit, quam diligentissimè postea, & omnino veraciter in necessitatibus meis vestræ pietatis gratia manũ auxilij mihi sæpe porrexerit, dum sedula mente conspicio, me ingratum, multumque inutilem seruum iudicassem, si aut vestra voluntas, aut necessitas mutuæ caritatis obsequium exegisset, si non obedissem. Nunc etiam quia nec voluntas exigit, nec necessitas cogit, me vltro offero quodlibet subire seruitium. Relatum quidem mihi est, quod nunc Domini Papæ mandatum suscepistis, quatenus aut per vos, aut per legatum vestrum Romam vsque ad Natiuitatem Domini visitetis. Quod si verum est, quia vobis seruire desidero, minimè displicet. Vellem enim, quod voluntas vestra longo mihi tempore denegauit, nunc saltem necessitas imperaret. Non ideo dico, vt vestra magnitudo auxilio egeat meæ paruitatis: sed sic me loqui compellit affectus, quem erga vos habeo, surgens de radice puræ dilectionis. Ecce vestræ dispositioni me, & mea pariter tota deuotione submitto: & si Romam pro vobis ire iusseritis, quod diu optaui, obedire non recuso. Inuenietis forsan qui melius: sed absit vt inueniatur qui libentius vestram iussionem exequatur. Coram Deo, cui mentiri nefas est, testis est mihi conscientia mea, quod nec magis fidum, nec magis voluntarium quam me in hoc vestro negotio inuenire poteritis famulum. Valete & quid super hoc volueritis mihi, si placet, referate.

EPISTOLA VI.

Dilectissimo Patri suo Iuoni veræ religionis Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij minister indignus, cum dilectione reuerentiam.

CVm scriptum inueniamus in decretis Romanorum Pontificum, familiares ac propinquos, vel de domo prodeuntes, non esse recipiendos in testimonium, vtrum in omnibus Ecclesiasticis causis, quia ibi nihil excipitur, seu in criminalibus tantum intelligi debeat, ad plenum non videmus. Hinc igitur vobis, quem diuina gratia specialiter lumen scientiæ mundo prætulit, humiliter supplicamus, vt quod inde minùs percipimus, scripto vestræ auctoritatis edocti meliùs agnoscamus. Licet nostræ paruitati vtile, immo necessarium esset, à magnitudine vestra multa quærere; hoc idcirco maximè quærimus: quoniam Andegauensis est decanus cuiusdam Ecclesiæ, qui in vnum de confratribus suis vehementer inuehitur, dicens, quòd sibi ille præbendam suam concesserit; & testimonium non habet, nisi eorum qui sunt sui familiares, & de domo sua prodeuntes: Si quod vobis promisimus, differtur, ne grauemini; quia dilatum non minuetur.

EPISTOLA VII.

Iuoni laudabilis vitæ Pontifici, Domino suo, adhuc & amico, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, dilectionem & dilectionis seruitutem.

LItteras clericis & laicis Vindocinensibus à vobis directas audiui: quas vestras minimè credidissem, nisi ibi sigillum vestrum appositum vidissem. Dicebant enim litteræ, vobis à fidelibus vestris relatum fuisse, me contra vos & contra clericos vestros turpia & contumeliosa verba publicè protulisse. Ad hæc, salua veritate, prorsus respondeo, quod de persona vestra nihil vnquam inhonestatis vel contumeliæ dixi: sed quæ potui bona vbique de vobis vsque in hodiernum prædicaui. Clericis verò vestris, quoniam ipsi mihi malè cantauerunt, bene saltare nec possum, nec potui. Illud equidem planè confiteor, quod nulla iniuriosa verba illis irrogaui: nisi quia illorum iudicio prægrauatum me sentiens, Romanam Ecclesiã appellaui, cuius venerãda priuilegia videbam ab ipsis despicabiliter refutari: licet sancta Romana Ecclesia talia recipere ab eorum magnitudine non promeruerit; quia quod illi malè ligauerant, illa suæ pietatis intuitu relaxauit. Et si ei mala pro bonis reddiderunt, hanc certè eos retributionem Deus non docuit. Qui cum me hominem amari sermonis appellassent, credidissem forsitan illis, si dulcedinem Apostolicæ veritatis plenius agnouissent, cuius beneficiis quamdiu ingratos videbo, etiam in veritate suspectos habebo. Me subditum Ecclesiæ vestræ asseruistis, vnde ego nullatenus scandalizor: quia quamuis inter Romanum Pontificem & me peccatorem nulla, cuiuscumque dignitatis, vel ordinis sit, persona media habeatur, si auctoritas Romanorum Pontificum inuiolata seruatur: omnibus tamen Ecclesiis non solum subditum, verum etiam earum inutilem seruum me esse contestor. Professum verò vestrum me vocastis. Satis melius fuisset, vt à vobis sacratum dixissetis. Quod & si pro consecratione professionem, & pro professione

ab

ab alodiario B. Petri subiectionem vobis vindicastis; consecrationem vtique illam gratis minimè impendistis. Non enim gratis impenditur, per quod homo homini subiectus efficitur. In professione siquidem illa consilio vestro nimia simplicitate acquieui, vbi si quid aliter actum est, vos scienter fecistis; ego autem ignoranter peccaui. Sed Dominus noster honorabilis memoriæ Papa Vrbanus, cum per nos transiret, audiuit à fratribus, me vobis professionem fecisse. Vnde columbam seductam, cor non habentem me dicens, & vehementer increpans, illud veraciter mihi pro crimine imputasset, si ignorantiæ meæ ac iuuentuti misericorditer non pepercisset. Quid verò super hoc contra vos protulerit, pro reuerentia vestri ordinis melius est inde silere, quam loqui. Igitur quod illicitè omiseram irritum fecit: & ne deinceps Abbas monasterij nostri cuiquam Episcopo profiteatur priuilegij sui inretractabili firmitate prohibuit. Cuius auctoritatem secutus Dominus Paschalis Papa, qui nunc est, illud iterum sua Apostolica auctoritate firmauit. In litteris præterea vestris diuulgatum est laicis quòd si ad vos satisfacturus non venirem, auxilium vestrum ampliùs non haberem, & quicumque malefactores res monasterij nostri diriperent, vos adiutorem suum potius quam nostrum defensorem inuenirent. Hoc ex vestra parte litteris non arbitror fuisse insertum: quoniam à Christiana religione omnino discrepat; & Satanæ noscitur incitamentum. Illud amici & inimici firmissimè credant, quod nulli dabo mercedem istam, vt pro suo auxilio monasterium nostrum, alodium B. Petri, sibi inordinatè subijciam. Vnde si necessitatibus meis auxilium vestrum defuerit, confido de bonitate beati Petri, quia mihi ipse non deerit; cui dum fidem seruare desidero, nullus ob hoc Episcopus mihi auxilium denegare, nec quod illius est, qualibet occasione sibi deberet vsurpare. Vindocinensem Ecclesiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ nec dedi, nec auferam. Quod si qualibet suggestione tentarem, peccarem in animam meam: nec etiam cum peccato perficere valerem. Romanæ itaque Ecclesiæ, cui totum me debeo, omni tempore fidem seruabo: pro cuius amore ac fidelitate multiplicata grauamina virtute constantiæ, & animi integritate sustineo: nec multo maiora, si emerserint, pro illa sustinere recuso. Illam in meis pressuris reclamaui, & adhuc reclamare non desino. Nam si modò ignorat, quanta pro illa patior, scio, cùm agnouerit petenti auxilium non negabit, quæ semper misericordiæ visceribus affluens oppressis omnibus, & maximè domesticis suis, subuenire cõsueuit. Domnus Ernaldus, quem decanum vestrum dicitis, si sibi secundum iustitiam placuisset, teste flocello de capite suo, potius in nostra, quam in vestra sorte manere debuisset. Valete, & contra sanctam Romanam Ecclesiam, cuius pietatis gratia vos non minus creauit Episcopum, quam religio vestra, agere nolite.

EPISTOLA XIII.

Carissimo patri suo Iuoni laudabilis vitæ Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, reuerentiam cum piæ dilectionis affectu.

DE Archipresbytero vestro Goffrido Daniella apud bonitatem vestram conquerentes, misimus ad vos duos de fratribus nostris; qui ad aures vestras & clamorem nostrum, vt credimus, detulerunt; & si quid aliter à familia nostra actum extiterat, vobis rectitudinem obtulerunt. Vnde nobis mandastis, vt quarto die post festiuitatem omnium Sanctorum, si ad partes nostras interim non descenderetis, ad vos veniremus, habituri & facturi quantum debemus. Optimum quidem hoc vestrum mandatum fuit, & idcirco non minus actionis, quam deuotionis brachiis

A amplectendum. Sed quibusdam detenti impedimentis, quæ antequam ad vos misissemus, Archidiacono vestro machinante, vt dicitur, orta iam fuerant, illud obseruare minimè valemus: & quod ratio pariter ac voluntas agendum monet, & præcipit, agere necessitas sola non patitur. At cum Spiritus sancti gratia nos consolante, à præsenti, qua detinemur, necessitate liberati fuerimus; die qua mandaueritis, ad vos veniemus, & consilio vestro omnia faciemus. Rogamus tamen humilitate qua possumus, quod si Vindocinum venire debetis, nullis suasionibus Carnotum ire non fatigetis. Super Niuelone & filio eius Vsione, eorumque hominibus proclamantes, aures vestræ pietatis sæpe pulsauimus, & adhuc pulsare non cessamus: vt si non pro amicitia, saltem pro improbitate nostra

B iustitiam valeamus obtinere, quam petimus. Valete, & eorum incitatione, qui me, si possent contra vos sæpius incitassent, seruitium & dilectionem nostram, diligenter obsecro, perdere nolite.

EPISTOLA IX.

Domino suo & amico Iuoni honorabili Carnotensium Episcopo Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, tam dilectione salutem.

MAndastis quia inducias, quas à vobis quæsiuimus, nec datis, nec dare debuistis, non enim

C certum diem, vt dicitis, mandauimus vobis. Ad hæc salua veritate respondemus, quoniam certum diem vobis mandare minimè potuimus: quia quando necessitas, qua detinebamur, finem haberet, certi non eramus. Famulos nostros asseritis vos excommunicasse, quod valdè miramur, cùm in loco nostro, nulli Episcopo, nisi soli summo Romano pontifici, excommunicare, seu interdicere liceat, vel quamlibet potestatem, vel dominationem exercere. Nos tamen quæcunque iusseritis, saluo Apostolicæ sedis priuilegio, diligenter faciemus; contra cuius auctoritatem nihil à nobis exigi debet, nec nos obedire debemus. Dignitatis vtique excellentiam, quam Christus Dominus noster in B. Petro Romanæ Ecclesiæ contulit nec possumus, nec debemus minuere; nec ad hoc, vt eam

D minuamus, debet quia laborare. De hominibus, quorum nomina nobis scripsistis, quatuor ex ipsis nostros esse dicimus: de quibus quarto die post Theophaniam, quantum debebimus, libenter faciemus, quamuis de vobis multum conqueri possemus, qui non solum de malefactoribus nostris, quod nemo alius Episcopus vnquam fecisse dinoscitur, nobis iustitiam denegastis: verum etiam contra nos vestræ auctoritatis decreto incitastis. Hæc vero quæ mandamus si displicent vobis, & mole vestræ magnitudinis non premere, & cuiuslibet incitatione, vel propria voluntate grauare vultis, ipsam pro cuius amore multa grauamina vestra diu portauimus, Romanam Ecclesiam appellamus: cum qua & aduersitatem sustinere optamus, & sine qua prosperitatem habere recusamus. Vnde si

E necessitatibus nostris auxilium vestrum, quod diu nobis subtraxistis, defuerit; confidimus de bonitate B. Petri, quia nobis ipse non deerit: cui dum fidem volumus seruare, nullus ob hoc Episcopus nobis Ecclesiasticam iustitiam denegare, nec in nos sæcularium hominum incitare sæuitiam, nec, quod sanctæ Romanæ Ecclesiæ est proprium, sub hac occasione sibi deberet vsurpare: à cuius fidelitate non fames, non gladius, non nuditas, non tribulatio, non angustia, non persecutio aliqua nos vel defunctos poterit separare. Nam si modò ignorat quanta pro illa patimur, scimus, cum agnouerit, petentibus auxilium non negabit, quæ semper misericordiæ visceribus affluens, oppressis omnibus, & maximè domesticis suis subuenire

consueuit. De Archipresbytero vestro, & Niuelone, A eiusque filio Vrsione, atque Buatmundo, & eorum hominibus, apud vos sæpius conquesti sumus & conquerimur; nec iustitiam, nec iustitiæ scintillam aliquam adhuc sentire potuimus. vnde à vobis iuratam pacem minus obseruari conspicimus.

EPISTOLA X.

Iuoni honorando Carnotensium Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, amicos in Deum, & inimicos propter Deum diligere.

Licet iniuriæ & vexationes, quibus monasterium nostrum, & nos non mediocriter oppressistis, & opprimi fecistis, in auribus populorum frequentissime resonent; caritatis tamen, quam Deus præcipit, B funibus alligati amare cogimur etiam non amantem. Vos autem, qui grauiores molestias irrogastis, maximè diligere, et vobis diligenter seruire volumus; si amaritudinis pocula, quæ nobis sæpius propinastis, melle dilectionis temperare placuerit. Genus verò dilectionis, quo & nos diligere, & è nobis seruiri vultis & diligi, litteris vestris significate: quia pacem & dilectionem vestram vehementer optamus. Et si senserimus, quod nos in veritate diligatis, nullum vestrum recusemus seruitium, in quo Domini Papæ indignationem non mereamur, nec ordinis nostri incurramus periculum.

EPISTOLA XI.

C

Iuoni magnæ famæ pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, prudenter & simpliciter in omnibus agere.

Litteræ nostræ, quas in quibusdam mellis dulcedinem redolere, & in quibusdam fellis amaritudinem respergere dixistis, secundum nostram intelligentiam omni amaritudine caruerunt, quia caritatis dulcedine plenæ fuerunt. Quod iterum asseruistis, Romanam Ecclesiam à Deo nullam iniustam accepisse potestatem; ita est planè, & nos nec possumus, nec debemus non annuere: quoniam infructuosum est contra adeo apertam veritatem laborare. Quis enim insanus credere vel cogitare audeat, bonum Deum aliquid vnquam iniustè dedisse, aut eius sanctam Ec- D clesiam quicquam ab eo iniustè accepisse? Sed si quæ sunt soluenda soluendi, & quæ liganda ligandi è Domino collatam ei potestatem creditis sicut nobis scripsistis: mirandum non est, si illa bene soluit, quod vos malè ligastis. Professio, quam à me adhuc iuuene & nouitio extorsistis, regularis minime fuit; eamque fecisse, peccatum extitit, & accepisse irreligiosum. Nam si pro benedictione, quam omnino gratis dare debuistis, vsurpastis professionem; & pro professione ab alodiario B. Petri exigitis subiectionem, profana fuit illa professio, & ideo non tenenda: quoniam subsequens benedictio, quam exhibuistis, nauicularia potius videtur, quam gratis data: quandoquidem pro illa temporalem mercedem cum iniuria fidei Christia- E næ exigere non erubescitis. In professione siquidem illa, consilio vestro nimis simpliciter acquieui. Vbi tamen quidquid perperam actum est, vos scienter fecistis; ego autem ignoranter peccaui. Sed quem vestræ impuritatis consilio reatum contraxi, Apostolica sinceritas, ignorantiæ meæ ac iuuentuti compatiens, misericorditer indulsit: & ne quis successorum nostrorum in puteum similis deceptionis deinceps corruat, virtute suæ auctoritatis prohibuit. Si verò contra hæc vobis agere placet; illam maiorem audientiam, à qua omnis Christianitas diiudicatur, non fugio, sed appello: cuius æquitatis iudicium qui contemnit audire; B. Petrum ne sentiat iratum, debet timere.

EPISTOLA XII.

Carissimo Domino suo & Patri, Iuoni laudabilis vitæ Pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscunque seruus, veræ humilitatis obsequium, & puræ dilectionis affectum.

Formatas & formosas litteras vestras, quas pro facienda nobis iustitia Archipresbytero vestro Goffrido misistis, vidimus; & si non tantas, quantas debemus, saltem quantas possumus gratias vestræ sanctitati referimus. Ibi enim nihil aliud videri vel intelligi potuit, nisi erga nos vestræ magnæ caritatis affectus. Omnes quidem presbyteri castelli Vindocinensis B cum Archipresbytero vestro litteras viderunt: sed cum illo, immo per illum, nescimus quibus priuatis consiliis, litteris obedire contempserunt. Vnde, dilectissime pater, pietatem vestram, quibus valemus precibus, exoramus, quatenus circa ea, quæ vobis in veritate scripsimus, sic paterna dilectione sitis sollicitus, vt quam graue sit iustis non obtemperare mandatis, agnoscere valeat ille Ecclesiasticę iustitiæ interfector, & sanctæ Ecclesiæ inimicus.

EPISTOLA XIII.

Honorabili Domino suo & cordiali amico, Iuoni religiosæ vitæ Pontifici Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, à Deo sanctis repromissam beatitudinem, & à se puram integram dilectionem.

C

Litteras quidem vestræ sanctitatis cum gaudio & honore suscepimus: sed die, quem nobis in ipsis significastis, ad vos venire nullo modo poterimus, monasterij nostri ineuitabili necessitate detenti; quæ etiam in monasterio tunc manere nulla occasione nos patitur. Fratribus autem nostris, vt de possessionibus monasterij absque præsentia nostra iudicium subeant, suadere non valemus: & quod eorum voluntati contrarium rationabiliter cernitur, eis, ne fortè scandalizentur, imperare non audemus. Sed cum necessitas, quæ ineuitabiliter nos detinet, finem habuerit, ante bonitatis vestræ conspectum, loco & tempore competenti, diligenter nos præsentabimus, de Niue- D lone, quem nec reuerentia ordinis, nec honor sacerdotij, nec aduentus Saluatoris à genere noui sceleris retraxit, accepturi & ei facturi quantum debemus. Rogamus interim, dilectissime pater, humilitate qua possumus, vt de his, quæ Niuelo & sui nobis violenter abstulerunt, & adhuc crudeliter detinent, vestra eos cogente iustitia, mereamur inuestiri. quia rebus propriis exspoliati, sicut ipse melius nostis, antequam quæ eis ablata sunt, vniuersa potestati eorum restituantur, ad iudicium minimè debent conuocari. Valete.

EPISTOLA XIV.

E *Dilectissimo Domino Iuoni venerabili Carnotensium Episcopo & omni sanctæ Mariæ capitulo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, & à Deo salutem, & à se puræ dilectionis seruitutem.*

Hinc esse virtutem cognouimus veræ iustitiæ, amicum non debere iuuare mendacio, nec inimico in veritate deesse. De depositione domni Goffridi olim Blesensis abbatis, & de promotione domni Mauricij, qui contra nos diu iniustas exercuit inimicitias, & parum fructuosas sibi egit querelas, sicut vidimus & audiuimus veritatis testimonium perhibemus. Vidimus itaque domnum Goffridum in præsentia domni Brunonis Romanæ Ecclesiæ tunc Legati, abbatiam

abbatiam suam relinquere, & domnum Mauricium in abbatem propria voce eligere; eumque electum, & suis manibus deductum in locum, quem ante ipse tenuerat, collocare. Hoc vidimus, & coram Deo & hominibus testificamur palam ita factum fuisse. Sed si quid aliter actum in occulto, confitemur nos prorsus ignorare. Fieri enim potuit, vt aliud lingua domnus Goffridus pronuntiaret, & aliud occultaret in pectore. Sed quidquid Blesis nobis præsentibus super hac causa factum extitit, in quantum cognoscere potuimus, domno Mauricio, vt credimus, non obesset, si nihil aliud impediret.

EPISTOLA XV.

Carissimo Domino & amico Iuoni, honorabili Carnotensium Præsuli, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, delinquentium subditorum culpas ita iudicio sancti Spiritus condemnare, vt inculpabilis ante conspectum tremendi iudicis valeat apparere.

Optimè nostis, Pater optime, clericos vestros, quos humilitas B. Mariæ fecit superbos, non iure cœli, nec iudicio sæculi, sed solita mentis tempestate gradus domus nostræ destruxisse. Vnde paternitati vestræ humiliter supplicamus, vt quod à Clericis vestris peruersè actum dinoscitur, corrigatis; & gradus domus nostræ, quos furiosi spiritus impetu destruxerunt, ab ipsis fieri faciatis. Et cum de re nostra à nobis diu & iustè possessa, & iniustè ablata, secundum sacros canones inuestiti fuerimus; si postea de nobis conquerantur, quod iustus iudex, quod diuina lex faciendum iudicauerit, non recusamus. Venerabilis vitæ pater, res monasterij nostri, quæ in Episcopatu vestro esse noscuntur, & monasterium ipsum B. Petro à fundatoribus suis oblatum, si vobis laboriosum non esset, & pro cura episcopali & pro amore B. Petri, in quantum facultas suppetit, custodire, & ab omnibus aduersariis defendere deberetis; præsertim rem illam monasterij, quam pene iuxta introitum portarum vestrarum esse conspicitis.

EPISTOLA XVI.

Charissimo patri & Domino Iuoni laudabilis vitæ Pontifici, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, puram cordis dilectionem, & puræ dilectionis seruitutem.

Paternitati vestræ, pater optime, gratias agimus, quod Comitem Vindocinensem pro causa nostra ad rationem mitti fecistis; & quia quod iniquè gesserat, corrigere neglexit, eius castello, & castelli banlcugæ diuinum officium abstulistis. Ipse verò malis addere peiora minatur: & vobis inobediens, nos & nostra violenter adhuc persequitur. Sed quia ad hoc mandatum suscepimus, vt non affectemus laudes hominum, nec eorum minas timeamus; diuina nos protegente clementia, & vestræ auctoritatis suffragante censura, in pressuris constantiores inueniet. Vnum tamen vtile nobis, immo valdè necessarium esset, pro quo vobis, tanquam patri filij, humiliter supplicamus, quatenus genus pietatis, quo pastor Ecclesiæ, cum necessitas exigit, impius pro Domino fieri debet; (genus enim pietatis est, vt B. Hieronymus dicit, impium fieri pro Domino) ita in Comitem, & in omnem terram ipsius zelus vestræ rectitudinis propagaret; totum videlicet eius Comitatum à diuinis officiis segregans; & ipsum districtioris iustitiæ vinculis alligans, vt vniuersa plebs, quæ nostram iniuriam & eius malitiam non ignorat, & cui illius iniquitas multum displicet, nec maior iustitia displiceret, hinc occasione accepta proclamaret in eum: & sic quoniam Dei amore ab iniusta actione spontaneus non vult desistere, clamore simul & timore hominum desisteret vel inuitus. Nam sub quanto eius malitiæ onere gemimus, nostra humilitas non sileret, si referre singula morosum non esset, & audire tædiosum, & legati nostri lingua fortassis omnia melius diceret, quam nostra indicare posset epistola. Pauperum corpora sepeliri concessistis: quod nos abnuere nec possumus, nec audemus. Sed salua vestra pace, & reuerentia dicimus, si insepulta remanerent pro Ecclesiæ iustitia, non ideo animæ minus haberent de gloria. Et quia à sanctitate vestra pauperibus sepultura conceditur; sub nomine pauperum à sepultura iam nullus excluditur. Valete.

EPISTOLA XVII.

Amantissimo Domino & patri Iuoni, venerabilis vitæ Pontifici, frater Goffridus omnem vlcisci inobedientiam, & sic vitam promereri æternam.

Nouerit, charissime pater, vestra dilectio in castro Vindocini, dictos illos regulares B. Gregorij Canonicos, in Ecclesia B. Petri apertis ianuis contra interdictum vestrum solenniter festiuitatem celebrasse: aliosque eiusdem castelli clericos quendam burgensem defunctum, & cum defuncto iustitiam quasi defunctam sepelientes, publicis processionibus sepulturæ tradidisse. De qua Ecclesiasticæ iustitiæ sepultura, quæ contumaciæ studio acta dinoscitur, & de huiusmodi sepulturæ vindicta, vestræ sublimitati nostra humilitas aliquid scripsisset, si monachus vnus sufficeret de inobedientia clericorum accusare multitudinem; & præsumptuosum non videretur, tantæ discretionis docere pontificem. Illud tamen perpendat vestra dilectio; quod si tanta iustitiæ iniuria patienter portatur, verendum est, ne sancta Ecclesia hac occasione de statu suo plurimum perdat; & suæ honestatis ordinis intolerabilem iacturam patiatur. Vnde vestræ paternitati filiali dilectione supplicamus, quatenus ad nos misso vestræ auctoritatis decreto, tam perniciosa præsumptio sine vindicta minimè transeat: vt quam graue sit suo Episcopo non obedire, vel sic vnusquisque transgressus agnoscat. De domno Archidiacono, cuius virtutes vel vitia prudentiam vestram ignorare non credimus, vobis vera scribere non audemus; ne nostra veritas eius odium nobis generaret, & qui malè agit peius ageret. Certè, si inordinata remissio pietas vel misericordia esset, circa delinquentes, sed impœnitentes, plurimum exhiberet; quibus etiam non pulsantibus, eius misericordiæ ianua patet. Nam quis ex diuitibus contra interdictum vestrum vult sepeliri, & non sepelitur? Pauperibus autem, qui culpam non habent, sepultura negatur. Potentibus aperiuntur Ecclesiæ: impotentes per quos quod male actum est, corrigi non potest, ab Ecclesiis excluduntur. Sancto Euangelio teste cognouimus, & nullatenus dubitamus, benignum Iesum Dominum nostrum B. Petro quæ liganda erant ligandi, & quæ soluenda soluendi potestatem tradidisse: sed aliter quam Dominus dedit, vel B. Petrus ab illo accepit, indiscretè gloriosus vester Archileuita, quasi propheta docens mendacium, soluenda ligat, & soluit liganda. Prouidere itaque, dilectissime pater, ne iustitia vestra, quæ ex parte iam perire cœpit, omnino pereat: & quod veraciter vobis mandamus, nobis non noceat.

EPISTOLA XVIII.

Honorabili Domino, & praecordiali amico, domno Iuoni Carnotensi Episcopo, frater Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, quidquid potest haberi salubrius.

DE statu Domini Papæ & Romanæ Ecclesiæ vobis veraciter annuntio, quod Dominus Papa, & Romam, & Romanam Ecclesiam cum magna pace possidet & tranquillitate. Romæ dominum Papam inueni, cum quo inter alia de vobis locutus, bona quæ potui & debui de persona vestra dicere, quidquid alij mussitassent, illi non tacui. Inde cum redissem, & Lugduni à Domno Primate Lugdonensi, & à tota Ecclesia eius moltum honorificè susceptus, & per quinque dies cum omni comitatu nostro diligenter procoratus fuissem, audiui ab ipso Archiepiscopo, quæ vestræ dilectioni oceultare nec possum, nec debeo. Audiuit itaque, domnum Senonensem cum illo fecisse pacem; & omoem obedientiam illi, tanquam oon Primati, promisisse; nec vos illius pacis aliqoa ex parte fuisse participem. Litteras etiam, quas in persona sua fecistis, sua voluntate dixit non fuisse factas, nec Domino Papæ transmissas: vnde sub celeritate Domino Papæ nuntiaret, quod litteras illas suas fuisse nullatenus crederet. Hæc autem cum audissem, de vobis, sicut de carissimo Domino & amico sollicitus, enim domno Primate & Clericis suis, qui vobis modis omnibus, quibus poterant, aduersabantur, locutus fui: & vitæ & personæ vestræ honestatem & magnitudinem ostendens, inter vos & ipsos pacem studiosissimè quæsiui. Vnde vobiscum quò & quando placuerit, volo habere colloquium: quia ista & quædam alia ad honorem vestrum, & vtilitatem, vt æstimo, soli personæ vestræ manifestare desidero. Conductum tamen si vultis, vt ego veniam, mihi quæratis securum: quia sacrilegos, qui meo aduentu Domini à curia vastra reuertentem ceperunt, adhuc & merito habeo suspectos. Valete, & voluntatem vestram super his mihi rescribite.

EPISTOLA XIX.

Iuoni Carnotensium præsuli, frater Goffridus, salutem à Domino, & à se debita dilectionis seruitutem.

SIcut consuetudines monachorum B. Benedicti regulæ concordantes laudamus: sic eas, quas sanctus Benedictus nec docet, nec præcipit, & quæ à ratione penitus discrepare videntur, laudare oon possumus. Sunt enim quædam apud monachos institutiones, quas ratio nullateous admittit, nec sanctorum quilibet patrum inuenit; sed insipientium consuetudo hominum instituit. Has in monasteriis quidam monachi sibi pro lege vindicant: & cum Christus dixerit: *Ego sum veritas*, nec dixerit, Ego sum consuetudo; pro sua tamen consuetudine legem veritatis immutant. Et, vt cætera taceamus, in hoc, vt nobis videtur, non mediocriter errant; quod vnctionem infirmorum, cum à sancta Catholica & Apostolica sede sacramentum vocetur, & cum nullum sacramentum iterari debeat, iterandum putant. Vnctionis vtique sacramentum B. Innocentius Papa adeo magnum dicit, quod pœnitentibus, quibus cætera sacramenta negantur, nulla ratione putatur posse concedi. Quid tamen super hoc magnitudo vestræ discretionis sentiat, & quid tenendum doceat, scire desideramus: quæ quāuis ista & ratione, & auctoritate esse vera non dubitemos; ea tamen vestræ auctoritatis decreto firmari volumus, & rogamus.

A

EPISTOLA XX.

Iuo Carnotensis Ecclesiæ minister, Goffrido Vindocinensi Abbati, salutem & dilectionem.

VNctionem infirmorum non æstimo repetendam, quia sicut ipse asseruisti, secundum institutum Apostolicæ sedis, genus est sacramenti: qui autem sacramenta Christi & Ecclesiæ repetit, iniuriam ipsis sacramentis ingerit. Vnctio enim infirmorum publicæ pœnitentiæ est sacramentū: quam non esse repetēdam, sicut nec baptismum, testatur Augustinus, testatur Ambrosius. Augustinus io Epistola ad Macedonium: *Caute salubriterque prouisum est, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus vtilis esset ægrotis: quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit.*

B Ambrosius in secundo libro de Pœnitentia: *Sicut est vnum baptisma, ita & vna pœnitentia: quæ tamen publicè agitur. Nam quotidie nos debet pœnitere peccati, sed hac delictorum leuiorum; illa grauiorum.*

EPISTOLA XXI.

Goffrido vitæ laudabilis Episcopo, dulcissimo Domino suo, & præcordiali amico, frater Goffridus suus quale & quantum potest, & supit, obsequium, & pura dilectionis affectum.

C APud booitatem vestram, venerabilis Pater, de Vindocinensi Comitissa egò conqueror, & mecum omnis congregatio nostra. Ipsa enim, dum pro occasione monasterij essem in pago Andegauensi, terram qoam monasterium nostrum pacificè tenerat, nobis abstulit: corticem etiam arborum, quem ad vsus suos homines nostri collegerant, sicut diu consueuerunt, cremari fecit. Præterea monachi Maioris-monasterij, quos B. Martini humilitas aliquantulum sublimes fecit, decimam, de qua, vobis præsente, eis obtulimus iustitiam, nobis auferunt violentia sæculari. Robertus de Monte-laudaro, non laudandus, prędam nostram rapuit de cuius redemptione centum accepit solidos, quos malè acceptos Vindocini peius expendit. Quis istorum erga nos melior fuerit,

D nec ab homine, nec ab Angelo sciri potest, cum vnusquisque eorum contra oos pessimè egerit. Pro quibus omnibus vestræ dilectioni multum humiliter supplicamus; quatenus ad Vindocinenses clericos missoveſtræ auctoritatis decreto: sic vnusquisque supradictorum malefactor corrigatur; vt in his quæ contra nos malè commiserunt, nullus eorum gratuletur. Archipresbytero vestro vestræ bonitatis gratia præcepistis, vt nobis, si necessarium esset, Ecclesiastica iustitia subueniret. Ipse quidem ad iussionem vestram omnia se facturum pollicetur: sed ex omnibus nihil omnino operatur. Certè circa ea quæ sæculi sunt, pronum eum nouimus, & nimium sollicitum; & alienam aquam satis prudenter coοducere oouit ad suum mo-

E lendinum. In his autem, quę ad Ecclesiæ iustitiam pertinent, cum quidem laudaremus: sed pro eo incurrere mendacium nolumus.

EPISTOLA XXII.

Dilectissimo Domino suo, Domno Goffrido Catholicæ vitæ Episcopo, frater Goffridus, dimidium animæ suæ: & si non sufficit, totum animam & corpus.

MVltiplices gratiarum actiones, dulcissime Pater, pro multis beneficiis vestris, vobis referimus; & maximè pro visceribus vestræ caritatis, quæ circa

circa nos firma, & incooculla ſentimus. De mooachis [A] Maioris, vt dicitur monaſterij, quos B. Martini bumilitas ſuperbos, & eius paupertas pecunioſos fecit, ſæpius conqueſti, adhuc conquerimur; & de ipſis in præſentia veſtra die feſtiuitatis B. Ægidij iuſtitiam accipere deſideramus. Carnorum autem venire propter illum leproſum Guillelmi filium, & propter alios Eccleſiæ noſtræ inimicos non audemus; & pro importuna etiam multitudine laicorum, quam prædictos monachos ibi habituros nullatenus dubitamus. Ad voluntatem tamen veſtram ire & redire, vbi vel quando placuerit, veſtro conductu non recuſamus. Honeſta tamen diſcretio veſtra, ſic veſtro honori, & noſtræ vtilitati prouideat; ne veſtrorum amicorum fideliſſimus iuſtitiæ ſuæ detrimeotum patiatur, vel perſonæ opprobrium qualibet occaſione incurrat. Valete, [B] & quod vobis placuerit, litteris ſignificate.

EPISTOLA XXIII.

Chariſſimo Domino ſuo & dulciſſimo amico, Goffrido venerabilis vita Carnotenſi Epiſcopo, frater Goffridus à Deo ſalutem, & à ſe pura dilectionis ſeruitutem.

AVdiuit paruitas noſtra de veſtra magnitudine, quod ſine admiratione audire non potuit. Frater vnus ex noſtris, ſicut nobis retulit, olim ad vos venit, querimoniam facturus de Vrſione filio Niuelonis: cuius dimidium clamorem vix audire dignatus, quod à fratribus noſtris excommunicati veſtri ſuſcipieban- [C] tur, ei oppoſuiſtis. Hoc non à vobis, ſed ab alio inuentum credimus; qui quaſi Suſannam criminatus teſtimonium protulit falſitatis. Abſit enim à ſinceritate fratrum noſtrorum tanta Chriſti iniuria, & Eccleſiaſticæ iuſtitiæ tam deteſtabilis ſepultura. Ipſi enim Dei iuſtitiam ſepelire non nouerunt: ſed vbi mortuam agnoſcunt, ſuis orationibus conantur ſuſcitare. De prædicto Vrſione, & de Pagano Niuelonis fratre, honeſtæ vitæ Pater, conquerimur: quorum vnus, Vrſio ſcilicet, poſt multa alia mala, quæ iam nobis fecit, mille oues & quatuordecim boues nobis abſtulit. Paganus verò molendina noſtra, quæ apud Piſoſtum habebamus, igne cremauit. De monachis Maioris monaſterij apud bonitatem veſtram [D] multotiens proclamauimus, & vt clamor noſter nobis proficiat, multum ſuppliciter vos rogamus. Valete.

EPISTOLA XXIV.

Bono Domino & pracordiali amico Goffrido honorabilis vita Epiſcopo frater Goffridus quidquid à Deo anima fideli datur ſalubrius.

OPtimè noſtis, Pater optime, de Comitiſſa Vindocinenſi me ad paternitatem veſtram conqueſtum fuiſſe. Poſtulans adhuc rogo, & rogans poſtulo ſæpe quæſitam de domina illa iuſtitiam. Mihi bonitate mandaſtis, quod inter me & illam aut placi- [E] tandi, aut concordiam faciendi reſpectum vſque ad feſtiuitatem ſancti Beati accepiſtis. Dei Domini bona gratia, cum omni Chriſtiano pacem Chriſti & concordiam habeo: & ſatis deſiderarem habere concordiam cum domina illa: ſed ſemper eſt diſcors eius concordia. Ego tamen aut vobis mediatore volo concordiam, aut vobis iudice quæro iuſtitiam. Verbo & ſcripto, ne cauſam noſtram agerem ſine iudicio veſtro mihi interdixiſtis: & meritò. Omnino enim iniuſtum eſt, & ſacris Canonibus, ſicut ipſe melius noſtis, penitus obuiare videtur; vt Eccleſiaſtica cauſa ſæculari & peregrino iudicio terminetur; & quod vos & veſtros facere decet, aliis, etiam perſonis Eccleſiaſticis concedatur. Hoc ſi fieri poſſet, Eccleſia veſtra damnum pateretur, & ſui iuris & honoris perderet plurimum. Eccleſiæ etenim veſtræ gloriam alteri dare, nec ſanctitatis genus eſt, nec religionis membrum. Hoc etiam bene noſtis, dilectiſſime, quod ſæculares homines ſua conſuetudine ſanctæ Eccleſiæ auctoritatem conantur adnullare. Et cùm eis in modico occaſio cuiuſlibet conſuetudinis contra Eccleſiaſtica iura conceditur: hoc deinceps omni tempore ſibi vindicare nituntur. Sic qui hoc facit contra ſuam Eccleſiam, mundialem ſuſcitat rixam: & cum aliquando aliter facere voluerit, ſæcularis tempeſtas non patitur. Dilectionem itaque veſtram ad locum noſtrum, immo veſtrum, venire humilitas noſtra multum precatur; ad nos veſtræ ſanctitatis ſeruos prædicto termino accedere diſcretio veſtra non pigritetur. Quod ſi vobis tunc non licet, vel diſplicet; alius terminus inter me & Comitiſſam, loco mihi & ſibi ſecuro, à vobis ponatur: vbi aut veſtro conſilio concordiā faciamus, aut veſtro iudicio Eccleſia noſtra iuſtitiam conſequatur. Valete.

EPISTOLA XXV.

Dilectiſſimo Domino & patri Goffrido, Catholica vita Pontifici, frater Goffridus pro Chriſto carcerem, exilium, vel mortem non timere: nec ea qua ſunt his contraria, iuſtitia & veritati qualibet occaſione praponere.

ADuerſitatem ſiquidem veſtram audiuimus, quā veraciter facimus noſtram totis viſceribus: & quia ſine vobis proſperitatem habere non gaudemus, & aduerſitatem ſuſtinere vobiſcum optamus; diligenter & humiliter ſupplicamus vobis, vt ſi noſtræ humilitatis ſeruitio indigeritis, nobis litteris ſignificetis: quia priuatim & publicè, & voluntati & neceſſitati veſtræ nos & noſtra offerimus. Non ſit vobis anxioſum, dulciſſime Pater, in veſtra neceſſitate, noſtræ paruitatis, immo magnitudinis ſeruitium ſuſcipere; nec veſtrum ſuper hoc, ſed ſancti Spiritus ſenſum habeatis per Salomonem dicentis, *Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum. Amicus enim in neceſſitate probatur, & medicus.* Valete: & ſi quid vnquam de vobis bene promeruimus, nobis in veſtra neceſſitate non parcite.

EPISTOLA XXVI.

Goffrido honorabilis vita patri Carnotenſi Eccleſia à Deo dato paſtori, frater Goffridus & perpetuam ſalutem à Domino, & à ſe debita dilectionis ſeruitutem.

DE monachis Maioris-monaſterij ſæpius conqueſti, adhuc conquerimur, qui ſagittis rapinæ & ſæcularis violentiæ in nos aſſiduè iaculantur. Decimam, quam fratres noſtri à primo Abbate monaſterij ſui pacificè tenuerunt, & de qua eis, vobis præſente, obtulimus iuſtitiam, contra interdictum veſtrum, cum gladiis & fuſtibus, quaſi etiam Herodianis adductis ſecum, nobis auferunt; & alteram etiam, quam [E] antea non auferebant: & ſic nobis mala quæ poſſunt, faciunt; & quæ faciunt, licere putant. Vos eis verbo, & eorum Abbati ſcripto interdixiſtis, ne vlterius caperent decimam illam, eoſque admonuiſtis, vt venirēt in curiam veſtram, inde habituri omnem iuſtitiam. Ipſi vero verbi & ſcripti veſtri pariter contemptores, magis ac magis nos infeſtare conantur, & veſtram auctoritatem perſequi, & vobis derogare videntur. Vnde paternitati veſtræ humiliter ſupplicamus, quatenus ex aduerſo aſcendatis, & murum pro domo Iſrael inobedientibus apponatis: quod nobis neceſſarium, & vobis honorificum eſſe minimè dubitatis. Mirari tamen nec poſſumus, nec debemus, ſi in nos & in

vos quasi in arido hoc faciunt, qui in viride lignum, in pastorem scilicet proprium Turonensem Archiepiscopum, sulfureo igne quondam exarserunt, nec malè accensum sulfuris ignem postea extinxerunt. Quos vtinam superbi Saulis mors digna &, Mariæ sororis Aaron lepra, atque Iudæ peruersi discipuli pœna deterrerent; & sic mortua in ipsis superbia, quæ mater est & nutrix totius iniquitatis, & maximè cupiditatis, à monasticæ fraternitatis infestatione desisterent: nec pontificalem, vt Iudas Christum, persequerentur dignitatem; nec pontifici, sicut Maria Moysi, derogarent. Valete. Iustitia vestra nota sit omnibus hominibus, & amplius nobis, qui amplius indigemus.

EPISTOLA XXVII.

Domno Goffrido glorioso Carnotensis Ecclesiæ Episcopo, frater Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscunque seruus, suæ bona consuetudinis obsequium, & pura dilectionis affectum.

SEmel & secundo scripsit vobis Dominus vester & noster Papa Calixtus, præcipiens, vt nobis de his, qui in Episcopatu vestro nostra auferrent, iustitiam faceretis. Quæsiuimus eam de Herueo de Scalis, & de duobus presbyteris, & adhuc habere non possumus. Rogamus iterum, vt secundum Domini Papæ præceptum de prædictis hominibus nobis iustitiam faciatis. Parati enim sumus ante vos loco opportuno & tempore competenti venire, quod iustum fuerit accepturi: & de fratribus nostris, quibus crimen sacrilegij intenditis, quantum iustitia dictauerit, & Apostolicæ sedis permittit auctoritas, responsuri. In hoc tamen non noctes, secundum consuetudines laicorum, sed secundum instituta Canonum, inducias postulamus. Nolite iudicare personaliter. Domini verba sunt hæc: Nemo rectè in iudicio personam accipit alienam, nisi prius accipiat suam. Certè non plus in concessione ornamētorum sacerdotalium ab Apostolica sede Abbatibus indulgetur, quam illi qui sine vitæ meritis & ordinibus factis Episcopus eligitur. Si cuilibet retractare placet quod Romanus Pontifex facit, & in eum qui soli cælo innocentiam debet, os ponere præsumit: & illud retractare placeat, quòd illum magis intuitu misericordiæ, quam censura iustitię respexit. Acephali non sumus: quia Christum Saluatorem caput habemus, & post ipsum, Romanum Pontificem. Hoc caput habuit monasterium nostrum in initio sui, & habebit, Deo auxiliante, vsque in finem sæculi. Professionem, quam obiicitis à sanctæ memoriæ Papa Vrbano, prædecessoris vestri tempore, irritam penitus factam in hæc verba noueritis. Vrbanus Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabili congregationi Vindocinensis monasterij salutem & Apostolicam benedictionem. Relatum nobis est, quod Carnotensis Episcopus à carissimo filio nostro Gauffrido vestro Abbate, in consecratione, quam accepit ab eo, professionem extorsit. Quam quia contra Romanæ Ecclesiæ auctoritatem factam agnouimus, Abbati quidem nos misericorditer huiusmodi noxam indulsisse noueritis. Professionem verò ipsam ita adnullamus, vt nullas penitus vires obtineat. Insuper etiam, ne Abbas monasterij vestri deinceps Episcopo professionem faciat, & nostræ auctoritatis priuilegio firmatum est, & præsentibus litteris prohibemus. Si quis autem in posterum contra hæc venire tentauerit, à sanctæ Ecclesiæ liminibus arceatur, & maneat excommunicatus, donec resipiscat, & Romanæ Ecclesiæ satisfaciat. Datum Romæ VIII. Kalend. Decembris. Hoc ipsum Dominus Papa Paschalis sua auctoritate firmauit. Quod super quemlibet Vindocinensem monachum nulli Episcopo potestatem aliquam exercere liceat; ab ipso eodem felicis memoriæ Papa

A Vrbano hoc modo prohibetur. Vrbanus Episcopus seruus seruorum Dei, omnibus sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ filiis salutem & Apostolicam benedictionem. In Aruernensi Concilio residentibus nobiscum Galliarum Episcopis, præceptum, & Romæ postea præsenti decreto firmatum est, vt nullus Episcoporū, vel Archiepiscoporum super quemlibet monachum Vindocinensis monasterij potestatem aliquam exercere præsumat. Monasterium enim ipsum, & fratres eiusdem loci ita specialiter sub Apostolicæ sedis defensione, ac Romana libertate positi sunt, vt nulli omnino hominum, nisi Romano pontifici, & eorum Abbati, in ipsis potestatem aliquam aut dominationem liceat vindicare. Si quis autem ista temerare scienter præsumpserit, excommunicatus maneat, nisi resipuerit, & Romanæ Ecclesiæ satisfecerit. B Datum Romæ 11. Kalendas Aprilis. Priuilegia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quibus monasterium nostrum munitur, vobis videnda sæpe obtulimus. Sed quia sublimitas vestra distulit videre, vel noluit, quædam ex ipsis vestræ dilectioni transcripta mittimus: ne deinceps quasi ex ignorantia contra Apostolicæ sedis benignitatem brachia erigatis, quæ vos & nos creauit, non nostris meritis, sed sua gratia. Valete in Domino semper.

EPISTOLA XXVIII.

Bono Domino & pio Patri Goffrido laudabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus, quidquid haberi vel mandari potest salubrius.

C DVm apud Bonam Vallem vos & nos simul essēmus, præ amaritudine animi perturbati, præsens dicere nolui, quod absens vobis scribo, ne vos merito tenerem suspensum, qui me immerito habuistis suspectum. Animus quippe meus iustè fuerat perturbatus, quia mala pro bonis, odium vsque pro dilectione mea sentiebam mihi retribui: retributionem videlicet, quam Deus nec nouit, nec docuit. Quidquid seminatores discordiarum subpungant vel mussitent, præsentes litteræ non fabularum relationem, sed puram loquentur veritatem: me videlicet nihil vnquam contra vos, vel contra Ecclesiam vestram à Domino Papa Calixto quæsisse, vel ipsum fecisse. Priuilegium D quidem apud Stampas mihi fieri debuit, & scriptum fuit. Sed quia in eo quædam sunt posita, quæ neque Ecclesiæ vestræ vtilia, neque monasterio nostro necessaria videbantur, in loco, quo scriptum fuerat, remansit non bullatum. Postea verò Parisiis factum est priuilegium, in quo dignitas & honor monasterij nostri memoratur pariter & firmatur, nec in eo honor Ecclesiæ vestræ minuitur, sed augetur. Quod patet omnibus, qui inuidum oculum non habent, nec obliquo sidere res bene gestas considerare conantur. Absit hoc à sinceritate animæ meæ, vt amico vel inimico aliud promptum in lingua exhibeam, & aliud retineam clausum in pectore. Illud veraciter credatis; quod in priuilegio ipso nulla contra Ecclesiam vestram, vel de Ecclesia vestra facta est mentio. Quod si Dominus E Papa aliquid de suo nobis contulit, nec vobis quod vestrum est abstulit; vos dominum nostrum & præcordialem amicum inde lætari desideramus. Sed si inimici nostri inde lugent & contristantur, nos idcirco quod Apostolica auctoritate firmatum est, atque sub anathemate ligatum, nec possumus soluere, nec debemus. Valete, & si bene locutus sum, & bene operatus, testimonium perhibete. Non enim contra memetipsum facere consueui, nec nostram mordere linguam, cum loqui debui.

EPI-

EPISTOLA XXIX.

Bono Domino & suo viscerali amico, Goffrido laudabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus puram dilectionem, & pura dilectionis seruitutem.

DOcent nos decreta sanctorum Romanorum pontificum, Leonis videlicet magni, Symmachi, Felicis, Gregorij, Hormisdæ, Sixti, Eusebij, nullum suis rebus exspoliatum, vel à propria sede pulsum, in aliquo iudicari, vel ad Concilium debere vocari, donec omnia quæ sibi ablata fuerunt, ex integro restituantur; quæ tanto tempore possideat, quanto ea amisisse cognoscitur. Si quis dicit, non ad iudicium causæ, sed ad iudicium inuestituræ exspoliatum posse vel debere vocari, planea sanctæ Ecclesiæ agitare; & leges Catholicæ & Apostolicæ sedis violare conatur, quibus prohibitum est, ne quilibet exspoliatus vocetur ad iudicium, siue in aliquo iudicetur. Si igitur exspoliatus in aliquo iudicari non debet, manifestum est, nec super hoc vllatenus rationabiliter dubitari potest, quod non solum iudicium causæ, & inuestituræ, ab exspoliato remouetur: verum etiam nulla contra eum iudicij vocatio fieri permittitur, quoniam inane esset & vacuum, eum ad iudicium vocari, qui in nullo iudicari conceditur. Præterea nouimus, qui præsentes eramus, Dominum Papam Vrbanum, in Aruernensi Concilio super hoc diffinitam, & ab omnibus qui aderant, Episcopis & Abbatibus laudatam dedisse sententiam: vt quicumque sine vocatione & iudicio exspoliarentur, etiam sine vocatione & iudicio inuestirentur. Valeat Dominus meus, & vigeat, & sic sanctarum scripturarum veritate pascatur, ne cibo indigeat alieno, qui sæpe famelicum facit, & neminem satiat.

EPISTOLA XXX.

Goffrido venerabili Episcopo frater Goffridus salutem & benedictionem.

LEges Romanorum Pontificum exposuistis, quæ vestra expositio magis exspoliandi vestitos occasionem præbere noscitur, quam inuestiendi exspoliatos, dum expoliatores defendere nititur. Licet ipsa mihi minimè placuisset, forsitan tacuissem, nisi aliter exponi & teneri ab Apostolica sede vidissem & audissem. Bonæ memoriæ Dominus noster Papa Vrbanus, non in occulto, sed in generali Concilio, adiudicauit eos absque iudicio & vocatione debere inuestiri, qui sine iudicio & vocatione sunt exspoliati: ne sub occasione vocationis & iudicij interueniret dilatio, & per dilationem aut diuturna, aut sempiterna maneret exspoliatio. Leges itaque istas exposuit sedes Apostolica, quæ illas dedit: & legum datores iure debent esse legum expositores. Hoc vtique & in vetere, & in nouo testamento reperitur. Nam leges dederunt Christus & Moyses, & exposuerunt. Si qui vero post ipsos legum expositores dicuntur, in hoc tantum sunt recipiendi, vbi nihil peruersum, nihil eis sensere contrarium. Eodem spiritu, quo dictante & lex prima per Moysen data est, & per Christum secunda, sancta Apostolica sedes leges, quas Canones appellamus, dedit, & ipso inspirante exposuit. Si quis igitur Apostolicæ sedi, quæ leges Canonum dedit, in Canonum expositione contrarium sentit, non sapit quicunque est ille, sed desipit: & quia suo spiritu loquitur, non cultor, vel expositor diuinæ legis, sed insidiator & oppressor indubitanter agnoscitur. Olim Carnotensis Ecclesia boues & oues, vel quæcumque Ecclesiarum prædæ si caperentur, reddi aut recredi faciebat, aut statim in rapinarum auctores vltionem Ecclesiasticam exercebat. Nunc autem Ecclesia Dei quinquagenaria possessione sine vltione priuatur, & vocatur ad iudicium, quæ sine iudicio & vocatione, seu qualibet reclamatione exspoliata dinoscitur. Hoc sanctus Eusebius non docuit, cuius sententia minus sapientis, quam ipse fuit, expositione non indiget, quia exspoliatum ad iudicium vocari penitus interdicit. Et beatissimus doctor & martyr Cyprianus dicit, rem manifestam & non dilatione consilij, vel disceptatione debere differri. Et Damasus Papa exspoliatis, quæ antè possidebant, prius ex integro reddi, & postea respondere præcepit. Qui exspoliato, quæ antè possidebat, primitus reddi, & eum postea respondere admonuit, præposterum ordinem in Ecclesia fieri non permisit: vt videlicet prius ad iudicium vocaretur exspoliatus, & post iudicium inuestiretur. Item ex Africano Concilio, *Si quis absens exspoliatus est, quicquid & à qualibet persona ablatum fuerit, sine omni dilatione reddatur.* Qui omnem dilationem prohibuit, exspoliatum ad iudicium vocari non permisit: cum ipsa iudicij vocatio sine dilatione fieri non possit. Ego siquidem absens exspoliatus fui: sed me priuata causa non absentauerat, sed Domini Papæ obedientia. De exspoliatis sanctorum patrum plures sententias protulissem, nisi timerem paginam facere longiorem, Vnum tamen propono, quod expono: Ecclesiasticum scilicet rigorem immutari posse malignitate odiorum. Valde cæca & pertinax est indignatio, quæ aut culpabilem humiliter culpam agnoscere, aut inculpabilem sed excusare rationabiliter non patitur. Hoc permaximè ab illis fit, qui aliorum humilitate superbiunt, & dominatione, non miseratione gloriantur, Charissime pater & Domine, per primæ regenerationis, & per monasticæ religionis sacramentum veterem exuisse hominem, & induisse nouum me profiteor. sed posteà veteris vestigia secutus, nodum offendisse me non diffiteor. Nam contra vitæ merita ordinatus Leuita, deinceps verò, non quidem sapientiæ doctrina, Abbas factus, & Romæ presbyter consecratus, in sancto & sacro ordine de mea minus quam debui, & de aliorum salute sollicitus fui, Me miserum, me infelicem prorsus confiteor. In hoc tamen miseratio diuina me seruauit quod neque Ecclesiarum, neque Ecclesiasticorum honorum occultus fui vel publicus emptor Nulla ratione ab illa arbore volo euelli, immo desiderio desidero eius radicem colere, & illius qualiscumque ramulus fieri, quam à patre cœlesti plantatam cognouero. Si ille timendus est, ille cauendus, quod bene dixistis, qui per pacis imaginem decipit: ille valde diligendus est, & honorandus, qui per caritatis veritatem diligit: nec sua tantum ei, quem amicum credebat, in sua necessitate exhibuit: sed etiam per semetipsum magna humilitate seruiuit Qui debita etiam inimico Ecclesiasticæ æquitatis auxilia memorauit, seruitia sibi exhibita cum magnæ dilectionis obsequio silere non debuit. Totius est enim aliorum beneficia publicare, quam sua: ne forte in præsenti sæculo recipiant mercedem, quam recipere debuerat in futuro. Qui bene vigilauit & vigilat, vt melius vigilet, admoneri debet. Nam qui bonus est, admonendus est vt melior fiat. Qui tamen aliquando bene vigilauit, etiam quando voluit, obdormiuit: & qui voluntariè subuenit, iterum quando voluit, subuenire distulit. Ducentas etenim libratas, præter amissas possessiones, & consuetudines rebus nostris violenter impressas, in vestro Episcopatu, vestro in tempore, nobis apud vos conquerentibus, monasterium nostrum perdidit: vnde postea quod valeret solidos sexaginta, recuperare non potuit. Nec vos idcirco pulsatum aliunde vel coactum existimo, si Dominus Papa apud reuerentiam vestram Apostolicæ

sedis iniuriam deposuit, quam silere non debui, nec silebo: & quam ipse per semetipsum iustè vindicare potuisset: & adhuc si necessarium fuerit, Deo auxiliante, vindicabit. Ille inquam, vehementer est ingratus gratiæ Romanæ Ecclesiæ, si ei obedire dissimulat, pro quo ipsa censuram iustitiæ quasi ignorare voluit, & eum respexit solo intuitu misericordiæ. Nec bene seruat Romano pontifici iuratum fidelitatis sacramentum, qui suum ei auferre machinatur alodium. Si legatus Apostolicæ sedis, sicut scripsistis, ne nobis faceretis iustitiam, præcepit, contra constitutionem Dei, & Domini Papæ præceptionem fecit, & in seipsum suam ipsius sagittam retorsit, dum potestati, pro qua sibi obeditur, obedire prohibuit. Nam cùm aduersus potestatem, qua sibi præcipere conceditur, præcepit, præcipiendi potestatem amisit. Priuilegium enim, quo quisque vtitur, meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate. Ille veraciter sibi concessa potestate abutitur, qui occasione legationis Romani pontificis contra Romanum pontificem agere conatur: sed dum contra torrentem brachia erigit, frustra fatigatur. Et Angelo quidem malè contigit, qui Deo æquari voluit: & Legato, qui ipso Pontifice Romano maior videri concupiscit, malè continget: qui dum plus fieri appetit, quam Apostolicus, apostaticus fiet. Et quoniam, sicut dicitur, in ipso præcessit quædam elatio reprimenda, vt videlicet de Domino Papa, carissimo patre nostro, cum quodam Episcopo, quem Romana Ecclesia creauit ex nihilo, peruersè loqueretur, ab Ecclesia Dei respuendus esset & detestandus: vt vel sic posset agnoscere, quam graue sit in eum qui soli cælo innocentiam debet, os ponere. Nouit præterea vestra dilectio, quid magistro debeatis, & quid discipulo. Nam secundum saluatoris testimonium, *Non est discipulus supra magistrum*: neque Apostolus maior eo, qui misit illum. Si vero pro Domini Papæ obedientia mihi iniuria redditur, lætor non mediocriter & delector pro tanto Domino iniuriari, pro quo non solum quamlibet iniuriam sustinere, sed etiam pro ipso crucem portare paratus sum: à cuius sancta obedientia & fidelitate nemo vnquam viuum vel mortuum me poterit separare: Cum Niuclone non causam agendam apud Carnotum, sed terminum audientiæ de inuestitura, vestro consilio inductus, non nostra ductus volontate suscepi: quod totum occasione vestra credidi & credo præteriisse. Nam dum adhuc apud Bonamuallem essem vobiscum, dixistis, quod Carnotum me minimè conducere poteratis, & ideo vtilè immo necessarium erat, vt terminum mutaretis, & locum, sicut fecistis. Per Hugonem etenim Decanum vestrum mihi postea mandastis, ne termino inter me & Niuelonem statuto Carnotum venirem, quia ibi adesse non possetis. Præterea per fratres nostros, Paganum, & Galterium vsque ad Rogationes vos ad partes nostras venturum significastis, vbi securè & certo die de inuestitura tractaremus, & interim Niuelonem, vt nos inuestiret, rogaretis. Expectauimus quidem terminum: sed neque vos, neque aliquem ex parte vestra vidimus: & adhuc exspoliati, & multiplicis dilationis pondere prægrauati, vt inuestiamur, & Domini Papæ præceptum obseruetur, diligenter rogamus. Alioquin enim Naboth Israelita, & plebe Israelitica aduocatum de cœlo, vt nobis subueniat, imploramus.

EPISTOLA XXXI.

Dilecto Patri & Domino, Goffrido honorabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus puræ dilectionis affectum pariter & effectum.

NEscio cuius suggestione & consilio mihi sæpius dixistis in hoc anno, quod Ecclesiæ vestræ non tollerem quod habuit, & habere debet in monasterio nostro. Et ego vobis iam dixi, & scripto præsenti adhuc dico, quod Ecclesiæ vestræ quicquam tollere nec possum, nec volo: immo illam, & in tempore vestro maximè, diligere & honorare toto corde desidero, si malignitas inuidorum permiserit, si non amplius, non tamen minus, quam quilibet prædecessorum nostrorum ante me fecerit. Et quicquid Ecclesia vestra in creatione monasterij nostri sibi in ipso reseruauit, vel deinceps iustè & regulariter habuisse dinoscitur, non contradico, sed concedo, & quamdiu vixero, velint nolint angeli discordiarum, diligenter obseruabo. Iniustum est enim & impium, quod iusta & pia dispositione bonorum prædecessorum vestrorum & fundatorum monasterij nostri factum, & per ipsos intetractabili Apostolicæ sedis auctoritate firmatum nouimus, violare. Ea quæ ab antecessoribus vestris nobis sunt scripta, vobis Andegauis monstrare volui: sed vos non habuistis spatium videndi. Ibi enim præcepta & priuilegia iam per tres annos reseruantur, propter superfluitates aquarum, quæ armaria nostra, quæ sunt Vindocini, adeo inundauerunt & aquosa reliquerunt, quod ex parte libri nostri, qui ibi fuerant, perierunt. Et quoniam ad præsens partim corporis infirmitate, partim monasterij necessitate detentus, Vindocinum fortassis venire non potero, rogo suppliciter, vt domnum Bernardum, & domnum Rainaldum, vel eorum alterum ad nos mittatis, & ego eum à Vindocino vsque Andegauim conduci faciam, & ad vos reduci, qui nostra videat scripta, & ad vos, si placet, reportet transcripta. Vobis iterum, si quæsieritis quando Vindocinum venerimus, ea libenter monstrabimus. Ibi, Deo auxiliante, videbitis, vnde reprimi debeat importuna loquacitas æmulorum, qui suorum ventositate verborum, tempestatem suscitare conantur in tranquilla mente bonorum.

EPISTOLA XXXII.

Dulcissimo Domino & amicorum præcipuo, Goffrido venerabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus dictus Abbas, & omnis congregatio Vindocinensis monasterij, quod possunt, quod sapiunt & seipsos.

BEne, immo optimè, carissime Pater, de iustitia nobis facienda præcepit vestra dilectio, sed quod bene præceptum est, non est bene seruatum. Theobaldus enim de Grauia homines excommunicatos, quos suos esse negabat, secum habet ad mensam, & in seruitio suo: quod nouerunt multi, & fortassis domnus Decanus non ignorat. Præter ista & multa alia damna, domnus Ioannes filius Comitis Vindocinensis, & cum eo quidam vauassores milites de Castro Vindocini, quandam optimam Obedientiam nostram adeo deprædati sunt, & deuastauerunt, quod necesse est monachos, qui eam inhabitabant, & cultores eius discedere, eamque in solitudinem redigi. Hoc nouit domnus Decanus vester. Locutus est inde cum Comite, nostra ammonitione. Sed Comes nihil penitus fecit quod nobis sit vtile. Vnde dilectioni vestræ humiliter supplicamus, vt quod contra nos actum est, & quotidie pessimè agitur, sic corrigatis, quatenus malefactores nostri, parrochiani vestri, & ablata nobis restituant, & quietos deinceps nos esse permittant. Bone & pie Domine, tot & tantas pressuras, tribulationes, & angustias à Vindocinensibus hominibus nobis illatas, quarum etiam partem præsentibus Comite & hominibus eius, vobis diximus, vltra sustinere vlla ratione non possumus. Inter cætera, quæ contra nos eorum intolerabilis rabies egit, homines B. Martini, & sancti Launomari captos & ligatos nuper in vnam de Obedientiis nostris adduxerunt:

&

& ibi eos, quamdiu placuit, tormentauerunt. Rapuerunt quæ erant in domo: & monachorum claustra carcerem fecerunt captiuorum. Hac itaque nimia & inaudita necessitate cogente, Dominus Papa à nobis requirendus est, Cuius auctoritate & consilio oportebit nos aut mutare locum, aut in loco, quæ decet monachos, quietem habere. Horum alterum necessarium imminet: vel nos ab inuicem separari, & ad alia monasteria transmigrare.

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS

EPISTOLARVM LIBER III.

EPISTOLA I.

Goffrido Andegauensium Episcopo, Domino suo & amico, Goffridus Vindocinensis monasterij indignus minister, salutem.

Literas vestras accepi: quibus nullo modo credidissem, nisi eas sigillatas sigillo vestro vidissem. Ibi enim dicitur, vos electioni Petri Bellilocensis consensisse: & ideo nunc necesse habetis, vt eum in Abbatem consecretis. Quod si ita est, paruitatis nostræ consilio super hoc amplius non indigetis, quippe quia rem iam factam habetis. Tamen si placet & bonum vobis videtur, vt ad hoc me expectare dignemini, termino, quod mandaueritis, ad vos veniam: & quicquid melius consulere vobis potero, minimè dissimulabo. Vnum tamen vobis celare nec possum, nec debeo. quod cum Guillelmo communionem habuent & habet excommunicato nostro. Quem quia res Ecclesiæ nostræ subtraxerat, & fratri suo contulerat, in quantum fas est & Ecclesiastica censura exigit, excommunicaui Quod Petrus idem non ignorat. Valete, & quod secundum Deum de eius promotione facere potestis, hoc facite.

EPISTOLA II.

Rainaldo Andegauorum Episcopo, Domino suo & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis, seruus salutem, & in aduersitate constantiam.

Si scripturæ sacræ firmiter credimus, scimus veraciter Episcopum non esse, qui timet exilium, dolorem, vel mortem, aut qui ea, quæ sunt his contraria, æquitati anteponit. Nolite igitur in defensione sanctæ Ecclesiæ deficere: nolite consilijs eorum, qui carnaliter viuere volunt, aurem cordis inclinare: nolite à via iustitiæ pedem retrahere, ne incidatis in Satanæ muscipulam, in qua capiatur anima vestra, vbi pereat, & sine fine, quod Deus abnuat, torqueatur. Propterea verendum vobis est, ne de incepta iustitia in conspectu hominum vilescatis: quod vtique fiet, si defeceritis. Defectione vestra Ecclesia Dei, quæ casta & libera vobis commissa dinoscitur, meretrix efficietur & ancilla. Si autem constanter egeritis, si inceptam iustè iustitiam optimo fine consummaueritis, totius fortitudinis & sanctitatis exemplum relinquetis vestris successoribus, & gloria & pax vobis erit, & Ecclesiæ vestræ dilectioni commissæ castitas multiplicabitur & libertas Si quis verò amore pecuniæ, suæ vel cuinslibet rei occasione, vobis suggerit vt deficiatis, dicite sibi: *Si quis est Domini iungatur mihi*: & quia esurientes & sitientes pecuniam, minimè iusti sunt apud Deum, sed qui diligunt iustitiam & odio habent iniquitatem, isti satiabuntur. Ego sum ille, certissime credatis, qui anxietates & tribulationes vestras meas facio affectu compassionis: & aduersariis Ecclesiæ Dei vobiscum resistere opto, etiamsi necesse fuerit vsque ad effusionem sanguinis.

(margin: E.,c.16.)

EPISTOLA III.

Rainaldo excellentissimo Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, salutem cum puræ dilectionis affectu.

Vir vitæ venerabilis Archidiaconus vester Hubertus, qui vos multum diligit, nec me multum, vt arbitror, odit, de vestro honore, & nostra vtilitate sollicitus, cum audit quæ nos à mutua caritate debeant separare, statim, aut per se, aut per socios suos omnem culpam in animum meam transfundit, adeo me increpans, quod verbera verborum suorum vix sustinere valeo patienter. Nouissime autem diebus istis ita gladio oris sui viscera mea penetrauit, quod in eis nihil pene sanitatis reliquit. Asserit sibi dictum, nescio à vobis, vel à quo de vestris, me in Concilio non quidem manifestè, sed in abscondito, contra pacem & salutem vestram fuisse locutum. Si vos dicitis, verba vestra refellere non audeo, quia Episcopus estis. Alter verò quicumque super hoc se fecerit assertorem, veniat palam, & suæ falsitatis me inueniet veridicum correctorem. Contra magnitudinem vestram, sicut dixi, proferre quicquam nec possum, nec debeo. Sed vnum tamen firmiter teneo, quod in legibus criminosum habetur, amicum carsari immerito: illum præsertim, qui eos qui se diligunt colere nouit valde feliciter: & cui semper verecundum extitit de æmulis suis quicquam suggerere latenter. Valete.

EPISTOLA IV.

Rainaldo magno & glorioso Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, puræ dilectionis affectum.

Qvidam seruus Ecclesiæ nostræ, quem propter sacrilegium quod fecerat, à seruitio nostro diu remoueramus. quæstionem quamdam sinistra admiratione dignissimam nobis proposuit, postquam à vobis recessimus. De duobus viris loquebatur, quorum vnus monachus, alter Episcopus dicebatur. Episcopus ad locum monachi veniens, cum ipso hospitari voluit: quem monachus cum gaudio & honore suscepit: nec sua tantum, verum etiam seipsum in Episcopi seruitium tota dilectione exhibuit. Monachus Episcopum ibi diutius manere voluisset, si Episcopus consensisset. Ille recessit, recedenti monachus vnum de famulis suis associauit, qui sibi, quamdiu voluit, seruientis expleuit officium. Episcopus cum famulo locutus, cœpit ab ipso innocentis hospitis vitam non approbando, prout dignum fuerat, sed reprobando inquirere: & quibus poterat verbis, vas caritate plenum conabatur incrustare. Quibus auditis, respondimus hoc esse nouum sceleris genus, & in noui sceleris facto, maiorum necesse erat vti consilio. Vnde vos præcipuè interrogare volumus & quid super hoc sentiat vestra magnitudo, audire desideramus. Nostræ autem paruitati videtur, quod non erat omnino Episcopus, qui tantæ prauitatis sectabatur opus Nec circa proximum se diligenter habebat, post cuius cibos tam nequiter eructabat.

A

EPISTOLA V.

Reinaldo egregio Andegauorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis Monasterij qualiscumque seruus: humilitatem, patientiam, ac benignitatem diligere, & ea quæ sunt his contraria odio habere.

MAgistra Scripturarum auctoritate didicimus, Præsul in Christo charissime, nullum Christianum debere, multo minus igitur Domini sacerdotem, malum pro malo reddere, vel qualibet occasione proprias iniurias vindicare. Cùm itaque reddere malum pro malo, & suam vindicare iniuriam sit periculosum, malum pro bono reddere, vel diligenti se proximo sine causa iniurias irrogare, minimè dubitatur damnosum. Hæc ideirco, vir venerabilis, proposuimus, vt si in altero horum, vel, quod est grauius, in vtroque peccauimus, peccatum non B erubescamus corrigere, quod vtiliter vitare debuimus. Diuina gratia magis, quam nostris meritis, Dei Ecclesiæ prælati sumus. Quòd si in tanta positi dignitate alter alterum odio habens delinquimus; non solum nostras lampades non illuminamus, verum etiam aliorum ardentes sinistræ operationis exemplo extinguimus. Cumque trabem portamus in oculo nostro, festucam considerare non possumus in alieno. Si quando bona quæ nouimus, hominibus loquimur, non sequuntur verba, quæ audiunt; sed sola quæ conspiciunt exempla prauitatis imitantur. Pronior est enim ad imitationem mali humana fra- C gilitas: quæ si nostris moribus, quod absit, destruitur, eius sanguis nobis à Domino requiretur. Quapropter non odibiliter nobis agendum est, dilectissime, quos magis prodesse quam præesse decet, & de reddenda ratione animarum nostræ fidei commissarum plurimùm esse sollicitos. Et quoniam sanctitatis nomen & ordinem accepimus, cæcos illuminare, non eos qui vident, excæcare debemus, dum nos inuicem, quod criminaliter peccare est, odio & linguæ gladio prosequimur, pro luce tenebras mundo relinquentes, populum, qui per se nimium, vt diximus, pronus est ad peccatum, cum periculo animarum nostrarum ad peccandum amplius incitamus. Certè in minimis Dominum grauius exacerbamus peccatis, quam populus faciat in summis. Nam penè D tanta distantia est inter peccatum pastoris, & peccatum populi, quanta distantia fuit inter peccatum Angeli, & peccatum protoplasti. Vnde veraciter dictum est, quod maiori reatu ab eo derelinquitur, qui potiori honore perfruitur: & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum. Non ergo nos pigeat alterum alteri humiliari, quia scriptum

Eccles. 3. est: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus:* Et qui se amplius humiliauerit, illum Deus promisit, qui neminem decipit, ampliùs exaltari. Si alter de altero victoriam habere desiderat, illam quæ secundum Deum, non quæ secundum diabolum esse dinoscitur, victoriam quærat. Humilitate, patientia, benignitate vincere, victoria Dei est: superbia, im- E patientia, ac malignitate superare, victoria diaboli. Ex his duobus timeamus quod damnat: & quod coronat totis visceribus amplectamur, & ad charitatem quæ operit multitudinem peccatorum, quidquid ab illa separat contemnentes, reuertamur: sine qua cæteras virtutes habere damnabile est, & cum qua non habere alias, veniale.

EPISTOLA VI.

Reinaldo honorabilis vitæ Episcopo, Goffridus Vindocinensis Monasterij minister indignus, quod amanti patri deuotus filius, & bono Domino fidelis seruus.

NOuerit bonitas vestra, Pater optime, seruum seruorum vestrorum Andegauim super equam venisse: nec dedignatus est Andegauim venire super equam, qui nouit Saluatorem suum, & omnium Hierusalem, venisse super asinam. Sibi quidem non magna facultas veniendi inerat, vel voluntas: sed traxit illum Epistolæ vestræ formositas, quem asperitas temporis retinere non potuit, vel quælibet sua necessitas. Venit itaque, & multùm fatigatus venit. Quid mirum? qui indesinentes pluuiarum inundationes, ac paludum repercussiones sæpius vsque ad oculos ipsos sustinuit. Valete: & tantos labor, quem, vt æstimo, vestrum facitis, compassionis affectu, quanta sit tsquie dignus, considerate.

EPISTOLA VII.

Reinaldo vitæ laudabilis Episcopo, Domino charissimo & cordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, ex aduerso diligenter ascendere, & pro domo Israel fideliter murum opponere.

PAter dilectissime, fama vociferante sinistra audiuimus, Comitem vestrum sanctam Ecclesiam pretioso Dei & Domini nostri Iesu Christi sanguine à diaboli seruitute redemptam, iugo seruitutis iterum velle subiicere: & honorabilium principum venerationem, quam & in veteri, & in noua lege circa Domini templum olim habere studuerunt, contempta, matri, quæ spiritualiter eum genuit, nouis & execrandis consuetudinibus chartam libertatis, propriis manibus Saluatoris scriptam pariter & sigillatam, conatur auferre. Vnde si ita est, immo quia ita esse ingemiscimus, oportet vos Christianæ legis auctoritate monitum simul & munitum, eius temerarios conatus, quibus membra Christi persequitur, adnulla- D re: & quod in eo ad iniuriam vniuersalis matris fidelium nimium creuit, lima canonicæ discretionis amputare. Si verò, quod absit, sponsam Domini liberam, quam ipse vestiæ fidei, tamquam matrem suam Ioan. 12. 27. beato Ioanni custodiendam commisit, ancillam fieri videritis, & tacueritis, quam debuissetis mortuam suscitare, diuinæ legis & iustitiæ iuxta sepelient, illam penitus extinxistis. Nullum vnque Christianum gregem, multò minus igitur gregis pastorem, decet Christi legem & iustitiam, quæ mortuos viuificant, tamquam mortuum sepelire: sed hunc specialiter oportet, vt iustitiæ veritatem prædicans, Dei legem non sileat: & quidquid sanctæ Ecclesię libertatem impugnare conspexerit, iudicio & veritate sancti Spiritus studeat expugnare. Plurima vobis scripsissemus de E præsenti materia, si Abbatis esset officium exacerbare Principem: & præsumptuosum non videretur Pontificem edocere. Exacerbans tamen culpabilis non probatur, & est venialis illa præsumptio, quæ de odio iniquitatis & æquitatis amore generatur. Valete.

EPISTOLA VIII.

Dilectiſſime domino & amico, domno Rainaldo venerabili Andegauorum Epiſcopo, Goffridus Vindocinenſis monaſterij ſeruus, veraciter & ſimpliciter in omnibus agere.

CAlumniam, quam Abbas beati Nicolai in monachum ſuum abſentem quidem, ſed quem ipſe abſentauerat, protulerit, audiuimus, & quia crimen ſacrilegij, ſeductionis, & monaſterij ſui diſſipationem in eum intendant, quoniam præſentes eramus, ignorare non poſſumus. Ad cuius obiecta monachus, quia laicus eſt, non Latina, quia non didicit, lingua, ſed materna reſpondet, & dicit, in hoc tantummodo ſe eſſe culpabilem, quod Abbati, vt ſa abſeotaret, præcipienti obediuit. De cætero autem, ſicut in hoc ſolùm ſe fatetor eſſe culpabilem, ita ſe inculpabilem non refugit in curia veſtra oſtendere, & ſeductum potiùs, quàm ſeductorem fuiſſe. Quod ſi verum eſt, immo quia verum eſſe iam ea parte cognouimus, Abbas contra nos nec indignari rationabiliter, nec iuſtè de nobis conqueri potuit, ſi veritatis cauſam ſuſtinemos. Cum enim Chriſtus ſit veritas, ſi in Chriſto manere volumus, neceſſe eſt, vt in veritate maneamus, & pro veritate etiam vſque ad mortem, ſi opus fuerit, decertemus. Quod prædictus Abbas iam dictum monachum admonet, vt ad ſe reuertatur, & eum, quem ſine cauſa publicè criminatus eſt, ſub poteſtate ſua eſſe conatur, hoc canonica ratio prohibet, non præcipit, nec monaſtica religio cogit. Abſit enim vt religio monaſtica canonicæ veritati inueniatur contrana. In decretis ſanctiſſimi Felicis Papæ prioris legitur, quod tamen in Nicæna Synodo longè ante conſtitutum fuiſſe reperitur, quòd ſi quiſlibet impetitur crimine, nulla detentionis cuſtodia teneatur, ſed liceat ei in omnibus liberam habere poteſtatem, ad repellenda videlicet imperitorum machinamenta, & præparandas ſuas reſponſiones, atque amicorum quærenda iuuamina, donec, aut conuincatur reus, aut liberetur innoxius. Quòd ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, ſecundum ſanctorum inſtituta Canonum nihil erit, & viribus omnino carebit.

EPISTOLA IX.

Domno Rainaldo laudabilis vitæ Epiſcopo, chariſſimo domino & præcordiali amico, Goffridus Vindocinenſis monaſterij humilis ſeruus, ſalutem, cum pura dilectionis affectu.

MAndaſtis, dilectiſſime Domine, per fratrem noſtrum Robertum, vt domnus Sauaticus ad Abbatem Lambertum reuertatur. Quod licet à vobis bona intentione dicatur, ſalua tamen veſtræ paternitatis reuerentia, hoc dicimus inſolitatum: & in toto corpore Canonum non inuenitur, vt quilibet ſub illius manere debeat poteſtate, à quo de crimine accuſatur. Non vos, chariſſime Pater, docere præſumimus, à quo melius doceri & poſſumus, & optamus. Et quoniam cognouimus vobis placere, vt prædictus frater faciat quod mandaſtis, ipſe veſtræ voluntati non refugit obedire. Hoc autem, quod ſatis iuſtum & canonicum poteſt videri, nec ſibi vlla canonica ratione debet negari, à dulcedine veſtræ pietatis depoſcit, & nos cum illo depoſcimus, quatenus auctoritatis veſtræ præcepto, ſic in monaſterio ſuo maneat, ne quolibet genere damnationis vel detentionis opprimatur, donec præſentem habeat accuſatorem, locumque defendendi accipiat conuenientem, quo blaſphemiam repellere valeat criminoſam. Quod ſi iam dictus Abbas ſe exſpoliatum dicit, vtique non mentitur: & vtinam exſpoliatorem ſuum quanto grauiùs poſſet, impugnaret, perſequeretur, modis omnibus infamaret: quia ſic in foueam, quam parauit proximo, primus incideret; ipſe enim ſe exſpoliauit. Nam vbi apud ſublimiorem perſonam accuſauit ſubiectum, quod ſuum erat, alterius poteſtatis fecit. Si iterum ab eo, ad quem iugulandum de vagina mortalis infamiæ èduxit gladium, obedientiam exigit, deſipit domnus Abbas ille, aut inſanit, & apoſtatæ Angeli peruerſitate nititur, qui hominibus ſuggerit, vt ſibi obediant, quod ad mortem ille perſequitur. Pater optima, non eſt tutum malè aſtuto paſtori obedita, qui iam de executione iniunctæ diſcipulo obeditionis argumentum aſſumpſit contra diſcipulum criminoſæ accuſationis. Præcepit enim paſtor ille crudeliter aſtutus oui ſimplici, vt ſe quaſi inter fruteta abſconderet, quatenus nullo reclamante etiam lupina conſuetudine criminando deuoraret. Paſtor ille bonus Euangelicus laſſam ouem vexiſſe legitur, non abieciſſe: & quam damnatam inuenit, liberauit, non liberam condemnauit. Valete, & valeat nobis apud vos, magnæ diſcretionis pater, æquitatis cenſura, decepti monachi innocentia, qua vos diligimus, cordis noſtri ſinceritas, & ſi vnquam benè aliquid de vobis promeruit, noſtra humilitas.

EPISTOLA X.

Rainaldo Andegauenſi Epiſcopo; quem in Deo diligit, frater Goffridus purum einſdem dilectionis affectum.

PRiori noſtro & domno Hamelino dixiſtis, quòd aduerſarius aduerſariorum noſtrorum Romam iuiſtis. Præterea habebatis diſpoſitum, quòd centum libratas Eccleſiæ noſtræ daretis, quia benè vobis ſeruieram: ſed poſtea bonæ intentionis animum commutaſtis, quia contra vos multum peccaueram. Seruitium quidem ſcio: peccatum neſcio. Nec mirum: quoniam huiuſmodi peccatum in charta diaboli non inuenitur, Deus illud non odit, nec pro eo damnatur anima, nec pœnitentiam agit. Hoc forſitan, quòd benè & ſæpè ſeruiui, peccatum mihi adſcribitur: & ſic malum pro bono, & odium pro dilectione mea retribuitur. Hanc vtique retributionem Deus non docet, ſed prohibet, & qui illam ſectatur, diabolum in malitia ſuperare conatur. Iniuſtiùs enim iudicare diabolus videtur, quàm ille, cùm diabolus ſic agit, quòd tantummodò mala pro malis, ille verò mala pro bonis retribuat. Ego ſiquidem pro ſeruitiis meis nullum aliud præmium, niſi dilectionem veſtram quæſiui, vel quæro: quam quidam indignè citò inueniunt; & quidam ſatis quidem dignè eam promerentur, ſed aut numquam conſequuntur, aut ſubito perdunt. Hoc autem dico, Deus ſcit, non amaro animo: & ſi vobis non diſplicet, quod minimè diſplicere debet, detur mihi audientia: & quod dictum eſt vera propoſitione probabo.

EPISTOLA XI.

Rainaldo prudenti & multiplici genere peritiarum ſublimi, frater Goffridus Vindocinenſis monaſterij humilis ſeruus, Chriſtianam legem diligenter obſeruare, & neminè pro aſſertione veritatis odio habere.

DOmno H. fratri noſtro dixiſtis, me vobis in electione veſtra fuiſſe infeſtum. Sic magnitudini veſtræ loqui placuit, meæ tamen paruitati ſatis diſplicuit, quod Canonum regulis, & ſanctorum conſtitutionibus Patrum ibi noui eſſe contrarium. Nam vbi vidi vnicum & ſingulare ſanctæ Eccleſiæ oſtium claudi, & aliud aliunde, per quod qui intrabit, fures

sunt & latrones, ostium aperiri, Apostolicam violari doctrinam, sanctum Euangelium penitus contemni, si mihi placuisset, Christi seruus non essem, sed diaboli. At mihi soli, sicut arbitror, pro crimine non debet adscribi, quod Stephano Decano vestro, & personis, quæ affuerunt, potest potiùs imputari. Omnes vtique contradixerunt illam, quam vestram fuisse dicitis electionem, & reprobauerunt. Nec immeritò: nam illis inuitis & non petentibus, arreptus fuistis à vulgo: & quod ibi factum est, hoc præsumptuosa & perniciosa fecit seditio. Nos autem quæ vidimus & audiuimus, nec possumus, nec debemus non loqui. In illa siquidem actione, immo vulgi conspiratione, quam pro electione reputatis, lex velut inter arma siluit: vox diuina locum non habuit. Totam ibi leuitas vindicauit & vanitas: vbi mima quædam & mulier poblica, quæ vos garruliter acclamabat, ampliùs potuit, quàm plebis maturitas, vel clericalis honestas potuerit. Hinc Ildebertus vir religiosus, qui post Metropolitanum in prouincia primus erat Episcopus, non tacuit: qui à vestra consecratione, licet à suo Metropolitano vocatus, seipsum absentauit, & execrationem esse potiùs, quàm consecrationem, Apostolica & Euangelica veritate prædicauit. Bonus Mauritius, quem vestrum prædecessorem fuisse gloriamini, beato eligente Martino, & præsignante Spiritu sancto electus est & consecratus. Vos autem vulgo fureote, & spreta canonica electione estis creatus. Frustra vtique de bono prædecessore gloriatur, qui sortem electionis & bonitatis, quam ille sortitus est, non sortitur. Nam & alterius bonitas ei, qui in crimine manet, nullatenus suffragatur: & Episcopus sine canonica electione, est quasi arbor sine radice. Arbor autem quæ radicem non habet, etiam si folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad huiusmodi arborem Christus quidem accessit, & cùm ibi fructum non inuenisset, eam maledixit. Tota vtique ordinatio Episcopi in sola electione consistit, & consecratione, si tamen illam electio recta præcesserit. Hæc autem prius per semetipsum fecit Christus: deinde verò vicarij eius. Et in Apostolis quidem à Christo facta sunt, quoniam ab ipso electi & consecrati fuerunt: in aliis verò omnibus, à nullis aliis fieri licet, nisi à vicariis Christi: sunt autem vicarij Christi clerici in electione Episcopi in consecratione. Cæteri omnes petere quidem Episcopum possunt: eligere vero, vel consecrare non possunt. Quicumque igitur alio modo, quasi sub nomine Pontificis, Ecclesiam vel potestatem Ecclesiasticam sibi vindicare præsumit, hic iam non per ostium intrat, sed aliunde ascendit: vt meritò non inter Episcopos computetur, sed inter fures & latrones connumeretur. Inuestituram, quam de manu laici accepistis per pastoralem virgam, silere non debeo, nec loqui sine dolore, quod ad maiorem iniuriam sanctæ Ecclesiæ in occulto factum non fuit, sed publicè. Qui autem cognoscere voluerit, quid Catholica & Apostolica Ecclesia de inuestitura senserit, quid docuerit, quid iudicauerit & constituerit, legat in primo capitulo illius Concilij, quod tempore Gregorij septimi Papæ factum est. Et ibi omnes clericos, qui de manu laici inuestituram suscipiunt, hæreticos vocatos, & ideo damnatos esse & excommunicatos inueniet. Licet enim alia hæresis de inuestitura dicatur, alia Simoniaca; ista tamen quæ de inuestitura dicitur, contra sanctam Ecclesiam fortiùs iaculatur. Ibi enim in primis omnis Ecclesiasticus ordo confunditur, quando hoc quod vnicuique à suo consecratore in Ecclesia cum orationibus, quæ ibi conueniunt, dari debet, à sæculari potestate prius accipitur. Quod sancti Apostoli non solum interdixerunt: verum etiam omnes illos, qui per sæcularem potestatem Ecclesiam obtinent, à Christo sibi tradita potestate damnauerunt. Et meritò Apostoli iudicio Spiritus sancti hanc

A hæresim in ipso Ecclesiæ principio damnare decreuerunt, quam longo post tempore ex patre diabolo nascituram esse præuiderunt. Cùm igitur laico & inuestitura, & omnis etiam disponendarum Ecclesiasticarum rerum facultas à Spiritu sancto, qui in Apostolis loquebatur, negata sit penitus & interdicta, qui inuestituram à laico suscepit, non iam contra Apostolos tantum, immo contra Dominum Apostolorum, quod sanctum est, canibus exponit. Inuestitura enim, de qua loquimur, sacramentum est, id est, sacrum signum, quo princeps Ecclesiæ, Episcopus scilicet, à cæteris hominibus secernitur pariter atque dignoscitur: & quo supra Christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc inuestituram ab illo solo suscipere debet, à quo & consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari; deinde verò tamquam ducem Ecclesiæ sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet sæculari potestati ista licere putat, errat. Quod si defendere nititur; Apostolorum doctrinam, & sancti Spiritus sensum adnullare desiderat: vnde hæreticus esse nullatenus dubitatur. Hæc præterea hæresis de inuestitura, si rectè perspiciatur, etiam hæresis Simoniaca esse, viua & vera ratione probatur. Nam quæ sæcularis potestas sibi vindicare nititur inuestituram, nisi vt per hoc, aut pecuniam extorqueat, aut, quod est grauius, sibi inordinatè subiectam efficiat Pontificis personam? Nullus est vtique laicorum, etiam si ei liceret, qui tanta intentione annulum, vel virgam dare desideret, nisi per hæc,

C quæ sunt sacramenta Ecclesiæ, temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem sacramenta ab Ecclesia suscipere licet, non Ecclesiæ qualibet sacramenta dare: annulus autem & virga, quando ab illis dantur, à quibus dari debent, & quando, & vbi, & quomodo debent; sacramenta Ecclesiæ sunt: simul sal, & aqua, & quædam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt. Semper laicus de inuestitura, vt diximus, aut pecuniam sibi vindicat; aut quod est amplius, Episcopi vel Abbatis personam. Hac vtique non tam humana, quàm diabolica malignitate Ecclesia Catholicam fidem, libertatem & castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit. Hæc enim tria semper Ecclesia habere debet: quorum vel si vnum defuerit, velut paralytica iacet:

D nec ligandi, nec soluendi potestatem habet. Hanc igitur quicumque sub specie pastoris suscipere præsumit, fit paralyticus, & hæretica lepra pollutus. Illum non pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris, qui animam suam posuit pro ouibus suis, quodlibet membrum: sed fur & latro, & lupus est: nam ad hoc venit vt furetur, & rapiat & mactet. Hanc autem detestabilem impietatem non solùm qui faciunt, sed qui consentiunt ei, damnati sunt. Ille verò consentit, qui eam tacet, qui eam non corrigit, & qui ei palàm non contradicit. Et nemo est qui contradicere palàm non debeat, & possit. Nam si prælati non habet auctoritatem, habet tamen Christiani vocem: & Scriptura dicit, & neminem excipit: *Maledictus est, qui prohibet gladium à sanguine*, id est, vocem suam ab increpatione peccati. (Hier. 48.)

E Illud etiam factum meminerit, quòd asina fatuum prophetam olim correxerit. Quòd si fuerit vitiosus, vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet: quoniam vnicuique peccatori communem Ecclesiæ fidem, quam suam esse credit & confitetur, defendere, & contra eius aduersarios liberè pugnare licet. Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo, omnino infames erant, nam publici latrones: quorum vnus non tantùm quia credidit, sed quia suæ fidei veritatem contra alterum defendere cœpit, bonum illud & delectabile verbum à Saluatore nostro audire meruit. *Hodie* scilicet, *mecum eris in paradiso*. Vnde in latrone illo maximè declaratum agnoscitur, quod defensio fidei paradisum

paradiſum pariter & cum Chriſto eſſe meretur. Hæc pauca de multis, quæ forſitan obliuioni tradidiſtis, veſtræ ſublimitati dignum duxi ad memoriam reuocare: vt vnde & quomodo ſuſcepiſtis Epiſcopi nomen, vobis vlterius non liceat ignorare. Illa verò ſileo, quæ Dominus Papa nouit & indulſit: quia meum non eſt retractare quod ipſe fecit. Vitam enim veſtram nullo genere religionis approbatam nouerat, & vos infra annos eſſe, & nullum penitus ordinem habere fortaſſis audierat. Priùs quidem ordines accipere contempſiſtis, vt vobis liceret ea libera exercere, quæ minimè licent ad animæ ſalutem. Omnes poſtmodum ordines, ſed ſine ordine, quam in octo diebus, & non certis temporibus accepiſtis propter Epiſcopatus ambitionem. Vnde vera propoſitione probatur, quod eos amore gloriæ temporalis accepiſtis, non Chriſti charitate. Quicumque tamen ſacramentis Eccleſiæ cæmento charitatis non iungitur, iniuriam quidem Eccleſiæ facit, ſed quaſi paries luteus diſſipatur: qui licet dealbari poſſit ad tempus, eius ſubita diſſolutione, qui antè confidebant in eo, premuntur. Hac igitur ſimilitudine rectè colligitur, quòd qui ad iniuriam ſanctæ Eccleſiæ Eccleſiaſticum ordinem & maximè Pontificatum aſſequitur, ſuam destructionem in primis, deinde populi mortem operatur. Et tunc Eccleſia iniuriam pariter ſuſtineret & verecundiam; quando in eligendo Pontifice canonica perit electio, & quod ordinato ſoli debetur, datur inordinato, & qui non vocatus à Deo præponitur, ſed violenter intruſus à vulgo. Grauius nihil eſt apud Chriſtum Eccleſiæ iniuria: cuius ſacramenta qui peruersè ſuſcipiunt, cum Chriſto eſſe, vel prodeſſe non poſſunt. Cum Chriſto etenim ſimul eſſe, & contra Chriſtum facere, nemo poteſt, cùm ipſe dicat, *Qui non eſt mecum, contra me eſt.* (Luc. 11.) Qui autem cum Chriſto non eſt, nec ſibi prodeſſe, nec aliis poteſt, cùm ipſe iterum aſſerat, *Qui non colligit mecum, diſpergit.* (Ibid.) Et alibi dicit, *Sine me nihil poteſtis facere.* (Ioan. 15.) Hæc idcirco veſtræ dilectioni ſcripſi, quia ſaluo ordine noſtro, pacem vobiſcum feci: & ſaluum noſtrum, non feciſſem ordinem, ſi hanc vobis veritatem tacuiſſem. Valete: & non quæ veſtra ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, quærite & diligite.

EPISTOLA XII.

Domno Vlgerio venerabili Andegauenſi Epiſcopo, frater Goffridus dictus Abbas, ſalutem & dilectionem in Chriſto.

MIbi dictum eſt, quod in ſynodo veſtra de me querimoniam feciſtis. Sed miror ſi ita eſt: non enim bonitatem veſtram offendi in aliquo. Si monaſterium noſtrum alodium beati Petri, & patrimonium, de his quæ multo tempore pacificè poſſederat, & Apoſtolica auctoritate ſibi firmata ſunt, ſine iudicio & audientia exſpoliaſtis; in hoc me peccare, vel peccaſſe non credo. Si ſanctorum Romanorum Pontificum priuilegia vobis oblata ad videndum, videre noluiſtis; meritò culpari nec poſſum nec debeo. Si Legatus Romanæ Eccleſiæ vobis præcepit, vt ſedis Apoſtolicæ priuilegiis debitam reuerentiam exhiberetis & redderetis quod nobis abſtulerat veſtra ſublimitas, ſi neutrum obſeruaſtis, inde noxam minimè contraxit noſtra humilitas. Annuntiaſtis, vt dicitur, presbyteris veſtris, & perſonis Eccleſiæ veſtræ, quòd dominus Papa Vrbanus in Aruerni Concilio præceperat, vt Epiſcopi annuum cenſum habeant à monachis pro redemptione altarium. Benè nouit prudentia veſtra, non eſſe bonum, quod Apoſtolica ſinceritate diſponitur per contrarium prædicare. Bone domine, vos illi non adfuiſtis Concilio, & ego interfui, qui huius rei cognoſco veritatem. Redemptionem

A Eccleſiarum, quæ vulgari hoc vocabulo Altaria nuncupantur, beatus vir ille Simoniacam prauitatem vocauit, & Apoſtolica auctoritate damnauit. Illa tamen magica & Simoniaca pecunia, aliquando in triginta, aliquando vero in quadraginta, aliquando etiam in ſexaginta annis ſoluebatur Epiſcopis. Qui autem redemptionem altarium, quæ in pluribus annis, non niſi ſemel per Vicarios fieri ſolebat, hæreſim vocauit, & condemnauit: ſub nomine annui cenſus pro redemptione vicariorum, ſiue altarium annuam pecuniam extorquere dedocuit, non præcepit: immo omnia quæcumque Abbates & Monachi in Eccleſiis ſub redemptione Vicariorum tenuerant, vt quietè deinceps, & ſine cuiuſlibet exactione pecuniæ poſſiderent, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate firmauit. B Nam ſi in pluribus annis non niſi ſemel, vt dictum eſt, per Vicarios pecunia pro altaribus dabatur Epiſcopis, & pecuniam ipſam Apoſtolica auctoritate probatum ſit Simoniam eſſe: ſingulis annis Epiſcopis pro vicariis altarium pecuniam dare, quid eſt aliud, quam pro plurimorum annorum Simonia per annos ſingulos, ſub nomine annui cenſus, annuam Simoniam exercere? Non eſt hoc doctrina Chriſtianæ fidei, ſed exactio peſſima, quæ Simoniam multiplicat, & ſanctæ Eccleſiæ violat caſtitatem. Pecunia itaque pro Eccleſiis ſub palliata cupiditate extorta, quæ redemptio altarium dicitur ab Apoſtolica ſede damnata, ſiue per Vicarios rariùs, ſiue pro Vicariis frequentiùs, ſub qualicumque nomine, vel occaſione extorqueatur, Simoniaca prauitas eſſe nulla ratione C dubitatur: illa tamen grauior, quæ ſæpius agitur. Quapropter illam ſpecialiter Chriſtianus Catholicus vitare, & Epiſcopus maximè deteſtari debet, ne fiat nouiſſimus error peior priore. Sed, bis & ter, immo multipliciter vos rogaui & monui, & adhuc humilitate qua debeo & poſſum diligenter rogo & moneo, vt quæ nobis abſtuliſtis, non differat reddere veſtra magnitudo. Alioquin, quia iſta grauamina fratres noſtri diutius portare non poſſunt, ipſi & nos cum ipſis Romanam Eccleſiam appellamus, licet eam & Legatos ſuos vos ſæpè contempſiſſe minimè dubitemus. Et ne vlterius de decreto Vicariorum dubitetis, illud vobis tranſcriptum mittimus. Vale.

EPISTOLA XIII.

D

Ildeberto venerabili Cenomanorum Epiſcopo, Goffridus Vindocinenſis monaſterij inutilis ſeruus, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinare, ſed rectam viam tenere.

SI eos, qui ſunt Domini, vt vobis iungantur, quæritis: ecce nos paratos habetis. Abrahæ etiam filios nos eſſe confitemur, & eius opera facere deſideramus: qui in die Domini ſtare in prælio, & noſmetipſos murum opponere pro domo Iſrael nullatenus formidamus, vbi tutus vel competens fuerit locus. Turonum verò nec poſſumus, nec debemus, & vos illuc tendere penitus dillaudamus. Ibi enim congregabuntur E omnes factores Rainaldi, furore ac ſeditione potiùs, quàm ratione vobiſcum agere parati. Putat etiam ille, qui vos illuc vocauit, aut iuſtitiam veſtram turbæ importuno clamore faciliùs ibi peruertere: aut vos, vt eius dementiæ conſentiatis, quod abſit, prece vel pretio flectere. Benè quidem incepiſtis, quoniam pro libertate ſanctæ Eccleſiæ contra eius aduerſarios viriliter vos erexiſtis. Vnde Deo, & Dei amicis vos magis carum reddidiſtis, & famam nominis veſtri per hoc non mediocriter dilataſtis. Grande per omnia vobis decus extiterit, ſi conſtanter egeritis: ſed grande dedecus, ſi defeceritis. Valete: & quia contra Rainaldum & eius auctores vobiſcum erimus, veraciter credite. Vſque ad caſtrum Ledæ,

vel vsque ad carcerem sexta feria dignemini accedere: vbi de hoc & de aliis inuicem loqui possimus & conferre.

EPISTOLA XIV.

Ildeberto beata vita Episcopo charissimo domino suo & amico, Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscumque seruus, dilectionem & dilectionis fomitem.

QVoniam illicitæ electioni non consensistis, bonitati vestræ gratias refero: quod mecum nemo facere recusat, qui Deum diligit corde perfecto. Pro captione Redonensis Episcopi fama nostra minui nullatenus debet, nec in aliquo lædi. Non enim per me hoc actum est: neque etiam sciebam, quòd ab illis, à quibus captus est, deberet capi. Inimici mei, me in hoc habent suspectum, quem suæ prauitati semper sensere contrarium. Et quia factis mihi nocere nequeunt, hoc verbis mendacibus facere moliuntur, & cupiunt. Quorum venenosa verba, Deum testor, nec timeo, nec vmquam timui: quibus, me Christo protegente, velint nolint, quamdiu vixero, ero timori. Ego tamen quod mihi laudando mandastis, libenter facio: nec aliquando à consilio vestro deuiabo, de cuius dilectione dubitare, nec possum, nec debeo.

EPISTOLA XV.

Ildeberto Cenomanorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij minister indignus, diligere iustitiam, & odio habere iniquitatem.

MVltotiens apud vos conquesti, adhuc conquerimur de Comitissa Vindocinensi, quæ nobis Ecclesiam de Sauiniaco, & omnia quæ ibi habebamus, tam mobilia quàm immobilia, nobis iniustè abstulit, & violenter semper detinuit. Annonam nostram, quæ in ipsa Ecclesia in areis habebatur, areis ipsis fractis rapuit, & impiis, quos secum habebat, distribuit. Archipresbyter vester quasi ex vestra parte nobis dixit, vt in curiam vestram iremus, & de his omnibus subiremus iudicium. Quod magis ab ipso inuentum esse credidimus, quàm à vobis mandatum: cùm nec iustum, nec canonicum esse videatur, vt quisquam rebus expoliatus, antequam inuestiatur, iudicetur. Nec in hoc vos docere præsumimus, à quo semper doceri desideramus. In curiam etiam vestram libenter venissemus, si conductum possemus habere, quem à prædicto clerico vestro quæsiuimus. Plures enim sustinemus inimicos, non quia velimus quæ sua sunt auferre, sed quia nolumus eis conferre quæ possidemus. Olricos de sancto Karileffo, & milites sui, multum de nostro nobis abstulerunt: vnde vos eis diuinum officium interdixisse audiuimus. Sed quomodo postea fuerint absoluti, ignoramus: quia de his quæ perdidimus, nihil penitus recuperare potuimus. Hoc etiam, salua vestra reuerentia, veraciter dicimus, quòd postquam, vt credimus, disponente Deo Episcopus factus estis, in Episcopatu vestro plusquam ducentas libratas amisimus, nec deinceps quod viginti solidos valeat per iustitiam vestram consecuti sumus. Hoc tamen non aliter quàm vobis seruiendo, & vos diligendo peccauimus. Sed forsitan ita amicos vestros beare nostis: quod si ita est, nouum genus beatitudinis inuenistis. Hac siquidem beatitudine, nec vos, nec amicos nostros beare didicimus, nec sic à vobis beari desideramus. Valete. &, quoniam meliora sunt vulnera diligentis, quàm obedientis oscula fraudulenta, ad mentem reuocate.

Luc. 23.

EPISTOLA XVI.

Ildeberto Cenomanorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus salutem.

IVstitiam in curia vestra obtulit nobis, & adhuc offert Comitissa, sicut ipse mandastis. Qua de re visum est, quòd eius iniustitiam magna ex parte defenditis, cùm neutrum verum sit, nisi quia vos hoc verum esse perhibetis. Nondum enim vidimus vel audiuimus aliquem ex parte Comitissæ illius nobis iustitiam offerentem. Hoc tantum nouimus quod Archipresbyter vester Petrus ex parte vestra nuntiauit, quòd de illa nobis iustitiam faceretis: sed vbi vel quando ignorauit dicere, aut noluit. Quòd conductum quæsiuimus multum miramini, & certè vehementer mirandum esset, si non potius vestræ debilitati imputari posset, quàm nostræ formidini. Quis etenim potest in Episcopatu vestro non timere vobis episcopante? Vos vidimus parrochianos vestros metu deuitare, & fugere velut hostes, quod ipse que vidimus. Si miramini, hoc vtique mirari potestis, quod nusquam securus præsumit cuiquam securitatem promittere. Non tunc personis nostris, sed equitaturis timebamus & famulis: de quibus si aliquod damnum incurrissemus, non plus iustitiæ per vos nos habituros credidissemus, quàm de nostris aliis rebus habuimus. Mandastis, vt si in aliquo nobis defuistis, determinatè vobis scriberemus, & supplere paratus eratis. In hoc prudenter estis locutus, si dicta factis non euacuatis. In quibus autem nobis defuistis, iuxta rei veritatem melius determinare non possumus, quam si fateamur in omnibus, de quibus vos nunc vsque rogauimus. Et idcirco vos tamquam promissionis & propositi, quod semel & iterum in capitulo nostro fecistis, oblitum miramur, & mirando dolemus. Hoc etiam tam subito à memoria vestra excidisse non debuisset, cùm quondam de Sigebranno apud Comitem clamorem facturus Vindocinum venissetis, quòd Comitem & Comitissam contra nos pro vobis ad iram concitauimus, eorum inimicitias incurrere pro amore vestro minimè recusantes. Tunc propter vos offendimus Comitissam, de qua, & propter quam nunc, sed immeritò, distulistis nobis, & adhuc differtis iustitiam. In libro Canonum de Grato Episcopo mentionem factam audiuimus, sed quis fuerit ipse, penitus ignoramus. Ingratus verò Episcopus quis sit, vel vnde sit, quid valeat, qualiter viuat, ipso seipsum reuelante, occultare non possumus. Si vos quoquo modo grauat quod diximus, non nobis, sed vobis imputetis, qui prius contra nos indisciplinata verba profudistis, non quidem æquitatis censura, sed amore mulieris. Domne Episcope, meminisse debuissetis, quoniam multùm vos dileximus, multùm vobis seruiuimus, multum in futuro seruituri erimus. Benè, in quantum potuimus, vobis cantauimus: &, vt nobis saltaretis, expectabamus. Sed dum expectaremus, quatenus iuxta cantilenam nostram saltum ipsum daretis, amaritudines quasdam sub ironica loquutione conscriptas contra nos direxistis. Nunc vos erga nos veraciter agnouimus pigrum, contra nos factis & dictis velocem & pronum. Vnde fraternitate qua coniungimur vos rogamus, & rogando monemus, vt quod minus iustitiæ & dilectionis, nostro & vestro monasterio exhibuistis, sub celeritate emendare curetis. Non est nobis necessarium, nec vobis vtile, propter iniustam iam dictæ feminæ causam, à charitate, qua vos purè semper dileximus, separari. De illa siquidem iustitiam accipere in curia vestra parati fuimus, & sumus, & apud Montem aureum, vel apud Carcerem, seu apud Sessam ob hoc vobis obuiam ibimus. Cenomannum

verò

verò ire nec possumus, nec volumus, quia vos grauare timemus, & olim nobis mandastis, ne ad vos eum turba famulorum veniremus. Sed credite mihi, non tam mirum extitit, si ibi vbi nemo tutus esse potest, quæsiuimus conductum, quàm miraculum foret, si tam longa terræ spatia transissemus sine consortio famulorum. Hilgoto & Vulgrino, de quibus nobis scripsistis, iustitiam exequi volumus, & ab ipsis idem accipere desideramus. Valete. Ioannem Cæmentarium monachum nostrum, quem vobiscum habetis, propter iniquitatem suam à nobis excommunicatum indubitanter agnoscite.

EPISTOLA XVII.

Ildeberto bonæ vitæ Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, salutem.

Amelinum de Monte aureo propter mala quæ nobis fecerat, à vobis & à Legato Romanæ Ecclesiæ excommunicatum, nulla tamen nobis facta satisfactione absolutum audiuimus, & scimus. Vnde bonitati vestræ diligenter supplicamus, vt aut ea quæ nobis abstulit, sub celeritate restituat, aut excommunicationi, quam euasisse illicitè videtur, iterum subiaceat: ne quod in eum à vobis, & à Vicario sedis Apostolicæ actum dinoscitur, irritum fiat.

EPISTOLA XVIII.

Ildeberto vitæ laudabilis Episcopo, suo in Christo dilecto Patri, Goffridus Vindocinensis monasterij seruorum minimus, beatè viuere semper, nec omni spiritui credere.

Didicistis, sicut nobis mandastis, quod propterea clerici vestri H. prohibitam sibi communionem reddiderint, quia fratres nostri iustitiam de eo recipere noluerunt. Hoc fratres, veridica voce se fecisse abnegant: & quod nec iustitia, nec iustitiæ faciendæ securitas eis oblata fuerit, affirmant. Et ideo, salua vestra pace dicimus, quod grauat nos, vos talia didicisse: contristat nos, vos talia mandasse: contristat nos funditus, vos in his clericis vestris credidisse, quæ & nobis nostra differendo auferunt, & canonicis regulis contraria prorsus existunt. Habetur enim, vt ipse melius nostis, in decretis Patrum sancitum, quatenus iudices Ecclesiæ summopere caueant, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant. Et sicut accusatum, eo absente, non statim sequitur pœna damnationis: ita excommunicatus, vel interdictus, eo reclamante, qui eius iniuriam sustinuit, consequi non debet remedium absolutionis. Quæ cùm ita sint, miramur vehementer, qua ratione H. absolutus dicitur, contra quem iniuriæ nostræ adhuc clamant, & adhuc queruntur. Nec illud minus est mirandum, si quis illum conatur absoluere, vel absolutum iam habet, quem Romana Ecclesia vinculo excommunicationis tenet ligatum. Nec sub nomine iustitiæ, quam obtulisse fertur, absolui iure debuerat, vel induciari. Nam qui semel ab Ecclesia iussu Episcopi eiicitur, non iam contentione, seu qualiber occasione reconciliari permittitur, sed satisfactione. Hoc in Toletano Concilio sic fuisse definitum, à vobis, vt credimus, non ignoratur Hæc cleri dicta sufficiant, qui si benè Deum timuissent, eius iustitiam vtroque pede claudicare minimè fecissent. Vestræ autem religioni, optime Præsul, tota deuotione supplicamus, vt querimoniæ nostræ finem imponatis, & iustitiæ vitiatæ à clericis statorem erigere dintius non differatis. Valete: & nobis seruis vestris, ne sic omnia in diœcesi vestra perdamus periclitante iustitia, pro Dei amore succurrite.

Auct. Biblioth. Vet. Patr. Tom. 1.

EPISTOLA XIX.

Domino suo & amico, Ildeberto venerabili Cenomannensium Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, cum dilectione reuerentiam.

Vitæ, venerabilis Præsul, cùm Toronis vos & nos essemus, dixistis, quòd de Comitissa Vindocinensi in vno de diebus Paschalis hebdomadæ nobis iustitiam faceretis, ipsumque diem nobis antè significare promisistis. Et quia, aut noluistis facere, aut forsitan obliuioni tradidistis, adhuc vestræ dilectioni supplicamus, diu desideratam iustitiam, & promissum iustitiæ diem diligenter requirentes. Valete, & festinanter atque veraciter voluntatem vestram nobis rescribite.

EPISTOLA XX.

Ildeberto vitæ laudabilis Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscumque seruus, salutem cum pura dilectionis obsequio.

Formatæ & formosæ litteræ prudentiæ vestræ ad nos vsque venerunt, quæ & mentem nostram pro causa quam nostis non mediocriter perturbatam modulatione suæ cytharæ mitigauerunt: & quibus oculus noster penitus obtundebatur, manu suæ lenitatis lachrymas deterserunt. Et quia nobis optime cantare nunc tandem incepistis, si perseuerauerit is vsque in finem negotij, nos non ingratos salutatores habebitis.

EPISTOLA XXI.

Ildeberto prudenti ac simplici Cenomannensium Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, salutem cum pura dilectionis obsequio.

Comitissa Vindocinensis, licet modò aliud dicat, Ecclesiam Sauiniacensem, & quidquid monasterio nostro abstulerat, nobis reddidit in præsentia Cardinalis. Quod humilitas nostra comprobare minimè recusasset, si Romanæ Ecclesiæ testimonium non præcessisset: cuius testimonio aliquid addere temerarium est, & contradicere criminosum. Vnde cauendum est vobis, venerande Præsul, ne femina decipiat vestram simplicitatem, & compellat vos agere contra Romanam Ecclesiam vestram matrem. Vsitatus est valdè ad decipiendum sexus femineus. Sexus enim iste sua suasione decepit hominem primum, suaque interrogatione circumscripsit Apostolum Petrum. Illum ad præuaricandum impulit: hunc compulit ad negandum. Hic itaque sexus more ancillæ ostiariæ gerens officium, omnes quos illicit, aut excludit à vita, sicut Petrum à Christo, aut excludit in mortem, sicut Adam in paradiso. Hæc idcirco vestræ dilectioni scripsimus, quatenus de ruinis aliorum cautelæ melioris vobis sumatis exemplum Quod si magis ruina placet quàm cautela, & retractare velitis quod fecit Romana Ecclesia, licet inuiti & multum coacti facimus, Romanam audientiam, cuius roborarnur auctoritate appellamus.

A

EPISTOLA XXII.

Ildeberto venerabili Cenomannorum Episcopo, Goffridus dictus Vindocinensis Abbas, salutem & dilectionem.

TErmino, quem significastis, conspectui vestro præsentabimur, si interim vitam & sanitatem nobis concesserit Deus. Nostræ tamen paruitati satis inconuenientes esse videtur, quòd nomus Vicario Romanæ Ecclesiæ credi debeat, quàm verbis Comitissæ, & propter sexum femineum hominem tantæ auctoritatis habere suspectum.

EPISTOLA XXIII.

Charissimo domino suo & visceralis amico, Ildeberto venerabilis vita Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, quicquid potest obsequij & amoris.

B

QVia nobis quod promisistis, minimè facere potuistis, vos apud nos, sicut rogastis, excusatum habemus. Nec propterea apud Deum vos accusare possumus, vel debemus, apud quem si etiam io cæteris rebus illum offendistis, si non quantis debemus, saltem quibus possumus, orationibus excusamus. De vestra charitate & humilitate adhuc præsumentes, iterum supplicamus vobis, ne nostram petitionem, & vestram promissionem amplius qualibet occasione C implere differatis, sed veniatis Lauarzinum, quod optamus, facturus sicut antè proposuistis: & in qua hebdomada Iunij ieiunia snis celebraturus, nobis notificare curetis.

EPISTOLA XXIV.

Dilectissimo Patri Ildeberto, venerabili Cenomannorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, cum dilectione salutem.

SIgnificastis nobis Ioannem monachum Hierusalem rediisse. Satis melius sibi esset, in monasterio D suo benè vixisse. Non omnes qui terrestrem Hierusalem viderunt, sed qui benè egerunt, Hierusalem quæ in cælis est habere meruerunt. Quòd ad vos declinauit, nobis minimè displicuisset, si ad nos venisset prius, sicut debuisset. Quòd ex nostra licentia eum requiritis vobiscum habitare, non est hoc animæ suæ consulere, sed nocere. Monasterio etenim suo, à quo per inobedientiam discessit, regulari satisfactione reconciliari prius debet, quàm vestra sit, vel alicuius Catholici, dignus communione. Veniat itaque ad monasterium suum, & se minus perfectè egisse confiteatur, & de sua imperfectione non pœnam, sed medicinam consequatur: & quicquid deinceps sanctitas vestra à nobis petierit, nostra humilitas prosequetur. Non timeat ille venire: non trepidet, vbi non est timor, timore: vulneratum vtique curare nos decet, non vulnera augmentare: quia Pastor summus lassam ouem portasse legitur, non abiecisse: cuius infirmitati in tantum compassus est, vt infirmus ipse fieri mallet, quàm eius infirmitatem pietatis remedio non sanaret. Si verò nobis eum diligenter vocantibus non acquieuerit: si oblata sibi & sæpè exhibita paternæ dilectionis remedia refugit: si maternæ dulcedinis viscera contemnit, eum sicut sacrilegum excommunicamus, donec regulariter satisfaciat, io quantum regula ipsa docet & præcipit.

EPISTOLA XXV.

Charissimo domino & amico, Ildeberto honorabili Cenomannorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij amicorum seruus, salutem & dilectionem.

IOannem Cæmentarium esse monachum Ecclesiæ nostræ, & ab ipsa Ecclesia sæpius per inobedientiam recessisse, firmissimè scitis, & nullatenus dubitatis. Eum tamen contra suæ professionis fidem & nostram voluntatem diu retinuistis, & adhuc retinetis, illius, vt videtur, salutis contemptor, & vestræ oblitus promissionis. Promisistis enim, quando nouissimè nobiscum locutus fuistis, quòd illum ad monasterium suum sub celeritate remitteretis. Et quia nec à vobis missus, nec à sua iniquitate permissus, nondum venire voluit, illum iam admonitum iterum admonemus, & admonendo rogamus, vt qui à nobis recessit inobedienter, ad nos vsque ad proximam Dominicam veniat obediturus regulariter, & suscipiendus misericorditer. Quòd si qualibet occasione distulerit, eum donec resipiscat, ita excommunicamus, vt nec communionem percipiat viuus, nec sepulturam defunctus. Vobis autem, charissimo domino nostro & amico, supplicando mandamus, vt quem vestræ petitioni ad tempus concessimus, charitatis gratia, eum nobis diutius non deneget vestra prudentia.

EPISTOLA XXVI.

Dilectissimo in Christo Patri & Domino Ildeberto Cenomannorum Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, veritatem diligere, & quidquid est veritati contrarium odio habere.

SAgitta, quæ quasi à Turono contra nos missa est, ex qua pharetra processit, satis cognouimus: non enim versutias hominum ignoramus. Nulla siquidem ratione vel auctoritate vobis potuit prohiberi, vt bonum, quod gratia dilectionis penè centies promiseratis, nobis debuisset negari. Defuit planè subtilitas: sed si vnquam affuit vobis, est immutata voluntas. Promissionem tamen vestram veritatis effectus commendare debuisset, non quælibet impedire dolositas. Illud etiam vestræ bonitati nec debemus, nec possumus occultare, quod excellentiæ Pontificali minimè videtur expedire, amicum scilicet incassum fatigare, & decipere credulum, qui se, suaque omnia commiserat fidei vestræ. Valete, & quod minus erga amicum, amicum dico non quemlibet, sed vobis io omnibus fidum, & contra illum amplius sinistro consilio fecistis, sicut vitare debuistis, ita studeatis corrigere.

EPISTOLA XXVII.

E *Ildeberto Cenomannorum Episcopo honorabilis vitæ viro Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, vbi non est timor non timere, nec qualibet suasione minus Deo quàm hominibus obedire.*

LItteras, quas Clerici Turonenses vobis miserunt, nobis misistis, in quibus altitudinem ordinis vestri subiectionis vinculis alligantes, mandauerunt, ne in castro Carceris apud Ecclesiam sancti Nicolai cœmeterium faceretis. Hoc totum ad depressionem vestræ dignitatis, & ad iniuriam Cenomannensis Ecclesiæ dignoscitur præsumptum: quia Episcopum in aliquo subiectum Clericis nulla patitur regula Scripturarum. Quo igitur adipe iniquitatis præsumpserunt

runt Episcopum sibi ordinatè subiicere, quem in nullo, etiam si aliter egisset, redarguere debuissent, nisi dissentiret à Catholica fide. Archiepiscopus eorum magister si adesset, nulla diuina lege, quod à vobis iustè fieri precabamur, potuisset prohibere: quòd si præsumpsisset, vestrum non esset ei super hoc obedire. Prælato quidem obediendum est: non tamen in omnibus, quæ ipse suggerit: sed in his tantum, quæ Deus præcepit. Nam si quid contra constitutionem Dei, vel Patrum prælati præcipiunt, statim auctoritatem præcipiendi amittunt; & in illa re nullatenus est eis obediendum: exemplo videlicet Apostolorum. Ipsi certè à bono Magistro formam acceperunt obedientiæ: in qua eis de Scribis & Pharisæis dictum

Matt. 23. est: *Quæcumque dixerint vobis, seruate & facite.* Sed cùm illis præcipientibus, ne in nomine Iesu loquerentur, postea audierunt, quod sub nomine obedientiæ fallaciter imperatum fuerat, sapienter vita-

Act. 5. uerunt dicentes: *Oportet obedire Deo, magis quàm hominibus.* Hanc lineam obedientiæ si tenere vobis placuisset, promissionem vtique vestram veritatis dedicasset effectus: & quid contra vos Archiepiscopus propter hoc rationabiliter diceret, non haberet. Si verò contra doctrinam Apostolorum, quibus ipse non est melior, ira, vel odio, seu qualibet mentis tempestate simplicitatem vestram inquietare voluisset, Euangelicæ auctoritatis testimonia vobis essent in adiutorium, & contra illum iacularentur ad sempiternum eius opprobrium. Litteræ, quas vobis ante istas misimus, mansuetudinem vestram aliquantulum turbauerunt, sicut audiuimus: vnde eas misisse nos pœnitet, fatemurque errasse: sed nimio labore fatigati, & immoderata spiritus agitati procella, contra tot reluctantium fluctuum impetus nauem nostræ rationis gubernare nequiuimus. Valete, & bonum quod inordinatè timore dimisistis, charitate, quæ foras mittit timorem, perficite.

EPISTOLA XXVIII.

Charissimo domino suo & præcordiali amico, Ildeberto vitæ laudabilis Episcopo, frater Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus; dilectionem, & totius dilectionis seruitutem.

NOstis, dilectissime Pater, quòd monasterium nostrum patrimonium beati Petri sit, & eius alodium, & res ad ipsum pertinentes, vbicumque sint, sub sanctæ Romanæ Ecclesiæ positæ sint defensione. Vnde benignæ paternitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus & pro beati Petri dilectione, & pro nostra humilitate de Petro de Caortus, & de Castello in quo habitat, nobis iustitiam faciatis: qui quemdam monachum nostrum de equo suo prostrauit turpiter, & ei vnum seruum nostrum & duos asinos iniustè abstulit, & adhuc eos detinet violenter. Valete.

EPISTOLA XXIX.

Domno Ildeberto honorabilis vitæ Pontifici, charissimo domino & Patri, frater Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, quidquid potest mandari, & haberi salubrius.

NOuerit, optime Pater, vestra dilectio, Ioannem Cæmentarium monachum nostrum, qui nostra licentia vsque hodie vobiscum mansit, à nobis multotiens esse vocatum, vt ad nos veniret, & se quidem multotiens promisit venturum, nec venit; timens fortassis ne rediret. Nunc autem à vestra discretione nostra humilitas eum reposcit, quem pro vestra ne-

A cessitate vobis ad horam nostra charitas commendauit. Quòd si vsque ad quintam feriam, nisi graui corporis infirmitate detentus, ad nos non venerit, indubitanter agnoscat, quia in eum faciemus, quod in illum fieri debet, qui & proprij loci deseruit obedientiam, & suæ professionis fidem irritam fecit.

EPISTOLA XXX.

Omnibus Episcopis, Abbatibus & vniuersis sanctæ Ecclesiæ filiis, præcipuè tamen Domino Ildeberto, discreto & venerabili Cenomanensi Episcopo, frater Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus; diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.

B IOannem Cæmentarium monachum quidem, sed non habentem charitatis cæmentum, quoniam proprij loci deseruit obedientiam, & suæ possessionis fidem irritam fecit, & multotiens admonitus, & longo tempore expectatus, quod deliquerat emendare neglexit, & negligit, à nobis nouerltis excommunicatum, & à corpore sanctæ Ecclesiæ separatum, in quantum regula sancta docet & præcipit. Vnde omnes Christianos in Christum credentes, qui neminem extra Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ vnitatem nouit, humiliter rogamus & obtestamur, vt ab huius excommunicati consortio se abstineant, ne eius, quod absit, fœda & nimium sordida participatione maculentur, & pereant. Memorato autem honorabili viro Cenomanensi Episcopo diligenter supplicamus;

C vt non solùm à communione nequam illius, quem ei pro Ecclesiæ suæ necessitate ad horam commendauimus, se abstineat; sed, quod iam se facturum promisit, nobis reddere studeat commendatum.

EPISTOLA XXXI.

Rannulfo beatæ vitæ Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij inutilis seruus, & fratres sibi commissi, cum dilectione reuerentiam.

SAtis notum vobis esse scimus, quod consilio vestro & admonitione, cum Eblone & eius vxore pacem fecerimus. Hoc etiam qualiter factum fuerit,

D vos minimè latere cognoscimus: quem nimirum huius facti mediatorem pariter & laudatorem habuimus, & per cuius manum hoc ipsum fieri & firmari decreuimus. Hac conditione scilicet, & intentione, vt si quis in posterum quod in vestri præsentia factum fuerat violare præsumeret, vestra auctoritate à sancta Ecclesia alienus, donec resipisceret, haberetur: quod totum Ecclesiastica censura continere videretur. In sacris enim Canonibus reperitur, vt qui rem quamlibet in præsentia Episcopi sui iustè dispositam quassare tentauerit, semel, secundòve commonitus, si emendare contempserit, ab ipso Episcopo excommunicetur, cuius præsentiam irritam facere præsumpserit. Hinc itaque facilè aduertere po-

E testis, quid contra Iuetam & Isembertum, & homines eorum agere debeatis. Eblo quidem, & nunc dicta eius vxor Iuetta nobis per fidem promiserunt, & vobis & nobis obsides super hoc tradiderunt, quod Isembertus eorum filius, qui aberat, concederet pacem, quam ipsi in manu vestra firmauerunt. Quod quia facere distulit, & adhuc differt ei, & eius matri, quod dignum & iustum fuit, diuinum officium abstulistis: & litteris vestris nobis postea mandastis, vt de iustitia, quam inceperatis, nihil penitus dubitaremus: quod ad laudem vestræ dignitatis in multis locis iam prædicaueramus. Sed quia nunc vos Iuetam absoluisse, in qua mali summa tota consistit, fama referente sinistra audiuimus, si ita est, non mediocriter admirari

& possumus & debemus: quippe cum de vestra constantia, & iustitiæ integritate amplius dubitare poterit nullus. Valete, & quod in causa nostra minus iustitiæ peregistis, supplere rogamus vos non differatis. Non enim ingratis amicis adiutorium vestrum, Deo suffragante, præbebitis.

EPISTOLA XXXII.

Rannulfo honorandæ vitæ Episcopo charissimo domino suo & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, salutem & reuerentiam.

ILlud quod quasi pro concordia Goffridus Taurniacensis se nobis obtulisse asserit, numquam mihi placuit, nec placet, nec in æternum placebit. Cæterum quod consilio vestro se satisfacturum nobis promittit, satis laudamus: sed verendum vobis est, ne sub hac humilitatis specie simplicitatem vestram decipiat: quod & nos non mediocriter formidamus. Rogamus igitur sanctitatem vestram, & rogando monemus, ne à vobis inducias habeat, nisi prius vos benè securum fecerit, quòd secundum domini Papæ decretum nobis satisfaciendo obediat.

EPISTOLA XXXIII.

Rannulfo venerabili Episcopo, Goffridus beati Petri alodiarius, prudenter & simpliciter in omnibus agere.

LItteras à vobis directas suscepimus, quas vestras esse minimè credidissemus, nisi eas sigillo vestro sigillatas vidissemus. Ibi quidem continetur, vos de rebus monasterij nostri, alodiarij videlicet beati Petri, diffinire cœpisse, & quibusdam insperatis aduersariis nostris, nobis absentibus, immo nescientibus, diffinitionis diem dedisse. Quod, salua pace vestra, dicimus nec iustum fuisse, nec canonicum. In decretis vtique Romanorum Pontificum præcipitur, ne iudices Ecclesiæ sententiam proferant, absente eo, cuius causa ventilatur. Quòd si obiicitis, quia per fratres nostros qui aderant nos monuistis: ad hæc, optime Præsul, non magis humiliter, quàm veraciter respondemus: quoniam nec vestrum erat, sic nos per eos monere, nec eorum, quod sapienter vitauerunt, hanc vestram monitionem suscipere. Monitio namque huiusmodi, quod vos ignorare non credimus, non per eos qui impetuntur, sed per eos qui impetunt, siue per alios iudicis legatos debet fieri. Imperiti autem si legationem contra se susciperent, quasi cultrum, quo iugularentur, secum portarent. Si quis aliter sentire voluerit, Ecclesiastica sibi deerit auctoritas, & erit pro ratione voluntas. De vobis, charissime Pater, vehementer miramur, qui priuilegia Romanæ Ecclesiæ, quæ habemus, & vidistis sæpè & legistis: & hæc omnia, pro quibus aduersarij nostri contra nos clamant, nodo Apostolicæ virtutis monasterio nostro indissolubiliter esse firmata, legendo inuenistis. In quibus etiam scriptum scitis, si obliuioni non tradidistis, quia quidquid de rebus monasterij nostri sine iudicio & voluntate Romani Pontificis definitum, vel distractum fuerit, irritum manebit & vacuum; & qui definire tentauerit, potestatis, honorisque sui dignitate priuabitur, spe recuperationis sublata. Nos tamen, quia vestri debitores charitate sumus, recetendo conspectui vestro tempore competenti diligenter præsentabimur: ibi de prædictis aduersariis iustitiam accepturi, & executuri quantum debebimus. Tempus verò & diem per fratres, qui ad festum sanctæ Trinitatis venerint, accepto cum eis consilio, vobis mandabimus. Quòd si hæc displicent, quæ minimè displicere debent, domini Papæ audientiam appellamus: cuius gratia & auctoritate firmiter stantes, neminem timemus, quem non diligimus. Valete in Domino, Pater sancte.

EPISTOLA XXXIV.

Rannulfo Santonensium venerabili Episcopo, domino suo & præcordiali amico, Goffridus beati Petri alodiarius, æquitatem diligere, & odio habere iniquitatem.

TErminum quem mandastis gratanter suscepimus: si tamen interim ex integro, sicut ius Ecclesiasticum exigit, inuestiti fuerimus. In decretis enim Romanorum Pontificum legimus, quod nemo ad comprouincialem, siue ad generalem Synodum vocari debet, vel in aliquo iudicari expoliatus. Et si contra hæc, vobis consentiente, nos deinuestire & exspoliare quisquam tentauerit, aduersus consentientem pariter & tentatoris præsumptionem, domini Papæ audientiam appellamus, cuius speciales filij sumus. Valete: & ne talia fieri permittatis, pro quibus intolerabilis labor vobis nascatur, quod non optamus, optime Præsul, prouidere debetis.

EPISTOLA XXXV.

Rannulfo honestæ vitæ Episcopo, Goffridus eius præcordialis amicus, constanter in omnibus operari.

IVdicium, quod vos & nos vobiscum fecimus, animus æmulorum nostrorum vehementer commouit: adeo, vt mihi relatum est, quod ad eum, qui sinistra semper graditur via, vox eorum rauca peruenarit. Quorum latratoria ora veritate sanctorum Canonum, & potestis Dei gratia, & debetis obstruere, & in rebelles illos censuram Ecclesiasticæ disciplinæ totis viribus exercere: vt vel sic cognoscant quàm graue sit Episcopo suo iustè iudicanti non obedire. Auctoritate namque Toletani Concilij illorum importuna lingua refrænatur, cùm dicitur: *Quia clericum siue monachum aut paterna deuotio, aut spontanea deuotio facit.* Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Michaelem verò non dico obedientem Archangelum, sed illum inobedientem clericum, Antiochenum his verbis damnat Concilium. *Si quislibet de Clero Episcopum proprium contempserit, vel ei obedire noluerit, hic omnino damnetur, nec vltra remedium consequatur. Quod si Ecclesiam conturbare, vel sollicitare nititur per potestates exteras vt seditiosus opprimatur.* Iterum contra Archiepiscopum, qui in parœcia vestra, vobis inconsulto, multa iam egit, & adhuc agere conatur, ex pharetra Iulij Papæ sagitta dirigitur, hoc modo: *Si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parœciam, sine consilio & voluntate omnium comprouincialium Episcoporum, aliquid agere in prouincia tentauerit, gradus sui periculo subiacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum.*

EPISTOLA XXXVI.

Rannulfo Santonensi Episcopo, & Petro Archidiacono, dominis suis charissimis & præcordialibus amicis, Goffridus Abbas, licet indignus, salutem & benedictionem.

QVod Abbas sancti Ioannis cum sociis suis Abbatibus testificatur, placitum videlicet, quod in præsentia vestra facturi eramus, mea concessione ac consilio, donec Hispania rediret, fuisse dilatum, sci-

rote penitus à veritate esse alienum. Cæterum quod vestro iudicio se nobis facturum iustitiam pollicetur, amicus vester qualiscumque toto corde amplectitur, si eius promissio actione firmetur. Ad vos tamen, sicut mandastis, ad præsens venire non potero, multo renum dolore detentus, & inevitabili monasterij nostri necessitate occupatus. Sed cum corporis infirmitas, & monasterij nostri necessitas, Deo donante transierit, benigno conspectui vestro servus vestræ sanctitatis præsentabitur, de prædicto Abbate tempore competenti iustitiam accepturus. Si hæc refutatis, quæ canonicè minimè refutare potestis, appello Romam, cuius fultus auctoritate, nullius formido iniuriam.

EPISTOLA XXXVII.

Ranulfo Santonensi Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, non omni vento agitari.

FAma referente sinistra, ad nos vsque peruenit, quod de insula Flaici, de qua olim nos absentes & Romanam audientiam appellantes exinuestistis, & postea vestro & clericorum vestrorum iudicio reuestistis, nunc iterum nos deinuestitos habetis. Si verum est, vehementer miramur, vnde tantam potestatem accepistis, quòd res Ecclesiæ Romanæ deputatas, de quibus nullus Pontificum, nisi anathemate suscepto, quicquam subtrahere vel distorquere conceditur, ita leuiter nobis auferre, & quibus volueritis, conferre possitis. Altitudinem itaque vestram monendo rogamus, & rogando monemus, vt iuxta præceptum Cardinalis, nos adhuc amicos vestros inuestiatis: alioquin contra vos, sicut contra persecutorem nostrum, & priuilegiorum Romanorum violatorem proclamabimus: illud etiam, quod in Haimerico de Rancone à vobis actum est, non tacentes. Haimericus siquidem propter multa mala, quæ nobis fecerat, à domino Papa & à vobis fuerat excommunicatus, & in ipsa excommunicatione iusto Dei iudicio peremptus est, & ideo meritò extitit à commercio alienus. Posteà verò precibus vxoris illius, & pretio, vt quidam dicunt, corruptus, excommunicato, excommunicatum illum sine satisfactione absoluendo, communicastis: & præsentibus fratribus nostris, per quos iniuriæ nostræ in auribus vestris resonabant, quæ adhuc resonare non cessant, corpus eius sepulturæ impleniter tradidistis. Auctoritate tamen sanctorum Canonum firmiter tenemus, & nullatenus dubitamus, quia quibus viuis non communicamus, nec mortuis communicare debemus: & qui aliter fecerit, si laicus est, debet & ipse excommunicari, si clericus, cuiuscumque dignitatis vel ordinis sit, debet penitus degradari. Valete, & quæ dicta sunt sapienter aduertite.

EPISTOLA XXXVIII.

Charissimo domino, & præcordiali amico Petro honorabili Santonensium Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, orationum instantiam cum pura dilectionis affectu.

ABsentes quidem corpore, sed præsentes mentis deuotione, venerabilis Pater, pro beneficiis, quæ nobis sæpius exhibetis, vobis gratias reddimus: cuius charitatis ignem tanto erga nos ardentiorem esse cognouimus, quanto contra eos qui de nobis querunitur, vester constantior existit animus. Et quamuis dignas meritis vestris grates non valeamus rependere: adhuc tamen de vestra bonitate non mediocriter præsumentes, humiliter rogamus, vt quæ in Episcopatu vestro contra vos iniustè fiunt, non sit vobis tædiosum corrigere. Guillelmus Oleronis præpositus, & quidam alter Alto nomine, sed nequam, crudeliter nouas quasdam, & prædecessorum nostrorum temporibus penitus inusitatas exactiones terris nostris violenter impresserunt, quas à vobis melius discent fratres nostri, qui eorum angarias portauerunt. Nos autem, ista licet vera sint, idcirco non loquimur, quia excusabilius est etiam vera quædam reticere, quam qualibet suggestione lineam veritatis excedere. Vitæ laudabilis Præsul, malorum semina nulla occasione dissimuletis: sed mox vt oriri cœperint, radicitus amputetis. Arbusta etenim, si statim vt plantata sunt concutiantur, radicari non possunt: si verò diutiùs tolerantur, altius radicem figunt: & quæ prius poterant quasi sola manu & absque difficultate auelli, numquam sine securi, & vix cum securi, valent deinceps exstirpari. Ex hac igitur similitudine facilè aduertitur, quod si in primo impetu inimicis sanctæ Ecclesiæ minimè resistitur, eorum crescit iniquitas, & resistendi facultas minuitur. Valeat dominus noster Episcopus, de cuius constantia & iustitiæ integritate omnino confidimus.

EPISTOLA XXXIX.

Charissimo domino & præcordiali amico Petro honorabilis vitæ Episcopo, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, salutem à Deo, & à se pura dilectionis obsequium.

AVdiuimus, dilectissime Pater, Rainaldum Chesnellum clericum vestrum cum domno Guillelmo monacho nostro duellum cœpisse: nullum tamen ex sua parte, vel ex parte monachi testem habuisse. Quod quia sæculi leges nulla ratione fieri permittunt, & sacri Canones omnino, ne fiat, interdicunt, humiliter rogamus, vt quod in Episcopatu vestro ab Ecclesiasticis viris contra Ecclesiasticas regulas præsumptum dignoscitur, vestra auctoritate irritum fiat, & corrigatur: ne fortè peruersa consuetudine præualeat hominum iniquitas canonicæ æquitati: & sic, quod absit, subdatur veritas falsitati. Si verò Rainaldus vester claues sanctæ Ecclesiæ agitare, & Romanorum decreta Pontificum, quæ inter Ecclesiasticos viros monomachiam penitus inhibent, adnullare conatur, contra eius inflatos conatus humilitatem Romanæ Ecclesiæ, quæ inflata crepare, & superba premere nouit, appellamus.

EPISTOLA XL.

Charissimis dominis & præcordialibus amicis, domno Petro Santonensium venerabili Episcopo, & domno Goscelino honorabili eius Archidiacono, Goffridus eorum humilis & fidelis amicus, salutem, seruitium, & dilectionem.

PEruenit ad nos quòd oblationes confessionum in Ecclesia Surgeriarū nobis abstulistis. Quòd si ita nos absentes, de hoc quod per triginta annos nullo Episcopo vel Archidiacono reclamante tenuimus, atque Romanorum Pontificum licentia nobis concessum est, exinuestitis, & presbytero nostro, quod nostrum erat, nobis nolentibus, contulistis, nec dilectionem circa nos exhibuistis, nec dilectionis speciem. Vel si ita amicos vestros beare nostis, nouum genus beatitudinis & dilectionis inuenistis. Hoc tamen si ab aliis hominibus contra nos ageretur, non dilectionis, sed odij opus videretur. Si aliquid mali vobis fecisse videremur, debuissemus prius admoneri, vt sic aut culpam, si adesset, nobis liceret humili-

recognoscere; aut si non esset, rationabiliter excusate. Si verò aliquid boni vobis facere potuimus, & fecimus, retributionem, quam Deus non nouit, recipere non optamus. Vnde vos, sicut dilectissimos dominos & amicos suppliciter rogamus, ne à vobis, de quibus semper sperauimus bona, qualibet mala sentiamus: quia vestra grauamina, quoniam amici nostri præcordiales estis, patienter portare non possumus. Si dicitis, quòd ille oblationem confessionis habere debet, cui pœnitens confitetur: simili modo dicere potestis, vt oblationem altaris habeat, à quo Missa cantatur: & oblationem mortui, a quo mortuus sepelitur: & sic minister noster totum accipiat, vt nihil oblationum in Ecclesiis, quibus die ac nocte seruimus, nobis relinquat. Pro reuerentia vestræ religionis hoc iniustum non dicimus, sed iustum esse penitus ignoramus. Nam lex Moysi non præcepit, prophetæ non prædixerunt, sanctum Euangelium inde siluit: auctores Canonum aut noluerunt dicere, aut obliuioni tradiderunt. Valete.

EPISTOLA XLI.

P. honorabili Episcopo, frater Goffridus Abbas Vindocinensis, alodiarius Apostolicæ sedis & seruus, non facere alij quod non vult fieri sibi.

DOmini Papæ Calixti accepistis decretum, in quo vobis & quibusdam Episcopis aliis fuerat præceptum, vt rerum Vindocinensis monasterij, sicut earum quæ Apostolicæ sedis sunt propriæ, defensores essetis & adiutores. Et alij quidem omnes, non verbo, neque lingua tantum: sed opere & veritate, Domini Papæ seruauerunt mandatum. Vos autem quæ in Episcopatu vestro nobis ablata sunt, & quot, & quantas fratres nostri, qui ibi habitant, portauerunt iniurias, satis audistis; sed aut noluistis corrigere, aut minimè potuistis. Insuper etiam decimas salinarum vestrarum, quas monasterium nostrum, patrimonium scilicet B. Petri, & eius alodium, per sexaginta annos pacificè noscitur possedisse, nobis aufertis. Vnde dilectionem vestram rogamus, vt quod aliter actum est, corrigatis, ne qui Apostolica præceptione nobis defensor constitutus fuerat, videatur persecutor; & sic lupus fiat, quod Deus abnuat, qui esse debuerat pastor. Nobis dictum est, quia dicitis, quod Ecclesia non debet decimam dare. Hoc verum est, vbi Ecclesia nihil habet in parœcia alterius Ecclesiæ: vbi verò Ecclesia in alterius Ecclesiæ parœcia possessionem aliquam habet, vel quippiam quod decimari debeat; ibi Ecclesia Ecclesiæ decimam reddere debet, si illud iustè possidere desiderat. Hoc tenet Italia: hoc tenet Gallia. Ibi enim nouimus Ecclesias Ecclesiis decimas reddere, & maiores minoribus, & minores maioribus, vbi altera earum possessionem obtinet in iure alterius. Hoc facimus nos Ecclesiis, & hoc Ecclesiæ faciunt nobis. Hoc etiam bonæ vitæ & bonæ memoriæ vestri prædecessores, qui vos præcesserunt ad sidereas mansiones, fecerunt. decimas scilicet, quas sine iudicio, & sine audientia nobis aufertis, reddiderunt. Sed illi beati viri forsitan idiotæ fuisse putantur, quoniam caritatem habuerunt, & vitauerunt rapacitatem, & neminem mole suæ magnitudinis premere voluerunt. Non conuenit matri Ecclesiæ, aliarum Ecclesiarum iura vel decimas sibi vsurpare. Parentum est enim, Paulo testificante Apostolo, thesaurizare filiis, non quæ sunt filiorum auferre. Si tamé aliquid quod iustum sit in prædictis decimis vos habere confiditis, Romani Pontificis iudicium vobis offerimus, cui soli de rebus monasterij nostri iudicare licet, & definire. Et vt ista quæ dicimus vera credatis, nec deinceps per ignorantiam aduersum nos contrahatis offensam, venerabilium Romanorum Pontificum, Vrbani & Calixti priuilegia vobis transcripta mittimus. Nouit enim prudentia vestra, quod sine periculo non dissoluitur siue contemnitur, quod Apostolica auctoritate firmatum esse noscitur, vel præceptum. Valete, & dum precamur, nostram audite precem, si vestram non vultis sollicitari quietem.

EPISTOLA XLII.

Domino suo & præcordiali amico, I. honorabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus Abbatum minimus, dilectionem, & dilectionis seruitutem.

IN crastino capitis ieiuniorum ad vos venire non possum, necessitate corporea occupatus. Cum verò à necessitate, qua detineor, fuero liberatus, ad vos veniam tempore competenti; de Pagano, & de suis iustitiam recepturus. Paganus ille, sicut dicitur, à vobis exposcit, quod olim à sanctis Apostolis interdictum est, & decretis Apostolicæ sedis nunc interdicitur. Laicis enim, etiam religiosis, vt ipse melius nostis, disponendarum Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum rerum omnis facultas negatur. Clericus autem, qui per laicam personam Ecclesiam, siue possessionem Ecclesiasticam nititur obtinere, secundum Gregorium septimum, & Vrbanum, & Paschalem secundum, excommunicatus est, & ab ipsis etiam hæreticus iudicatus. Vale; & de gradu in gradum Deus vos promotum habeat ad vtilitatem Ecclesiæ suæ. In vobis completum est, vt creditur, quod legitur in Euangelio, *Qui se humiliat, exaltabitur.* Luc. Humilem mentem vestram nunc vsque credidimus: audiuimus humilem loquelam: satis etiam humilem vestem conspeximus. Ista vtique omnia oportebit vos augere, non minuere, ne vobis contingat, quod Deus, abnuat. *Qui se exaltat, humiliabitur.* Quod hic nouissimè locutus sum, est quidem præsumptuosum, sed præsumptum amica præsumptione. Vos viscera mea nostis, & ego vestra similiter. Nec vobis, nec mihi mutua familiaritas contemptum pariet; sed in diuina iustitia assensionem nutriet, & magis in Deo deuotam dilectionem.

EPISTOLA XLIII.

Dulcissimo Domino & præcordiali amico, domno R. laudabilis vitæ Episcopo, frater Goffridus dilectionem, & dilectionis seruitutem.

COncilium, vt nunc dicitur, Romæ celebrabitur, non sicut audieramus, Cremonæ. Vnde animus meus vehementer perturbatur; quoniam illuc ire voluntas Domini Papæ cogit, sed asperitas temporis, & longioris viæ tribulatio dissuadet. Et hæc quidem pro tanti Domini & magistri voluntate postponenda fuissent, si corporis infirmitas quod iubetur fieri vlla ratione permitteret. Seipsum exponere morti, nisi certa spe retributionis æternæ, nullus sensatus vnquam fecit. Si quis verò in se concitauit mortem, quam vitare debuisset, requiem inuenisse non legitur, sed ærumnam. Christus vtique baiulare crucem iubet, non quærere sepulturam. Vale.

GOFFRI-

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS

EPISTOLARVM LIBER IV.

EPISTOLA I.

Dilectissimo Domino ac beatissimo patri suo Hugoni omnium Abbatum excellentissimo, Goffridus filiorum suorum minimus, quod patri filius, & Domino seruus.

QVid salutis, quidue honoris, nullis meis præcedentibus vel subsequentibus meritis, pura dilectio vestra mihi contulerit, dum sæpe mente considero, quæ pro tantis beneficiis dignè rependere valeam inuenire non possum. Quod tamen carius habeo offero meipsum: quippe cuius totum bonitate vestra hausistis animum. Sed quem bonitas vestra sapienter hausit, quem diligenter sibi subdidit, domnus Henricus Abbas impugnare non desinit. Antequam haberet Abbatiam, & postea, bona quæ potui de illo dicere, dixi: ad honorem monasterij Cluniacensis nomen eius prædicaui. Illorum etiam inimicitias, quibus præest, incurrere pro eo non metui. Ipse verò mihi contrarij suo mala pro bonis retribuit, retributione videlicet, quam Deus non nouit. Nescio qua mentis tempestate agitatur, & in me seruum vestræ sanctitatis sine causa inuehitur. Terram, quam monasterium nostrum tempore venerabilium antecessorum suorum per triginta annos & eo amplius pacificè & apostolica auctoritate sibi firmatam noscitur possedisse, terris suis quia vicina est, sibi satis immoderatè nititur copulare. Hinc occasione accepta, omnia machinamenta, quibus potest nocere, in me exercet: cui si non pro fraternitate, saltem pro vestra paternitate parcere debuisset. Velut alter Saul, me quasi Dauid fugientem persequitur: nulla erga me fraternitatis compassione mouetur. Ego ei resistere nec possum, nec debeo: quoniam mansuetudinem vestram offendere metuo. Et quia me erigere contra eum nullatenus præsumo; vestra piasueritas, humiliter quæso, se contra eum erigat, & sibi mandare dignetur, ne me vestro amore potius, quam mole suæ magnitudinis premat. Si autem de me queritur, quæstioniæ suæ præsentia vestra iudex existat. Vos semper appellaui, & adhuc appello. Sapientiæ vestræ iudicium subire desidero. Ambo filij vestri sumus: ille quidem oris professione; sed ego, Deus scit qui corda nouit, cordis deuotione. Non debemus igitur inuicem dissentire, sed honorem & vtilitatem Cluniacensis monasterij quærere concorditer: vobis multiplicare amicos, inimicos mitigare: si necessitas exigit, eis pariter obuiare. Magnæ discretionis Pater, ne aliter agat, compescite domnum illum Abbatem, quem dicunt homines ex longo tempore fuisse discordiæ amatorem, seminatorem iurgiorum, pacis perturbatorem. Non auferat fratribus nostris vestram caritatem: non eos sine vtilitate prouocet ad iram: non tribuat eis contra locum Cluniacensem, quem secundum Paradisum vocare audeo, proclamandi occasionem. Et quæ olim amputata sunt vestræ dilectionis dulcedine, pullulare non faciat sua amaritudine. Non separet à Cluniaco, beatitudinis videlicet loco, monasterium nostrum: non inter nos & fratres nostros suscitet scandalum. De me, quia scandalizari debeam, minimè loquor: nam & si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. Valeat dulcissimus Dominus meus & pater meus.

EPISTOLA II.

Dilectissimo patri Domno Pontio, honorabilis vitæ Abbati, frater Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, sanctæ Romanæ sedis allodiarius, puram dilectionem, & puræ dilectionis seruitutem.

QVendam monachum nostrum, Petrum Goscelini nomine, ad vos venisse audiuimus: sed qua intentione venerit, ignoramus. Quod si vos, vel locum vestrum visitandi gratia fecit, licet cum licentia nostra fieri debuisset, pro reuerentia vestra, vituperare non audemus. Sed si ea intentione actum est, vt locum, in quo secundæ regenerationis habitum suscepit, relinquat, laudare non possumus: cum hoc S. Benedicti regula omnino contradicat, & sanctorum Romanorum Pontificum auctoritas, qua patrimonium B. Petri, monasterium videlicet nostrum, munitur, sub anathemate interdicat. Vnde sicut carissimum dominum & patrem humiliter vos rogamus, quatenus ad nos secundũ humilem petitionem nostram frater ille noster remittatur: ne primam sui monachatus fidem irritam fecisse videatur: & vinculum caritatis, quo venerabilis prædecessor vester, vir piæ recordationis, domnus Hugo sibi & monasterio Cluniacensi nos diligenter alligauit, sub hac occasione, quod absit, rumpatur. Illud vobis veraciter dicimus, vt si quid prædictus frater contra nos egit, si tamen ad nos venerit, pro amore vestro, & pro anima gloriosi viri Domini Hugonis, qui nos, cum nec serui eius fieri digni fuissemus, suos caritate filios fecit, illi totum & toto corde dimittimus. Si vero ad nos minimè veniens obedire contempseris, & prima professione, quam apud nos fecit, violata, alio in loco profiteri præsumpserit, nec prima eius professio Deo grata erit, nec secunda: quia nec prima promissæ stabilitatis expectauit fructum, & secunda, quæ primam sui monachatus oblationem Ecclesiæ nostræ abstulit, habebit sacrilegium. Quod si alicuius priuilegij auctoritate monachum de noto & regulari monasterio sine licentia sui Abbatis vobis retinere conceditur, huius auctoritas priuilegij contra sancti Benedicti regulam nititur; & aliud quam priuilegium, quod Christus Dominus B. Petro donauit, continere videtur. Hoc enim priuilegium fuit à Deo Petro collatum, vt quæ erant soluenda solueret, & quæ liganda ligaret: non vt hominibus fidem mentiendi, vel se permutandi occasionem præberet. Et quoniam quem S. Benedictus damnationis vinculis alligat, nec B. Petrus soluit, nos soluere non debemus; licet multum inuiti, & coacti faciamus, in virtute sanctæ regulæ, & auctoritate sanctorum Canonum, illum ita, donec resipiscat, excommunicamus, vt nec communionem sacram viuus percipiat, nec mortuus sepulturam. Vnum præterea vobis mandamus, quod simplicitatem vestram ignorare non credimus; quia vnumquemque pastorem decet oues proprias conseruare, non rapere alienas. Quod si alienas rapuerit, lupi consuetudinem habet, non pastoris. Si quis iterum auctoritate priuilegij se talia posse confitetur, eadem auctoritate quod non seminauit colligere, alienorum villas, castella, & ciuitates obtinere, patribus suis subtrahere filios, suas hominibus vxores auferre; quid plura; omnem alienam substantiam suam facere se posse confiteatur. Priuilegium vtique prauitatis plurimum habet, & nihil penitus diuinæ legis; cuius auctoritas suos in primis obseruatores reos facit, & proximos opprimit innocentes. Et quicunque priuilegio, contra priuilegium quod Christus contulit Petro, facere conatur: quasi propheta docens mendacium comprobatur. Cuius vocem falsam beatitudinem, & veram miseriam protestantem, dum animæ sequuntur Christianæ, periclitantur.

EPISTOLA III.

Dilectissimo Domino suo Hainrico vita venerabilis viro, Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscunque seruus, eandem quam sibi optat salutem.

QVæ mutuæ caritatis affectu nuper à nobis sunt constituta, multis modis postea impedire voluit inimicus. Ab ipso quippe, vt æstimo, fratribus nostris suggestum est, vt contra ea recalcitrare deberent: nec pacis, dilectionisque à nobis constitutæ vinculo paterentur adstringi. At benignus Deus, qui malignum etiam in superioribus Ægypti ligatum tenet, ita loris suæ potentiæ illom colligauit, vt, quidquid discordiæ, ac dissensionis fratribus prius suggesserat, habtte vires non potuit. Vnde præsentibus litteris dilectionem vestram admoneo, vt vsque ad proximam festiuitatem B. Mariæ quacumque die volueritis in Capitulum nostrum veniatis, de confirmatione pacis & concordiæ, sicut à nobis & à vobis constat esse statutum, nihil penitus hæsitantes Non enim tales sumus, qui aliud promptum in lingua, & aliud clausum in pectore habeamus.

EPISTOLA IV.

Domno Hainrico venerabili Angeriacensi Abbati, Domino & amico, frater Goffridus à Deo puræ veritatis affectum, & à se veræ dilectionis affectum.

LOcutionem, quam de causa Dei habuimus ad inuicem, labialem ex vestra parte fuisse arbitror, non præcordialem. Vnde vos minus vigilanti verbo vsum doleo, & gladiatorium spiritum habere intelligo. Ego tamen, Deo volente, quod dixi, incipiam, & quod inceptum fuerit, ipso largiente perficiam. Valete; & si qua sunt in vobis Catholicæ pietatis viscera, mihi & in veritate rescribite.

EPISTOLA V.

Dilectissimo patri & Domino Hainrico honorabilis vitæ Abbati, frater Goffridus cum dilectione salutem.

FEre duorum mensium iam præterijt spatium, ex quo vobis vsque Pictauim nostrum transmisi sigillum, sicut locutus fueram vobiscum. Et quia ibi inueniri minimè potuistis, quod tunc libenter fecissem, vsque ad Quadragesimum facere non possum. Facultas vtique faciendi quod vobiscum facere disposueram, mihi subtracta est, non immutata voluntas. Pecunia etenim mihi non suppetit, guerræ imminent, & asperitas temporis interdicit. Valete: & quod fratres nostri queruntur, quod apud Abbatiam vestram minus regularis humanitas eis impenditur, agnoscite: & quod aliter factum est, si placet, corrigite. De susceptione hospitum vobis scripsissem, sed docere Mineruam noui superfluum.

EPISTOLA VI.

Ioanni vitæ venerabilis Abbati, Goffridus Abbatum omnium minimus, in omnibus misericorditer agere.

HVic fratri, qui necessitate simul ac voluntate ad vos sicut spiritualem patrem suum reuertitur, necesse est vt magna misericordia suffragetur. Multum quidem peccauit, quod lingua satis conuenienter loquitur. Vnde si vestræ pietati placet, magis dignus venia, quam cum eo & ipsi postulamus, esse videtur. Valeat igitur apud bonitatem vestram huius pœnitentis humilis & vera, vt credimus confessio. Valeat etiam nostra pro eo deuota & caritatiua supplicatio. Super omnia autem hæc, consideretur à vobis pij patris reuertentis filij pia susceptio, qui in longinqua regione partem substantiæ, quam acceperat, dissipauit luxuriosè viuendo.

EPISTOLA VII.

Dilecto in Christo Patri Guillelmo honorabilis vitæ Abbati, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, hospitalitatem, per quam multiplicauerunt, seruus obliuisci.

QVoniam vtilitati proximi tanquam nostræ prouidere, ipsa Euangelica præceptione monemur, quod honori & bonę opinioni monasterij nostri contrarium esse cognoscimus, vobis celare nec possumus, nec debemus. Cum nuper Santooicum iremus, sicut prius vobis nos illuc ituros dixeramus, metuenda repentè tonitrui & coruscationis tempestas exoritur: qua vehementer territi, & reuerberationibus grandinis, & pluuiæ inundationibus non mediocriter fatigati; ad Obedientiam vestram de Pinu, quam obuiam habuimus, hospitandi gratia diuertere dignum duximus. Vbi valde indignum obedientia repetimus monachum Gatinum cellararium domus, inhumanum videlicet hominem & auaritiæ seruum. Qui quando primum primam domus portam intrauimus, grunnire cœpit, & oos toruo vultu, & obliquo oculorum lumine inspicere; postea verò indisciplinata verba proferre non distulit, Deum non metuens, nullam nobis, nullam ordini reuerentiam exhibens; vocibus, quas in eo deformis formabat tenacitas, nos subsannando dominos vocans dæmoniacus monachus ille clamabat: Quo intratis? Prior abest: nihil faciemus vobis: non habemus etiam spatium, in quo duodecim equi vestri valeant collocari: & locus stabulorum sufficienter capere poterat, & adhuc potest equos viginti. Qui cum hæc & alia multa expulsoria verba ab eo diu similitudine tantum patientiæ supportassemus: licet in corde nostro aliud versaretur, impatientiæ tamen flammam ratione supprimentes, diximus sibi: Frater noli contristari: vides quia pluuia nos vrget etiam Sol occidit: necessitas admonet hospitari: panem & vinum, piscem & caseum nobiscum portamus: ememus libenter cætera quæ non habemus. Sic tandem cœpit atrocitatem vultus paulatim deponere: aliquantulum leuare supercilia: & quos prius quasi clausos tenuerat oculos, monstrare: deinde nobis dignatus est loqui; nobiscum etiam, sed multum rogatus voluit refici. Panem & vinum, quæ nos habere sciebat, & quæ longius ferre equos grauabat, nobis obtulit: fœnum & annonam, quibus abundabat, & nos prorsus indigebamus, penitus denegauit. Valete; & discipulum Satanæ, qui caritate conditum ordinem sua amaritudine insipidum reddit, ne amplius noceat, loris monasticæ seueritatis alligate.

EPISTOLA VIII.

Venerabilibus dominis & fratribus Guillelmo S. Florentij Abbati, S. Sergij, Goffridus Vindocinensis monasterij seruorum seruus, Deum & quæ Dei sunt perfecto corde diligere, & quæ contra illum sunt in mundo perfecto odio habere.

SI veræ caritatis vinculo ininuicem alligati sumus, & si feruore Spiritus sancti accensi contra tortuosum & subdolum illum, quem nostis, ne animæ nostrę cum

cum populo Dei peccant, pugnare decreuimus, eiusdem Spiritus sancti igne magis ac magis igniri de die in diem debemus. Scimus quidem, quoniam non omnibus bene inchoantibus æternæ beatitudinis præmium repromittitur; sed illis solummodo, qui perseuerauerint, habere conceditur. Parum enim vel nihil penitus esse monstratur, bene aliquid inchoasse, quod imperfectum dimittitur. Hoc etiam apud sæculares magna irrisione dignum videtur, cum aliquis eorum quicquam incepit, quod ad finem minimè perducit. Si ita est, immo quia ita est in negotio sæculi, liquet profectò quales esse debeamus in negotio Dei. Nam si illi, qui mundum & ea quæ mundi sunt, diligunt, de opere suo: si imperfectum relinquatur, sic erubescunt: quanto magis nos, qui Deum, & quæ Dei sunt, ante omnia & super omnia diligere debemus, erubescere possumus, si eius opus quod incepimus, imperfectum relinquamus? Dilectissimi, si nunc in Dei opere tepidi, vel negligentes exstimus, & quasi sub specie simplicitatis aduersariis Ecclesiæ suæ resistere dissimulamus; verendum nobis est, ne in die magni & formidandi valde iudicij illum contrarium sentiamus, & illo increpante cognoscamus nos stulta simplicitate fuisse deceptos. Tunc forsitan in contumeliam nostram, quod absit, vulnerum suorum cicatrices denudabit, dicens: O falsa simplicitate decepti, hæc pro vobis ipse pertuli: & quam vicem mihi rependistis, qui semper homines laudare ac venerari occultando veritatem præsumpsistis? Hæc omnia, ne contra nos in iudicio suo Dominus proferat, non mediocriter formidare debemus, quæ iam ex parte per eius ministros annuntiata esse cognouimus. Ex testimonio enim scripturæ diuinæ didicimus, quod si propter personam hominis veritatem reticemus, ipsum, qui est veritas, Christum negamus. Quod etiam præ nimia simplicitate quidam damnari merentur, in Propheta apertè monstratur, vbi sicut oues in inferno positi memorantur. Oues ibi, non propter veram innocentiam, sed propter inhonestam simplicitatem, qua malis resistere nolunt, vel nesciunt, oues appellat: quos sine fine perituros esse denuntiat. Et ideo reiecto simplicitatis velamine, palam loquamur veritatem, cum Propheta dicentes: *Quis consurget nobis aduersus malignantes, aut quis stabit nobiscum aduersus operantes iniquitatem?* Illud Apostoli subiungentes, *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Nos tales sumus, immo tales esse debemus, qui laudes hominum non affectemus, neque eorum vituperationes expauescamus: quoniam qui huiusmodi sunt, iuxta Apostolum, serui Christi esse non possunt. Vnde & propheta: *Qui hominibus placent, confusi sunt.* Si fortè quærimus, quid pro Deo agere, vel pro eius nomine pati debeamus: quid ipse egerit, quidve pro nobis pertulerit consideremus: & sic quid pro illo simus acturi plenius agnoscamus. Omnia quidem, quæ pro nobis Dominus in mundo egit, & pertulit, referre non possumus: sed illud firmiter credamus, & credendo asseramus, quia quidquid fecit & pertulit, totum nostræ salutis mysterium fuit. Factus est homo de Virgine matre, cum Deus esset; opprobria, irrisiones, conuitia, tribulationes, flagella, percussiones, infidelium sputa sustinuit: cruci clauis affigi, spinis coronari, felle cibari, aceto potari, lancea vulnerari voluit: & gustans mortem ad horam æternæ mortis vincula soluit. Quid, fratres, aliud hæc agendo nos docuit, nisi ambulare vias, quas prior ipse ambulauit? Ambulemus igitur vias eius, & sequamur eum, sicut sequendum se docuit: quem qui modo sequi noluerit, illum proculdubio sequetur, cuius pœna fine carebit. Sed quomodo Deum ac Dominum nostrum sequimur; quomodo eius vias ambulemus, videntes abominationem stantem in loco sancto, si taceamus? In loco sancto abominatio stare videtur, cum in sancta Ecclesia abominabilis quisque, nemine contradicente, aliis dominatur. Qui hoc videt & tacet, maledictus à Domino esse perhibetur, dicente propheta: *Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine*: id est, vocem suam à peccati increpatione. Si illi qui quodlibet malum non increpant, maledici à Domino merentur, quanto grauiorem maledictionem incurrunt, qui abominationem tacendo augmentant, per quam sine dubio plures fœdantur? Abominationem quippe satis augmentat, qui in quantum præualet, eam non amputat. Ortum est certè moderno tempore nouum genus abominationis: iam incipit regnare filius perditionis: & quod olim quasi in occulto faciebat, nunc palam operatur mysterium iniquitatis. Quem contra qui legitimè certauerit, verè coronabitur: & velut alter Enoch vel Helias effectus, licet martyrium ob hoc non consequatur, martyrum tamen immortalitate glorificabitur. Et vt aduersus prædictum nequam fortiores animos habeamus, quid Moyses, cum quosdam, de populo Israel procliues ad peccandum considerat, dicat, audiamus: *Si quis est Domini, iungatur mihi, occidat vir fratrem & amicum & proximum suum.* Fratrem quippe, & amicum, & proximum suum interficit, qui cum punienda inuenit, neque eis, quos per cognationem diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur, qui contra delinquentes zelo diuini amoris excitatur; profectò se Dei esse denegat, qui eorum prauas actiones increpare recusat. Hinc itaque facile aduertitur, quid ambitioso illi à Christi fidelibus debeatur, cuius nomen præ indignatione suppressimus. Nam quo proprio nomine dignus habeatur prorsus nescimus. Illum vtique vltra modum malitiosum esse, à puero fama referente didicimus, & ex parte per nos cognouimus. Et quia hunc ad augmentum iniquitatum suarum contra sanctam Ecclesiam arte Simonis Magi niti audiuimus, vtile valde est, immo necessarium, quatenus auctoritate Simonis Petri ei in faciem resistamus. Cui si pro officij nostri loco vehementer non restiterimus, cum ipso Simone Mago, qui hoc genus iniquitatis primus inuenit, nos habituros portionem, quod Deus abnuat, nullatenus dubitemus. Nam quid prodest aliquādo ieiunare? quid etiam pauperes recreare? vel quælibet alia bonitatis opera exercere, si Simoniacam hæresim à finibus nostris dissimulamus repellere? Quæ, vt B. Gregorius dicit, ante omnes alias in sancta Ecclesia subdola fraude irrepsit, & quasi prima & maxima Ecclesiæ castitatem fœda nimium pollutione contaminare præsumpsit. Igitur in Deum, & propter Deum rogamus vos & obtestamur, si habere partem in Christo vultis, vna nobiscum summopere laboretis, vt tam sæua pestis, quæ per sæpe dictum hæreticæ prauitatis ministrum in partibus nostris diabolica suggestione emersit, non quidem gladio ferri, sed gladio Spiritus sancti penitus comprimatur: ne nobis tacentibus in Spiritum sanctum peccetur: quod neque hic, neque in futuro sæculo remittetur. Valete in Domino semper, iterum dico Valete: & contumax ille, de quo agitur, sentiat nos Dei virtute plus posse, quam possit ipse Simonis Magi impia arte.

Psal. 93. · Rom. 8. · Psal. 52. · Hier. 48. · Exod. 22.

EPISTOLA IX.

Guillelmo sancti Florentij Abbati & Guillelmo Archidiacono fideli suo, Goffridus Vindocinensis monasterij indignus seruus, prospera mundi despicere & nulla eius aduersa formidare.

ROgamus vos, & per veritatem, quæ Christus est, obtestamur, ne in causa Dei, quam contra Rainaldum inspirante Spiritu sancto assumpsistis, aliquo modo deficiatis. Quod si feceritis, Christum, qui est veritas, plane abnegastis; & Ecclesiam suam, quæ

A omnino casta debet esse & libera, sæcularitatis concubinam & ancillam cum periculo animarum vestrarum constituistis. Præterea etiam omnibus amicis vestris, quod euenire non credimus, mendaces facti estis, & eorum inimicitias meritò incurristis. Non est vobis timendum; quia multos post Deum bonos adiutores habetis. Inter quos me & Abbatem S. Sergij veraciter reputare potestis; qui mallemus viui excoriari, quam huic tantæ consentiremus abominationi. Valete; & substantiam temporalem nullatenus ob hoc timeatis amittere. Non enim diabolus tanta poterit auferre, quanta vobis potens est Deus restaurare. Nihil tamen pro hac causa amittetis, & de manu Dei mercedem recipietis, si pro eius fide & nomine constanter egeritis.

B

EPISTOLA X.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilecto in Christo patri Archembaldo, S. Albini Abbati, fratres sibi commissos diligere, & eorum vitia odio habere.

EX testimonio diuinæ auctoritatis didicimus, quoniam de profectu proximi, sicut de nostro, debemus gratulari; & de eius defectu, tanquam de proprio tribulari. Vnde de quodam fratre vestro, Ioscelino nomine vehementer tribulamur; in quo non solum læsam esse charitatem cognouimus, sed defunctam. In diebus istis, cum monasterij nostri necessitate cogente, iuxta Maironem, vbi obediens sibi, & non Deo ille commoratur, transitum fecissemus, misimus C ad eum, vt in domum B. Albini & vestram nos hospites susciperet deprecantes. Verba, quæ his, qui à nobis missi fuerant, respondit, mala quidem & omnino indisciplinata fuerunt: sed facta satis peiora. Omnia quæ ille Conuersus aduersus in nos protulerit, vobis scribere nolumus, quia longum esset & in multiloquio veritatem lædere volumus, quæ vix in longiloquio illæsa seruatur. Illud firmissimè tenemus, quia dixit, quod nulla ratione nos susciperet, & postea non bene deuotus compleuit. Hæc vestræ dilectioni de seruo auaritiæ conscribentes, non nostram, sed caritatis iniuriam vindicari deposcimus.

D

EPISTOLA XI.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilecto in Christo confratri Archembaldo S. Albini Abbati, peccata delinquentium non dissimulare; sed mox vt oriri cœperint radicitus amputare.

DE vestro Ioscelino conquerentes vobis scripsimus, & vt de illo manifestam iustitiam Deo & ordini vestro faceretis, diu auscultauimus, & adhuc auscultamus: & nihil à vobis actum super hoc audire potuimus. Vnde manifestum est, quia aut aures vestræ surdæ sunt, & audire non possunt; aut manus vestræ contractæ, & ad exercenda iura iustitiæ nullatenus E ea potestis aperire. Sed nos Dei gratia aures non habemus surdas. cauete igitur, ne manus habeatis contractas. Quod si fortè contractæ vel aridæ nunc vsque fuerunt, non iam oliuæ, sed oleo iustitiæ vngantur, vt sanentur, & ad reprimendum Ioscelinum pestifera inflatum superbia citiùs aperiantur. Et quoniam cor eius repletum nouimus iniquitate, & vestrum credimus plenum caritate, toto dilectionis affectu vos rogamus, vt adeo vigeat contra illum vestra æquitas, ne amplius sancto ordini illius dominari possit iniquitas. Si vero bonitati vestræ suggesserit, quia causam contra vos habemus; nolite sibi parcere propter hoc; sed quanta sint viscera caritatis considerate. Caritas enim, sicut bene nostis, solummodo

A amicum non diligit, verumetiam esurienti, & sitienti inimico cibum & potum pariter cum hilaritate tribuit. Nos tamen inimici vestri non sumus; sed omnia quæ in vobis Deus diligit, & nos diligimus: & vobis & vestris, si placet, germana caritate seruire volumus. Nam quidquid de querelis nostris, quæ concipiunt laborem, & dolorem pariunt, faciamus, caritatem, quod est vinculum perfectionis, erga vos semper integram, Deo donante, seruabimus. Hæc est, inquam, illa bona, immo optima virtus, sine qua habere cæteras virtutes est damnabile, & cum qua non habere eas, veniale. Valete, & quid de his, quæ vobis scripsimus, facturus sitis, nobis rescribite.

EPISTOLA XII.

B

Frater Goffridus Hamelino Abbati S. Albini, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.

ET formicam plaustum trahere dedecet; & doctorem Ecclesiæ manu tenere mendacium, sed oportet illum veritatem semper attendere; non relationem verborum. Si Albericus se nobis condonatum diffitetur, & si Paganus filius eius in Ecclesia nostra sub titulo monasterij vestri se factum monachum profitetur, negat vterque veritatem, dum falso loquitur. quod Paganus vobis suggerit, etiam si verum esset, sicut veraciter falsum dinoscitur, discuti tamen prius C debuisset, antequam illum reclamantibus monachis nostris prodeotia vestra suscepisset. Iniustum est enim, & Canonum regulis prorsus contrarium, sine iudicio exspoliare vestitum. Quod illum non esse fugitiuum dixistis, mihi non mediocriter displicet hoc ab ore vestro fuisse prolatum, quod sobrietatis armarium olim credideram, & veritatis sigillum. Ille vtique de loco nostro, in quo monachus noster factus fuerat, aufugit, & stola secundæ regenerationis reiecta occultè fugiens, claustrum B. Clementis infregit. Vnde non solum fugitiuus agnoscitur, verumetiam vera propositione sacrilegus esse probatur. Si de illo nobis offertis iustitiam, quod iustum est facite; nos de illo prius inuestite. Nam vos ignorare non credimus, quod nec ad comprouincialem, nec ad generalem Sy-D nodum, multominus igitur ad quamlibet causam vocari debet exspoliatus. Præterea noueritis, nec genus veræ religionis esse, nec signum puræ dilectionis, pro Pagani familiaritate Philippicam retractare in amicum. Nec pro illo, si vestræ magnitudini placuisset, contentio, quæ inter monasterium nostrum & vestrum esse solebat, & quæ penè vel penitus pro dilectione vestra fuerat extincta, rediuiua fieri debuisset. Nos vero quod contra Paganum fecimus, adhuc facimus: nec extractum de vagina Canonicæ iustitiæ gladium: nisi præcedente satisfactione, ab illo retrahemus. Quod si quis aliter actum intelligit, nos tamen iustè & rationabiliter factum esse, sanctorum Canonum auctoritate monstrabimus.

E

EPISTOLA XIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, domno Gualterio vita laudabilis abbati, salutem cum dilectionis obsequio.

IN regula B. Benedicti secundum quam professi sumus, prohibitum dinoscitur; & quod est amplius, auctoritate sancti Euangelij; ne alter alteri faciat, quod sibi fieri non optat. Vnde tota mentis intentione cauendum est, vt quod nobis fieri non optamus, nulla occasione alij faciamus: ne fidei nostræ professionis scissuram facientes, Euangelicæ etiam traditionis

nis contemptores à Deo iudicemur. Hæc idcirco, venerabilis pater, proposuimus, quoniam hominem quendam, Garioum scilicet Galandi, qui sub confessionis actione, & suæ fidei promissione, se suaque omnia nobis deuouerat, subita pressum infirmitate monachastis, & res suas, immo nostras, quia Ecclesiæ nostræ prius fideliter oblatas, accepistis. Quod quam sit religioni Christianæ contrarium, si scienter actum est, quod absit, nos minimè latet, & vos certum habetis. Requirimus igitur à dilectione vestra hunc hominem, & vniuersas res huius hominis cum homine ipso nobis reddere non differatis: ne fortè actio dilationis vobis adscribatur argumentum cupiditatis; & sic per vos fraterna charitas vulneretur, quod est vinculum perfectionis. Valete.

EPISTOLA XVI.

Bernerio honorabilis vitæ Abbati, Goffridus abbatum omnium minimus, à Deo salutem, & à se germanæ dilectionis deuotionem.

SEruitio vestræ bonitatis, quod mihi, licet immerito, sæpe obtulistis, nunc opus habeo: & quem charitas debitorem fecit promittendo, ne pigeat debitum soluere promissa reddendo. Andegauis siquidem Ecclesiasticum negotium in crastino Ascensionis acturi sumus, ad quod prudentiæ vestræ consilium & auxilium diligenter inuitamus: & ne in præsenti necessitate nobis desit, humiliter deprecamur. Quod si deprecationem nostram qualibet occasione exaudire dissimulatis; amicus vtique dici potestis, sed qui non permanet in tempore necessitatis.

EPISTOLA XV.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, carissimo Domino & præcordialissimo amico, Bernerio Bonæuallis Abbati, viro verè religioso, beatam Trinitatem puro semper corde diligere, & eius proximæ festiuitati nulla occasione deesse.

AD celebrandam nobiscum, quam diximus, sanctæ & indiuiduæ Trinitatis festiuitatem; & tantæ solemnitatis deuotio vos venire compellit, & vt sepositis curis omnibus nullatenus differatis venire, quem erga vos habemus puræ dilectionis affectus suppliciter exposcit. Debitum quippe religionis est, & germanæ charitatis augmentum, festa sanctorum Dei, & maxime suam ipsius festiuitatem deuotione celebrare; & diligentis se proximi iustum desiderium totis visceribus adimplere. Valete: & in his quæ humiliter rogamus, non sit vobis tædiosum Deo & nobis obedire.

EPISTOLA XVI.

Goffridus Vindocinensis monasterij inutilis seruus, viro æterna memoria digno, Bernerio Abbati Bonæuallis, in valle spiritualis frumenti abundare, & hymnum Deo dicere sempiternum.

SAncti spiritus, vt arbitror, igne succensus, & ab increpatione Simoniacæ impietatis spiritum, quo agitaris, reprimere non valens, multos in te aduersarios incitasti: inter alios maximè vnum, cuius nomen dicere superfluum puto, quia nec vulgo manet incognitum. Et si illud, natura negante, surdi non audiunt, nec muti loquuntur; eis tamen ab aliis nutibus & signis est indicatum. Tibi, religiose Abba, à multis dicitur, quod Simonem Magum nostris temporibus in Ecclesia suscitatum frustra extinguere verbis conaris, quia in hominibus qui corrigat non inuenitur.

A Tu verò desiderio repletus prophetico: tibi suaderi nullatenus potest, quin semper inquiras, qui tecum assurgat contra regnantem in sancta Ecclesia abominationem, cum ipso propheta fideliter clamare non cessans, *Quis consurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?* Clama itaque tu organum Dei, tuba Spiritus sancti. Ne sileas, egregie præco veritatis, nec vocem retrahas à correctione hæreticæ prauitatis: & si eos qui sanctæ Ecclesiæ castitatem fœda nimium pollutione commaculant, de templo eiicere, sicut Saluator fecit, non vales verberibus, saltem verbis nulla desinas occasione. Noli, vir sancte, noli credere illis, qui te loqui asserunt sine vtilitate quoniam eos, contra quos loqueris, reuocare non potes à scelere. Qui B talia dicunt, tunc pariter Ioannem sanctum Domini præcursorem redarguunt. Ille enim quamuis Herodem ab incestu reuocare non posset; veritatem tamen non siluit, dicens quod ei vxorem fratris sui habere nulla ratione liceret. Vnde si vir sanctus decollari meruit, & coronari, Herodes impius, cum eis qui sibi consenserunt, promeruit æternaliter cruciari. Satis est igitur melius cum Ioanne redarguere, quam reticendo veritatem consentire Herodi. Nulli certè Christiano Christi Dei & Domini sui legem silere licet, nec propter personam veritatem occultare. Nam qui propter personam veritatem occultat, Christum, qui est veritas, videtur abnegare. Vale: & agnoscant impij Simoniaci, te veritatis virtute plus posse; quam possint ipsi Magi Simonis peruersitate. C

EPISTOLA XVII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, venerabili Abbati Bernerio, viro verè religioso, dimidium animæ suæ, & si non sufficit animam totam.

PAter in Christo charissime, esse vestrum desiderio scire desiderans, quoniam præsens corpore non possum, præsentibus litteris dilectam Deo & caram hominibus dilectionem vestram interrogare præsumpsi, qualiter congregatio vestra se erga vos habeat: vos enim erga illam optimè habere non dubi-D to. De viribus corporis iterum quæro: nam de virtutibus animæ vestræ quærere superfluum æstimaui, quia illam de die in diem proficere credo certa fide, cum diuina cooperante gratia vestræ bonitatis longæua consuetudo in hac credulitate sensus meos omnino firmet & muniat. De esse vestro quærens, mirandum non est si valde sollicitor: nam in prosperitate vestra lætor vehementer & delector: in vestra aduersitate non mediocriter afficior & contristor: licet in aduersitate, quæ iustum hominem probat, esset potius lætandum, si vis amoris, quo vos semper amaui, virtutem rationis admitteret. Hæc autem ratio, quamuis ad ostium meæ mentis sæpius pulset, ei pulsanti non aperitur: nam funibus vestræ dilectionis alligata, intrare non sinitur. Vestram igi-E tur prosperitatem diligere possum: vestram aduersitatem desiderare vlla ratione non possum: sed illam meam faciens compassionis affectu; vobiscum vsque ad mortem humeris charitatis portare paratus sum. Valete.

EPISTOLA XVIII.

Honorabili patri & sui præcordiali amico Bernerio, viro sapientia doctrina, & vita meritis decorato, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus se totum cum posse suo.

QVod vobis, venerande Pater, dixi simpliciter, sicut audiui, monachi vestri intellexerunt obliqui-

ter. Et ego mando vobis, quia illud libeoter corrigam; nec vnde vastri insidiatores, quos filios eradabam, nos valeaot molestare, vltarius dicam. Simplicibus & bonæ voluntatis hominibus me loqui putabam: sed præsentibus illis religiosæ simplicitatis inimicis ponam ori meo custodiam. Quorum impuritas, velit nolit, quamdiu vixero certis indicijs potarit approbare quam pura charitate vos diligo. Cum quo, si necessitas exigit, & aduersitatam sustinera lætor; & siue quo prosperitatem habere ooo delector.

EPISTOLA XIX.

Bernerio vita laudabilis Abbati, frater Goffridus, salutem & dilectionem.

NOueritis, quod ramen vobis in aura dico, Deo volente, me ad præsens Romam iturum: sed nec mulam habeo, nec mulum: & quia vos habere credo quod ego ooo habeo, humiliter supplico, vt animal vtrumque mihi præstetis, aut vnum, vel si placet, neutrum. Non tamen ideo de amicitia minui; quia vos propter vestra noo diligo, sed propter vosmetipsum.

EPISTOLA XX.

Amico suo carissimo, Bernardo Abbati S. Launomari, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis Abbas, salutem.

FRatrem hunc, quem vobis notum, & ex parte familiatem agnouimus, cum litteris nostris ad vos mittere curauimus, vt eum ad salutem animæ suæ in congregatione vestra recipiatis: si tamen recipere vultis. Diu enim, vt ipsa bene nostis, nobiscum fuit; sed mores suos iuxta desiderium nostrum corrigere noluit. Vnde meritò aut eius maliciosa vita blasphemari potest, aut ignorantia, vel incuria nostra, qood Deus abnuat, accusari.

EPISTOLA XXI.

Venerabili fratri & coabbati, Odoni suo præcordiali amico frater, Goffridus salutem & dilectionem.

FAma discurrente sinistra ad oostrum vsque peruenit auditum, quod Hierusalem redeundi habetis animum. Hierusalem semel vidisse vobis sufficere dabet, quam si nunquam vidissetis, naque propter hoc contra vos orta esset calumnia Diaboli, naque vobis necessaria indulgentia Dei. Fides vtique monasticæ professionis aundo Hiarusalem obseruari minimè potast, sed violari. Hierusalem etcoim ire, sicut indictum ast laicis, sic interdictum est monachis ab Apostolica sede. Quod noui ego ipse, sicut ille, cuius aures arant ad os domini Vrbani Papæ, cum & aundo Hiarusalem peregrinari præciperet laicis, & ipsam peregrinationem monachis prohiberet. Vbi sanctus Benedictus de peregrinis monachis mentionem facit, de illis loquitur, qui eo tempora mundo quidem renuntiabant, sese in Domini seruitutem profitentes; nullam tamen sua professione alicubi firmantes stabilitatem. Eos verò, qui certo in loco profitentur, vbi professi sunt, & baiulare crucem Domini, & Dominum sequi necesse ast. noo peregrinam quærere sepulturam. Non igitur sub occasione Hierosolymitani itineris deuiemus ab itinere nostræ professionis: ne dum falsam beatitudinem quærimus, veram & corporis & animæ inueniamus miseriam. Carnalis amora fratris vastri, qui in Hierusalem ast, aut fortasse iam mortuus est, aut quousque illuc perueniatis mori potest, mens vestra ad illicita minimè trahatur; & spiritualium filiorum, & fratrum, quos sub pollicitatione fidei vestræ regendos suscapistis, & da quibus etiam Domino redditurus estis rationam, cura deseratur. Noo est enim opus fidelis & bonæ mulieris, proprios partus potcis axponere; & quos semel vigilans peperit dormiendo opprimere. Hac arta Satanæ multi, qui in regenerationa prima diabolo, & in secunda diabolo simul & sæculo renuntiauerunt, tamquam promissionis præmio Spiritu sancto iam ingressi fuerant, corde in Ægyptum sunt rauersi: & manna fastidiantes, ollas carnium, & cætara, quæ diuinæ legi arant, contraria, petierunt. Habuerunt itaque escas: sed io escis illis reua, quibus capti, & hamum, quo sunt transgulati, inuenerunt. Hi comparabiles sunt coruo infideli nuntio, qui cupiditate cadaueris Noe sancti Patriarchæ contempsit imperium. Prius quidem, vt columba, acceperunt ramum oliuæ, cum quo ad arcam redirent, & in arca manarant: sed de fenestris arcæ, ad quas fide baptismatis & monastica professione iam volauerant, non redituri auolauerunt. De quorum numero quemlibet hominem, multo minùs igitur dominici gregis pastorem & custodam esse non opto: ne fortè contingat, quos Deus abnuat, illum ex pastore lupum fieri, & ex custode latrooem. Valete: & quę bono animu scripsimus, vobis placeat retinere.

EPISTOLA XXII.

Frater Goffridus dilecto confratri Amblardo Lemouicensi Abbati, sic frater tibi commissos diligere, ne à te eorum diligantur errores.

PErlectis litteris tois, quibus de Monacho tuo conquestus es, agnouimus, quod immemor Ecclesiastici vigoris, & honoris officij ac ministerij sui oblitus, linguæ aculeis te exacerbare præsumpsit. Lingua qoidem secuodum Iacobum, ioquietum malum est, modicumque membrum, sed magnam syluam incendit, quia animæ & corporis substantiam perdit. Lingua ignis est, & io ea vniuersitas iniquitatis consistit. Lingua gladius est, quo conditor & redemptor noster à Iudæis interfectus noscitur: nec illis tantum qui Christum gladio ferri, quantum illis qui eum gladio verbi peremeruot, mors Christi deputatur. Christus ipse in cruce iam positus pro illis potius orauit, qoi eum gladio ferri pupugerunt; non pro illis, qui eum gladio verbi occiderunt. Si igitur linguæ peruersitas non restringitur, non multum prodest, si cętera mala corrigantur. Habes circa huiusmodi delinquentes, & in veteri & in oono testamento, diuina consilia & præcapta, cum Dominus Deus in Deuterooomio dicat, *Et homo quicumque fecerit in superbia vt non exaudiat sacerdotem aut iudicem, quicumque fuerit homo ille morietur, & omnis populus cum audierit, timebit: & non aget impiè, ne moriatur.* (Deut. 17.) Et vt sciamus hác Dei vocem cum vera & summa maiastate eius processisse, ad honorandos & viodicandos sacerdotes, qui in eius loco staor, aut de eius loco cadunt; cum aduersus Aaron sacerdotá tres de ministris Chore, Dathan & Abirō ausi sunt superbire, hiata terræ absorpti ac deuorati pœnas statim sacrilegæ audaciæ persoluerunt. Nec illi soli, sed & cæteri ducenti quinquaginta, qui eorum comites ad audaciam fuerunt, prorumpente à Domino igne consumpti sunt. Vnde vara propositione probatur, quod non solum qui contra præpositos Ecclesiæ superbiunt, sed etiam qui consentiunt eis, à Deo damnantur. In libro quoqua regnorum, cum Samuel sacerdos à populo contemneretur, exclamauit Dominus, & dixit: *Non te spreuerunt sed me.* Et vt hoc vlcisceretur, excitauit Saulem regem, qui superbum populum calcaret & premeret, & per diuersa pœnarum genera affligeret,

vt

ut contemptus sacerdos ultione diuina vindicaretur. A David sanctus cùm coram chlamydis Saulis regis pessimi, & iam in Dei dispositione depositi, occultè abscidisset, quod factum paruissimam contra doctorem mussitationem significat, magna cordis contritione se atterit, quia in peccatore proposito Dei potestatem, quam, venerari debuisset, & auctoritatem agnouit; quæ nec maius iustis pastoribus à Deo conceditur, nec minor iniustis. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus docet, quæ sit sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens: *Ex tota anima tua time Deum, & sacerdotes eius sanctifica.* Et iterum: *Honora Deum tuum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes eius.*

Eccles. 7. Ibid.

Quorum præceptorum memor B. Paulus, cum Sacerdoti, nesciens eum Sacerdotem esse, malediceret, & ei diceretur, *Sic insilis in Sacerdotem maledicendo?* B statim culpam agnouit: & quod noxam ex ignorantia contraxerit, asseruit, dicens, *Nesciebam fratres, quia Pontifex esset. Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices.* Et alibi dicit: *Non est potestas nisi à Deo: Et qui resistit potestati, diuinæ ordinationi resistit: & qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Dominus etiam noster ipse Iesus Christus, Rex & iudex & magister noster, vsque ad passionis diem seruauit honorem sacerdotibus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent. Nam eum leprosum mundasset, dixit illi, *Vade & ostende te Sacerdoti.* Ea humilitate, qua nos quoque humiles esse docuit, sacerdotem appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passionis, cum alapam accepisset, & ei diceretur, *Sic respondes Pontifici?* nihil contumeliosè C locutus est in personam Pontificis; sed magis innocentiam suam seruauit, dicens. *Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?* Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque patienter, vt nos suæ humilitatis ac patientiæ haberemus & sequeremur exemplum. Docet Doctores Ecclesiæ legitimè & plene honorari, etiam si aliter agant quam debeāt, dum circa falsos doctores Deus ipse talis existit. Præterea sanctos Apostolos Scribarum & Pharisæorum, peruersorum atque sacrilegorum doctorum potestati substituit, quatenus Apostolorum & probaretur humilitas, & meritum augeretur; & per hoc plebs Christiana disceret portare iugum veri sacerdotis, etiam sub falso sacerdote. Meminisse Monachi debent, quoniam Abbates Deus instituit: Abbates autem mona- D chos constituerunt. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Abbates facit; possunt & contra nos audere monachi, à quibus fiunt. Qualescunque sont Ecclesiæ doctores, de ipsis tamen Dominus dicit, *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit.* Et: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Tangere hoc in loco non verberum quamlibet actionem significat; sed quæ fit in prælatos à subditis, præloquente prælato eis diabolo, linguæ vel cordis detractionem. Maria vtique soror Aaron prophetissa, dum Moysi detraxit, quamuis ipse aliquando aliter fecerit, illico stigmate lepræ perfusa est, & de castris Domini foras proiecta. Ozas etiam Leuites, cum arcam Domini recalcitrantibus bobus cerneret incli- E natam, eam volens erigere, statim ab Angelo Domini percussus interiit. Per arcam præpositus Ecclesiæ signatur, quem reprehendere minori ordini nulla ratione permittitur. Vtile est & necessarium, vt B. Eusebius dicit, vt rectores à subditis timeantur, & ab ipsis corrigantur; vt humana formidine peccare metuans, qui diuina iudicia non formidant. Deteriores quippe sunt, vt idem ipse asserit, qui detractionibus doctorum vitam moresque, quamuis videantur reprehensibiles, insequuntur, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Et ideò iustè infames sunt, & ab Ecclesia extorres fiunt. Nam sic odit Deus eos, qui linguarum gladiis, seu quolibet alio modo, ad-

Act. 13. Ibid.

1 Reg 9.

Matth 8.

Ioan. 18.

Luc 10. Zach. 2.

Num. 12.

A uersus partes armantur, vt patrum inuasores, & in omni modo notantur infamia. Quos enim Deus suo reseruauit iudicio, humano examine condemnari nec debent, nec possunt. Et B. Gelasius Papa: Oues quæ pastori suo commissæ sunt, eum reprehendere, nisi à Catholica fide exorbitauerit, nec debent, nec vllatenus accusare possunt: quia facta pastorum oris eorum gladio ferienda non sunt, quamuis rectè reprehendenda videantur. Et B. Gregorius in moralibus scribit, dicens: Magistrorum vita, etiam si iure reprehenditur, oportet tamen à subditis sufferantur pariter & timeantur. Subtilis ergo via tenenda est à subditis rectitudinis, & humilitatis, vt reprehensibilia magistrorum facta nec placeant, nec tamen eorum mentes à seruanda magistrorum reuerentia recedant. B Quod bene Noe debriato exprimitur, cuius nudata verecondiora boni filij auersi veniendo texerunt. Quid est quod filij verecondiam patris superiecto dorsis pallio auersi venientes operiunt; nisi quod bonis subditis sic præpositorum suorum mala displiceant, vt tamen hæc ab aliis occultent? Si verò subditi à rectorum suorum reprehensione temperare se negligunt, vsque ad reprehensionem ipsius conditoris excedunt, cuius superna dispositione prælati sunt. Nam si opera hominum iniusta videntur, potestas, quæ à Deo est, nunquam erit nisi iusta: quam iniusti homines multotiens propter subiectorum merita habere permittuntur. Non est toleranda à præpositis superba loquacitas vel præsumptio subiectorum. Hæc sunt C enim, sicut venerabilis doctor & martyr Cyprianus scribit, hæreticorum ortus, atque conatus schismaticorum malè cogitantium: vt sic superbi superbis placeant; vt propositum superbo tumore contemnans. Sic de Ecclesia receditur: sic altare profanum extrà Ecclesiam collocatur: sic contra pacem Christi & ordinationem, atque vnitatem Dei rebellatur. Oportet ergo monachum, de quo mihi scripsisti, ne & ipse dæmonium fiat, agere audaciæ suæ pœnitentiam: & honorem Dei in sacerdote etiam aliter agente agnoscere: & tota cordis & corporis supplicatione suo præposito satisfacere. Quod si superbus extiterit, exerce in eum honoris tui potestatem; vt tanquam homicida, ab omni ordine depositus, vel sic agnoscat Ecclesiasticæ censuræ rigorem. Nam si Deus superbis An- D gelis non pepercit, superbis hominibus parcendum dedocuit. Homicidarum verò tria genera esse Clemens sanctus, discipulus B. Petri & successor eius, in concilio residens asseruit: & pœnam eorum parilem fore nos docuit. Sicut enim interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas appellauit. Quia & qui occidit, & qui odit fratrem suum, & qui detrahit, homicida est, quoniam detractio, etiam si cum veritate misceatur, ex odio surgit. Optare tamen debes, magis iniurias odientium pietate & patientia vincere, quam concessa tibi licentia & auctoritate vindicare, & quæ tibi scripsimus, si bona sunt, sene.

EPISTOLA XXIII.

E

Goffridus Vindocinensis monasterij Abbas, venerabili priori de charitate cum dilectione salutem.

PRæsentium latorē vestræ bonitati transmittimus, quatenus eum in congregatione vestra ad salutem animæ suæ, si vultis, recipiatis. Hoc tamen vobis laudare nec audemus, nec vituperare volumus. Diu etenim nobiscum fuit, & prauos mores suos semper emendare contempsit. Sed bonum, quod apud nos diutius facere distulit, apud vos forsitan facere curabit.

A

EPISTOLA XXIV.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis Abbas, in Christo dilectis filiis Hamelino & cæteris omnibus prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare.

GAudeo planè propter constantiam vestram, quam Deo acceptam esse non dubito, & coram bonis hominibus cognoui approbatam. Si molestum habetis, quod in Ecclesia voces cantando non exaltastis, dico vobis quia oris vocem Deus non attendit, sed cordis. Quare non est opus sonantibus verbis cum oramus: sed vbi sacrificamus, ibi & orare debemus. B Vbi verò sacrificandum sit, psalmista manifestat, cum dicit: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non spernit.* (Psal. 50.) Si quis fortè huic sententiæ obuiare tentauerit, asserens in Ecclesia super altare esse sacrificandum sicuti fit, verum est vtique quod dicit. Sed scire debet, quia in Ecclesia altare ibi nihil aliud significat, quam cor in homine. Quæ ergo, fratres, dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium, vt diximus, sperantes in Domino, cuius misericordia adiuti visibilem & inuisibilem superabitis inimicum. Certè, fratres, vos non pugnatis eo, quod alicui sua auferre vel subripere velitis: sed ne sponsa Dei Ecclesia, quæ casta omnino debet esse & libera, C secularitatis concubina fiat, & ancilla. Hoc si fieri posset, quod absit, non tam Domus Dei quam spelunca latronum, & sentina vitiorum dici deberet. Est etiam alia causa vestræ magnæ securitatis, quod non feriendo, sed patiendo resistitis: & non tam pro vobis, quam pro successoribus vestris, hoc facitis. Vnde patet, quod ipsius Domini nostri Iesu Christi exemplum tenetis, qui & pro aliis pertulit, & patiendo hostem superauit. Et sicut Dominum Iesum, caput nostrum, vicisse diabolum veraciter credimus; ita & nos omnes aduersarios nostros superare valebimus, si illius membra fuerimus. Charissimi, mirari nolite, quod ad vos venire differo; quia sexum illum mihi suspectum inueniō, quem nec amicis benè fisum agnosco. Sexus iste nostrum primum venenauit parentem; suum D quoque maritum & patrem, iugulauit Ioannem Baptistam: inimicis suis fortissimum tradidit Samsonem: quod etiam modo interfecit Saluatorem: quia nisi eius culpa exigeret, Saluator noster pro nobis mori necessarium non haberet. Heu quantos iam perdidit! quos adhuc potest perdere non desistit. Vt breuiter dicam: omnibus qui perierunt, qui pereunt, seu qui vsque in finem seculi perituri sunt, sexus iste duplicem contulit mortem. Nisi enim peccasset, & peccando primum hominem peccare fecisset, homo non moreretur in corpore; nec eius anima in æternum periret. Væ sexui, cui nec timor inest, nec verecundia, nec bonitas, nec amicitia: qui magis timeri potest cum amatur, quam cum odio habetur. In his verbis E epistola nostra concluditur. Dominus Iesus Christus sit Abbas & pater vester; bona eius genitrix Maria, vestra mater. Ipsi Deo & Domino nostro, qui pro peccatis nostris in cruce positus, B. Ioanni suam sanctissimam commendauit matrem, vestram commendo fraternitatem; vt sua pietate vobis donare dignetur veram charitatem, veram obedientiam, puram cordis & corporis castitatem: & inter prospera humiles, & inter aduersa securos vos faciat, & ad gaudia sine fine mansura perducat.

EPISTOLA XXV.

Goffridus Vindocinensis conobij seruorum seruus, dilectis in Christo fratribus æternam benedictionem.

QVod vos diu est non visitaui, scitote hoc non meæ voluntatis fuisse, sed penitus necessitatis. Infirmitas enim, quæ dum apud vos essem me cepit, vt à vobis recessi, quatuor tantum diebus me dimisit, sed postea grauiter inuasit. Vnde ab amicis nostris accepto consilio potionem sumpsi, qua dum corpus purgare debui, penè me corporis vita purgaui. Sed Dei gratia de infirmitate illa conualui: & ad vos quam citius potero, reuertar, quos præ cunctis hominibus semper diligo, & dilexi.

EPISTOLA XXVI.

Dilectis in Christo discipulis Ingelbaldo & omnibus aliis Goffridus eorum indignus pater, salutem à Deo & benedictionem.

CAlumniæ, quæ in partibus patriæ Andegauensis olim contra nos ortæ fuerent, diuina opitulante gratia, ad honorem nostrum & vtilitatem sunt sedatæ. Nouitium quendam honestæ vitæ, & optimè litteratum suscepi: quem seculi pannis exutum, regulari veste habeo vestitum. Dominus Prior noster infirmus tenetur, sed de beata illa anima, quid dicerem, C quæ si vocante Domino, à seculo migraret, nunquā, vt æstimo, gehennam sentiret? Sed me infelicem! me miserum! quem nulla peccatorum meorum recordatio momordit, dum carnis sanitas blandiretur. Nunc saltem inopinata infirmitas, quæ me subito pressit, circa mea mala reddere deberet sollicitum. Cum sanguinis immoderantiam metuens parum me minui fecissem; minutionis die tertia, discors humorum fluxus ordinem naturæ transgrediens per diem & noctem de corpore meo emanauit. Quem dum bona Dei pietas restrinxisset, febris mihi cognita pridem me vacuum pariter & fatigatum statim arripuit. Hinc igitur non iam vt subditos, non iam vt discipulos, sed sicut dominos & amicos charissimos, ex intimo cor- D dis affectu vos deprecor, quatenus quidquid in vos deliqui, propter charitatem, quæ Christus est, corde, ore mihi demittatis, & infirmitati animæ meæ succurrere, quia valde necesse est, non differatis. Caro quidem, vnde gloriari oportet, affligitur: animæ verò succurrendum est orando; de qua lugendum vehementer, si periclitatur.

EPISTOLA XXVII.

Frater Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscunque minister & humilis seruus, dilectis filiis & fratribus Hugoni priori, & cæteris omnibus, perpetuam benedictionem à Domino, & à se puram & integram dilectionem.

E

QVoniam oculus animæ vestræ vobis vigilat diligenter; vt mihi vicem mutuæ dilectionis reddatis, quæso humiliter. Vigilate itaque orantes pro me, licet indigno, vestro: tamen pastore: qui vos intra sinum memoriæ nostræ semper contineo, & de mamilla proprij pectoris lac paternæ dulcedinis, absens quidem corpore, sed præsens dilectione, vobis tribuo, potum simul animarum vestrarum & escam. Tali potu & esca fidelium discipulorum mentes satiantur: dulcedine scilicet sui pastoris & amore. Ego certè vestræ anxietati, quam pro nostra absentia vos habere non dubito, valde compatiens, pane tribulationis mens nostra frequenter cibatur, & potatur

aqua

aqua angustiæ. Est mihi tamen consolatio maxima, cara videlicet dilectio vestra, & malorum hominum patienter portata persecutio. Ver è vera dilectio vestra me consolatur; quæ pro purificatione animæ nostræ Deum die ac nocte precatur. Prauorum autem hominum etiam maledictio vehementer optanda est, & eorum benedictio non mediocriter formidanda. Nam maledictio illorum creat beatitudinem, & eorum benedictio acquirit damnationem. Vnde si mihi non creditur, Christo saltem credatur, qui non mentitur: qui discipulis suis loquitur, dicens: *Va cum benedixerint vobis homines, & cum vos maledixerint beati estis.* Non horatiam, sed assiduam fidelibus, non infidelibus Christus in hoc mundo promisit pressuram. Vnde vera ratione & Christi auctoritate probatur, quod quicunque pressuram odit quam Christus promisit, non fidelis filij fortitur hæreditatem; sed infidelis seruí carcerem promeretur. Nec promittentem diligit Christum, qui Christi promittentis odit promissum. Nos autem, fratres, & promittentem Christum & eius promissum toto corde, tota anima, tota virtute diligamus: & pressuræ, quam suis promisit, si sui esse volumus, nos vltro offeramus: quia parum est, vel nihil penitus, quamlibet pressuram pro tanto Domino sustinere, cum ipsum Dominum pressuræ præmium agnoscamus. Omnis itaque pressura, tribulatio, & angustia desiderio desideranda est, vbi Christus est in causa. Christus vtique semper est in causa Ecclesiæ suæ, in qua nulli deest Domini sue iusto, sine peccatori. In hac causa iustum quidem probat, vt adhuc iustificetur: hac examinat peccatorem, vt iustus efficiatur. Pro hac causa ipsemet etiam carnem suscepit, & decertauit vsque ad mortem: nec fetiendo, sed patiendo superauit. Nos igitur amplius non affectemus laudes hominum, vt quaslibet eorum pressuras timeamus: sed Christum in sua causa esse nobiscum firmissimè credamus: & pro ipso, qui nos redemit sanguine proprio, etiam si opus fuerit, vsque ad sanguinem decertemus. Nam penè aut penitus irremissibile oobis ab ipso peccatum nopuiabitur, si sanguinem nostrum pretiosiorem babemus, quam suum. Valete; & in causa Dei cum ipso constantes estote.

EPISTOLA XXVIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij Abbas, charissimo fratri Roberto salutem.

ABstinentia, quam facis, scilicet quod tribus diebus tantummodo in hebdomada reficis, satis laudabilis esset, si quomodo videretur regularis. Regula namque, quam te obseruaturum coram Deo & sanctis eius promisisti, præcipit, quod si quis fratrum, aliquid Deo offerre voluerit, illud prius Abbati suo ostendat, vt eius voluntate & consilio fiat. Si autem aliter fecerit, præsumptioni deputabitur, & non mercedi. Tu verò sine voluntate nostra hanc abstinentiam arripuisti. Vnde timeo ne vanitati potius deputetur, quam saluti. Te igitur, frater, admoneo, vt quod voluntate propria præsumpsisti, voluntate nostra & consilio deseras, & non venit facere voluntatem, cum Domino dicas. Iterum si te ieiunare delectat, laudo; vt ieiunando comedas, & comedendo abstineas. Ille enim ieiunando comedit, & comedendo abstinet, qui sic quotidie comedit, quod ventri nullatenus satisfaciat. Vno siquidè die omninò abstinere, & altero ad plenum reficere, non satis videtur probabile. Die enim quo homo nihil cibi accipit multotiens murmurat: altero vero cum multum desideratum cibum habuerit, vix modum in comedendo seruat: & cum iam repletus fuerit, ineptam lætitiam gerit. Et idcirco vtile valde, immò necessarium animæ & cor-

A potte esse cognoscimus, vt & cato quotidie cibis sustentetur, & tamen à vitiis refrænetur. Nam qui sic viuit, duobus modis sibi proficit: quandoquidem & ab elatione alienus existit, & cætera bona operari non renuit. Ad conquirendam itaque salutem æternam abstinentia corporalis sola non sufficit, nisi & animæ quoque ieiunium per abstinentiam vitiorum fuerit sociatum. Et ideò, dilectissime, ita corpus exerce ieiuniis, vt purges mentem à vitiis. Hoc est autem spirituale ieiunium, per quod sine dubio societas acquiritur ciuium supernorum. Et ille laudabiliter hoc ieiunium seruat, quem detractio nulla exasperat: quem nec furor, nec immoderata ira exagitat: quem superbia gratia Dei non spoliat: quem maledictis lingua non maculat; quem rancor, seu murmur non cru-

B ciat. Vale, & super hoc obedire non negligas.

EPISTOLA XXIX.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, suo multum dilecto fratri & filio Rainaldo, Deum timere, & cum timere diligere.

INfirmitas vestra, quam nostram facimus compassionis affectu, non magis sibi subueniri exigit, quam nostra optat dilectio. At quia animo cupienti nil satis festinatur, forsan venit vobis in mentem, quod salus vestra aut non curetur à nobis, aut obliuioni tradatur.

C Sed non ita est: quia omnia, quæ mandastis vobis esse necessaria, quæsiuimus: quæsita ism quædam inuenimus: quædam adhuc inuenire nequiuimus. Medicus verò, in quo spes sospitatis vestræ tota suspenditur, ad nos venit, Turonum rediturus, ibi confecturus medicinam omnino vobis profuturam, vt asserit, & sic ad vos nobiscum venturus. Interim mittit vobis electuarium vtile valdè vestræ infirmitati, immò necessarium, quod quotidie ieiunus accipiatis, & post cœnam antequam dormiatis.

EPISTOLA XXX.

D *Frater Goffridus fratribus & filiis, R. Priori & aliis omnibus omnia que corpori sunt necessaria, & vtilia anima, à Deo Patre, & Domino Iesu Christo, & Spiritu vobis multiplicentur, vt bona voluntate Domino seruiatis, & gaudeatis in ipso.*

CVm tranquillitate, & multa pace, & omni amicitia desiderio desidero venire ad vos: sed quæ sunt necessitatis vestræ & vtilitatis me impediunt. Vnde Deo auxiliante expediar, & quam citius potero vos videbo. A quibus licet absens corpore videar, me vobis firma fide credatis corde semper & dilectione præsentem. Vos enim estis sensus mei, mea cogitatio; vos viscera mea: vobis vtrumque dedi, corpus vtique meum, & animam meam: pro vobis vtrumque, vt fidelius possim, expendo quotidie. Per vos vtrumque commendo Domino Deo viuens: &

E etiam moriens commendabo. De cætero, fratres, quæ bona sunt & sancta, quæ bonæ famæ, quæ sanæ doctrinæ & disciplinæ cogitate & facite: quoniam vobis à Deo optimè retribuetur: & à me pro viribus meis, qualicumque vestro pastore. Valete, & quæ vobis in membranis scripsi, in cordibus vestris transcribite: ne me pœniteat, ingratis, quod absit, tam bona scripsisse.

EPISTOLA XXXI.

Frater Goffridus fratribus & filiis, R. Priori, & ceteris omnibus, Deum timere, & obseruare mandata eius.

MAndaui, & mando, quod pro vestra necessitate & vtilitate feci moram: sed ad præsens præuio Spiritu sancto veniam ad vos, quos puræ dilectionis affectu dilexi, & diligam. Si tales inuenero, quales vos inuenire desidero; talem me inuenietis, qualem inuenire desideratis. Seruate innocentiam, humilitatem habetote, diligite patientiam: ista sunt enim quæ discipulorum obedientiam laudabilem faciunt, & tranquillam mentem magistrorum. Hæc absens scribo, vt mihi detis occasionem vobis quod melius potero faciendi cum præsens fuero. Si fratres, qui aliter quam debuissent fecerunt, se digna emendatione correxerunt, mihi multum placet, & omnipotenti Deo multiplices grates & gratias ago. Natura nostra etiam ad culparum vindictam inuita trahitur, & velox est ad indulgentiam. Consilium quidem stabile vnicuique rectori animæ inesse debet: sed in eo qui peccauit, & pœnitet, non sit difficilis mutare sententiam. Vtinam qui peccauit, tam cito pœnitentia duceretur, quam citò mutaretur in ipso nostra sententia. In ædificationem me missum intelligo, non in destructionem. Neminem vestrum vexare quæro, sed vobis omnibus opto quietem. Sed ille, inquam insanus est, & malignum spiritum habet, qui eum ad iram prouocare satagit, à quo post Dominum omnia sperare licet, & sine quo nihil ei possit esse quod prosit. Valete.

EPISTOLA XXXII.

Goffridus Abbas non suis meritis, sed Dei gratia dilectis filiis R. Priori, & omnibus aliis salutem & dilectionem.

QVod vobiscum in Pascha non fui, nostri corporis infirmitas causa extitit. Gibbus enim mihi creuit in dorso, vnde me secari oportuit. Et quamuis inter manus & lacrymosas voces dilectarum Deo sanctimonialium de fonte Ebraldi, rasorio scribente in nostra carne suas litteras, corpus nostrum infirmitate pariter & vulnere non mediocriter fatigatum teneretur, nec infirmitas, nec secantis crudelitas; nec statim impositi salis asperitas, vt vos vel ad momentum obliuiscerer, facere potuit: sed spiritus puræ dilectionis, quo vos semper dilexi, & diligo, & diligam, mansit vobiscum. Dei tandem adiuuante clementia aliquantulum de infirmitate conualui: & partim aqua, partimque equo portatus Andegauim veni. Valete in Domino omni tempore, ipsum Deum & Dominum nostrum rogantes, vt me, & in infirmitate patientem, & in prosperitate humilem faciat: & me, & vos in sui dilectione custodiat.

EPISTOLA XXXIII.

Goffridus Abbas non suis meritis, sed Dei gratia, dilectis filiis R. Priori, & omnibus aliis, illam à Deo, quam dedit suis sanctis discipulis, benedictionem.

PRo vestris piis precibus & lachrymis, quas pro me, licet indigno pastore vestro, filiali deuotione Domino Deo obtulistis, multiplices gratiarum refero actiones. Pius & patiens Dominus, cuius patientia me diu peccantem sustinuit, pietate sua vestris intercedentibus meritis, meæ infirmitatis & vulneris spe-

A cialis medicus fuit. Vnde nullatenus valeo desperare sospitatem. Ego quidem quam citius potero ad vos veniam, quos desidero videre desidero: & in quibus post Deum totius animæ meæ posui intentionem. Valete.

EPISTOLA XXXIV.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruorum seruus, dilectis in Christo filiis, Goffrido de Surgeriis, Iordano de Podio rebelli, Rainaldo Cartaldo, Herueo de Olona, salutem.

B MAndamus vobis, & mandando præcipimus, quatenus in proxima sanctæ Trinitatis festiuitate ad nos venire, & monasterium vestrum, prout dignum est, visitare non differatis; quod etiam non inuitati facere deberetis. Hoc autem si quis vestrum contempserit, nisi graui corporis infirmitate detentus, donec de inobedientia satisfaciat, à sanctæ Ecclesiæ liminibus alienus existat.

EPISTOLA XXXV.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilectis in Christo filiis, Iordano, Rainaldo, Cartaldo, salutem & benedictionem.

C SI iussionibus nostris aliquando vos grauamus, non ideo contrà nos murmurare debetis, vel quod absit, nos odio habere; quoniam vobis multa imperamus necessitate monasterij potius, quam voluntate. Obedientia tamen hanc sibi specialiter potestatem vindicat, vt non tam eius cui præcipitur, quam eius qui præcipit voluntas fiat. Vnde Dominus in Euangelio obedientiæ formam tribuens, dicit: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui me misit.* Expedit itaque vobis secundum Domini sententiam, alterius obedire voluntati, non vestram sequi. Sed quæ, vel quanta vobis ob hoc in futuro merces repromittitur, si bene consideratis, suaue, leueque vobis erit, quidquid in præsenti pro Domino sustinueritis.
D Repromittitur siquidem vobis vita sine senio, satietas continua sine fastidio, societas Angelorum, & quod super omne bonum est, facie ad faciem assiduè videre Deum. Et quia de obedientia charitati vestræ loqui cepimus, sub ipsius obedientiæ nomine, & in remissionem omnium peccatorum vestrorum mandamus vobis, quatenus pisces nostros, cibaria videlicet fratrum vestrorum, vsque Andegauim adducatis. Valete, si obedientes fueritis.

EPISTOLA XXXVI.

Goffridus, qui gratia Dei est quod est, dilectis in Christo fratribus, Hamelino Priori, Briccio Cellarario, salutem.

E VOlo vos non ignorare, sed firmiter credere, me cum magno comitatu pro causa, quam scitis, Andegauim venturum vigilia Ascensionis, si detentus non fuero, quod Deus abnuat, corporis infirmitate. Hoc vobis curaui prædicere, quos ad expensas faciendas paratos desidero desidero inuenire. Si vero verbis aut clamore cordis obiicitis, paupertatem vestram ad hæc minimè posse sufficere; hic nulla necessitas cogit me respondere: sed imperat veritas vos non debere sic loqui, nec sic cogitare, quid inite Christo non debetis pauperiem formidare, & quibus, quod habemus, nullatenus potest deficere. Mallemus quidem quidquid Credonis possidere cernimur honorabiliter expendere, quam rebus Ecclesiæ Dei iniustas

iniustas ac prauas consuetudines homo incompositus A & fatuus absque reclamatione violenter posset imprimere. Valete: & cui seruitis, de sancti Clementis magna elementia confidite, de victoria nihil penitus hæsitantes.

EPISTOLA XXXVII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilecto fratri Hamelino, sic obedire, vt obedientiæ fructum possit recipere.

INfirmitati tuæ, quia, vt mandasti, ingrauescente ad nos venire non potuisti, sed domum redire potuisti, quanto possumus, & debemus cordis affectu compatimur. Illam tamen infirmitatem vehementer B miramur, quæ tibi impedimento fuit, ne redires. Certè si non potuisses venire, sicut potuisti redire, mittere debuisses, per quem constitutionem Dei & nostram complesses. Firmissime crede, & nullatenus dubites, fili in Christo charissime, quod monachus, qui verbis obedientiam sapit, & obedientiæ opus non facit, verbis quidem monachus videtur, sed opere monachus esse negatur. Vnde eius verba verbera potius quam gratiam promerentur. Vale, & formosa verba obedientiæ prosequere obedientiæ formoso opere.

EPISTOLA XXXVIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, dilecto fratri Andreæ, salutis monita oblinionis non tradere. C

DE te nobis relatum scias, quod generalem refectorij panem & vinum respuisti: & vt alium panem, vinumque aliud tibi quæreret, cellario præcepisti. Si per inuidiam & non ex veritate dictum est, dicentem non dubites pœnam acquisisse sibi. Si verò à te actum est, sapienter corrige quod fecisti. Oportet enim te, frater, sic in omnibus temperari, ne quasi libera vtens potestate quicquam facias, vnde meritò fratribus, quos tuæ dilectioni commisimus, scandalum valeat vel murmur generari.

EPISTOLA XXXIX. D

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus dilecto in Christo filio Andreæ, prudenter & simpliciter in omnibus ministrare.

CIrca fratres, quos tuæ fidei commisimus, sic te decet esse sollicitum, vt dum animas eorum saluare desideras, eorum corporum exhibere non negligas. Non enim bene in homine animam diligit, qui corpori in sua necessitate refugit subuenire. Vtrumque Deus condidit, & vtrumque reparauit, vtrumque suscepit; carne quidem mortuus est, & animæ vitam, quam peccato suo perdiderat, iterum dedit. Non ex carnis corruptione, sicut quidam pu- E tant, animæ mors processit: nec diabolus prius carnem nostram infecit, quam animam. Vnde qui rectè credit intelligit, quod corruptibilis caro non animam peccatricem, sed anima peccatrix carnem corruptibilem fecit. In quibus fraternitati tuæ non dicimus, vt ea facias, vel consentias, quæ inordinatè concupiscit voluptas, sed quæ iustè fieri cogit necessitas. Vale.

EPISTOLA XL.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, venerabili fratri suo Andreæ, non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me, memoriter retinere.

ADte, dilectissime, dilectum filium nostrum Herbertum misimus, quem in rebus seculi prouidum esse cognoscimus, & vt ea quæ foris agenda sunt, sapienter & tuo consilio agat, præcipimus: hoc sibi specialiter iniungentes, quatenus te toto corde diligat, & tibi tanquam Priori suo diligenter obediat. Tu verò talem te circa ipsum & cæteros tuæ dilectioni commissos fratres curæ pastoralis exhibe, ne quid minus perfectionis in eis pastor æternus valeat inuenire. Quod si circa animas tuæ fidei creditas, iuxta admonitionem nostram, te sollicitum exhibueris, firmissime crede, & nullatenus dubites, quoniam de mi- non substantia meritò causari non poteris. Deus enim per me indignum famulum suum tuam supplebit inopiam: & pro grege bene seruato mercedem ab ipso recipies sempiternam.

EPISTOLA XLI.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, Guillelmo, & aliis fratribus apud Castellum manentibus, salutem.

FRater Guillelme, diximus tibi, vt ad nos quam citius posses venires, & Bernardum tecum adduceres. Tu autem quæ tibi diximus non fecisti, sed litteras quales tibi placuit, nobis misisti, in quibus Bernardum, non posse venire significasti. Adhæc tibi respondemus; quia si venire non potest, deferri potest. Præcipimus igitur tibi auctoritate sanctæ regulæ, vt infra quatuor dies, visis his litteris, ad nos venias, & Bernardum, si equitare non potest, afferri facias. Si vero aliter feceris, & te perpetuæ infamiæ nota damnamus, & Bernardum ita excommunicamus, vt nec communionem percipiat viuus, nec sepulturam defunctus.

EPISTOLA XLII.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, Guillelmo Priori de Castello & fratribus qui cum eo sunt, obseruare regulam, & regulæ irritamenta declinare.

PEruenit ad aures nostras de vobis irreligiosa & inordinata prorsus opinio. Dictum est enim, quod contra regulam, quam coram Deo & sanctis eius vos obseruaturos promisistis, carnes solemniter & generaliter manducatis. Vnde si ita est, immo quoniam ita esse credimus, vestræ intemperantiæ vehementer condolemus, & ne vlterius fiat, regulæ vobis auctoritate prohibemus. Carnis comestio, sicut monachis pro corporis infirmitate conceditur; ita eis in carnis voluptate negatur, infirmi etiam si à carne penitus abstinerent, non propter hoc regulam violarent. Carnibus namque vesci in regula non est præceptum monachis infirmis, sed permissum. Sed quia paucorum, vel nullorum istam virtutem esse cognoscimus, vt videlicet à carne omnino abstineant; cum alicui carnem comedendam tribuimus, rationabilis est considerāda necessitas, non carne carnis nutrienda cupiditas.

EPISTOLA XLIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilecto in Christo filio Guillelmo, & fratribus cum eo apud Castellum manentibus, obedire Deo magis quam hominibus.

NVntiatum est nobis, quia tantam sæcularium hominum, & quod periculosius est, mulierum frequentiam vobiscum esse patimini; quod vix aut nunquam quæ Dei sunt loqui potestis vel meditari. & vbi inordinatè sæcularis est assiduitas, diu deesse non creditur grandis iniquitas, maximè in loco, in quo sexus fœmineus habitare permittitur, per quem etiam religiosæ personæ suspectæ habentur. Sexus ta- B men ille, vbi bonus, nullus melior: sed vbi malus, nullus est peior. Bonitatem vestram, dilectissimi fratres, præsentibus literis admonemus, & admonendo rogamus, vt si quid minus cautè nunc vsque egistis, nullomodo corrigere differatis: ne fortè ordini vestro, quod absit, acquiratis infamiam: & sic, iustitia dictante, nos contra vos prouocetis ad iracundiam. Valete, & quæ mandamus, diligenter obseruate.

EPISTOLA XLIV.

Goffridus Vindocinensis monasterij minister indignus, dilecto in Christo fratri Bernerio priori Credonensi, Deum diligere & cum dilectione timere.

C SVæ professionis fidem non bene custodit, qui B. Benedicti regulæ, quam se coram Deo & sanctis eius iureiurando tenendam promisit, non obedit. Sancta etenim regula nos edocente didicimus, quod sua peccata & aliena quibus inficitur, Abbati suo non occultare, sed reuelare debeat monachus. Tu vero peccatum præpositi tui, quod consentiendo tuum fecisti, nec occultum, sed publicum, quia cum publicis mulieribus publicè factum, nobis occultasti. Vnde euidentissimè patet, quod te peccando & nos contemnendo læsisti. Præsentibus igitur literis tibi præcipimus, vt camerulam illam, in qua sordidator ille & sordidus prauam exercuit actionem, omnino & festinanter destruas: & extraneum à claustro, & à Curte B. D Clementis facias eum, quod quandiu distuleris facere; tandiu te ab introitu sanctæ Ecclesiæ esse volumus alienum, Vale.

EPISTOLA XLV.

Frater Goffridus Bernerio Priori, benedictionem à Deo, & à se dilectionem.

INfirmitatem tuam, frater in Christo charissime, audiuimus; quam fecimus nostram compassionis visceribus. Et quia te consilio, & auxilio pariter indigere non ignoramus, dilectum nostrum fratrem & filium Gilbertum tibi transmittimus, qui pro te curam totius domus B. Clementis adimpleat, & tuis præceptis E in nullo contradicat. Tu verò sic tua moderare præcepta, vt quod ipse fecerit, cum timore Dei faciat & amore. Vale.

EPISTOLA XLVI.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, dilectis fratribus, I. Priori & ceteris omnibus, benedictionem à Domino Deo, & à se dilectionem.

MAndastis nobis, quod dictum vobis fuerat, quod Herbertus presbyter de Sauiniaco quandam maritatam tenebat; cuius maritum nocte grauiter A vulnerauit, eo quod propriæ vxori adulterini amoris habenas non laxabat. Si vera sunt hæc, quæ de presbytero fama spargit, valde nequam est presbyter qui talia fecit. Nos tamen non decet, & secundum Canones nulli licet, in incerta re certam sententiam dare. Licet enim vera sint, non sunt tamen credenda, nisi prius canonico ordine fuerint comprobata; nec rebus suis presbyter exspoliari, vel ab Ecclesia proiici debet, donec aut conuincatur reus, aut liberetur innocuus. Nec ista nobis, sed ab Episcopo suo sunt examinanda. Scripsistis nobis, quod presbyter pro veritate, quam populus de eo dicit, populum odit. Et ego scribo vobis, vtrumque verum esse, quia & veritas sæpe odium, & odium sæpe mendacium parit. Potuit itaque & presbyter pro veritate odisse po- B pulum, & populus pro odio aduersus presbyterum incurrisse mendacium. Ducendus est, fratres, populus, non sequendus nec recipiendus in accusatione clericorum. Et verum est prouerbium illud; *Præcedere debet qui ducit asellum.* Populus est asellus; quem vos præcedere & ducere debetis, non sequi eum.

EPISTOLA XLVII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, suo in Christo multum dilecto fratri Roberto, seruare modum discretionis, & terminis, quos patres posuerunt esse contentum.

C NOuit, charissime, & bene nouit tua dilectio, aliquid aliter agere esse humanæ imperfectionis: & quod aliter actum est nolle corrigere, diabolicæ præsumptionis. In nullo agere, præter id quod est agendum, est Angelica perfectio, quam habere minimè potest, quandiu hic sumus, nostra conditio. Dum igitur non habemus perfectionem Angeli; nullatenus habeamus præsumptionem diaboli. Hæc idcirco, venerabilis frater, proposuimus; quia te talia egisse, & adhuc agere fama discurrente sinistra audiuimus, quæ si vera sunt, vt nulla excusatione illa defendas, sed cum omni festinatione corrigas, tuam simplicitatem germanæ charitatis visceribus commonemus. Audiuimus enim, quoniam circa sexum fœmineum, quem D regendum cepisti, duobus modis altero alteri prorsus contrario te ita sollicitum reddis, quod modo in vtroque modum discretionis penitus excedis. Fœminarum quasdam, vt dicitur, nimis familiariter tecum habitare permittis: quibus priuata verba sæpius loqueris: & cum ipsis etiam, & inter ipsas noctu frequenter cubare non erubescis. Hinc tibi videris, vt asseris, Domini saluatoris digne baiulare crucem, cum extinguere conaris malè accensum carnis ardorem. Hoc si modo agis, vel aliquando egisti, nouum & inauditum, sed infructuosum genus martyrij inuenisti. Certè nec vtile fieri potest, nec aliquo modo fructuosum, quod contra rationem noscitur esse præsumptum. Tu autem contra rationem non mediocriter præsumpsisti; si qualibet occasione cubasti cum mulieribus, quas E mundo furatus lucrari Domino debueras. Præsertim cum prohibitum sit à Salomone in ipso, & per ipsum Spiritu sancto intonante, *Cum muliere*, inquit, *non accumbas, nec sis assiduus cum ea nec illam conspicias, ne fortè scandalizeris in pulchritudine illius, & pereas:* Et item: *Mulier pretiosas animas capit; enim colloquium velut ignis cor hominis accendit.* Nunquam, frater, de tua religione tantum confidas, vt credas te non posse labi, si cautè non ambulas. Lubricus est mundus, plenus limo; diu in eo stare firmus homo non potuit: subitò lapsus est; via aut nunquam surrexit. Tu quidem in mundo quasi mōtem excelsum ascendisti; ac per hoc in te linguas, & oculos hominum conuertisti. Ergo stans in monte, vide ne corruas: nec per

mar-

martyrium martyribus sanctis penitus ignotum, religiosæ vitæ principio notam infamiæ derelinquas. Nulla etiam tua actione mundo, qui penè totus te sequitur, suscites scandalum. Nam fieret tibi damnatio grauior ruina plurimorum. Mulierum quibusdam, sicut fama sparsit, & nos ante diximus, sæpè priuatim loqueris, & earum accubitu nouo quodam martyrij genere cruciaris. Illis siquidem te semper sermone iocundum ostendis, & alacrem actione: omneque genus humanitatis exhibes, nulla seruata parcitate. Aliis verò, si quando cum ipsis loqueris, semper locutione nimis durus appares, nimis districtus correctione: illas etiam fame & siti, ac nuditate crucias, omni relicta pietate. Quod si ita est, in vtroque vehementer offendis, & modum totius discretionis transgrederis. Nam & erga illas nimium remissibiliter, & contra istas nimium pœnaliter agis. Duram valde prouinciam regere cœpisti: & quæ suum rectorem sæpissimè traxit ad mortem. A muliere enim initium factum est peccati, & per illam moriuntur homines vniuersi. Vnde tibi ita prudenter ac simpliciter agendum est, vt te & matrem pietatis gratia, & patrem circa mulieres exhibeat disciplina: & quæ minus non habebunt perfectionis, minus non habeant tuæ dilectionis. Non vna à te plus diligi debet, quàm alia, nisi quæ melior fuerit inuenta: iuxta modum meriti vel culpæ, extende modum correctionis vel gratiæ. Illud tamen præcipuè in mente tua fixum teneatur, quod in Euangelio Dominus dicit: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Fragilis est multum & delicatus sexus femineus: & idcirco necesse est, vt pietatis dulcedine potius, quàm nimia seueritate regatur; ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur, & qui eum regere debet, sic à Satana circumueniatur. A Satana rector circumuenitur, si per nimiam tristitiam regendum perire contingat, qui potuit liberari per indulgentiam. Cùm de pietate tuam hic hortamur bonitatem, tibi auferre nolumus iustitiæ actionem: te iustum esse pariter desideramus & pium. Sit igitur tibi pietas respuens inordinatam remissionem: sit tibi iustitia piam semper habens compassionem. Vale: & nos tuarum sanctarum precum, suppliciter precamur, participes effice.

EPISTOLA XLVIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, seruo & ancillæ Dei, Herueo & Euæ inclusis, bona initia fine meliori terminare.

ADmonendo nos docent, & docendo admonent, quibus fideliter obedire proposuistis, sacra eloquia; vt id vsque in finem operemur, vnde sine fine gaudere mereamur. Vltra enim omnem infelicitatem est, pro temporali vita doloribus ac laboribus plena, quæ vtique breuis est, & eius breuitas incerta, vitam perdere, quæ nec oculo cerni, nec tacita mentis cogitatione potest comprehendi: quam reuera consequi est facilius, quàm enarrari. Ibi namque viuitur sine termino, sine dolore, & senio, absque timore & periculo: vbi refectio sine fastidio; quæ nullo cibi vel potus indiget adiutorio. In illa siquidem beatitudine refici nihil aliud est, quam contemplatione diuinæ maiestatis satiari. Hanc sancti Angeli considerant; & considerantes eam semper considerare desiderant. Huic beatæ visioni perfecti quique non deerunt, qui in mundo pro Christi nomine se & sua pariter contempserunt. Ad illam igitur, charissimi, dum tempus habemus, sanctis operibus accedere festinemus: quam qui semel viderit, nullo inimico insidiante vltra amittere poterit. Et certè festinare debemus dum vocat, certi de tanta mercede, qui incerti sumus de die. Vigilantes nos inueniat extrema neces-

A sitas, quæ sæpe præuenit dormientes. Tardè etenim nos malè egisse pœnitebit, cùm die vltimo superueniente se vnusquisque separari à suo corpore viderit: cùm sibi in fine oculos claudenti nigrescere & horrescere nox perpetua cœperit. Tunc verum est malitia nostra cessabit: mundi vanitas velut vmbra deficiet. carnalis delectatio quasi fumus euanescet: pro quibus opprobria sola & crimina remanebunt, & tormenta sine fine mansura. O quam infelix erit anima illa, cui mox egressæ de corpore insultare & insistere cœperint infernalium diræ facies ministrorum: cum rebus humanis vale vltimum dicens, mortem ante se habens, & vitam post se relinquens, in illud horrendum, & vix oculis attingendum pertrahetur profundum. Heu quantum perdidit gaudium, tantum exceptura
B supplicium! Quid tunc animi habebit, cùm corpus suum recipiet ad æternæ damnationis augmentum? Illo die præsentabitur ante regem sæculorum, eorum quæ gessit in corpore rationem reddditura. Sed quia nulla ad comparationem malorum bona ostendere poterit, ab ipsa sanctæ Ecclesiæ radice præciditur, & numquam effugiendis gehennæ ignibus traditur perpetuò crucianda. O quam triste, quam lugubre erit à dulci intuitu sanctorum separari, & quàm terribile immundorum spirituum agminibus sociari! quibus qui sociabitur, beatum se diceret, si, vt quodlibet brutum animal, in anima & in corpore mori valeret. Sed quia mors illa finem non habet, sic ibi semper moritur homo, vt semper resurgat: sed ad hoc resurgit, vt pereat; nec tamen pereundo omninò esse
C desinat; sed semper moriens mortis exitum numquam inueniat. In hoc autem damnati hominis miseria prorsus augebitur, quòd Deum videbit, nec habebit, & ante sui redemptoris conspectum peribit. Væ illis, qui hæc in posterum toleranda timere nunc recusant; quæ si modo timerent, numquam talia tolerarent. Timere dico non timore quolibet, sed illo, quem vera fides adducit, qui ex charitate non ficta procedit. Charitas enim timorem parit, & timorem repellit. *Prou. 28.*
Parit timorem, vt Scriptura dicit, *Beatus homo qui semper est pauidus.* Timorem repellit, vt ait Apostolus, *Qui perfectus est in charitate, non timet.* Quorum *1. Ioan. 4.*
vnus filialis esse dinoscitur, alter seruilis. Iste filialis videlicet cum dilectione & desiderio; sed ille cum fastidio exhibetur & odio. Inter hæc forsitan aliquis
D dicit, cur homini tot & tanta minaris de Deo? Numquam perdet ipse quem sua gratia creauit: quem creatum & propria culpa perditum ineffabili dilectione, dato se pretio, à diabolo liberauit. Hunc quasi non desperantem prospicio, sed vltra quam debet sperantem, nisi ante finem vitæ sic sperare desierit, periturum non dubito. In quantum enim mihi videtur, & ipsa exigit ratio, tantò grauiora apud Deum sunt nostra delicta, quanto maiora erga nos se ostendunt eius beneficia. Verendum est etiam, ne vocem illam gloriosæ resurrectionis pretiosa crucis vestigia protestantem, in iudicio suo ad vasa iniquitatis prolaturus sit atque dicturus, *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & affer manum tuam, & mitte in latus*
E *meum*: & agnosce quæ pro te, & à te, impietas humana, pertulerim. Hoc contra illos dictum sit, qui sibi nimis blandiuntur de promissionibus misericordiæ, & contemnunt vires iustitiæ. Non est Deus talis, qui in vno verum dicat, & in alio mentiatur. Sed sicut certum est quod promittit, ita certum est, & quod ipse minatur. Et ideo, dilectissimi, Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum pium & iustum pariter credendo confitentes, & confidendo credentes, cum Psalmista dicamus: *Vniuersa via Domini misericordia & veritas.* Vniuersæ viæ Domini sunt duo aduentus filij eius: qui in primo prærogauit misericordiam: in secundo verò prærogaturus est iustitiam. Et ne tunc iustitia dictante pereamus, nunc confugiamus ad ip-

sum, qui magis præsto est dare veniam, quàm peccator A conuerti ad pœnitentiam: satis promptior ad ignoscendum, quàm quilibet homo ad peccandum. Hæc ideo dixi, vt qui conuerti voluerint, spem habeant. & spem habentes penitus resipiscant. Quod eis pietas præstare dignetur, quæ dispensauit vtramque vitam, vt in præsenti sæculo labores ac dolores citò finem habeant: in futuro verò honorum & præmiorum gaudia sine fine maneant.

EPISTOLA XLIX.

Goffridus Vindocinensis monasterij indignus seruus, Herueo incluso amico suo, sancti propositi perseuerantiam.

B

H. Secretarius beatæ Mariæ si monachus vult fieri, sicut nobis mandastis, non est respuendus. Vigilate itaque vt citius conuertatur, & mundum deserat, cui fortisan illicitè famulatur. Alterum verò, qui nouiter presbyter factus est, de iterum significastis, si vobis bonæ vitæ esse videtur, nobis mittere curetis: & quoscumque honestæ vitæ clericos inueneritis, nobis transmittere non differatis. Plus itaque in hominibus diligimus honestam paupertatem, quam superbas eorum diuitias: quas si habuerint, respuendæ non sunt: habent enim & illæ locum suum: nihil tamen pro faciendis monachis quærimus: sed si quid oblatum fuerit, quia illud regula suscipi iubet, suscipimus. Ordo siquidem noster exigit vt tales simus, qui non lucris temporalibus; sed lucrandis C animabus operam demus.

EPISTOLA L.

Goffridus Vindocinensis monasterij inutilis seruus, dilecto suo Herueo incluso, inter parietes lapidum sic includi, ne lapideis detrahentium verbis aliqua ex parte possit violari.

NObis, fili in Christo charissime, significasti; quoniam vnus de fratribus nostris dixerit, quòd de Britonibus, quos monasterio nostro monachandos misisti, congregationem nostram decorasti: sed nomen fratris ista dicentis qua nescimus occasione D tacuisti. Nos contra garrulosa verba illius infidelis fratris veraciter protestamur, quod congregatio nostra per te & per eos, quos nobis misisti, non dedecoratur, sed conuenienter ornatur. Illum tamen, qui quod bonum est, esse malum asserit, manifestum vellemus habere, vt veritas eius falsitatem manifestè posset arguere. Certè, optime frater, qui adeo nequiter loquitur, solummodo te immeritò non accusat; sed nos noo potius criminatur. Nullum enim per violentiam nobis sociasti; quia libenter suscepimus, quos mundo auferre potuisti. In qua nostra & tua actione, si aliquid aliter actum est, nos quidem amplius, & tu minus peccasti. Hæc autem peccata sie impœnitenti corde simul portemus, vt Deo donante nulla alia E habeamus. Et si quid tu & nos fecerimus charitate, mirari non debes, si illi displicet, cuius cor plenum est iniquitate. Semper etenim dissentient à filiis Hierusalem filij Babyloniæ. Illud etiam religio tua indubitanter agnoscat, quod nemo Abel iustitiam valet obtinere, quem Cain malitia non impugnat. Vale; & quæ dicta sunt, sæpius ad mentem reuoca.

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS EPISTOLARVM LIBER V.

EPISTOLA I.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, Gualterio vita laudabili Thesaurario, Goffrido de Alogia, suis præcordialibus amicis, cum dilectione salutem.

INfirmitatem siquidem vestram audiui: quam sicut animus meus veraciter nouit, meam feci compassionis affectu. Dilectum mihi valdemisi vobis medicum: satis libentius, si necessarius essem, misissem me ipsum. Hunc si adhuc habere placet; quod vobis placere cognosco, mihi non displicet. Si iterum remittere vultis, bonum est mihi, & necessarium habeo, si sine damno corporis vestri remittere potestis. In Domino semper valeatis: & quia in quantum humilitas mea sufficit vos diligo, nullatenus dubitetis.

EPISTOLA II.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, Gualterio honorabilis vitæ Thesaurario, se & omnia sua.

CVm de subuersione aduersariorum Ecclesiæ Dei nuper Turonis in domo vestra loqueremur, & nos ibi mutuæ dilectionis vinculis sub testibus alligaremus; inter alia quæ sumus locuti, vt cum domino Radulpho Archiepiscopo concordiam faceremus me admonuistis, quoniam vtilis erat, & multum necessarius in causa quam scitis. Quod iterum atque iterum considerans, inuenio esse salubre consilium, vt prauis hominibus semper vtamur in bonum: exemplo videlicet Saluatoris, qui Iudam Apostatam habuit nostræ salutis instrumentum. Ars etiam optima, & alius est sensus, si per vnum nequam nequam alter fuerit condemnatus. Hinc igitur volo, vt cum eo prudentia vestra sapienter loquatur; & quid super hoc actum extiterit, mihi celeriter notificare non pigritetur.

EPISTOLA III.

Gualterio Turonum Archiepiscopo designato, frater Goffridus se & suum posse.

MEntis quidem desiderio desidero vobis obedire; sed quod mentis firmitas vehementer optat, carnis infirmitas vehementer formidat. Vrbem Romam, referentibus peregrinis inde nouiter venientibus, ita audiui perturbatam, quod dominus Papa ibi non est, & Sutrium Petro Leonis ablatum est. Dominus siquidem Papa, apud Beneuentanam vrbem moratur; sed reuertendi Romam non habet facultatem. Si verò persona quælibet ad eum transiens inuenitur, non ei aufertur capa, sed de vita statim & membris agitur. Vnde oportet me consilium vestrum adhuc audire: & si pro certo vitæ periculo vos exponere vultis, antequam Legati vestri reuertantur, quod laudare non possum, nec debeo, mihi notificate. Ego autem sine vobis mouere non audeo: vobiscum tamen; sed pro vestra vtilitate, si sanus fuero, paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Vale; & quod in aure vobis dico, nulli prædicate.

EPIST.

EPISTOLA IV.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, suis in Christo dilectis, Stephano Decano, Huberto Cantori, Guarnerio Archidiacono, puræ dilectionis obsequium.

QVia me indignum & peccatorem vocastis ad Episcopi vestri electionem, multas vobis refero gratias. Ego quidem vestræ vocationi satis libenter acquieuissem, nisi sub hac occasione, quod dicere nolo, subire timuissem. Et quoniam, vt postulatis, me præsentem nunc habere minimè potestis: absens laudo, quod secundum Deum feceritis.

EPISTOLA V.

Goffridus Vindocinensis monasterij minister indignus, Stephano Decano, Huberto Cantori, Guarnerio Archidiacono salutem.

SVbdolum illum, quam multa falsitas facit etiam in veritate suspectum, nunc veraciter à desiderio suo frustratum cognoscimus. Vnde omnipotenti Deo, cuius misericordiæ dono hoc actum esse dignoscitur, gratias referre vnanimiter debemus. Et quia eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi operante clementia causam nostram omninò in prospero statu consistere cernimus; summopere cauendum est, ne prosperitatem, quam ipse nobis misericorditer tribuit, in errorem C vertamus. Sæpè enim quidam in aduersitate positi Deo seruire & eum quærere desiderant: sed cùm iam prosperitatem adepti fuerint, ei quem quasi prius dilexerant, obedire recusant. Et ideò sicut in aduersitate, bonitate eius suffragante, fracti non fuimus, in prosperitate nullatenus extollamur: ne nos, quos aduersitas nocere non potuit terrendo, grauius noceat prosperitas seductionis blandiendo. In Domino semper valeatis, & de adiutorio nostro minimè diffidatis.

EPISTOLA VI.

Goffridus Vindocinensis monasterij minister indignus, venerabili Præcentori Huberto, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.

AMicus vester sum ego, non qualiscumque, sed qui animum suum à dilectione, qua vos diligere cœpit, nullo tempore poterit reuocare. Vos tamen, vt mihi videtur, me minus solito diligitis, & quod vos diligo, parum vel nihil penitus curatis. Si vtrumque aut vnum horum verum est, vellem quidem neutrum; non ideo vos pigrius diligam, qui per germanam charitatem amare compellor etiam non amantem. Si causam habuissetis, qua me minus diligere iustè possetis, culpam certè minimè excusassem: sed Dei gratia quod ex me actum foret perperam, non inuenistis. Hoc tantum obiicitis, quod inter me & domnum Redonensem Episcopum pacem reformatam videtis. Ex hoc nulli, qui Deum diligit, scandalum nascitur, & vobis gaudendum esset, si cor vestrum quoquo modo pateretur. Nam si odium declinare culpa meritò nuncupatur, diabolus, qui sectatur illud assiduè, immeritò deputatus, ad pœnam prædicatur. Sed non ita est optime Cantor: nullum Christianum decet, multò minus igitur sacerdotem, fraternum odium exercere, nec proprias vindicare iniurias, sed toto animo condonare: condonandæ quippe iniuriæ non essent, si remittenda nobis peccata deessent. Sed quia tales sumus, quibus debetur, & qui debemus; necesse valdè est, vt dimittamus hominibus quæ debent nobis, si ea, quæ à nobis deben-

A tur, dimitti desideramus. Nunc forsitan dicitis, vobis non displicere, quòd non prius discordantes reconciliatos tandem conspicitis: at quia sine vestro consilio hoc egerim, mihi quasi pro crimine imputatis. Quærendum siquidem est consilium, & maximè in dubiis rebus, in re autem tam manifesta opus fuisse consilio non videmus. O vitæ venerabilis Cantor, si quantum te diligo veraciter scires, crederes vtique nostro consilio, & quemdam tibi valde contrarium humorem accepta portione purgares, sicque futuram vitares passionem. Si nondum nosti istum humorem, nec istius humoris passionem: vade, consule medicos; & quis sit iste humor, agnoueris; nec de eius passione amplius poteris dubitare. Medicos dico, non qui reparant salutem corporis ad horam:
B sed qui, si benè intelliguntur, vitam conferunt sempiternam. Medici isti sunt libri diuini, quibus si firmiter creditur, contrarius humor statim agnoscitur: iam passio ipsa timetur: medicamentum etiam, quo humor sanatur, ac passio vitari valeat, inuenitur. Licet in homine quasi contrarius humor peccando nascatur certum est, nihil hoc certius, quod nimis abundanter illi dominatur, qui Simonem Magum à beato Petro olim extinctum contra sanctam Ecclesiam iterum suscitat, vel suscitatum extinguere qualibet occasione dissimulat. Hic ex contrario humore subitò sentiet passionem: quia nisi ante finem vitæ pœnitendo resipuerit, pro perpetrata iniquitate sine fine patietur dolorem. Vale; & quid dixerim sapienter aduerte.

C

EPISTOLA VII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, charissimo suo Huberto vita laudabilis Archidiacono, à Deo æterna benedictionis effectum, & à se germanæ affectum dilectionis.

FElix amicitia vestra circa me diu vtiliter egit: nec defectum habuit, nec est passa fastidium. Illa me quæsiuit, immo acquisiuit; quæsitum inuenit, inuento licet immeritò se contulit. Semel cœpit, numquam desiit: quidquid vtilitatis vel honoris
D valuit & valet mihi conferre, nec differt, nec distulit. Si quis hæc mea verba adulatoriè, siue ironicè dicta intelligit, non ei sophistica garrulitate resistitur; sed pura veritate prauum intellectum habere conuincitur. Quid enim amplius amicus facere potuit, qui se, suaque omnia, & mihi obtulit sæpe, & sæpius dedit? Coram Deo, cui mentiri nihil est aliud, quàm damnari, firmiter assero, si talem se omnibus exhibet, cælo dignus est potius quam mundo: in mundo tamen multum necessarius habetur; quia multis viuendi forma proponitur. Hic loquens silentium tenet, honesto silentio etiam loquitur: verba oris eius æquitate plena sunt, & tranquillitate. Honesto silentio loquitur: quia videlicet dum rationabiliter silet, qualiter cæteri se habere debeant, serena silen-
E tij voce apertè monstratur. Prudenter ea quæ sunt mundi possidere nouit, & simpliciter quæ Dei sunt, quærere non desistit. Quotiens hominum mores vult sermone componere, de se protinus inuenire potest quid dicat, & vnde melius instruere valeat. Huius namque vitam doctrinam meritò dicere possumus & disciplinam. Viuat dilectus meus: cui & si absens corpore loquor, hunc tamen præsentem retineo mente, & fixum habeo in corde.

EPISTOLA VIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij amicorum seruus, dilectissimo suo Huberto, non adam dissolui, & semper esse cum Christo.

FRatres nostri beneficia, quæ eis fecistis, & quotidie facitis, cognoscentes, nobis humiliter supplicarunt, vt quod ipsi verbis nequeunt, saltem litteris ex eorum parte vestræ charitati grates non pigritaremur referre. Sed si millies mille membra haberemus, & omnium iuncturæ membrorum in singulas verterentur linguas, beneficia quæ nobis impenditis, non possemus loqui, nec aliquo modo condignam gratiarum actionem rependere vestræ dilectioni. quod tamen per nos minimè valemus, Deum, qui omnia potest, vt sua ineffabili pietate vobis recompensare dignetur, cordis affectibus imploramus.

EPISTOLA IX.

Goffridus Vindocinensis monastery humilis seruus, Huberto honesta vita Archidiacono, amico suo præcordialissimo inimicos propter Deum diligere & nullas eorum insidias formidare.

ABel iustitiam, dilectissime, si vultis obtinere, non sit vobis contrarium Cain malitiam sustinere. Aliter Ioseph fieri non potestis, nisi persecutiones à falsis fratribus vobis illatas, experti fueritis. Quod in præsentia domini Episcopi causam, quam mihi significastis, sine consilio nostro cœpistis tractare, laudare non valeo: & quia vobis pareo, nolo vituperare Solent tamen infirmæ & vitiatæ causæ amicorum iuuamine & consilio releuari; & eis, quæ sanæ & firmæ videntur, ne æmulorum dolositate infirmari, vel qualibet ex parte vitiari possent, prouideri. Vos autem de altitudine sensus vestri, & suffragiis eorum, qui me ætate & scientia præcellunt, adeo præsumpsistis, quòd in tanto negotio, consilio nostræ paruitatis, quæ specialiter vestra est, opus non habuistis. Sæpe tamen contingit minorea maioribus succurrere: & quod à sapientibus & prudentibus Dominus abscondit, consueuit paruulis reuelare. Aduocate me paruulum vestrum in omni vestra necessitate: cuius sinceritatis oculi prouidebunt, ne quis vestræ simplicitati statera fraudulenta appendere valeat: & cui se Neptunus & Æthiops, de quo mihi scripsistis, vel in suam foueam mersus, non poterit occultare. Valete semper in Domino: & vestri negotij diem non impero quidem notificari mihi, sed opto.

EPISTOLA X.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, amico suo præcordiali Huberto honorabili Archidiacono, mundum præcipitem non sequi, nec eius amara dulcedine velle repleri.

PRæcipitem hunc, dilectissime, qui sequitur, non potest non præcipitari: & qui eius repletur dulcedine, non potest non amaricari. Verè grauiter & multum grauiter præcipitatur, qui mundum per deuia sequens, illius amore deceptus, viæ, quam per semetipsam veritas docuit, cæmento charitatis non iungitur. Ille etiam vehementer amaricatur; cui dum præsens sæculum prosperitatis dulcedine blanditur, in amaritudinem vertitur vitis alienæ: & quia veræ viti Christo inseri noluit, vt palmes fieret; ab ipso, vt sarmentum fiat, præciditur. Viam, quam specialiter ac singulariter tenendam vita docuit æterna, viuinam, sicut ignorare non possumus, ita non accipere non possemus, & tenere vellemus. Via vtique illa hæc est, non solùm quæ sua sunt Christi pauperibus erogare, sed pro Christo etiam seipsum abnegare. Pauperibus, quod suum est dare, species est virtutis: sed quod ipse est dare, virtus est perfectionis. Licet enim omnia nostra pauperibus conferamus, nobis prodesse non poterit, si nos Deo auferimus, cuius sumus. Quando Deus ex limo terræ hominem fecit, ad hoc factus est, vt diuitias sine fine mansuras cum illo possideret in cælo; non vt diuitias subitò perituras pauperibus donaret in sæculo. Posteà verò cùm falsam beatitudinem appetens, & veram miseriam inueniens, de altitudine veræ beatitudinis homo confractus cecidit; Deus qui eum creauerat, eius miseriæ compassus, collegit fracturas, & igne charitatis conflauit; & quod omnino confractum fuerat, integrum fecit. In qua suæ inæstimabilis dilectionis operatione pius Dominus, non quod homo habebat; sed quod homo erat, non quidem sua necessitate; sed hominis vtilitate, quæsiuit. Seipsum pro homine dedit Deus, pro homine factus homo: & cùm de plaga lateris, immo potius de vena suæ dulcissimæ charitatis pro homine in cruce funderet sanguinem proprium, tali commercio hominem comparauit, non hominis censum. Reddat igitur homo, nec reddere differat Deo seipsum: credat se eius pretioso sanguine emptum misericorditer & redemptum: nec se illi præferat, qui eum redemit: sed id potius tribuat, quod ille maximè quærit. Iniustum est enim, vt homo se Deo auferat, quem tanto pretio acquisiuit: sed creatoris sui & redemptoris diligenter tenens consilium, sua omnia pro eius amore relinquat, & seipsum: quia licet omnia reliquerit, ad conquirendam salutem æternam sibi non proderit, nisi mundo renuntians Christum sequatur, sicut sequendum se docuit. Christum sequi simul & mundum est impossibile. Vnde si nobis non creditur, illi saltem credatur, qui non mentitur; qui in Euangelio dicit: *Quia nemo potest duobus dominis seruire*, Deo videlicet & mundo. Liberitates eleemosynarum pauperibus factas absit, vt vituperemus: sed diuitibus huius sæculi hoc daremus consilium, si nobis acquiescere vellent, vt ventres pauperum horrea facerent, ne pauperes fame, nec ipsi tenacitate perirent. Certe pauperes pascere probabile est: sed valdè probabilius se pro Deo pauperem facere. Multi enim & pauperes pauerunt, & reliquerunt omnia: sed quia se seruauerunt, sibi damnati inuenti sunt. At nemo vnquam se pro Deo pauperem fecit, & Deum habere nequiuit. Vnde Saluator in Euangelio, cùm Petrus se & alios discipulos omnia reliquisse, & illum secutos esse dixisset, non ad hoc, quia omnia reliquerant; sed ad hoc, quia eum secuti fuerant, respondit, & inde illis præmium æternæ retributionis promisit. Quod vtique Dominus non fecisset; si homo pro sola rerum dimissione Deum habere potuisset. Ille tamen pro se relinquere omnia non reprobauit: sed illud, vbi certam hominis salutem sciebat, approbauit. Et nos itaque pro Deo relinquere omnia, & pauperes recreare, quia bonum est, non reprobamus; sed quod melius est, veritate docente, approbamus; & omnes & maximè amicos nostros, vt viam indubitatæ salutis teneant, germana charitate rogamus, & rogando monemus. Hæc autem deprecatio nostra, vel exhortatio si contemnitur, mirirò culpari non possumus: sed eos plangere, & de ipsis non mediocriter dolere debemus, qui de tanto contemptu existunt culpabiles, & minus capaces rationis esse videntur, quàm pecudes. Pecudes enim pascua meliora libenter appetunt, & ad illa pastorem suum diligenter sequuntur, & si ad alia minus bona fortè ducantur, quibus

valent

valent motibus contradicunt. Cùm igitur homo, A quem formans Dominus, non solùm rationalem fecit, verum etiam ei sigillum suæ imaginis & similitudinis impressit, videat animalia, quæ creator omnium creaturarum irrationabilia creauit, propriæ saluti prouidere, & melioris vtilitatis causa, pastori suo corde & corpore obedire, vitare minus bona, vt meliora valeant inuenire: si Dei & Domini sui consilio, vel præcepto duci non patitur, saltem pecudis exemplo ad meliora prouocetur: relinquat transitoria, cum quibus procerto & ipse transiet, quatenus inuenire mereatur. Satis tamen est melius, hominem rationalem rationalis sapientiæ Dei duci consilio, quàm insensati & irrationalis animalis prouocari exemplo. Ducatur itaque consilio Dei, seipsum pro eius amore pauperem faciens; qui non idcirco reconciliationis B opibus nos ditauit, quia pauperes pauit, quamuis bonum esset; sed quia se pro nobis pauperem fecit. Si enim Dominus in mundo diues fieri voluisset, militia vtique sua ne Iudæis traderetur, sicut ipse in Euangelio dicit, pro illo decertasset, ne pro nobis crucifigi potuisset, nec mori. Et quia humana miseria aliunde non inuenisset suffragium, miserorum caruisset fine supplicium. Si ita est, immo quia veraciter ita esse creditur, post suspensionem Saluatoris, post poculum fellis, post plagam lateris, post perceptam gratiam baptismatis, qui à creatore suo discordasse peccando se meminit, vtile est atque necessarium, vt peccator homo voluntaria paupertate Domino reconcilietur; qua iustus Dominus peccatorem hominem sibi reconciliasse agnoscitur. Vnde & pau- C peri paradisi ianua patet, & ab illa diues excluditur.

EPISTOLA XI.

Goffridus indignus Vindocinensis monasterij seruus, Guarnerio Archidiacono, quod verus amicus amico.

SI pro rebus nostris aduersus Adelardum de Castro-Gunterij censuram iustitiæ vos erexistis, grates vobis referre & possum & debeo. Sed quia vos aliter fecisse, fama referente audieram, mirabar dolendo, & mirando dolebam. Nunc autem, sicut mandastis, in tyrannum illum pro rebus nostris, quas iniustè tulit, & adhuc violenter detinet, plenam iustitiam exer- D cetis, nec vnquam exercere distulistis. Quod si ita est, & vos mihi magis charum, & me vobis magis obnoxium reddidistis. Quod si perseueranter hoc egeritis, scitote quia non ingrato amico seruitium vestrum exhibuisse sentietis.

EPISTOLA XII.

Goffridus Vindocinensis monasterij qualiscumque seruus, Guarnerio suo charissimo nutritori & præcordiali amico, salutem & benedictionem.

PErvenit ad aures nostras, quòd Hugo Chaorcinus, apud Credonem monachi habitum suscepe- E rit. Vnde gratulari oportet; quia qui iamdudum to anima mortuus fuerat, Deo suscitante, reuixit. Sed quia quod in eo actum est blasphematis, rogamus vos, quatenus ab huiusmodi blasphemia bonitas vestra, quæ me diligenter nortiuit, pro amore nostro penitus desistat: ne qui longo tempore peruersus extitit, sub hac occasione peior fiat. Sic enim necesse est vulneratæ animæ medicamentum temperetur: ne nimia medicamenti austeritate amplius vulneretur.

EPISTOLA XIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus seruorum, Guarnerio Archidiacono, salutem.

CVm in litteris, quas Archipresbytero tuo misisti, raptorem me significares; si te potius raptorem animarum, & alienæ pecuniæ importunum exactorem asseveres, & sic te, quem pastorem fateris, lupum crederes, optime fecisses. Decuerat enim te, frater non optime, prius eiicere trabem de oculo tuo, vt posses festucam in meo agnoscere: & excutere puluerem quo grauatur ab eo, vt purè considerares maculam in membro alieno. Cùm luteas manus habeas, cur niteris sordes tergere alienas? Raptorem me vocasti, quod vtique benè fuisset, si te auaritia oneratum, & cupiditate fœdatum, de lacu tantæ miseriæ, & de luto fæcis rapere potuissem. Dixisti me agere contra Synodale decretum; cui prorsus obedire desidero, si constat Apostolica discretione sancitum. Decretum enim siue consilium nullum ratum legitur, quod non fuerit Apostolica auctoritate firmatum. Multò minus igitur, quod eiusdem auctoritatis priuilegiis videtur esse contrarium. Monasterium siquidem nostrum, patrimonium beati Petri & eius alodium, sub protectione sedis Apostolicæ specialiter permanere, & omnia quæ olim habuisse dignoscitur, quatenus absque distractione, vel qualibet diminutione possideat, Apostolicæ sinceritatis priuilegia mansuro in perpetuum decreto corroborant: & eum qui inde quicquam substraxerit, perpetuò anathemate damnant.

EPISTOLA XIV.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, charissimo nutritori suo Guarnerio Archidiacono, mundo deceptori non credere, nec ei labenti diutius inhærere.

REligiosè viuere honorificum est: peccata & crimina, quæ diaboli sunt opera, fugere, & execrari, vtile immo necessarium est: Deum toto corde diligere, gloriosum. Religiosè itaque viuit, qui peccata & crimina sua perfecto odio habet, & Deum toto corde diligere valet: qui mundum & ea quæ sunt mundi despiciens, extremi iudicij diem ante suæ mentis oculos reuocat, assiduè orans & dicens cum Propheta: *Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam.* Et illud: *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.* Psal. 25. Psal. 30. Prius quidem deferendus est mundus, & sic orandus Deus, ne mundalis inhabitatio vocem orantis impediat. Nam qui Deum ore precatur, & cor eius quæ mundi sunt cogitat, huius orationem non approbat Deus, sed improbat; sicut ipse de quibusdam, qui quasi bene loquebantur, & corde terram sapiebant, asserit, dicens: *Populus iste labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me.* Isai. 29. Certe hi, quorum corda implicantur sæculari negotio, longè fiunt à Deo, & pereunt. Vnde Psalmista: *Quia elongant se à te, peribunt; perdidisti omnem qui fornicatur abs te.* Psal. 72. A Deo procul dubio fornicatur, qui ab illo recedens, mundum fugientem sequitur, quem tamen numquam consequitur. Sed qui, vt diximus, extremum illud & formidandum valdè iudicium ante animæ suæ faciem ponit, quidque ibi sit futurum oculo puræ intentionis considerat, nil sibi aliud restat faciendum, nisi vt deposita omni alia sollicitudine, ad pondus tanti examinis incitatus, totis visceribus contremiscat: & vt iustum, ac vehementer districtum iudicem in illa hora propitium sibi valeat inuenire, quidquid hic temporaliter delectare potest, pro eius amore contemnat.

A Quis, inquam, de die illo perfectè cogitare poterit, & præsentem mundum diligere; cuius tunc amatores in horrendum gehennæ puteum intolerabili fœtore & igne inextinguibili, vermeque immortali, & cæteris indicibilibus tormentis plenum præcipitati, sine remedio, ac spe remedij, cruciabuntur? Hæc qui ante non credit, quam videat, cum iam videre cœperit, quæ vtiliter credere & vitare potuisset, æternaliter patietur. Reminiscamur, dilectissime dum licet, extremæ & tremendæ horæ illius, & in memoriæ nostræ oculis ponamus illum diem, in quo quidem pœnitentia futura est, sed sera, perpetui gemitus erunt, sed infructuosi: indeficientes lacrymæ, sed steriles: planctus & fletus assiduus, sed inanis: nec iam tunc à peccatoribus datur hostia qualibet pro peccatis. Re-

B cogitemus etiam quanta erit tunc retributio illorum, qui propinquorum dulces affectus, & caras parentum facies, quasi odissent, fugientes, præsens seculum cum suis delectationibus reliquerunt: & vt Deum purè & sine impedimento diligerent, diuitias aut omnino noluerunt habere, aut habitas contempserunt. Illo, inquam, die receptis corporibus de beata immortalitate & inenarrabili gloria iam securi, ante iudicem seculorum, ô quam feliciter apparebunt, sedesque

Matt. 19. duodecim obtinentes, sicut S. Euangelio teste didicimus, cum illo iudicabunt! Quid admirationis, quidve exultationis tunc esse poterit, cum vnusquisque eorũ per donum diuinæ gratiæ subsequentibus meritis, in Angelorum statum promouebitur: & cum terreno quondam corpore, super excelsa regni cælestis eleua-

C tus, tanquam dilectus filius, præclara Dei hæreditate ditabitur? Inde loqui multa mihi inesset voluntas: sed tantæ gloriæ, tantæ lætitiæ, tantæque beatitudinis negat immensitas; quæ etiam SS. Doctorum linguas superat & sensum. Non est humanæ facultatis ad plenum disserere, quantum sit præmium, quod præparauit Deus his qui diligunt eum in veritate. Diligamus eum, charissime, non verbo tantum, nec lingua, sed opere & veritate, sequamurque sicut se docet sequendum, qui nec fallit, nec fallitur; pro eius amore mundum relinquentes, qui magis decipit dum blanditur. Consuetudinem illam peruersam, atq; damnabilem, quam impugnante diabolo in seculi conuersatione quasi monstruosum partum concepimus, vel quadam nobis illata violentia, vt mortem animæ, fugiamus, &

D reuertamur ad illum, qui nos ad imaginem, & ad similitudinem suam diligenter creauit: à quo sæpius peccando discessimus; & tamen adhuc misericorditer vocat, vt nos multo puluere peccatorum, & criminum fœdatos mundet, & pulchros faciat. Redeamus, dilectissime, ad misericordissimum creatorem nostrum dum tempus habemus: & illum animæ nostræ brachijs semper amplectentes, illius dilectionem mundo, & fallacibus eius diuitijs anteponamus, nulla occasione coruum illum inobedientem imitantes, qui auiditate fœtentis cadaueris, Noe sancti Patriarchæ contempsit imperium. Acquiescamus itaque Domini ac Saluatoris nostri consilio: &, vt ipse præcipit, qui omnem decipit, mundo renuntiemus, cuius fallam beatitudinem sequitur vera miseria: cuius voluptas

E breuis est, & voluptatis pœna perpetua. Eligamus potius pauperem vitam cum Lazaro humili & despecto, quam diuitias cum glorioso diuite & superbo. Pauperem Lazarum sinus Abrahæ suscepit glorificandum cum Sanctis: superbum diuitem tartarus horrens absorbuit cruciandum cum impijs. Hic paupertate beatam sortem meruit: ille diuitijs perpetuam mortem. Hunc sua paupertas fecit excelsum: illum suę diuitiæ fecere deiectum. Diues factus omnino indigens sepultus est in inferno, & sine fine damnatus: Lazarus in sinu Abrahæ collocatus, & paradisi diuitias obtinens cum Deo lætatur. Væ diuitijs, quæ non solum pereunt, sed suum etiam perire faciunt amato-

A rem. Felix & secura paupertas, quæ ditat & subleuat se patienter portantem. Non iam nobis spes diuinarum incerta qualibet occasione blandiatur: sed voluntariam sectemur pauperiem; quatenus diuitiarum suarum nos faciat esse participes, qui ideo pauper fieri voluit in terra, vt nos sua paupertate ditaret in cœlo, Iesus Christus Dominus noster, cui est cum Patre & Spiritu sancto honor, & gloria in sæcula seculorum, Amen.

EPISTOLA XV.

Goffridus Vindocinensis monasterij dispensator immeritus, O. venerabili Decano suo vtili amico & veraci, feliciter viuere, & esse beatum.

B QVam purè, quam firmiter nos dilexeritis, ipse totiens effectus probauit, quotiens voluntas, aut necessitas nostra vos in sua causa aduocauit. Mens mea confitetur, quod lingua loquitur: & neutra ingrata efficitur. Mens igitur mea grata est confessione, lingua locutione: Deus abnuat, vt ingratus efficiar actione. Et quia, sicut prælocuti sumus, dilectio vestra nobis seruire parata nunc vsque extitit, in nostra multa anxietate suam optimam consuetudinem non amittat: quam vester amicus fidelis non merito quidem, sed gratia optando reposcit. Habemus enim negotium contra consanguineum nostrum Mauricium de Credone in crastino Ramispalmarum: cui vt assitis, multipliciter rogamus. Si qualibet occasione de-

C fueritis, vehementer dolemus: quippe quoniam amicum talem perdidimus, quem in nostra charitate nulli secundum possidebamus. Si primum possedimus in charitate, primum possidere eum debuimus in tentatione, sicut scriptum est, *Si possides amicum, in tentatione posside eum.* Vale. Eccl. 6.

EPISTOLA XVI.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, Guillelmo suo magistro, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.

OMnes qui in fide non ficta viuere cernimur, vt fidei nostræ veritas instruatur, non vt destruatur in omnibus locis vnanimiter laborare debemus. Igi-

D tur de proposita nobis quæstione, quæ magna ex parte, immo prorsus secundum tuam intelligentiam fidei Catholicæ obuiare videtur, plenam sectandæ fidei reddimus rationem: ita quemadmodum olim intellexisti, aut adhuc forsan intelligis, intelligi non debere. Credens enim, nisi fallimur, proposuisti, quod solummodo quatuor peccata confessione indigebant: cætera a. à Domino sine confessione sanabantur. Quod te inuenisse asseris in expositione Bedæ de Euangelio, vbi decem leprosi sanati à Domino memorantur. Sed hoc ita intelligendum minimè censemus, & iuxta fidem Christianam sic intelligere nec possumus, nec debemus. Determinanda est enim ista sententia sapienter, vt intelligi possit vtiliter, & fidei nostræ

E integritas conseruetur. Illa vtique quatuor peccata, error videlicet gentilis, schisma fraternum, hæretica prauitas, & Iudaica perfidia, in quantum præualent, vniuersalis Ecclesiæ castitatem commaculant. Vnde necesse est, vt quicumque istis peccatis vel vno ex ipsis polluuntur, non iam soli sacerdoti, sicut in cæteris agitur, sed vniuersæ Ecclesiæ confiteantur: & sic ad eius vnitatem redeant, cuius fidem antea impugnabant. Iustum est enim, vt qui alios diabolica præsumptione infidelitatem docent, eos etiam publica satisfactione in fide confirment, & quibus antè fuerunt occasio & exemplum publicæ perditionis, forma & exemplum fiant publicæ reconciliationis. Cætera verò vitia, sicut dicis, per semetipsum Domi-

nus

nus ſanat & corrigit. Licet enim omnia quæcumque ſanantur, Dominus ſanet & corrigat, quædam tamen per ſemetipſum ſanare atque corrigere perhibetur: ea videlicet, quæ ſibi priuata in confeſſione reuelantur, vt ſanentur. Sibi dico: quia illi, qui in eius loco eſſe dignoſcitur. Certum eſt, nihil hoc certius, omnia peccata vel crimina confeſſione indigere & pœnitentia. Et quamuis quædam ex ipſis per publicam pœnitentiam puniri videantur; nulla tamen alia publica confeſſione opus habent, niſi ea, quæ communem Eccleſiæ fidem violare conantur.

EPISTOLA XVII.

Clariſſimo Duci Normanorum, & praecellentiſſimo regi Anglorum Hunrico, cariſſimo domino & praecordiali amico, frater Goffridus Vindocinenſis Abbas, in praeſenti proſperè ſemper & feliciter viuere, & in futuro manere cum Rege Angelorum.

VEſtræ magnitudini, dulciſſime Pater & domine, ſignificaui iter noſtrum: & quia vobis ſenſi eſſe contrarium, itineris ſtatim mutaui propoſitum. Veſter itaque ſeruus, teſtis eſt mihi Deus, in veſtra fidelitate remaneo: in qua, quandiu vixero, indeſinenter permanebo. Quod quando & quomodo excellentiæ veſtræ placuerit, ſecundum meum poſſe operibus comprobabo. Valeat Dominus meus Rex & vigeat: quem omnipotens Deus ab omni aduerſitate defendat, & tribuat ei quod bene deſiderat.

EPISTOLA XVIII.

Guillelmo Aquitanorum Duci clariſſimo Goffridus Vindocinenſis monaſterij humilis ſeruus, dilectionem Dei, & de inimicis victoriam.

SIcut quicquid eſt ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam, vos decet à nobis quærere; & nos ſuper hoc libenter obedire: ſic quicquid eſt Deo & ſanctæ regulæ contrarium, nec dignitatem veſtram exigere decet, & nos ſuper hoc vobis obedire non oportet. Parum enim & vos, & alij benefactores noſtri, in ſeruitio, quod Deo quotidie, licet indigni, in Miſſis & orationibus, & pauperum recreationibus exhibemus, confidere poteſtis, poſtquam à nobis regulam, ſecundum quam profeſſi ſumus, videritis violari, à quibus omnino debet obſeruari. Rogaſtis itaque, vt Rainaldum Quartaldum in Obedientiam, de qua eum amouimus, remitteremus; quia & vobis vtilis erat, & nobis valde neceſſarius. Quod vobis vtilis erat, quia dicitis, credimus: ſed quia nobis neceſſarius eſſet, ſi vellet, nullatenus dubitamus. Et quanto magis ſe vobis eſſe vtilem, & nobis eſſe neceſſarium agnoſcebat, tanto ſecurius turpitudinem corporis ſui, & animæ ſuæ perditionem exercebat. Et ideò profectus temporales pretioſiores quàm animam fratris noſtri facere non debuimus; de qua ſine dubio in die iudicij rationem reddituri ſumus. Nunc autem pro quibus culpis eum ad ſalutem animæ & corporis ſui nobiſcum habeamus, nec veſtrum eſt inquirere, nec noſtrum vobis amplius aperire. Sed cum ad præſens ad partes veſtras venerimus, quicquid ſecundum Deum & ordinem noſtrum à nobis petieritis, libenter faciemus. Valete: & de cura animarum nobis commiſſarum vos intromittere nolite. Mallemus enim quicquid eſt temporale amittere, quam cuiuſlibet fratris noſtri animam conſentiremus perire.

EPISTOLA XIX.

Guillelmo omnium militum magiſtro, & nobiliſſimo Duci Aquitanorum, Goffridus Vindocinenſis monaſterij ſeruus, in præſenti de inimicis victoriam, & in futuro gloriam ſempiternam.

MEminiſſe debet, optime Princeps, veſtra prudentia, nos domino Abbati de ſancto Ioanne, de querelis, quas aduerſus illum habebamus, pro amore veſtro terminum dediſſe, non de terra noſtra, quam violenter inuaſerat, vllas inducias conceſſiſſe. Vnde ad Epiſcopum Santonenſem, cuius iudicio ſe illam cepiſſe aſſerebat, perreximus: & ibi per os eiuſdem Epiſcopi nullum inde factum fuiſſe iudicium veraciter cognouimus. Et ideo quod ab illo iniuſtè præſumptum fuerat, canonico Epiſcopi & clericorum eius iudicio irritum factum eſt, & vacuum. Vos autem, Dux vitæ laudabilis, quem corporis pulchritudine ſimul & animi magnitudine ſuper alios Deus honorauit in mundo; vt ipſe ſpecioſus forma præ filiis hominum, pulchrum & magnum vos faciat in cœlo, Monaſterium noſtrum, quod in iure ſuo, ſumptu ſuo parentes veſtri honorificè conſtruxerunt, exhonorari, vel rebus ſuis minui nullatenus permittatis. Hoc ſi feceritis, verendum vobis eſt, ne à ſanctis Angelis parentibus veſtris ſit nuntiatum; & eorum animas triſtes reddatis, qui eos potiùs lætificare debuiſtis. Si olim in aliquo nos læſiſtis, Dominum Deum, quibus valemus precibus, exoramus, vt illud vobis perdonet dono ſuæ pietatis: & de omnibus, quæ illicitè commiſiſtis, cor pœnitens vobis tribuat; & erga omnes, & erga nos maximè puræ caritatis viſcera vos habere concedat. Ad vos venire, vir venerande per orbem, voluntas noſtra minimè diſtuliſſet, ſi renum infirmitas cum dolore lateris non obſtitiſſet. Et quia me neceſſitas detinet, non voluntas; humilis amici, immò ſerui veſtri, excuſationem diligenter recipere dignetur veſtra ſublimitas, Vale.

EPISTOLA XX.

Glorioſo ac venerabili Aquitanorum Duci Guillelmo, Goffridus Vindoc. monaſterij humilis ſeruus, Deum timore, & cum timore diligere.

DE honore & vtilitate veſtra plurimum ſollicitus, optime Princeps, mando vobis, vt ſi Romã mittere debetis, ſicut olim mecũ eſtis locutus, nullo modo differatis vlterius. Paratus ſum enim de hoc vobis conſilium & auxilium, quod melius potero, dare: & pro regni veſtri augmentatione, cum vno vel duobus de clericis veſtris tantum laborem ſubire. Quod facere nec poſſum, nec debeo, nec vos exigere debetis ſine digna remuneratione. Hanc ad præſens remunerationem quæro, vt conſuetudines, ſeu exactiones, quas terris noſtris Præpoſiti veſtri violenter impreſſerunt; quas tamen terras religioſi Principes prædeceſſores veſtri, & monaſterij noſtri fundatores, abſque conſuetudine vel qualibet exactione donauerunt, Deo & loco noſtro relinquatis: & ne deinceps repetantur, me bene ſecurum faciatis. Si vobis hoc placet, quod omnino placere debet, in prædicto negotio non excuſo obedire, licet fieri non poſſit ſine rerum noſtrarum magnis expenſis: & quod eſt amplius, abſque corporis noſtri labore maximo & anxietate. Valete: & quicquid ſuper hoc vobis placuerit, per literas veſtras multùm familiariter mihi notificate.

EPISTOLA XXI.

Clarissimo Aquitanorum Duci & incomparabili militi, Guillelmo carissimo Domino & præcordiali amico, Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit.

DVx vitæ laudabilis, vt ad vos venirem mihi mãdastis: sed diem & locum, quo vos inuenire possem, non significastis. Quapropter misi statim ad partes vestras quendam monachum, qui me ad vos, quo ipse iuberis, diceret venturum. Qui per duodecim dies ibi vos expectans, cum inuenire non posset, inde ad me reuersus, mihi renuntiauit vos ad Clarummontem profectum. Mitto iterum vobis istum fratrem, per quem mihi mandetis, si magnitudini vestræ meæ paruitati ad præsens loqui placuerit, & vbi, & quando placebit. Ad vos, carissime domine, sæpius venissem, & de vtilitate vestra vobiscum locutus fuissem, si gratiam & dilectionem apud vos potuissem inuenire, quam apud prædecessores vestros nostri veraciter dicuntur inuenisse. Sed fortassis hoc apud Deum peccãdo mereri potui: sed Deus scit, nunquam apud vos nisi seruiendo & diligendo promoueri. Desiderio tamen vobiscum loqui desidero, apud vos querimoniam facturus de Præpositis vestris, Guillelmo videlicet & Haimerico fratre eius, qui res, quas pretium redemptionis animarum suarũ venerabiles antecessores vestri, loci nostri fundatores, eidem loco contulerunt, penè penitus destruxerunt. Res ipsas opulentas & diuites de larga manu prædecessorum vestrorum, qui vos, vt credimus, ad æthereas mansiones præcesserunt, rectores monasterij nostri, qui fuerunt ante me, susceperunt, & tota vita sua sine labore tenuerunt. Ego autem qui multũ pro rebus istis & laboraui & expendi, eas inueni pauperes, & prædictorum mala gratia Præpositorum de die in diem inuenio pauperiores. Vnde, optime Princeps, si mihi non creditur, saltem rerum distractioni & locorum paupertati, quę nec mentiri, nec occultari potest, credatur. Vale, Dux multum dignus laude humana, & vtinam amplius diuina.

EPISTOLA XXII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis Abbas, carissimæ dominæ suæ Matildi Pictauensi Comitissæ Deum timere, & cum timore diligere.

QVod postquam dominus Comes, maritus vester Hierusalem perrexit, vos non vidimus, ne miremini humiliter rogamus, quoniam in hoc potius necessitate quã voluntate dimisimus. Ad præsens igitur, Deo volente, ad vos veniemus: & de bonis Ecclesiæ nostræ vestræ nobilitati libenter seruiemus. Vnum tamen vobis celare nec possumus, nec debemus, quod & animæ vestræ periculosum esse, & carissimo domino & amico nostro, marito vestro contrarium, si per vos, quod absit, factum est, nõ mediocriter formidamus. Est itaque in partibus vestris quidam, Rainaldus videlicet Quarraldus, qui tonsura & habitu esse videtur monachus, sed ab operibus, & vita monachi valde est alienus. Iste enim penitus cõtempta professione sua, & B. Benedicti regula, in vobis, vt idem ipse asserit, confisus, sanctæ obedientiæ & monasterij sui refugit pręcepta, & pro lege regulari vtitur voluntate propria, animæ suæ nullatenus curans detrimenta. Vnde nos sicut carissimam sanctę Ecclesiæ filiã obtestamur, & pro timore Dei & amore mariti vestri: vt ipse Deus eum ad vos sanum & incolumem cum omni victoria reuerti faciat, suppliciter rogamus, ne per vestram fiduciam animam suam perdat ille, qui iam propria iniquitate à Deo cognoscitur separatus. Hunc si quidem cum omnibus sibi consentientibus à domino Papa, & à nobis excommunicatum vestra excellentia indubitanter agnouerit, si vnquam vlterius nobis & monasterio suo inobediens esse præsumpserit.

EPISTOLA XXIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilectæ in Christo filiæ Ermengardi Britannorum Comitissæ, nec mundum sequi, nec eius flore, quia cito marcescit, velle delectari.

ESt vtique quem sequi, cuius pulchritudine debemus potius delectari, Iesus Christus videlicet Dominus noster, qui adeo nos dilexit, quod pro nobis corpus & animam suscepit, & ne perpetua morte damnaremur, inęstimabili caritate in mortem se tradidit. Eius, inquam, beneficia, si diligenter considerare voluisses, ô creatura, pro qua auctor vitæ mortuus est, adulantium linguæ non te à creatore tuo separassent, nec vnde semel recesseras, iterum sociassent mũdo, in quo nihil præter id quod est funestum reperies. Præsentem namque mundum sic vera miseria, & falsa beatitudo comitatur, vt vix aut nunquam Deum habere valeat, quicunque illum amplectitur. Vale, & quæ dicta sunt, sapienter considera.

EPISTOLA XXIV.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilectæ in Christo filiæ Ermengardi vita laudabilis Comitissæ, sic in hoc seculo misericorditer agere, vt in futuro misericordem Dominum videre valeat, & habere.

PEruenit ad me de te, regia proles, quod mihi nõ displicet, & nemini debet displicere, quia Deo placet. In terreno regimine, vt audiui exercens iura iustitię, & patriæ faciens pacẽ, multis proficis, pauperes pascis esurientes, sitientibus porrigis potũ, nudos vestis, & nobilitatem generis morum nobilitate superans, Deo potius militare, quã sęcularibus negotiis implicari videris. Hæc sancta iustitiæ & pietatis opera in te cum gaudio laudare & possum, & debeo, sed est aliud, quod sicut pro tua reuerẽtia non præsumo reprobare, approbare non audeo. Nam dum caritate tua leniente pene omnis mœstus ad te veniens lacrymã tergat, & vix aliquem à tua præsentia recedere liceat tristem; insuper etiam multarũ Ecclesiarũ ianuas sæpissime aperiat tuæ deuotionis oblatio; mirum valde, nec est pia admiratione mirandũ, cur Ecclesiã, in qua tuus venerabilis pater sibi elegit sepulturam, & quæ pro illo à te amplius debuit honorari, filiali dilectione honorare nõ studeas; & naturæ iura conseruans, te eius fuisse filiam, sicut veraciter fuisti, debitis beneficiis non ostẽdas. Olim & in veteri lege, & in noua, religiosi & omni laude & memoria digni Principes extiterunt, qui loca, vbi patrum suorũ corpora sepulta sciebant, semper carius diligentes, vt ea vario ornamentorũ genere decorarent, & multimodis possessionib. dilatarent, tota intentione studebãt. Nos, quos ille vir piæ recordationis nec carne genuit, nec magnas diuitias, nec aliquã nobis possessionem reliquit, Ecclesiam, in qua sepultus est, pro illo diligimus magis & honoramus, & numerum monachorũ, qui in ea sacrificia pretiosa, pretia scilicet animæ suæ, Deo quotidie offerant, augmentantes, de rebus Abbatiæ nostræ maximam partẽ, vnde ibi viuere valeant, eis cõtulimus. Has pro patre tuo, qui defunctus est sæculo, vtinam Deo viuat, tibi specialiter literas scripsimus: quia nisi tu sola patris tui animæ hæ-

res

geres extiteris, qui eius hæres existat, alium de sua carne genitum ad præsens inuenire nõ poterit. Cum verò memor paternę salutis alas tuæ caritatis expanderis sinum, contra locum, in quo tuus pater egregius Princeps corpore iacet, nulla occasione deinceps contineas clausum. Vale, & parce mihi, si male locutus sum: si bene, acquiesce.

EPISTOLA XXV.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis Abbas, Adelardo de Castrogunterij timorem Domini pariter & amorem.

MVlta mala nobis fecisti, & Deum in nobis, cuius, licet indigni, serui sumus, ad iracundiam non mediocriter prouocasti. B Nos autem diu te satis patienter portauimus, quem de tantis malis acturum quandoque pœnitentiam sperabamus. Sed quia præteritis malis noua quædam peiora prioribus addere non timuisti, rogamus te sicut carissimum nostrum, vt quod contra nos illicitè commisisti emendare festines: & prædam quieram dimittas, quam cepisti. Quod si consilio nostro acquiescere nolueris, verendum tibi est, ne tota terra tua tali interdicto feriatur, quod solui deinceps non possit sine Apostolicæ sedis licentia, cuius alodium Vindocinense cœnobiũ esse dignoscitur. Insuper etiam in eodem monasterio, & in omnibus Ecclesiis, quæ ad prædictum locum pertinent, C per singulos dies ante sacratissimum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi de te clamorem faciemus: quatenus ipse qui omnia potest, violentiam tuam, quã vi humana refrænare nec possumus, nec debemus, suę dexteræ virtute corrigere & refrænare in præsenti dignetur: ne anima tua in futuro propter hoc æternum incendium patiatur. Vale.

EPISTOLA XXVI.

Goffridus Vindocinensis monasterij Abbas, Goffrido de Meduana salutem.

IN præsenti vita sapiens vt mala ageres diu fuisti; D bene autem agere vix potuisti, quia noluisti. Quædam tamen bona fecisti: sed ad comparationem malorum tuorum pauca sunt aut penitus nulla. Vnde te quasi iam in vltima hora positum admonendo consulo, & consulendo ammoneo, vt mala opera quę lõgo tempore perpetrasti, saltem in fine emendare festines: ne cum morte corporis etiam in anima moriaris. Residuum vitæ tuæ, quod modicum est, certissimè scias, conserua viuendo Deo creatori & redemptori tuo: quia quidquid huc vsque vixisti, totũ aut penè totum vixisti sæculo. Præueni igitur peccata tua, ne ipsa te præueniant. A quib. si forte sinistra, quod absit, præuentus fueris, credo veraciter quoniã pœna tua fine carebit. Peccata quippe sua quisque præuenit, quando mala quæ fecit, & adhuc facere E potest, pœnitendo deserit. Sed tunc à peccatis præuenitur, cum iam mala agere vrgente mortis necessitate non sinitur. Vale, & consilio nostro acquiesce.

EPISTOLA XXVII.

Goffridus Vindocinensis monasterij amicorum seruus, Rainaldo dulcissimo consanguineo suo & amico præcordiali, sic possidere temporalia, vt non amittat æterna.

PIetatis diuinæ pia flagella, quæ hoc in anno super vos venerunt, mentem vestrã valde terrere debuissent, & ab his, quæ contra Deum egistis, velocius reuocare. Ad hoc enim, vt credimus, vobis à Deo misericorditer collata fuerunt, vt qui in incolumita-

A te corporis voluntate Deum quærere differebatis, necessitate saltem ac timore ei de illicitis operib. vestris satisfacere festinaretis. Hoc etiam nobis promisistis, quando nouissime locum vobiscũ fuimus, quod vitæ vestræ emendationem Dei & nostro consilio sumeretis. Opera, quæ deinceps fecistis vel facitis, ignoramus, sed si piissimo Redemptori nostro contraria existunt, non paruum dolorem ob hoc sustinemus. Vtinam, carissime, assiduè cogitaueris, quãta in die iudicij tristitia, quanta tribulatio, quanta miseria, quantus super omnes dolores dolor erit homini, qui Deum videbit, nec habebit, & ante redemptoris sui conspectum peribit. Hoc autem nemo vnquam ad plenum cogitare potuit, qui magis sæculo quã Deo militare decreuit. Nunc forsitan cogitatio vestra vobis dicit, aut qui vobis adulantur, dicunt, si dominus B noster efficeretur monachus, vel moreretur, iam tota terra sua dissiparetur, scitote quia animæ vestræ minimè consulunt, qui sic loquuntur. Terram enim, & quidquid temporaliter possidetis, oportet vos ad præsens, velitis nolitis, relinquere. Sed animæ vestræ valde erit contrarium, si hoc necessitate feceritis, nõ voluntate. Certè, dilectissime, Deus, qui permisit vos honorem Credonensem habere, ipse, si voluisset, honorem illum conferre potuisset Odilardi monoculę, quam dum puer essem in curia vestra recolo me vidisse. Et quanto plura vobis dedit te Deum agnoscitis, tanto magis ei obnoxius estis. Valde miser est, nec veraciter credit in Deum, quem mundus ante deserit, C quam ipse deserat mundum. Mundum enim, antequam ipse nos deserat, deserimus, cum illi sponte renuntiantes, quidquid ex eo sordis vel criminis cõtraximus, ob vitæ perennis amorem odimus. Sed tũc quasi prior mũdus nos deserit, cum in sordib. nostris prostratos extrema dies inuenit. Et tunc miseranda hominis conditio gemit, quod Deo seruire noluit, quãdo iam reparare non potest, quod nequiter viuit.

EPISTOLA XXVIII.

Goffridus Vindocinensis monasterij seruus, dilectissimo domino suo & præcordiali amico, Radulpho, sic trãsire per bona temporalia, vt consequatur æterna.

D SCimus quoniam monasterium nostrum, quod in honore & nomine Sanctæ Trinitatis constitutum est pariter & sacratum, toto corde diligitis. Et nos ipsam beatam Trinitatem Patrem & Filium & Spiritum sanctum, pro cuius amore hoc facitis, toto mentis affectu imploramus, quatenus corpus & animam vestram in pręsenti ab omni impedimento custodiat, & in futuro vitam vobis conferat sempiternam: atque animam patris vestri, de quo plurimum vos sollicitum esse cognoscimus, sua ineffabili pietate & gloriosa B. Mariæ semper virginis intercessione, ab omni vinculo peccatorum & criminum suorum absoluat: & ipsum suum & omnium Deum ac Domi- E num videre & habere valeat, qui est remissio peccatorum & suorum merces & retributio seruorum. Rogastis fratrem, qui nouiter venit ad ordinem, veste religionis mutata remitti parẽtib. suis, vt vel sic damnum possent recuperare terrenum. Pro amore vestro remitti quidem potest: vestis autem religionis sine offensione & nota infamiæ mutari non potest. Si quis obijcit, quod Episcopi & Abbates Romam sæpe ierunt veste mutata, scire debet, quia illud cogebat, quæ domino Papę debetur, obedientia. Pro temporis necessitate nouum dedit dominus Papa obedientiæ præceptum: in hac vestra postulatione nouum, vt ita dixerim, audio cupiditatis peccatum. Iterum si dicitis, eum nondum fecisse professionem, nondum monachi habuisse benedictionem: firmiter credite & veraciter agnoscite, nec professione.

nec benedictione perfectum monachum siue Christianum posse fieri sine cordis deuotione. Et vbi est cordis deuotio, ibi sancta benedictio deesse non potest, & vera professio. Igitur si consuetudinaria professio, quæ fit visibiliter, & benedictio illum, sicut dicitis, non tenet ligatum, proposita deuotio religionis, in qua adhuc perseuerat, mundo amplius non patitur esse solutum: præsertim cum illam professionem sua voluntate iam fecisset, & suscepisset benedictionem, si per nos ei dilatum non extitisset.

Goffridi Abbatis Vindocinensis Epistolarum Finis.

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS S. PRISCÆ CARDINALIS Opuscula.

I.

TRACTATVS DE CORPORE ET sanguine Domini Iesu Christi.

Frater Goffridus peccator, in præsenti tractatu Catholicus scriptor, omnibus Christianis, de Corpore & Sanguine Domini fideliter credere, & ipsum, cuius Corpus & Sanguinem percipiunt, Christum Dominum videre pariter & habere.

De Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Iesu Christi, dum à fidelib. piè quæritur, quod veraciter dicendum est, & firmiter credendū, ipso Christo Deo & Domino nostro donante dicatur, vt in illorum cordibus dubitatio nulla relinquatur. Prius quidem panis & vinum super altare ponuntur, sed sicut ante cõsecrationem nihil aliud præter propriā panis & vini naturam habent, ita post consecrationem nullam naturā, nullam materiam panis vel vini retinent, nisi quantū ad saporem, speciem, & odorem. Hoc tamen propter infirmitatem hominum & imbecillitatem. Nā si illa gloriosissima caro, & sacratissimus ille sanguis non in specie panis & vini, sed in sua propria natura hominib. apparerent, præ sui magnitudine homines illa ferre non possent, quod si fieri posset, fidei meritū non haberēt. Sed si SS. Apostoli, Petrus, Iacobus, & Ioannes Dominum in terra adhuc mortalem & corruptibilem carnem portantem transfiguratum non potuerūt aspicere, iam incorruptibilis & glorificati corporis illius tantam claritatem alij homines quomodo possent sustinere? Illis siquidem sanctis discipulis non naturam diuinitatis, vt quidam existimāt, Dominus ostendit, sed speciem postea glorificandæ carnis exhibuit. Firmiter itaque credamus, & nullatenus dubitemus, quia quod in altari post consecrationē à Christiana religione sumitur, nihil aliud est, nihil aliud habet, præter quod ipsa veritas per se profitetur: *Accipite*, inquit, *Hoc est corpus meum*, & de quo suo corpore diceretur per semetipsum exposuit dicens: *quod pro vobis tradetur*. Similiter & de Calice, *Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*. Si quis autem aliam carnē præter istam habuisse Dominum Iesum credit, desipit, non est Catholicus, sed hæreticus. Hac carne redemit hominem Christus: hac in carne Christum homo

Matth. 26.

peremit. Anima tamen & caro hominis sunt redempta: sed hæc caro hominis fuit pretium redemptionis. Hæc est illa vna eademque verè vera caro, non alia, quæ cooperante Spiritu sancto concepta, nata est de Maria virgine, & passa in cruce: quam ipse Deus omnipotentia diuinitatis suscitauit à mortuis tertia die. Quapropter nemo formidet hanc carnem Christi Dei, Dei patris vnigeniti filij, naturalem & propriam, incorruptibilem & immortalem iam factam dicere, & dicendo credere, & credendo accipere, non tantum in Sacramento, quod & multi mali faciunt, sed vsque ad Spiritus participationem. In isto sancto mysterio, quod & Sacramentum, id est, sacrum signum dicitur, quia aliud est, id est Christi sancta caro, & aliud, id est, panis species, videtur, ipsam beatissimam & viuificatricem carnem multi homines peruersi accipiunt: sed quia mali malè accedunt, peiores quam prius fuerant existunt. Quidam verò sumunt vsque ad spiritus participationem, quia qui cum caritate, id est cum Dei & proximi dilectione percipiunt, cum Christo participantur vsque ad animæ viuificationem. Et sicut nemo sine caritate Christi sacrosanctum corpus & sanguinem accipere potest quin peior existat, sic nemo cum caritate illud accipere potest, quin inde melior fiat. Vnde si quis quærit, quomodo panis caro Christi, & vinum sanguis eius fieri possit, certè si ea quæ sunt, Dominus non creasset, creata forsitan mutare non posset. Sed minoris miraculi non fuit ex nihilo omnia creare, quam in melius ex omnibus quędam cõuertere. Qui talia quæris, noli errare. Si Deum omnipotentem esse credis, nullatenus super hoc poteris dubitare, quoniam si omnia posse confiteris eum, & istud posse negare non poteris, cum sit ex omnibus vnum. Ille namque qui carnem in virgine matre, omnino seruata virginitate, ineffabiliter & veraciter assumere potuit, qui etiam cum sit immortalis, pro nobis mortuus est, & die tertia imperij sui potentia seipsum à morte suscitauit, panis & vini materiam in sui corporis naturam in consecratione conuertit.

II.

DE ORDINATIONE EPISCOPORVM, & de inuestitura laicorum.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, carissimo Domino & præcordiali amico Petro Leonis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Catholicam fidem toto corde diligere, & eos qui ei contradicunt totis viribus impugnare.

Vestræ petitionis & meæ promissionis non immemor, si non vt debui, saltem vt potui, tentaui soluere, & quod à vobis quæsitum est, & à me promissum: de ordinatione videlicet Episcopi, & de inuestitura laicorum. In primis firmiter credere nos oportet, & nullatenus dubitare, vt quemadmodum baptismus Christianum facit, ita electio & consecratio facit Episcopum, & sicut impossibile est sine baptismate Christianum fieri: ita est impossibile Episcopum sine electione & consecratione creari. In ordinatione Episcopi electio & consecratio sic est vtraque necessaria, quod consecratio sine electione, & sine consecratione electio Episcopum facere sola non sufficit. Nam sicut in baptismate aqua & inuocatio Spiritus sancti sunt necessaria, quæ faciunt Christianum, ita in ordinando Episcopo electio & consecratio sunt necessitate coniuncta, quę creant Episcopum. Et sicut aqua sola, aut sola inuocatione Sancti spiritus nec baptismus fieri potest, nec homo esse Christianus, ita sola electione, aut sola consecratione nemo ordinari, vel fieri valet Episcopus.

pus. Magnum quidem & baptismatis, & electionis, & consecrationis Episcopi est sacramentum, sed illud præcepit, & per alios facit Christus, & hoc egit per semetipsum. In illo spiritualiter creatur homo, & à Christo Christianus dicitur: in isto verò dominus & Imperator creatur Christianorum, qui non solum vocatur Christianus à Christo, sed etiã Christi vices agere creditur. Sciẽdum vero est, quod hic vel vbicumque de electione Episcopi agitur, canonicam necesse est electionem & Euangelicam intelligi: vt qui bene electus est, & iustè consecretur. Alioquin fit quædam praua simulatio in Ecclesia, & Ecclesiasticæ dignitatis illusio non parua. Nam quicumque canonicè non electus quasi sacrãdus accedit, execratus recedit, & falso nominatur Episcopus, qui adnullare conatur electionis & consecrationis ordinem, quem Christus per semetipsum primus instituit. Ipse enim primus & elegit Apostolos, & cõsecrauit, quos nisi prius electos cõsecrare non voluit. Hoc sanctum Sacramentum, electionem videlicet & consecrationem Apostolorum, Christus primus primum fecit, per quod cætera fierent sacramenta. Nullus autem Apostolorum apostolatum audacter appetiit: nullus eorum se impudenter obtulit eligendum. Tota itaq; ordinario Episcopi non in sua, sed in aliorum electione consistit, & consecratione, si tamen illam electio recta præcesserit. Hæc autem prius per semetipsum, vt dictum est, Christus fecit, deinde verò vicarij eius. Et in Apostolis quidem à Christo facta sunt, quoniã ab ipso & electi & consecrati fuerunt. In aliis vero omnibus à nullis aliis fieri licet, nisi à vicariis Christi. Sunt autem vicarij Christi clerici in electione, Episcopi in consecratione. Cæteri omnes petere quidem Episcopum possunt eligere vero vel consecrare non possunt. Quicunque igitur alio modo, quasi sub nomine Pontificis Ecclesiam vel potestatem Ecclesiasticam sibi vindicare præsumit, hic iam non per ostiũ intrat, sed aliunde ascendit: vt meritò non inter Episcopos computetur, sed inter fures & latrones connumeretur. Iste aliis benedictionem non porrigit, sed pestem, & vulnus potius inferre videtur, quam salutem: qui tanta præsumptione Dei maledictionem meretur. Nam Episcopus sine canonica electione est quasi arbor sine radice. Arbor autem quæ radicem nõ habet, etiam si folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad huiusmodi arborem Christus quidẽ accessit, & cum ibi fructuum nõ inuenisset, eam maledixit. Ille maximè à Deo maledicitur, qui Sacramentis Ecclesię quasi sociari sua cupiditate desiderat, non Christi caritate. Et omnis qui sacramentis Ecclesiæ cæmento caritatis non iungitur, iniuriam quidem Ecclesiæ facit, sed quasi paries luteus dissipatur, qui licet dealbari possit ad tempus, eius subita dissolutione, qui ante confidebant in eo, premuntur. Hac igitur similitudine rectè colligitur, quod qui ad iniuriam sanctæ Ecclesiæ Ecclesiasticum ordinem, & maximè Pontificatum assequitur, suam destructionẽ in primis, deinde populi mortem operator. Et tunc Ecclesia iniuriam pariter sustinet & verecundiam, quando in eligendo pontifice canonica perit electio, & quod vitæ meritis, & sapientiæ doctrinæ, atque sacris ordinibus debetur, illis quasi imponitur, quibus nec bonę vitæ merita, nec sapientię doctrina, nec sacri ordines suffragantur. Illi terrenum, immò paludosum habent fundamentum, & ideo corruunt, qui tali fundamento ædificantur. De talibus enim dicitur in Psalmo [Psal. 27.]: *Proiecisti eos dum allevarentur*. Grauius nihil est apud Christum Ecclesiæ iniuria, cuius Sacramenta qui peruerse suscipiunt, cum Christo esse, vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse, & contra Christum facere nemo potest, cum ipse dicat [Luc. 11.]: *Qui non est mecum, contra me est*. Qui autem cum Christo non est, nec sibi prodesse, nec aliis potest: cum ipse iterum asserat: *Qui non colligit mecum dispergit*, & alibi dicit [Ioan. 15.], *Sine me nihil potestis facere*. Sunt quidam qui Romanæ Ecclesiæ omnia licere putant, & quasi quadam dispensatione aliter quã diuina scriptura præcipit eam facere posse. Quicumque itaque sic sapit, desipit. nam Romanæ Ecclesiæ post Petrum minimè licet, quod Petro nõ licuit. Petro quę liganda erant ligandi, & quę soluenda soluendi est à Christo data potestas, non quæ liganda soluendi, vel quæ erant soluenda ligandi concessa facultas. Petrus etiam, si aliquando aliter egit, Paulus licet in conuersatione nouitius ei in faciem resistere minimè timuit. Petrus verò sui iunioris increpationẽ libenter suscipiens, quod plus iusto fecerat, diligenter correxit. Præterea nulla ratione fieri licet, quod Christus suo exemplo dedocuit. Ipse enim legẽ soluere non venit, sed adimplere. Romana itaque Ecclesia diuinarum scripturarum legem soluere nõ debet, sed cõseruare: & tradita sibi à Christo potestate, non ad suam voluntatem vti, sed secundum Christi traditionem. Si enim à suo iuniore Romano Pontifici suggeritur, vt si aliquando plus iusto fecerit, iustè corrigat, tanquam Petrus Pauli admonitionem suscepit, & ipse suscipiet, si Petrum imitari desiderat. De inuestitura autem laicorũ, si quis cognoscere voluerit, quid Catholica & Apostolica Ecclesia senserit, quid docuerit, quid iudicauerit, quid constituerit, legat in primo capitulo illius Concilij, quod tempore Gregorij septimi Papę factum est: & ibi omnes clericos, qui de manu laici inuestituram susceperint, hæreticos vocatos, & ideo damnatos esse & excommunicatos inuenerit. Licet alia hæresis de inuestitura dicatur, alia Simoniaca: ista, quæ de inuestitura dicitur, contra sanctam Ecclesiam fortius iaculatur. Simoniaca etenim prauitas multotiens fit latenter: hæresis verò de inuestitura, semper publicè agitur. Ibi etiam in primis omnis Ecclesiasticus ordo confunditur, quando hoc quod vnicuique à solo suo cõsecratore in Ecclesia, cum orationibus quæ ibi conueniũt, dari debet, à sæculari potestate prius accipitur. Quod Sancti Apostoli non solùm interdixerunt, verum etiã omnes illos, qui per sæcularem potestatem Ecclesiam obtinent, à Christo sibi tradita potestate damnauerunt. Et meritò Apostoli iudicio Spiritussancti hanc hæresim in ipso Ecclesiæ principio damnare decreuerunt, quam longo post tempore ex patre diabolo nascituram esse præuiderunt. Cum igitur laico & inuestitura, & omnis etiam disponendarum Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum rerũ facultas à Spiritu sancto, qui in Apostolis loquebatur, negata sit penitus & interdicta, qui inuestituram à laico suscipit, non iam contra Apostolos tantum, immo contra dominum Apostolorum, quod sanctum est canibus exponit. Inuestitura enim, de qua loquimur, Sacramentum est, id est, sacrum signum, quo princeps Ecclesiæ, Episcopus scilicet, à cæteris hominibus secernitur pariter atque dignoscitur, & quo super Christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc inuestituram ab illo solo suscipere debet, à quo & consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari; deinde verò tanquam regem Ecclesiæ sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet sæculari potestati ista licere putat, errat. Quod si defendere nititur, Apostolorum doctrinam, & sancti Spiritus sensum adnullare desiderat: vnde hæreticus esse nullatenus dubitatur. Inuestitura itaque laicorum, quę fit per virgam & anulum: merito hæresis appellatur. Nam sicut à Simone Simoniaca hæresis dicitur, ita ab eo qui inuestit, & ab illo qui inuestitur, quoniam vterque in illa sua actione, & agitare claues Ecclesiæ, & eius vnicum ac singulare ostium violare conatur, recto nomine hæresis de inuestitura vocatur. Hæc præterea hæresis de inuestitura,

si rectè perspiciatur, etiam hæresis Simoniaca esse viua & vera ratione probatur. Nam quæ secularis potestas sibi vindicare tutitur inuestituiam, nisi vt per hoc aut pecuniam extorqueat, aut, quod est grauius, sibi inordinatè subiectam efficiat Pōtificis personam? Nullus est itaque laicorum, etiam si ei liceret, qui tanta intentione anulum, vel virgam dare desideret, nisi per hæc quæ sunt Sacramenta Ecclesię temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem Sacramenta ab Ecclesia suscipere licet, non Ecclesiæ quælibet Sacramenta dare. Anulus autem & virga, quādo ab illis dantur, à quibus dari debent, & quando, & vbi, & quomodo debent, Sacramenta Ecclesiæ sunt, sicut sal & aqua, oleum & chrisma, & quædam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt. Semper laicus de inuestitura, vt diximus, aut pecuniam sibi vindicat, aut, quod est amplius, Episcopi vel Abbatis personam. Hac non tam humana quàm diabolica malignitate Ecclesia Catholicam fidem, libertatem & castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit. Hæc eterum tria semper Ecclesia habere debet: quorum vel si vnum desuerit, velut paralytica iacet; nec ligandi, nec soluendi potestatem babet Hanc igitur, quam suprà diximus, inuestituram quicumque sub specie pastoris suscipere præsumit, fit paralyticus & hæretica lepra pollutus. Illum non pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris, qui animam suam posuit pro ouibus suis, quodlibet membrum: sed fur & raptor & lupus est. Nam ad hoc venit, vt furetur & rapiat & mactet. Hanc autem detestabilem impietatem, non solùm qui faciunt, sed qui consentiunt ei, damnati sunt. Ille verò consentit, qui eam tacet, qui eam non corrigit, & qui ei palam non contradicit. Et nemo est qui contradicere palam non debeat, & possit; nam si prelati non habet auctoritatem, habet tamen Christiani vocem, & scriptura dicit, & neminem excipit: Hiere. 48. *Maledictus est, qui prohibet gladium suum à sanguine*, id est, vocem suam ab increpatione peccati. Illud etiam factum meminerit, quod asina fatuum Prophetam olim correxerit. Quod si fuerit vitiosus, vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet: quoniam vnicuique peccatori communem Ecclesię fidem, quam suam esse credit & confitetur, defendere, & contra eius aduersatios liberè pugnare licet. Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo, omnino infames erant: nam publici latrones: quorum vnus non tantùm quia credidit, sed quia suæ fidei veritatem contra alterum defendere cœperit, bonum illud, & delectabile verbum à Saluatore nostro audire meruit, *Hodie*, scilicet, *mecum eris in paradiso.* Vnde in latrone illo maximè declaratum agnoscitur, quod vir Catholicus, licet infamiæ maculis aspersus, fidei defensione paradisum pariter, & cum Christo esse meretur.

III.

DE SIMONIA ET INVESTITVRA laicorum; quare vtraque dicatur hęresis.

Vniuersali Papa Calixto, bono domino suo & præcordiali amico Goffridus Abbas Vindocinensis, beatæ Priscæ Cardinalis, quod patri filius, & domino seruus.

CVm Simonia & Laicorum inuestitura hæresis dicatur, quare vtraque sit hæresis, & meritò hæresis appellari debeat, præsenti, breuique satis Epistola monstrabitur, ne super hoc deinceps dubitetur. Firmissimè crede, Pater carissime, quòd nihil aliud propriè hæresis dicitur, nisi quod à Patris vnitate Filium siue Spiritum sanctum conatur separare; vel personarum alteram altera minorem vel maiorē asserere. Igitur Simon magus non tantùm hæreticus, sed hęreticorum primus & pessimus extitit; qui non solùm à Patris æqualitate separari posse Spiritum sanctum existimauit, sed etiam ipso Spiritu sancto maior esse præsumptuosè tentādo concupiuit Nam cùm se posse pecunia possidere Spiritum sanctum putauit, quid appetiit aliud, nisi vt Spiritu sācto maior ipse haberetur; cum maior sit qui possidet, quàm quod possidetur? Cùm itaque Patris & Filij & Spiritus sācti personas inæquales quilibet nititur astruere, ratione pariter & auctoritate hæreticus habeatur; multo magis Simon Magus, qui Spiritum sanctum Deo Patri & Filio æqualem per omnia sibi pecunia subijcere tentauit, hæreticus, & Simonia, quæ ab ipso inuenta est, & ab eo dicitur, hæresis comprobatur. Laicus autem, cùm inuestituram Ecclesiarum tribuit per virgam & anulum, quæ sunt Ecclesiæ sacramenta, sicut sal & aqua, oleum & chrisma, & quædam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt, sibi ius Christi vsurpat & potestatem; & quodammodo se Dei filio prædicat altiorem. Nam dum illa Ecclesiæ sanctæ sacramenta ibi dantur, vbi dari debent, & quibus, & quando debent, à Dei filio dantur; per consecratorē videlicet illius actionis ministrum; sicut in remissionem peccatorum Spiritus sanctus dabatur per Petrum. Vnde Deus pater ad Ioannem loquitur, dicens, *super quem videris Spiritum descendentem, ille est qui baptizat.* Ioan. 1. Quando dixit, ille est qui baptizat, à parte totum significauit. Nam Dei filius vniuersa Ecclesię conficit & tribuit sacramēta. Laicus autem, quando contra Dei filium sic præsumit, si non ampliùs, non minùs tamen quàm Simon Magus intumuit, & ipse intumescit, qui in collatione sacramentorum se Dei filio anteponit. Et quia Deo Dei filio non solum sui patris æqualitatem demere nititur, sed seipsum Dei filio superiorem sua impia actione significare videtur, rectò nomine & ipse hæreticus, & eius inuestitura hæresis appellatur. Vale, & Simoniam & laicorum inuestituram omni occasione, vel qualibet dispensatione seposita impugnare satagite.

IV.

De possessionum Ecclesiasticarum inuestitura, quod regibus concedatur.

NOn sit imperatoribus & regibus molestū quod dicimus, nec consuetudine sibi vindicare nitantur, quod eis veritate negatur. Cùm laicis, etiam religiosis, disponendarum Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum rerum omnis facultas ab Apostolis prohibeatur, manifestum est quòd eis inuestitura negatur ab ipsa Veritate, à Christo videlicet, qui in Apostolis loquebatur. Quòd autem Christus in Apostolis locutus sit, Paulus Apostolus asserit dicens: *An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Christus?* 1. Cor 1. Cum igitur Christus veritas sit, sicut ipse dixit, *Ego sum veritas*, Ioan. 1. nec vnquam, Ego sum consuetudo, dixerit; qui Christianus est Christum, & qui rex est, regem regum, ipsam scilicet veritatem sequatur, non consuetudinem. In Ecclesiasticis possessionibus, quāuis nec in legibus, nec in Canonibus inueniatur, tamen propter scandalum & schisma vitandum, talis regibus inuestitura conceditur, vt nec ipsi propter hoc pereant, nec sancta Ecclesia detrimentum patiatur. Inuestituram per virgam & anulum accipere, nisi à suo consecratore, manifestum est esse damnosum; quia nulli laico licet illa Ecclesiæ Sacramenta dare; sicut ei non licet Episcopum consecrare. Res etiam quæ semel Ecclesiæ datę sunt, reges iterum eas dare, vel de ipsis inuestire, nec debent, nec conue-

nienter

nienter possunt. Nam alicui dare quod habet, & de hoc inuestire aliquem quod ille iam tenet, superfluit est & vanum; non tamen videtur criminosum. Alia vtique est inuestitura, quæ Episcopum perficit, alia verò quæ Episcopum pascit. Illa ex diuino iure habetur, ista ex iure humano. Subtrahe ius diuinum, spiritualiter Episcopus non creatur. Subtrahe ius humanum, possessiones amittit, quibus ipse corporaliter sustentatur. Non enim possessiones haberet Ecclesia, nisi sibi à regibus donarentur, & ab ipsis non quidem diuinis Sacramentis, sed possessionibus terrenis inuestirentur. Ex iure diuino regibus quidem & imperatoribus dominamur; ipsis tamen ex eodem iure, quia Christi Domini sunt, honorem debemus & reuerentiam, sicut dicit Apostolus, *Regem reueremini*. (1. Petr. 2.) Ex iure autem humano tantum illis debemus, quantum possessiones diligimus, quibus ab ipsis, vel à parentibus suis Ecclesia ditata & inuestita dignoscitur. Vnde B. Augustinus super Ioannem sic loquitur, Noli dicere, quid mihi & regi? Quid tibi & possessioni? Nam per iura regum possessiones habentur. Si verò dixeris, quid mihi & regi? noli iam dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura, quib. possessiones possidentur, renūtiasti. Nā secūdū ius imperator possides terrena. Tolle imperatorū iura; quis audet dicere, mea est illa villa, aut me' est iste seruus, aut mea est ista domus? Quo iure defendis villas? diuino, an humano? Diuinū ius in scripturis habemus, humanū ius in legibus regum. Vnde quisq; possidet quod possidet? nōne iure humano? nam iure diuino, Domini est terra & plenitudo eius. Pauperes & diuites Deus de vno luto fecit; & diuites & pauperes vna terra supportat. Iure tamen humano dicis, hæc mea villa est, hæc domus mea, hic seruus meus est. Iure ergo humano, iure imperatorum, quare? quia ipsa iura humana per imperatores & reges sæculi Deus distribuit Ecclesiæ suæ. Possunt itaque sine offensione reges, post electionem canonicam & consecrationem, per inuestituram regalem in Ecclesiasticis possessionibus concessionem, auxilium & defensionem Episcopo dare, quod quolibet signo factum extiterit, regi vel pontifici, seu Catholicæ fidei non nocebit. Voluit bonus Dominus & magister noster Christus spiritualem gladium & materialem esse in defensione Ecclesiæ. Quod si alter ab altero retunditur, hoc fit contra illius voluntatem. Hac occasione de regno iustitia tollitur, & pax de Ecclesia: scandala suscitantur & schismata; & fit animarum perditio simul & corporum. Et dum regnum & sacerdotium vnum ab altero impugnatur, periclitatur vtrumque. Nam rex & Romanus Pontifex, cū vnus contra aliū, alter pro regni consuetudine, alter pro Ecclesiæ libertate erigitur, regnū illam cōsuetudinē obtinere nec potest, nec poterit; & Ecclesia suę libertatis amittit plurimū. Rex prætereà sacrosancta communione pariter & regia dignitate priuatur: à Romano verò Pontifice multis, qui sibi seruire debuerant, necessitate cogente seruitur: & qui à Pontifice docendus erat, & ducendus à Rege, Rex & Pontifex populum sequitur. Habeat autē Ecclesia pacem, & regnum iustitiam: habeat rex consuetudinem, sed bonam; non quam malè reposcit, sed quam suprà diximus inuestituram. Habeat Ecclesia sua libertatem; sed summopere caueat, ne dum nimis emunxerit, eliciat sanguinem; & dum rubiginem de vase conatur eradere, vas ipsum frangatur. Hoc est præcipuum discretionis membrū ne quis qualibet actione Ecclesiæ à satana circumueniatur. Tunc enim à satana quis circumuenitur, quando sub specie iustitiæ illum per nimiam iustitiam perire contingit, qui potuit liberari per indulgentiam. Prætereà bonus & discretus Augustinus in Epistola ad Parmenianum dicit, vix aut nunquam excommunicandū eum esse, qui in malo opere obstinatam multitudinem habet. Nam tolerabilius videtur vni parcere, ne in Ecclesia schisma seminetur plurimorum. Et beatissimus doctor & martyr Cyprianus asserit, dicens: Schisma nō est faciendum etiam si in eadem fide, & in eadem traditione non permaneat qui recedit. & Salomon in Ecclesiaste; *Scindens ligna periclitabitur in eis, si exciderit ferrum*. (Eccles. 10.) Item in Exodo, *In domo vna comedetur: non eijcietis de domo carnem foras*. (Exod. 12.) Ex quibus verbis colligitur, eum non excommunicandum esse, qui multitudinem habet secum: ne dum vnum corrigere nitimur, perditio fiat multorum. Hoc etiā Hieronymus ad Augustinum scribit, dicens, quòd secundum beatorum Apostolorum Petri & Pauli prudentiam, dispensationemque honestā, aliquando fieri necesse est, quod iure reprehenditur, ne Christianæ plebi scādalum oriatur. Nam propter metum Iudæorum, ne ipsi scandalizarentur, & Paulus post conuersionem Timotheum circumcisum fecit, & ceremonias etiam exercuit Iudæorum: & Petrus coēgit quosdam Iudaizare gentilium. vterque sanctus Apostolus simulans se veteris legis pręcepta seruare; ne qui fideles ex Iudæis facti fuerant susceptā veritatis notitiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti Apostoli misericordi & pia compassione, non simulatione fallaci; quamuis legem post Euangelium non esse seruandam minimè dubitarent. Vbi beatissimæ vitę viri intelliguntur non quidem commutasse consilium, sed ad horam pro aliorum salute suę doctrinæ sententiam. Si de præsenti materia minùs vel aliter dixi, quàm debui, ignorantiæ deputetur, & indulgeatur misericorditer: si autem bene, benignè suscipiatur, & obseruetur diligenter.

V.

Ad Calixtum Papam qualiter in Ecclesia dispensationes fieri debent.

DIspensationes aliquando in Ecclesia faciendæ sunt, non quidem amore pecuniæ vel quolibet humano fauore, sed pia & misericordi intentione. Tunc enim à pastore Ecclesiæ dispensatio piè & misericorditer fieri creditur, cùm aliquid minùs perfectè ad tempus fit ab illo vel fieri permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate; ne in ipsis videlicet fides Christiana periclitetur. Sic igitur facienda est dispensatio ab Ecclesia, vt semper fidei nostrę veritas instruatur: & si quid aliter ad horam factum fuerit vel permissum, opportuno tempore corrigatur. Hac discreta & sancta dispensatione vsi sunt beati Apostoli Petrus & Paulus propter metum Iudæorū, ne ipsi scandalizarentur. Nam Paulus post conuersionem Timotheum circumcisum fecit, & ceremonias etiam exercuit Iudæorū; & Petrus coēgit quosdam Iudaizare gentilium. Vterque sanctus Apostolus simulans se veteris legis præcepta seruare; ne qui fideles ex Iudæis facti fuerunt, susceptam veritatis notitiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti Apostoli misericordi & pia compassione, non simulatione fallaci; quamuis legem post Euangelium nō esse seruandam minimè dubitarent. Vbi beatissimæ vitę viri intelliguntur non quidem commutasse cōsilium, sed ad horam pro aliorum salute suæ doctrinæ sententiam. Nam super hoc quod ipsi & alij aliter fecerant, & se, & alios postea correxerūt. Possunt etiam & debent fieri dispensationes, quibus Ecclesiarum & monasteriorum consuetudines immutentur; sed vbi postponitur minus bonum, vt quod est melius instituatur. In nullo autem malum fieri debet vel permitti, nisi in ea tantùm necessitate, vbi timetur, ne periclitetur fides, & illud postmodum corrigatur. Nam qui mala faciunt vt veniant bona, horū

iustam esse damnationem Paulus Apostolus protestatur. Si quis verò aliter in Ecclesia dispensationes facit, rationi simul & veritati contradicit: nec solùm lucernam ardentem non habet, verùm etiam aliorum ardentes extinguit. Et ideo non rectè dicitur Christi vicarius, sed dux est cæcorum ipse cæcus.

V.

Quæ tria Ecclesia specialiter habere debet. Ad eundem Papam.

ECclesia semper Catholica, libera, & casta esse debet. Catholica, quia nec vendi debet, nec emi: libera, quia seculari potestati non debet subijci: casta, quia nullarenus debet muneribus corrumpi. Quando enim Ecclesia vẽditur vel emitur, euacuatur fide: quia quod incomparabile factum est à Deo ab homine comparari posse æstimatur. Præterea qui vendit Ecclesiam, cupidum Iudam imitatur: qui autem emit illam, Iudæorum auaritiam sectatur. Iudas vtique cupiditate vendidit Christum, qui est caput Ecclesiæ, & Iudæi auaritia emerunt illum. Quando verò Ecclesia sæculari potestati subijcitur, quę ante domina erat, ancilla efficitur; & quam Christus Dominus dictauit in cruce, & quasi proprijs manibus de sanguine suo scripsit, chartam libertatis amittit. Hãc enim libertatis chartam Christus vindicauit in cruce, & suæ sponsæ Ecclesiæ per semetipsum dedit; vt homines alios per peccatum factos diaboli seruos, ipsa libera liberos & Dei filios faceret, & suos; qui sibi diligenter seruirent, & tanquam bonæ matri deuoti filij humiliter obedirent. Tunc etiam Ecclesiæ castitas omnino periclitatur, cùm corrumpitur ipsa muneribus, & ex casta & virgine sponsa Domini, quasi mulier publica veraciter facta dignoscitur Hoc enim est proprium meretricis, vt semper sub pretio redigatur. Hæc tria quæ diximus, propriè propria Ecclesia habere debet: quorum vnum si defuerit, falso nomine dicitur sponsa Christi, quæ velut paralytica iacet; nec ligandi, nec soluendi potestatem habet. Nam Christus pastor bonus sponsam fidelem quærit, respuit infidelem: liberam sibi sociat, abijcit ancillam: castam diligit, odit corruptam.

VII.

De Arca fœderis.

Goffridus Vindocinensis monasterij humilis seruus, dilectis in Christo discipulis Hamelino & Andreæ bona principia forte meliori terminare.

MVltis ac diuersis actibus sæculi deditus, fratribus, quos meæ imperfectioni diuina patientia regendos commisit, loqui vel scribere quæ debeo non possum. Iustum tamen est velle magis prodesse, quàm præesse: nec pastorem Ecclesiæ decet minùs de salute animarum, quàm de rerum administratione esse sollicitum. Vnde, licet animus meus pro consuetudine circa alia versaretur, vobis, quos specialiter diligo, quædam ad consolationem vestram religiosam credidi non tacere. Et quoniam de consolatione vestra proposui; vos salubriùs consolari, vel ædificare non valeo, quàm si pauca de plutibus, quę in veteri lege facta memorantur, vestræ humilitati studeam reuelare. De his autem quæ palàm sũt, & valde omnibus trita, differere superfluum æstimaui; quia & fastidium auditoribus generant, & eos culpabiles exhibent de contemptu. Illa tamen proferri necesse est, quæ & à vobis possint intelligi, & vitæ vestræ cõuenienter aptari. Igitur post Hebræorum de Ægypto profectionem: post maris rubri trãsitum, post Ægyptiorum extinctionem, quid Dominus ad Moysen, ad suorum vtilitatem præceperit, diligenter audiendum est, atque memoriter tenendum. Dicit itaque Moyses ad vniuersum populum, vt vnusquisque pro viribus conferens faceret tabernaculum. Collatio quidem illa non debuit fieri qualibet coactione, sed spontanea voluntate. Ait namque Deus ad Moysen, vt vnusquisque, sicut visum fuerit cordi suo, ea offerat quæ ad construendum tabernaculum sunt necessaria. In primis quidem de Hebræorum ex Ægypto profectione, de mari transitu, de Ægyptiorum extinctione mentionem feci: & quoniam ista quibusdam clausa sunt, ea reserare vtile, immo necessarium duxi. Quamuis enim realiter fuerint hæc omnia; latent tamen in ipsis mysteriorũ pretiosa monilia. Per Ægyptum namque, in qua, velut Dominus, Pharao principabatur, præsens sæculum, cuius princeps est satanas, designatur. Huius principis infelicissimum dominatum Hebræus, per quem signatur fidelis populus, proficiscendo, id est, proficiendo, Moyse duce sapienter deuitat. Qui Ægypto, præsenti scilicet sæculo renuntiat: & suum legislatorem Christum, eius inhærendo mandatis, dilectione amplectitur: neque amplius audit vocem alienorum, malignorum videlicet spirituum, sed suã, qua dicit, *Qui mihi ministrat, me sequatur.* Mare quidem rubrum, quod Hebræis fuit præsidium, & Ægyptiis dedit interitum, aqua baptismatis, vel lacrymabilis pœnitentia intelligitur. Quod idcirco rubrum dicitur, quia & in baptismate Christi sanguine consecratur: & in lacrymabili pœnitentia aliquando vsque ad sanguinem oculorum, nonnunquã autem vsque ad carnis macerationem peruenitur. In hoc itaque mari aduersarij nostri Ægyptij suffocantur, quia & per baptismum, & per pœnitentiam lacrymarum peccata & crimina nostra, quæ inter nos & Deum separant, mortificantur. Tabernaculum vnde loqui maximè cœpi, pellibus & cilicijs extrinsecus fuisse coopertum, intrinsecus verò auro & argento, ære atque lapidibus pretiosis, multisque alijs, de quibus dicendum per singula necessarium modo non arbitror, legimus adornatum. In tabernaculo etiam erat candelabrum, & arca de lignis Sethim fabricata, & intra arcam, vt legitur, lex, & manna, & virga Aaron continebantur. Tabernaculum significat Ecclesiam, congregationem videlicet iustorum: pelles & cilicia, quibus extrinsecus tegebatur, mortificationem indicant vitiorum: per aurum fides, per argentum confessio: in ære fortitudo exprimitur: in lapidibus pretiosis pretiosa vitę æternæ designantur eloquia. In candelabro bonæ intentionis manifesta operatio intelligitur. Per arcam memoria, per ligna Sethim munditia, per legem mandata Dei signãtur. Manna verò pietatis dulcedinem dicimus: sed virgam disciplinæ seueritatem. Præcipit benignus Deus in lege sua, pro nostra vtilitate, non pro sua necessitate, vt tabernaculum, id est, sanctificationis habitationem ei faciamus. Vbi verò habitatio ista facienda sit vel construenda, scriptura insinuat, cùm dicit: *Præparate corda vestra Domino.* Corda vtique nostra Domino præparamus, si sibi ea receptacula munda, quæ dignè inhabitare possit, exhibemus. Hęc etiam receptacula non vult sibi exhiberi cum aliqua difficultate, sed cum omni deuotionis hilaritate. Multùm discretus omnipotens Dominus, non velut importunus exactor, à nobis exigit quæ non habemus; nec eius iussio nos sibi cogit offerre quod debeat esse contrarium cordi nostro. Pellibus siquidem & cilicijs tabernaculum extrinsecus bene tegimus, cùm exterius & interius nostrum, carnem scilicet nostram, ita cum vitiis & concupiscẽtiis mortificamus, vt cor nostrum, quod tabernaculum Dei dicitur, eius illecebris minimè corrũpatur. Ornamus

Exod. 25. · Ioan. 12. · Hebr. 9. · 1 Reg. 7.

mus tabernaculum auro, si pura & integra fides est in corde nostro. Fides autem pura & integra hæc est, vt Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnum Deum & Dominum esse, sine aliqua hæsitatione, sed cum omni dilectione credamus. Licet enim Trinitas sit in personis, vna sola natura, vna sola substantia est Deitatis. Et quamuis alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: non tamen aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus: sed Pater & Filius & Spiritus sanctus tres quidem sunt personæ, vt diximus, & istæ tres personæ vnus est Deus, vnius solius naturę, vnius solius substantiæ atque essentiæ. Et ne in creatrice omnium creaturarum Trinitate, cui nihil est impossibile, aliquid huic fidei contrarium sentiamus, in humanis etiam creaturis eorum, quę dicta sunt, similitudinem habemus. In ipsis etenim creaturis quædam inueniuntur, quæ licet tria sint, & vnumquodque eorum propriam in se habeat personam, vnam, eandemque naturam habent, & vnam, eandemque substantiam. Veniamus itaque ad fontem, & fontis riuum consideremus: aquam etiam ab vtroque procedentem, quod videlicet stagnum vocatur, nihilominus videamus. Ecce fontem, riuum, & stagnum tres personas inuenimus: & licet sint tres personæ, vna tamen est aqua, & aquæ vna, eademque natura, atque substantia. Argentum ad decorem tabernaculi offerimus, cùm per veram & sanctam cõfessionem animas nostras ab omni contagione peccati & criminis mundamus. Sed vbi, & cui, & quando confessio ipsa fiat, scire debemus. Vbi? non apud hæreticos, sicut sæpe solet fieri; sed in Ecclesia Catholica vnumquemque Christianum necesse est confiteri. Cui? suo pastori præcipuè: si tamen talis est ille; qui sua & aliena vulnera curare sciat germana caritate; non per superbiam deregere & publicare. Quando? dum salus corporis manet, dum sua quisque vtitur potestate. Non debent homines, vt confiteantur, expectare suæ vitæ extremum diem: quoniam qui vsque in finem confessionem differunt, vix aut nunquam perueniũt ad salutem. De talibus enim dicitur in psalmo, *Cùm Deus occideret eos, tunc quærebant eum.* Psal. 77. Æs etiam in tabernaculo cum auro & argento solidamus, si in fide & confessione Christi fortes vsque ad finem huius vitę perseueramus. Multo quippe pretiosior est fides atque confessio, si eum ipsis contra aduersa omnia fuerit operis fortitudo. In ædificio tabernaculi lapides pretiosos ponimus & componimus, cùm verba sanctæ exhortationis ad inuicem proponimus atque exponimus. Debet enim alter alteri exponendo proponere vbi fuit, vbi est, vbi non est, & vbi erit. Vbi fuit; videlicet in paradiso, in beatitudinis loco, vbi omni munditia abundabat ac sanctitate, & perpetua, nisi primus homo peccasset, frueb atur immortalitate, vbi est; vtique in hoc mundo, sub iugo asperæ conditionis, vbi quotidie in lacu miseriæ versatur, & in luto fęcis. vbi non est; in ea scilicet mẽtis deuotione, qua beati Apostoli, Martyres, & Confessores, sanctęque virgines Deum ac Dominum nostrum multùm benignum Iesum dilexerunt, & pro eius amore mundum cum suo flore penitus contempserunt. vbi erit; in illo, inquam, valde tremendo die iudicij, vbi verbis ad loquendum compositis nemo alterum protegere, vel quasi tueri præsumpserit: vbi iniquitas verborum compositione colorari non poterit: vbi nulli excusare vel quicquã occultare licebit: vbi de ipsa conscientia accusator procedet & testis. Ibi certè semel accusari nihil erit aliud, quam æternaliter condemnari. Candelabrum ad honorem tabernaculi fabricamus, cum bonæ intentionis manifestis operibus aliis bonitatis exempla monstramus. Collocamus etiam in tabernaculo arcam, quando ad ea, quæ Dei sunt, nostram applicamus memoriam. Idcirco arca de lignis Sethim, quæ imputribilia sunt, dicitur fabricata; quia memoria nostrę corruptionis, vel cuiuslibet turpitudinis locus esse non debet; sed totius mundiciæ armarium, & castitatis sigillum. Arca quoque intra se legem perhibetur continere; quia nostra mens & memoria diuina mãdata assiduè debet obseruare. Manna præterea in arca continetur & virga. nam memoriæ nostræ & pietas inesse debet, quia humiles & mansuetos, vt in melius proficiant, conuenit obsecrari: & disciplinæ seueritas, qua superbos & immites corrigi necesse est & increpari. Correctio quidẽ nostra vel increpatio non cum ira & indignatione fieri debet, sed cum tranquillitate. Licet enim extrinsecus disciplina sæuiat, cor semper plenum sit caritate. Sciendum tamen est, quia delinquentibus aliquando irasci possumus & indignari. Sed iterum nõ obliuioni tradendum est, quia ira nostra, vel indignatio, vltionis executio esse non debet, sed magis absolutionis operatio. Ad hoc namque irasci, & indignari debemus, vt eos qui delinquũt ad satisfactionem, non ad desperationem prouocemus. Nõ enim in destructionem, sicut ait Apostolus, sed in ædificationem missi sumus. 2. Cor. 10. Cuncta ergo, fratres, quæ agimus iusta pietate, & pia seueritate pariter faciamus, vt & cætera quæ de tabernaculo dicta sunt, nihilominus tenentes, sanctum & immaculatum tabernaculum effici mereamur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui immensæ pietatis & summæ iustitiæ viuit & regnat Deus cum Patre & Spiritu sancto per æterna secula seculorum. Amen.

VIII.

Quid Baptismus, quid Confirmatio, quid infirmorum vnctio, quid Corporis & sanguinis Christi perceptio in anima Christiana operetur.

IN baptismate, per Spiritum sanctum datur remissio peccatorum. In confirmatione, Spiritus sanctus inuitatur vt veniat, & domum ipsam, quam sanctificauit, inhabitet, muniat, & defendat. Ipsi etiam Apostoli post baptismum acceperunt Spiritum sanctum, quem in ipso baptismo iam acceperant in remissionem peccatorum. Acceperunt iterum Spiritum & in die Pentecostes ad totius virtutis & scientiæ perfectionem. Hæc igitur vltima confirmatio fieri iubetur ab Episcopis, ad totius perfectionis similitudinem. Quæ idcirco fieri iubetur in fronte; quia perfectorum est, non in occulto, sed in manifesto Christi nomen semper habere. Apostoli vtique antequam hac vnctione vngerentur, & sancto Spiritu confirmarentur, nondum perfecti erant; adhuc timebant, & nondum Christi nomen in fronte gerebant. In vnctione autem infirmorum datur iterum per Spiritum sanctum remissio peccatorum, vt neque in vita, neque in morte desit Christianis Christi misericordia. In perceptione verò corporis & sanguinis Domini anima Christiana sanatur à vulnere vitiorum, & reformatur in statum salutis æternæ, & vnum cum Christo corpus efficitur.

IX.

Quid sit Sacramenti iteratio.

IBi reiteratur sacramentum, vbi idipsum iterum datur; quasi quod priùs datũ est, postea posse dari credatur. Verbi gratia, si aliquis baptizatus, iterum in aquis baptismatis mergeretur ea intentione, vt ab originali & aliis peccatis solueretur. Aliter enim non rebaptizatur, etiam si multotiens aliquis aquis baptismatis submergatur. Vbi verò propter aliud & aliud datur, non iteratur sacramentum, sed tribuitur

ad virtutis augmentum. Quamuis enim prius in vertice, & postea in fronte homo chrismate vngatur, nõ tamen iteratur chrismatis sacramentum: quia, vt superius diximus, propter aliud & aliud fit: sicut & baptismus minimè iteratur, etiam si multotiens post baptismum aquis baptismatis aspergamur. Inunctio infirmorum magnum sacramentum est, & ideo nulla est ratione iterandum. Sicut enim cætera sacramenta per Apostolos Christiana religio suscepisse creditur: ita & istud suscepisse ab Apostolica traditione minimè dubitatur. Omne autem sacramentum à Spiritu sancto, per doctores sanctos, in quibus ipse loquitur, iterari prohibetur: idcirco videlicet, ne medicina sancta vilesceret, & minus vtilis esset, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis inuenitur.

X.

De promissionibus quas pro consecratione, sub nomine professionis, Abbates faciunt Episcopis.

DEus & Dominus noster Iesus Christus, in Euãgelio monet & dicit, *Gratis accepistis, gratis date.* & quod monet verbo, facto compleuit. Ipse enim gratis nos creauit, & redemit misericordia. Suis itaque sermonibus monet, & docet operibus, munera sua, sanctæ videlicet Ecclesiæ sacramenta, & gratis accipi debere, & gratis dari: quia licet haberi possint, non possunt tamen comparari dona Spiritus sancti: & hæreticus esse ratione & auctoritate conuincitur, qui quod incompatabile factum est à Deo, credit vel actione prædicat posse comparari ab homine. Ideo Simon Magus hæreticus factus est, quia donum Dei se posse æstimauit pecunia possidere. Non est vtique venundandum vel emendum Ecclesiæ quodlibet sacramentum, quod est donum sancti Spiritus, ex quo, & in quo, & per quem diuina mysteria rite celebrantur, & peccatorum datur remissio, & sine quo nulla sanctificatur oblatio. Igitur Ecclesiarum & hominum consecrationes, siue benedictiones, omnino gratis fieri debent; nec quolibet ingenio pro huiusmodi facto quippiam exigatur; ne dum falsa quæritur beatitudo, vera miseria inueniatur. Sunt quidam Episcopi, qui pro benedictionibus Abbatum, sub nomine professionis ab eis exigunt, quod est Christianæ professioni valde contrarium. Nam cùm professio alia in diuina laude sit, alia pro peccatorum depositione; ista laudem Dei non facit, sed minuit, nec deponit peccata, sed apponit. Nec sacræ fidei professio recto nomine dicitur, sed execranda promissio, quæ claues Ecclesiæ agitare, & vnicum ac singulare eius ostium violare conatur. Ista neque veritate, neque auctoritate inuenta, sed consuetudine & hominum cupiditate reperta, triplici genere Simoniæ contra sanctam Ecclesiam iaculatur: quoniam Simonia à lingua, Simonia à manu, Simonia ab obsequio ibi committitur. Est à lingua, cùm publicè recitatur illa promissio: fit à manu, quando charta, quæ continetur, scripta ponitur super altare: fit ab obsequio, cum ipsum malè promissum subiectionis obsequium seruatur. Qui sic agit forsitan dicit, pro benedictione non quæro pecuniam: immo satis ampliùs exigit, quia hominis personam. Sicut anima plus est quàm corpus, ita corpus simul & anima, tota videlicet hominis persona, multo plus est quàm eius pecunia. Diuina lege & manifesta ratione probatur, quia benedictio minimè datur gratis, quã præcedit abbatis illa proscriptio, vt quod desiderat assequatur. Non enim faceret illam, si repulsam non pateretur. Illud etiam quod bonum est fit perniciosum, cùm promittitur non bene, vel malè suscipitur. Nam pecunia quam Simon Magus obtulit Petro, bona quidem erat, sed quia malè obtulit illam, damnatus à Petro prædicatur. Et ideo nec Euangelica, nec canonica, sed nauicularia est illa quæ dicitur benedictio, quam, quæ falso nomine vocatur, professio præcedit, siue subsequitur. Ibi venditur simul & emitur primum Ecclesiæ sacramentum. Christus etenim primus hoc sacramentum per semetipsum fecit; consecrationem scilicet Apostolorum. Præterea sciendum est, nec obliuioni tradendum, quod quicumque emit Ecclesiam, Iudæorum perfidiam; & qui vendit eam, traditorem Iudam imitatur. Iudæi etenim Christum emisse noscuntur, qui est caput Ecclesiæ: & eum vendidisse Iudas minimè dubitatur. Qui verò pro diuino mysterio munus exigit, Giezi sequitur discipulum Elizæi, & Naaman Syri lepram consequitur. Caueant igitur Episcopi & Abbates, qui ideo dicuntur Christi vicarij, quoniam Christi creduntur agere vices; ne contra Christi auctoritatem, qui gratis tribuit, & eius vocem, qui gratis dari monet & præcipit, cupiditatem siue consuetudinem sequatur, qua fides Ecclesiæ, libertas, & castitas simul corrumpitur. Non mediocriter vtique delinquit Episcopus, nisi gratis dederit; & Abbas, nisi gratis acceperit, similiter peccat; quia facientem & obsequentem par pœna constringit; & facinus quos inquinat, æquat.

Matth. 8.

XI.

De illis qui in Capitulo inordinatè clamant; & de his qui ibi inordinate respondent.

SÆpe inter monachos agitur, vt per eos, qui de aliis in Capitulo clamores faciunt, & per illos, de quibus clamores fiunt, animorum perturbationes, verba amara, contentiones nascantur; propter hoc maximè, quòd hi qui accusantur, modum responsionis, & hi qui accusant, modum accusationis ignorant. Nam cùm ex odio peccati, & ex dilectione fratris culpam tantùm notificare debeãt, qui accusant, non ita faciunt, sed minantur & increpant. Illi autẽ qui increpantur, cùm patientiam Christi, quia Christiani sunt & monachi, imitari deberent, qui coram tondente non aperuit os suum, nec in sua passione contra suos accusatores impios & mendaces verba contumeliosa protulisse, sed iudici, se licet iniustè iudicanti, patienter respondisse legitur; quod Christus fecit facere erubescunt: & Christum, & eius exemplum, nomẽque Christianum; suum etiam monachatum, summæ videlicet humilitatis signum, obliuiscuntur: & verba superba & litigiosa contra eos præparant, qui de ipsis loquuntur: atque malis prioribus peiora iungentes, suos similes adiutores inuocant, quasi iniuriarum vltores. Vnde, Deo auctore, quomodo, vel cui, filij & fratres nostri in Capitulo accusati respondere, & qui accusant quomodo accusare debeant, ordinare volumus. Ordinamus itaque, & ordinando sub nomine sanctæ obedientiæ præcipimus, vt alter alterius culpam sic in Capitulo notificet, quatenus eum minari non præsumat, nec increpet. Is verò, qui accusatus fuerit, aduersus suum accusatorem verbis quibuslibet non contendat: sed vnde accusatur soli Abbati, vel eius Priori humiliter atque veraciter respondeat. Liceat vnicuique qui accusatur, aut humiliter culpam agnoscere, vel si culpabilis minimè fuerit, se non audacter sed patienter excusare. Ordinationem istam, à Deo potiùs quã à nobis pro pace & quiete animarum & corporum fratrum nostrorum factam, si quis scienter violauerit, præter præsentium plagas virgarum, septem continuatis diebus absque indulgentiâ cibus ei detur solummodo panis & aqua.

Quæ

A

XII.

Quæ tria Pastoribus inesse debeant.

PAstoribus Ecclesiæ tria specialiter inesse debent, iustitia videlicet, discretio, & prouidentia. Vnumquemque igitur dispensatorem Ecclesiæ in iudicio iustum esse decet, discretum in præcepto; in consilio prouidum. Tribus istis præcipuè pastor Ecclesiæ & animarum saluti, & corporum necessitati prodesse potest. Quòd si vnum istorum defuerit, cætera duo aut minùs, aut nihil penitus prosunt. Nam si iustè iudicet pastor, & indiscretè præcipiat, ipsa indiscreta præceptio etiam iusti iudicij erit destructio. Quòd si discretè præceperit, & iustè iudicauerit, iniusta & iniqua adiudicatio fiet discretę præceptionis corruptio. Si verò & iustè iudicauerit & discretè præceperit, in consilio autem animarum prouidus minimè fuerit, improuida consilij præcipitatio erit & iusti iudicij & discretæ præceptionis dissolutio. Ea propter vnumquemque pastorem Ecclesiæ habere oportet & in iudicio veritatem, & dilectionem in præcepto, & in consilio sollicitudinem.

XIII.

Inuectio Dei contra peccatorem, & peccatoris confessio precantis misericordiam.

MIser homo, ego te feci de luto & vsque ad imaginem & similitudinem meam sublimaui †. Ita est bone: sola tua gratia ex fragili satis materiam immortalem & æternum, si non peccassem, me factum cognosco. †. Tantæ gratiæ ingratus, factus es contemptor obedientiæ †. Sic est Sancte, vt asseris: locum dedi inuentori meæ miseriæ. †. Deus & Dominus pro te seruo peccati factus sum caro, & ex animâ rationali & carne perfectus homo †. Quod profiteris, Conditor pie, & ipse profiteor: & hoc factum est ne perirê ego peccator. † Super hæc omnia, natus de fœminâ, captus, ligatus, verberatus, multas & multiplices passus iniurias, occisus etiam, vt Dei filium te facerem, qui Diaboli eras mancipium. †. Credo veraciter, Benigne, quod loqueris; sed sustinere vix valeo, confusus meâ magnâ & longâ iniquitate. †. Multa & multa circa te mea bona: multa & multa contra me sunt tua mala. † Vllâ ratione, Altissime, negare non possum tua verba vera esse, quia & tua bona, sicut verâ propositione proposuisti, circa me multa sunt; & contra te multa mea mala: & quod est culpæ grauioris, non me reum aliquando purè confessus sum, nec meum bene agnoui reatum. †. Nullis præcedentibus, vel subsequentibus meritis te custodem Ecclesię meæ fieri permisi, & pastorem. † Et ista quidem, miserator & misericors, veritate amplector; sed tuæ misericordiæ, & miserationi vtrumque confiteor, & antè fuisse, & postea esse me miserum peccatorem; & qui vehementer timere debeo, ne ex pastore lupum me fecerim, & ex custode latronem. Meam itaque miseriam non occulto, & tuam quæro misericordiam, omnipotentiæ & gratiæ immensæ. Tua igitur, Deus, gratiâ quâ factus sum, & quâ sum redemptus misericordiâ, mei miseri & peccatoris miserere, & beatitudinis illius latronis me participem facito, cui pendens in cruce dixisti; *Hodie mecum eris in paradiso.*

XIV.

Alia inuectio contra peccatorem, & pœnitentis peccatoris consolatio.

PEccator agnosce, & pœnitentiam age, quâ præsumptione côtra creatorem tuum & redemptorem egisti: quàm tepidè & negligenter in sancto ac sacro ordine longo tempore vixisti. Serue inutilis, recole beneficia Dei, & dilige. Appende peccata tua in quantum appendi possunt, & expauesce. Miser Ecclesiæ sanctæ minister, tracta apud te quid bonus Dominus fecerit tibi, & tu quid fecisti: multa bona contulit tibi, & tu multa mala commisisti. Hanc retributionem ipse te non docuit, nec tu ab alio sic doceri debuisti. Debitor Dei & tui deceptor, memento promissionum, quas summo Domino sæpius fecisti, & non bene tenuisti. Ipse multùm patienter te diu expectabit, & tu contempsisti: ipse te vocauit, & vocat, & tu ad ipsum redire noluisti: ipse te fugiéte fugientem sequitur, non propter peccata tua persequitur, & vt ad eum reuertaris, paterno affectu blanditur dicens: *Nolo mortem peccatoris, sed tantùm pœniteat & vitam consequatur.* Ezech. 3. Iterato peccaminum recordare extremi iudicij, & quanta ibi futura sit gloria Sanctorum, & miseria impiorum; vbi nec mala anima aliqua ex parte bonum inueniet, nec bona malum. Vas penitus peccatis confractum ingemisce, dum licet, & dum induciaris, lacrymabiliter plange quidquid côtra benignum Deum ac Dominum corruptus à Satana perpetrasti: & tuam magnam miseriam confitens, eius magnam misericordiam humiliter quære. Non plus homo peccator desperes de tua imperfectione, quàm pœnitendo præsumas de pietate illius, qui te redemit inęstimabili caritate. Miserum te quærit, non abijcit plenus misericordia: infirmum non respuit omnipotens medicina. Optat misericors misericorditer misero subuenire, ne iustum iustè contingat miserum condemnare. Pastor Luca 15. ille bonus lassam & sauciatam ouem non abiecisse, sed vexisse legitur: nec vexisse solùm, verùm etiam mori maluisse, quàm illa moreretur. Hæc Dei misericordiam sapiunt & pietatem: & peccatori occasionem auferunt desperandi. Vult enim Dominus vitam peccatoris, non mortem: perire peccatum, non hominem. Vnde vnicuique peccatori de magna Domini miseratione indulgentiam sperare licet, si se cognouerit peccatorem; & suis proximis compatiens de peccato pœnitere voluerit. En ego sum ille, Iesu pie, quem non meis meritis, sed tua gratia sola Ecclesię tuæ qualemcunque pastorem aut voluisti fieri, aut permisisti: & quem, licet indignum, ad pastoris vocasti officium, perire non sinas: sed inter cætera tuę gratię dona tribue, vt me veraciter peccatorem agnoscens, antequam de præsenti vita tollar, de peccatis meis tibi dignè satisfaciam: & quotiescumque cuiuslibet fratris mei peccato audiero, non superbè increpem, sed compatiar: & quamuis odio habeam peccatum, ipsum tamen diligam peccatorem. Sit mihi semper non modica de peccatore compassio, & contra peccatum moderata correctio. Absit vt odio culpæ perire faciam iura naturæ. Natura enim humana sibi indulgeri quærit, non vltra modum affligi: & quia satis citò per se labitur, eam erigi necesse est, non conculcari. Quod est Diaboli in homine Deus perire faciat; & quod suũ est, seruet ne pereat. A Diabolo culpa est, creatura à Deo. Diuina itaque moderatio in me suam etiam iustitiam temperet: ne dum quasi amore iustitiæ culpam persequi videor, perire côtingat creaturam, & si quem disciplinæ vinculis me ligare contigerit, non mea auctoritate eum premam; sed dignum faciam absolutione. Nullum

sub manu mea per nimiam tristitiam perire contingat; sed omnes potius per indulgentiam valeant liberari. Quod ipse præstare digneris, Iesu pie & bone, qui cum Patre & Spiritu sancto regnas & dominaris per sæcula sine fine mansura. Amen.

XV.

Lamentatio cuiusdam peccatoris accusantis se & iudicantis.

NOn tantùm me terret misera vita mea, quantû terrere deberet. nam anima mea propter sordidas cogitationes suas à fideli amico deiecta, & crudeli subiecta inimico, dum pium pastorem deseruit, facta est præda lupo: & quæ antè fuerat sponsa Christi, se in seruitutem redegit Antichristi. Peperit itaq; adultera tristitiam & verecundiam Deo, gaudiumque Diabolo atque victoriam. O multùm peccatrix & multùm infelix anima mea! cur pessimas cogitationes concepisti, quibus ignem libidinis, immunditiæ, & auaritiæ prudenter & scienter accendisti; quibus etiam iugiter, & non mediocriter exarsisti, & te gehennæ ignibus perpetuò cremandam tradidisti? Nonne legeras, & legendo audieras? immo legeras & intellexeras Apostolum dicentem: *Quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus in regno Christi & Dei non habet hæreditatem.* (Ephes. 5.) Habebas vtique, vnde, si voluisses, vtiliter cogitare potuisses, scilicet beneficia Dei, & quod tu contrà egisti. Meminisse etenim & cogitare debueras, quis est qui te fecit, & quod pro te fecit, & quid tu fecisti, & qualem tu te fecisti; quatenus aut amore creatoris tui, aut timore inferni peccare desisteres, & quod à te impiè actum est, pœnitendo defleres: vt si non requie digna, esses saltem aliena à pœna. Benignus Deus & Dominus ipse est, qui solâ gratiâ te fecit cùm non esses, sanctam scilicet & immortalem, si non postea propriâ voluntate peccasses. Nam ibi mortua fuisti, vbi ab eo peccando recessisti: ipse tamen vt maioris caritatis vinculis te sibi colligaret, quæ recesseras ab eo, & capta eras à Diabolo, te redemit: nec qualecûque pretium pro tuâ redemptione; sed proprium filium dedit; tibi quidem naturâ & veritate carnis & animæ similé, sed virtute & omnipotentiâ Deitatis longe dissimilem. Et quia vtrumque te quidem primùm & sociam carnem corrupisse Dei filius agnouit, vt vtrumque redimeret, vtrumque suscepit. Ecce pro te factus est homo Deus. Factus est seruus Dominus pro ancilla. Pro te factus est creatura creator: pretium tuæ redéptionis ipse redemptor. O infelix anima mea, indigna requie, & digna perditione, agnosce, crede, & piè confitere, quæ pro te miserâ, immo miserrimâ Deus sustinuit in carne assumptâ! Conceptus siquidem in virgine matre, comite & cooperante Spiritu sancto, eodemque duce virgineo egressus de vtero speciosus forma præ filiis hominum, nouus homo venit in mundum: ibi pro te multas modico tempore passus iniurias. O impia & crudelis, quando superbè & sordidè cogitabas, vbi erat memoria dominicæ passionis & crucis? vbi spinea corona capiti tui creatoris infixa? vbi eius cara facies sanguine profluente de capite cruentato suffusa? vbi ligaturæ, quibus pro te nimis crudeliter ligatus est pius & humilis Saluator? vbi alapæ palmarum? vbi plagæ virgarum, & pugnorum ictus, & impiorum sputa Iudæorum, quæ pro te sustinuit mâsuetus redemptor? vbi crux ei imposita ad opprobrium eius, in qua & ipse crucifixus est? vbi loca clauorum? vbi poculum fellis? vbi latus lanceâ perforatum? Hæc omnia credis & discredis: confiteris & diffiteris. Credis corde, confiteris ore: sed discredis & diffiteris operatione. Habes itaque fidem, sed mortuam. Nam fides mortua est sine Dei dilectione. Si credis & non diligis, Diabolum imitaris. Credit enim Diabolus, & Dominum confitetur: & quoniam illum non diligit, nec vel vnius momêti remedium habet, & fine caret eius supplicium. O inuerecunda, sordida, nequam! veraciter sic egisti. Credidisti quidem, & adhuc forsitan credis: sed Deû minimè dilexisti. Quem si dilexisses, odisses vtique Diabolum, & acceptam notitiam veritatis diligenter obseruans, nec primam fidem irritam fecisses, nec secundam. Abrenuntiaueras siquidem Diabolo in baptismate: in monasticâ autem professione, Diabolo simul & sæculo. Sed iam nec prima professio tua Deo grata erit, nec secunda; quia periurium pariter commisisti & sacrilegiû. Periurium, dum quod Deo iurauerasnon tenuisti. Sacrilegium, dum ei, cui te deuoueras, abstulisti. Quæ non te solam, verùm etiam carnem sociam ita voluntati & cupiditati turpissimi & fœdissimi corruptoris exposuisti, quòd vniuersa tui corporis membra vasa vitiorum fecisti. O superba & inflata, cuius bona opera non spreuisti? Tua verò, quæ vix aliquid, vel penè nihil bonitatis habebant, semper admirando laudasti. Cùm millies & millies aut cogitatione solâ, aut cogitatione simul & actione fuisses corrupta, te quasi coloribus castitatis pingebas, & cùm immundissima esses, pudica dici gaudebas. Quòd si aliquando te ream confitens accusasti, auditori potiùs, non Deo auctori placere desiderabas. Filia Diaboli, violatrix templi Spiritus sancti, quid de te dicam, immo quid dignè contra te proferam, quę pene te totam, vel penitus totam abstulisti Deo, & contulisti Diabolo? Memento captiua, quo pretio fuisti redempta, cuius sponsi fueris sponsa: quàm pulchra, quàm sancta cum eo semper mansisses, si ei fidem seruare voluisses. Memento etiã vnde, & quò cecidisti. Vocatione vtique & electione Dei vsque ad cælum ascenderas; & in infernum corruisti. O quàm pessimam sortem sortita es, quæ crudelissimum damnatorem tuum secuta, totius bonitatis auctoré reliquisti! Deus tuus, Dominus tuus, conditor & redemptor tuus, amplius quàm seipsum tibi conferre non potuit, vel melius. Primùm quidem quando te fecit, tibi dedit seipsum. Postea cum peccato perdita esses, se tuæ redemptionis contulit pretium. Tu certè peccasti; & ipse tui pœnitentiam fecit peccati. O multùm ingrata! abnegasti benignû redemptorem, qui pro te, ne perires, mortuus est; & terribilem inimicum tuum, qui per linguas Iudæorum, & manus militum eum interfecit, tibi Dominum elegisti. Sancto fonte olim extinxeras, & suscepti ordinis sanctitate extinctum continueras, quem ad tuam perpetuam pœnam peccando suscitasti. Quandiu cum bono Deo & pio Domino fuisti, eras contra Diabolum fortis, & debilis contra te erat Diabolus: tu sana, ille infirmus: tu domina, ille seruus. At postquam ab eo recessisti, qui te suâ bonitate creauit, & inęstimabilis caritatis dilectione redemit; contra te spiritus fornicationis erexit caput, & intra viscera tua se totum immersit. Ibi pessimus fornicator fœdâ nimium pollutione te maculans, & ad te cum multitudine dæmonum sæpius intrans, fœtida in te vestigia dereliquit. Itaque veneno libidinis imprægnata concepisti dolorem, & iniquitatem peperisti. Talium coniugum est partus monstruosus, horribilis, turpis, immundus. Væ tibi misera, quæ tui vilissimi serui ancilla facta es, & fornicatoris pessimi concubina. O vilis facta nimis, vbi speras? quid expectas? iacere in sordibus est damnabile: surgere de sordibus est tibi impossibile: dic mihi, si nosti, à quo tibi consilium, per quem auxilium, ad quem refugium? Non vales accedere ad Sanctos, quia ligata es, nec inuocare eos, quia muta es. Quòd si etiã tibi loqui dignarentur; non audires eos, quia surda es. Quid facies? quod tibi remedium inuenies? Multa & multa

multa sunt peccata & crimina tua. his tamen omnibus maior est Dei misericordia. Omnipotẽs est Deus, pius est, cuius omnipotentia & pietas immensa neminem patitur desperare pœnitentem. Agnosce igitur infirmitatem tuam: confitere te propria iniquitate damnatam: & si ad piscinam salutaris aquæ, in quam Angelus Domini descendebat, propriis pedibus non potes venire, saltem bonæ voluntatis gressibus accede. & si vociferari vel loqui non potes, respirare & suspirare adhuc potes. Respira tandem, & ex intimo corde suspira, & fortassis inuenies te Christus suspirantem, qui hominem triginta octo annos in infirmitate habentem inuenit; & tuæ infirmitati compatiens, prout pius & benignus consueuit, dicet tibi, *Vis sana fieri?* Quòd si miseriam & impotentiam tuam humiliter confessa fueris, & omnipotentiam firmiter credens agnoueris suam, quod illi exhibuit, & tibi exhibebit: & quod Mariæ Magdalenæ pœnitenti, & lacrymis peccata confitenti minimè negauit, nec tibi negabit. Et qui leprosum mundauit humilem, omnem lepram peccatorum & criminum tuorum mundabit: & te quasi quatriduanum mortuum, etiam iam fœtentem, de sepulcro miseriæ, & de luto fæcis suscitabit, & solui præcipiet Iesus Christus Dominus noster, qui immensæ pietatis & omnipotentiæ Deus, viuit & regnat cum patre & Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

XVI.

ORATIO AD IESVM.

IEsu bone & pie, fili Dei viui, & Dauid, te adoro, te laudo, te glorifico. Tibi omnipotenti Deo, creatori meo piissimo, summo & vero sacerdoti, & tuæ beatissimæ matri Mariæ semper virgini, & omnibus sanctis tuis, confiteor me moltùm miserum & peccatorem, & qualem tu nosti. Sicut meis meritis iustificari nec possum, nec potui; sic tuâ magnâ misericordiâ me posse saluari profiteor; de cuius magnitudine præsumens in te speraui. Possem quidem desperare, quia aliter vixi quàm debui: sed illa tua magna miseratio me desperare non patitur, quæ de cælis deposuit ad terras, ne perirem. Saluum fac quæso, benigne Iesu, seruum tuum, quoniam sperauit in te: & omnes qui sperant in ipsum orate pro me: vt si non ad præsens requie dignus, saltem ab æternâ pœnâ, ipso miserante, alienus inueniar.

XVII.

Oratio ad Matrem Domini.

O Maria gloriosa
Iesse proles generosa,
Per quam fuit mors damnata,
Atque vita reparata.
Virgo semper pretiosa,
Super omnes speciosa;
Stella maris, cæli porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Templum sacrum Saluatoris,
Refugium peccatoris,
Mundi salus, mors peccati,
Summi facta parens nati.
Quæ filium habes regem,
Qui diuinam dedit legem:
Tu mater, tu sponsa Dei,
Mei miserere rei.
De conualle lacrymarum,
Pressus mole peccatorum,
Ad te clamo, Virgo pia,
Sis mihi dux, atque via.
Quem tu benedicta regis,
Obseruat præcepta legis,
Deum amat, Deum credit,
Nunquam ab illo recedit.
Rege, quæso, me miserum,
Sanctissima mulierum,
Vt diuinæ memor legis
Sim ad velle magni regis.
Qui per suam caritatem,
Præstet mihi castitatem:
Et mundus ab omni sorde,
Hunc diligam puro corde.
Hic cuius est semper esse,
Scit quid mihi sit necesse:
Meam scit infirmitatem,
Quam sanet per pietatem.
Est hæc mea infirmitas,
Peccatum & iniquitas:
Cicatrix mei vulneris,
Obduratio sceleris.
Morbo peccati langueo,
Qui me curet non habeo:
Sola misereri mei
Potest medicina Dei.
Peccans corde, peccans ore,
Recessi à Creatore:
Sed succurre mihi reo,
Mater eius sancta Virgo.
Fac mihi propitium,
Quem genuisti filium:
Pro me apud ipsum ora,
Et succurre sine mora.
Qui assumpsit ex te carnem,
Exaudiet tuam precem:
Nihil tibi denegabit,
Quem mamilla tua pauit.
Et cui inter cunabula
Cara dedisti oscula,
Quicquid illum petieris,
Impetrare poteris.
Deus puer ex te natus,
Et filius nobis datus,
Mundet sua pietate,
Me ab omni iniquitate. Amen.

Hymnus de sancta Maria Magdalena ad Vesperas.

MAria pœnitentiæ
Forma lapsis, spes veniæ,
Vt nos auctor bonitatis
Iam sepultos in peccatis
Resuscitet, obtine.
Ora pro peccatis nostris,
Iustificata peccatrix,
Eo mentis studio,
Quo æterno, viuo, vero
Supplicasti Domino.
Irrigauit te, Maria,
Christi pietatis vnda
Qui te lauit & mundauit,
Nos abluat à peccatis
Charitatis gratiâ.
Hæc infirma ad medicum
Venit, quærens remedium:
Prosternitur, non loquitur,
Sed lacrymis confitetur:
Sic agit negotium.
Plenus misericordiâ
Dat medicus remedia,
Nulla respuit vulnera
Omnipotens medicina:
At vult cordis intima.
Offert hæc pœnitentiam,

Hic confert indulgentiam:
Fugat septem dæmonia
Septiformis clementia,
A conuersâ fœminâ.
Pœnitentis deuotio
Peccatorum remissio
Fiat nobis, summo Deo,
Qui est nostra redemptio,
Laus, honor & gloria. Amen.

Ad Nocturnos.

MAria quædam nomine,
Magdalena cognomine,
Arte seducta dæmonum,
Peccatrix fuit nimiùm.
Quæ specie intumuit,
Et turpiter succubuit,
Superbæ mentis vitio
Venit carnis corruptio.
Crimen quidem est grauius
Mentis, sed carnis turpius:
Dum turpius erubuit,
Quod est grauius timuit.
Quærit ancilla Dominum,
Optat infirma medicum:
Obtulit hæc obsequium,
Hic contulit remedium.
Mirifica potentia,
Et pietatis gratia,
Quæ in ista peccatrice
Vulnus sanauit vulnere.
Gloria sit Patri summo,
Laus eius vnigenito,
Honor Spiritui sancto,
Trinitati, vni Deo. Amen.

In matutinis laudibus.

ET miseras & miseros
Vocat Deus misericors,
Omnes ad pœnitentiam,
Et pollicetur veniam.
Contemptor pœnitentiæ
Solus est expers veniæ:
Factor misericordiæ
Christe, nostri miserere.
Immensa tua bonitas
Mariæ dedit lacrymas:
Per lacrymarum fluuium
Fluxum restrinxit criminum.
Hæc subdita dæmoniis,
Atque dedita vitiis,
A te priùs obtinuit,
Quicquid tibi exhibuit.
A te cordis compunctio,
Et capillorum tersio,
Et pedum osculatio,
Et vnguenti effusio.
Totum tuæ pietatis,
Quod fecit hæc pro peccatis,
Quod pro nostris faciamus,
Da, pie, ne pereamus.
Deo Patri, & Filio,
Spiritui paraclito,
Honor, virtus, & gloria
In sempiterna sæcula. Amen.

Goffridi Abbatis Vindocinensis Opusculorum Finis.

A

GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS S. PRISCÆ CARDINALIS Sermones.

IN NATIVITATE DOMINI.

B

SERMO I.

HODIE, dilectissimi, venerabilis & vniuersalis regina Angelorum & hominum virgo Maria, quem verbo concepit Angelico, clauso vtero natum mundo edidit Saluatorem. O cum gaudio & fide admiranda Natiuitas! Ecce mulier sine coitu concipit, grauida sine grauitate efficitur, parit sine dolore. Virgo sancta ante partum, in partu virgo sanctior, sanctissima virgo post partum. hæc sola lætitiam matris simul obtinere meruit, & gloriam virginitatis: de cuius castis visceribus, Deus homo factus ad nos venit, in sinu Virginis matris beata vbera quibus piè nutrie- C batur filiali dilectione appetere non dedignans Et nos, fratres, Dei & hominis natiuitatem deuotione celebrantes exultemus: quia hæc Dei & Domini nostri natiuitas perditum vitæ remedium hominibus reddidit; nouum intulit cælo gaudium. Reparatio generis humani facta est mors peccati: diaboli confusio, exspoliatio inferni. Hæc, inquam, ineffabilis, cara Angelis, hominibus necessaria Dei natiuitas, hominem primum seruum Diaboli per inobedientiæ peccatum, liberum fecit: eumque, vnde ceciderat, reduxit ad paradisum, non minùs glorię obtinentem, quàm antequam peccasset, habuerat. Ad deiiciendum hominem potens fuit inobedientię culpa; sed ad illum erigendum dominicæ natiuitatis potentior extitit gratia. Valuit equidem inficere D antiqui serpentis venenosa astutia; sed infectum curauit nati Saluatoris præpotens medicina. Inimicus Dei & hominis Diabolus miseriæ inuentor extitit; sed Deus factor misericordiæ. Ille sua fraude hominem miserum reddidit; Deus compatiens misero, ne miser in miseria remaneret, misericordiam fecit: & qui priùs peccantem Angelum iustè damnauerat, ab eo seductum hominem misericorditer respexit. Peccauit Angelus, & à Deo in æternum damnatur: peccauit homo, & Deus in tantum illi compatitur; vt non solùm pro illo incarnari & nasci dignaretur, sed mori. O mira & inenarrabilis circa hominem Domini pietas! O valde districta, sed omnino iusta contra Angelum Dei seueritas! Iustus itaque & pius Dominus & contra Angelum egit seueritate, & E erga hominem pietatis amore. Vterque peccando corruerat; sed Angelum ad pœnam Deus deputauit æternam censura iustitiæ; & hominem reuocauit ad gloriam intuitu misericordiæ. Prouida namque & rationabili Dei dispensatione actum est, vt cuius gradus fuerat altior, eius casus fieret grauior: & qui nullo alio, nisi seipso, suadente vel decipiente, nec carnem portabat humanam, de qua forsitan, licet iniustè, materiam peccandi posset contrahere; sed sola iniquitate superbiæ, suæ perditionis factor fuit, & alterius culpæ; dum in illo superbia cepit initium, eius careret fine supplicium: nec vlla deinceps ratione ei liceret habere spem veniæ, qui inuentor extitit & manet auctor tantæ nequitiæ. Homo verò inexcusabilis,

cusabilis, quia peccauit per inobedientiam, & interrogatus culpam confiteri distulit, deiectionem meruit & ruinam. Et qui antè in paradiso solam beatitudinem nouerat, cùm se per peccatum diabolo mancipatum cerneret, & diuersas in mundo experiretur miserias, nimia infelicitate compulsus amissam felicitatem plangere cœpit conuersus ad lacrymas. Gemebat homo reus sub onere reatus; nec suis lacrymis à peccato valebat ablui; quia lacrymas illius miseri superabat magnitudo peccati. Sed Deus reum saluare volens & damnare reatum, nuntiante Angelo, & superueniente Spiritu sancto, in vterum virginis descendit; & in qua pro homine pateretur, carnem assumpsit. O stupenda, & fidei ac dilectionis brachiis amplectenda assumptio, per quam factura factori, natura creata vnitur creatori. Deus pro homine homo, misericors efficitur pro misero; iustus pro peccatore damnatur, pius pro impio! O inæstimabilis diuinæ pietatis miseratio, per quam natus Dei filius mundo apparuit: & cùm esset Dominus omniũ, vt à morte seruum redimeret, immortalis mortem suscepit: sed quia beatæ vitæ mors dominari nequiuit, die tertia Dominus resurrexit. Morte sua Saluator noster hominem suscitauit peccato mortuum: resurgens à mortuis non solùm illi paradisum reddidit, sed contulit cœlum. Incarnatio itaque Redemptoris nostri, natiuitas, mors, & resurrectio, nostræ salutis operatio fuit, & diabolicæ artis destructio. Sua præterea incarnatione benignus Iesus nobis humilitans exemplum proposuit. Natus apparens mũdo & loquens hominibus, sapientiæ suæ doctrina nos instruxit, morte sua nos docuit patientiam: resurrectione inuitauit ad gloriam. Igitur, dilectissimi fratres, quæ sursum sunt diligamus, non quæ super terram; & sanctis operibus Redemptorem nostrum sequamur ad gaudia æternę felicitatis, quò nos ipse in carne nostra præcessit, & vocat sedens ad dexteram patris. Ipsum etiam pro nobis apud patrem intercedere toto corde credamus: quia nisi eius sanctissima intercessione & virtute muniamur, diabolo non valemus resistere, qui vires suas mutauit quidem, non amisit defectus. Verè orat pro nobis Dominus in carne quam assumpsit pro nobis. Nec mirandum, si patri suo preces propitiationis pro salute hominis exhibet, qui homo fieri voluit, ne homo periret. Non dedignatur pius Dominus in cœlum assumptus, hominem iuuare in terris, quem & à peccato mundare vult, & secum regnare in cœlis: illumque tanto amore amplectitur, vt si eum adhuc pro illo mori iustitiæ iura exigerent, pietatis sibi viscera non deessent. Non debet homo desperare de proprio lapsu, cui Deus compatitur tantæ dilectionis affectu: nec iterum sine timore sperare; ne sumat occasionem peccandi de magnitudine misericordiæ. Culpabilis est valde homo ille; ille, inquam, omnino culpabilis, qui de pietate Saluatoris se facit impium: & eius beneficium dilectionis vertit in iniquitatis augmentum. Christianæ fidei obuiat, & derogat pietati, qui præsumens de misericordia Dei securiùs peccat; vel spe agendæ pœnitentiæ peccata cumulat. Diuina enim misericordia, & pœnitentia, quæ ab illa nobis tanquam infirmis porrigitur medicina, remedia sunt peccandi, non incitamenta peccati. Cum timore pariter & amore, fratres carissimi, admiremur & admirandu intelligamus collata nobis diuinæ dilectionis & gratiæ munera pretiosa, & peccatis nostris perfecto odio renuntiemus. Perfecto odio peccatis renuntiare est, se qualem illum Deus fecit diligere; & qualem seipse peccando fecit, odisse. Ponamus ante faciem animæ nostræ, & in memoria fixum teneamus, quàm admirabili gratia, antequam essemus, Deus nos condidit: de quãta miseria, & quanta eius misericordia liberati po-

A stea sumus: & illum, qui hodie de sua sanctissima virgine matre gloriosa Maria natus est nobis, totis visceribus diligamus. Qui nos, licet reos, & diligit, & nostros odit reatus, quos ipse suæ pietatis gratia mundare dignetur Iesus Christus Deus & Dominus noster, cui est cum Patre & Spiritu sancto omnis honor & gloria per omnia sæcula sęculorum. Amen.

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO II.

HOdie, dilectissimi, Redemptoris nostri facta est quædam specialis, & singularis operatio: B quia ipse natus est de matre sine patre in sęculo, qui ante sæcula sine matre de patre natus est, ad nos veniens de cœlo. Natus est itaque de fœmina virgine, omnipotentia diuinitatis ordinem naturę transgrediens, & honorem suæ honestissimę matris, pudicitiæ & virginitatis sigillo custodiens. Non est iam ampliùs miseris desperandum de venia, si tantùm admissorum pœniteant, quibus hodie in humana carne nascitur de virgine misericordia. Hodie medicina de cœlo datur mundo, per quam infirmæ & peccatrices animæ sanantur: & damnata atque facta deformis peccato humanę conditionis natura, in statum pristinum reformatur. Hodie de splendida stella radius satis splendidior ad tenebras processit; qui inibi residentes homines magno & admirabili ful- C gore irradians, honorans creaturam, & consumens culpam, ad patrię cœlestis claritatem prouexit. Hæc, dilectissimi fratres, de nostri Saluatoris omnipotentia & pietate diligenter considerantes, non desperemus magis de nostris excessibus, quàm de illius bonitate pœnitentes præsumamus. Fructuosa est valde, sed de Domini pietate præsumptio: cùm priùs pœnitendo accusatur anima, & sanatur: proditur peccatum, & deletur: & qui ante peccator extiterat, ex peccatore iustus efficitur. Talis namque præsumptio iudicem mitigat, non prouocat; cuius est intentio ab accusatore diabolo accusatum hominem liberare, ne pereat. Et si aliquando pius dominus nobis peccatoribus indignans irascitur, ad hoc facit, vt suæ indignationis terrore nos conuertat; & eius ira D vel indignatio, non executio vltionis, sed magis peccatorum nostrorum absolutio fiat. Verè bonus & benignus est per omnia Dominus, cuius indignatio artem exhibet piæ & compatientis iustitiæ; & eius ira est operatio iustè consulentis misericordiæ. Huius piissimi Redemptoris nostri est incomparabilis amicitia, incomprehensibilis patientia; qui hominem, pro quo passus est mortem, quotidie peccantem patitur, diu expectat, & vt reuertatur ad ipsum, non solùm veniam, sed mercedem pollicetur. Homini itaque peccanti, sed pœnitenti, non quia peccauit, sed quia pœnituit, Dominus indulget. qui si non peccasset, nunquam pœnitere de peccato potuisset; & quid creaturæ creator dimitteret, non haberet. Est igitur bonum hominem peccare, qui pœnitet? Non, E inquam: sed bonum est eum pœnitere qui peccauit, & non peccet. nec iterum peccabimus, vt Deus ignoscat? absit. Sed peccata quæ facimus, vt deleat, confessione prodamus, & tegamus pœnitentia, ne ipse agnoscat. Aliquando tamen bonus & pius Dominus, ad ostensionem suæ bonę voluntatis, qua semper circa peccatores, quasi quodam pij patris affectu hæret, ne ad pœnam tradat errantes, cùm nos, qui nec bonis benè vtimur, de medicina nostra facimus plagam, ipse de vulnere nostro nobis adhibet medicinam. De medicina etenim nostra miseri & insipientes vulneramur, cùm de abstinentia, vel qualiber virtute nostra, quæ medicina esse debuit animę, superbimus. Sed misericors & omnipotens Deus

A de vulnere nostro medicinam operatur, cùm in luxuriam corruentes, non quia sit luxuria superbia grauior, sed quia turpior esse videtur, nos humiliat: & sic in nobis vulnus de vulnere sanat. Iste veraciter verus & plenus pietatis visceribus medicus, nostræ infirmitati omnino compatiens, pro exhibenda nobis infirmis sanitate nullum exigit pretium: sed si tantùm ab illo sanari desideramus, mercedem promittit, seipsum videlicet, & tribuit. Venit de cœlis cœlorum conditor, hodierna die, vt suprà diximus, de Virgine matre natus, qui contra superbientes & impœnitentes Angelos sententiam protulit damnationis, & pœnitentibus hominibus attulit absolutionis remedium. Licet, fratres carissimi, hunc sacratissimum diem in laudem dominicæ natiuitatis totum B debeamus celebrare festiuum, & in hac tam iucunda solemnitate tristitia temporali, seu mœrore carnali affici non oporteat, pro quo hodie natus est Christus, Christianum: tamen si placet, quod satis placere debet, aliquid vel parum loquamur de pœnitentia, sine qua peccatoribus nulla prosunt sacramenta, nulla ab eis dignè festa celebrantur. Dicamus priùs quid est pœnitentia, quo agenda sit fructu, quo tempore, & qua mentis intentione. Pœnitentia est præteritorum humilis satisfactio peccatorum, & cauendorum prouida sollicitudo futurorum; finis & odium mali, quoddam initium & amor boni. Fructus pœnitentiæ est magnus, vtilis pariter & necessarius. Nam pœnitentia præcedente bonitate diuina, vt iustus fiat, vertit peccatorem: hominem à diabolo victum, diaboli facit victorem. C Delicta lasciuæ iuuentutis Deum meminisse non sinit, nec ignorantias pueritiæ: senes etiam longa peccandi consuetudine deceptos reparat; sed virtute potiùs mentis, quàm corporis nouitate. Pœnitentia si quidem more fidelis ostiariæ gerens officium, ostium paradisi peccantibus clausum, quando vult, aperit; & quos pœnitentes agnoscit, recipit intra: impœnitentes verò nec prece, nec pretio intrare permittit: sed quia mortem dilexerunt, eos penitus excludit à vita. Eo agenda est pœnitentia tempore, quo salus corporis manet, quo sua quisque vtitur potestate. Ad agendam pœnitentiam non debemus expectare vitæ nostræ extremum diem: quoniam qui vsque in extremum diem pœnitentiam differunt, via aut nunquam perueniunt ad salutem. D Fit plerumque in miseris hominibus, quòd eorum vita per voluptatem carnis expenditur: sed cùm repente voluptas ipsa subtrahitur, cùm caro infirmitate atteritur, cùm iam egredi anima vrgetur; tunc quasi ad benè viuendum salus amissa ab illis requiritur, quibus pro voluptate breui perpetua pœna debetur.

Psal. 77. De talibus enim dicitur in Psalmo: *Cùm Deus occideret eos, quærebant eum.* Certè nimis tardè ante iudicem, qui facit omnia iustè, suam quisque causam exponere cœperit, cùm in se prolatam tristem & immutabilem suę damnationis sententiam ab illo susceperit. Igitur dum licet, & agendæ pœnitentiæ tempus conceditur, nos otiari non decet, nec nimiùm esse securos; quibus pro meritis singulorum, post vitam, quę breuis est, & eius breuitas incerta, aut sem- E piterna felicitas reseruatur, aut miseria sine fine mãsura. Ea mentis intentione pœnitentiam agamus, vt inde non affectemus laudes hominum, sed soli Deo de bono pœnitentiæ placeamus, cui displicere veraciter non possunt pœnitentes, & sine pœnitentia placere vlla ratione peccantes. Ita præterita peccata nostra plangamus, vt nulla deinceps plangenda, auxiliante pietate diuina, faciamus. Pietas enim diuina auxiliari desiderat, si homo non differat pœnitens confiteri, occasionem quærit vas confractum reparandi, non conterendi quassatum; & vt peccator ad Deum conuertatur, patienter expectat; vt se Deus

A ad peccatorem conuertat. Nostros gemitus optat, sed temporales, vt remittat perpetuos. Ab oculis nostris breuis huius temporis lacrymas exigit, vt sancti Spiritus vnctionem super nos effundat: quæ & à nobis in præsenti omnem maculam, & ab oculis nostris in futuro omnem lacrymam tergat. Non est, fratres, de Domino tantæ pietatis desperandum; nec ab illo, sed ad illum fugiendum, qui magis voluntarius creditur ad ignoscendum, quàm diabolus ad suggerendum fuerit, vel homo ad peccandum. Quod hîc à nobis dictum est de pœnitentia, non erat prætereundum; quæ sola medicina peccati hominibus relinquitur post baptismum. De natiuitate Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, vnde tractare proposuimus, quamuis vita nostra non mereatur; & B facundia ad loquendum non suppetat: & parùm vel penitus nihil scientia nostra suffragetur; tamen de dulcissima Domini caritate, & pia eius patientia ampliùs præsumentes, quàm de nostra desperantes imperfectione; prout ipse indignis sæpe tribuit, digna loqui donauerit, prosequemur. Solemnitas hæc quę hodie à Christiana religione annua celebratur, iocunditatem mentis magis, quàm carnis afflictionem requirit: quia hodierna die valde iocundari & lætari oportet; qua homo perditus inuentus est, & qui mortuus fuerat, reuixit. Natus est hodie Deus factus homo, pro nobis modico tempore multas passus iniurias, qui cùm in cruce positus esset ab illis, pro quibus venerat, de sacratissimo eius latere lancea vulnerato, vnda potiùs pietatis exiuit, quàm sanguinis. O C humana impietas, nisi à Deo permissa, omnino impotens, audi & intellige quæ pro te & à te pertulit Deus omnipotens. Tuis extendis manibus, quas faciens ille sacrauerat, non est alligatus cruci, sed clauis affixus, vt maiori dolore eum constringeres, qui venerat vt te ab ęternis doloribus liberaret, & grauiorem in eum exerceres vindictam, qui nullam commiserat culpam. Tu quidem contra eum impiè sæuiens, sed in hoc etiam ipse tibi piè compatiens, idcirco sustinuit grauiora tuæ crudelitatis tormenta, vt tibi, qui eum oderas sine causa, maiorem dilectionem ostenderet: & per memoriam tam iniuriosæ passionis, quasi quibusdam misericordiæ clauis animam transfigeret peccatricem, vt vel sic reuocaret errantem, ne periret. Pius ac benignus D Deus, cùm in cruce se sitire perhiberet, & ab illo infideli populo accepisset amaritudinem fellis, pro illis orans dulcedinem exhibuit caritatis. Nec tunc multum humilis dispensator nostræ salutis, tam vitis vel aquæ calicem, quàm populi se interficientis sitiebat salutem. O inæstimabilis Dei & Domini nostri Iesu Christi circa peccatores benignitas! ô ineffabilis misericordia! ô misericordia inenarrabilis! ô admirabilis patientia! Quæ enim maior benignitas, siue misericordia, humilitas vel patientia peccatoribus exhiberi potuit, quàm vt ipse Deus se contemnentis fieret pretium hominis: ita vt contra Deum peccaret homo, & Deus pœnitentiam faceret pro peccato: homo etiam contra Deum sæuiret; sæuienti etiam Deus propitiaret: E formam serui cœli & terræ Dominus assumeret, in qua ipse panis verus esuriret, fons viuus sitiret, virtus firmissima infirmaretur, immortalis vita pro suo interfectore moreretur? Quicquid boni in terra exhibuit Deus, pro homine fecit: & quicquid mali sustinuit, ab homine & pro homine fuit.

Quid ad hæc, fratres, cogitabimus? quid dicemus? quid faciemus? cùm Deus talis sit circa nos, quòd melior esse non possit; & nos tales contra eum simus, quòd pœnè peiores esse non possumus? quò ibimus? quò fugiemus? aut quem consiliatorem aut auxiliatorem contra iustum iudicem Deum nos iniusti habere poterimus? Nullum penitus, nisi ipsum.

Ab

Ab illo ergo consilium & auxilium dilectione, humilitate, patientia & castitate imploremus, cuius bonitatis & misericordiæ non est numerus. Vtinam enim tam citò vnusquisque nostrum se pœnitendo agnosceret reum, quàm citò Deus ignosceret reatum. Vtinam tam citò conuerteremur ad pœnitentiam, quàm citò pius conditor noster etiam præfinitam de nobis præsto esset mutare sententiam. Mutatur sententia incommutabilis conditoris pro conuersione, & bona conuersatione peccatoris: & cui peccanti antè pro sui iniquitate minabatur mortem, eidem conuerso vitam promittit & tribuit sempiternam, quam ipse Deus & Dominus noster Iesus Christus, qui hodie pro mundi salute nasci dignatus est, suâ dulcissimâ caritate, misericordiâ ac bonitate nobis donare dignetur: qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO III.

CHristus Dei filius, fratres carissimi, qui in Euangelio, vt eum hodierna die corporaliter natum credamus, docet & præcipit, ipse etiam quòd concipiendus esset in virgine, & quòd de virgine nasceretur per prophetam diserat antè, quod sic fuisse prædictum agnoscitur: *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* (Isa. 7.) Quod olim à propheta de Incarnatione & C Natiuitate Dei & Domini nostri Iesu Christi futurum prædicebatur, iam factum agnouimus. Nam secundum vaticinium sanctissimi prophetæ illius, virgo quædam erat conceptura, & paritura filium: & hæc virgo fuit bona Maria. Hæc enim concepit & peperit, non quemlibet, vel cuiuslibet filium: sed Deum & filium Dei. Deus cum patre, filius de patre: Deus vnus cum patre; quia vnius substantiæ, vnius essentiæ, vnius diuinitatis, vnius potentiæ, & naturæ. De patre filius; quia in patre, & de patre est sapientia eius. Meritò sapientiam patris eius filium dicimus; quia sicut rex quilibet temporalis per sapientem filium suum regna terrarum regit & ordinat: ita pater cælestis per sapientiam suam omnia creauit, disponit & gubernat. Hunc carissimum filium suum consubstantialem sibi, atque coæternum D incarnari, id est, ab illo hominem assumi, & ipsum hominem misericorditer mori disposuit, vt hominis morte secundi, primum suscitaret à morte peccati. Sic cælestis & nouus Adam, Adam terrestrem & veterem, vnde recesserat, reparauit ad vitam. Hæc sancta miseratio, id est, inenarrabilis diuinæ pietatis circa peccatores exhibitio, à Deo patre per filium, cooperante Spiritu sancto, de virgine, & in virgine, & per virginem facta est, nuntiante Archangelo.
Pater quidem vt filius incarnaretur, præcepit caritate: filius voluntate carnem suscepit: carnem ipsam, quam suscepit filius, sanctificauit in Maria Spiritus Sanctus. Et sicut sunt duo præcepta caritatis, ita duobus principaliter modis Spiritus Sanctus operatus E est in sanctificatione virginis. Prima in virgine sancti Spiritus operatio extitit, in ea omnium peccatorum mortificatio. Secunda, beatæ eius virginitatis sancta custodia. Et hoc est, quod Mariæ ab Angelo dicitur, priusquam in ea Dei filius conciperetur: (Luc. 1.) *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Superuenit in eam Spiritus Sanctus; quia corpus eius & animam ab omni peccato mundificauit. Altissimi virtus ei obumbrauit; quia beatam eius virginitatem illibatam seruauit. Et quæ ante partum erat virgo sancta, in partu facta est virgo sanctior, & post partum virgo sanctissima. Spiritus Sanctus & A Altissimi virtus non sunt duo, sed vnum, sicut in Euangelio discipulis suis Christus dicit, *Ego mittam promissum patris in vos,* Spiritum videlicet sanctum: *vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto,* (Luc. ult.) id est, repleamini Spiritu Sancto. Archangelus Gabriel missus à Deo venit ad Mariam virginem, annuntians ei diuinam simul & humanam ex ea futuram natiuitatem. Christus itaque de virgine carnem in virgine non quidem de Adam peccatore, sed vnde Adam iustus animam suscepit, & per virginem carnem egrediens Deus homo mundo apparuit. A Deo data est Adæ anima, sicut in Genesi legitur: *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* (Gen. 2.) Et qui carnem Adæ animauit B factam de limo, animauit & Christi carnem in matris vtero Spiritus Sanctus. Igitur vnde Adam longè antè susceperat animam, & qualem susceperat, & Christus suscepit; non talem qualem Adam eam peccando postea fecit. Cæteri siquidem homines, qui sunt homines tantùm, nascuntur lege hominum, in peccato scilicet, cum dolore & corruptione matrum. Filius autem Dei, qui Deus erat & homo, lege quidem hominis natus est, sed ampliùs lege Dei. In quantum natus est de fœmina, natus est lege hominis: sed ampliùs lege Dei natus est, quia sine peccato & sine dolore & corruptione matris. In eo quòd de fœmina natus est, se verum hominem ostendit: in eo verò quòd natus est sine peccato, & de virgine matre, Deum omnipotentem. Nec credendum est, impossibile fuisse ei qui omnia potest, & seipsum in matre, & de matre creasse hominem, & matris suæ seruasse virginitatem. Potuit itaque & voluit Deus & homo fieri, & de virgine nasci, vt per hoc quòd factus est homo, veritatem ostenderet carnis: per hoc autem quòd inuiolato virginitatis sigillo prodiit de matris vtero, omnipotentiam diuinitatis monstraret. Præterea aliorum hominum priùs formantur corpora in vteris matrum, & formatis corporibus inspirantur postea animæ, quibus corpora ipsa viuificantur. Filij verò Dei vera caro non priusquam ipse venisset in virginem, in vtero virginis concepta est; nec postquam carnem suscepit, carni ipsi anima coniuncta: sed mox vt ipse venit in virginem, totum simul suscepit hominem, animam scilicet & D carnem, vnde Augustinus: *Cùm verbum Dei permixtum est anima habenti corpus, simul & animam suscepit & corpus.* Et Leo Magnus: *Dei filius accepit simul in virgine animam & corpus.* Et B. Gregorius, *Domini,* inquit, *caro non priùs in vtero virginis concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox vt Verbum venit in vterum, factum est caro, & perfectus homo,* id est, in veritate carnis & animæ. Hoc admirabili modo, dilectissimi, puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Pueri naturæ est, nulli nocere, humiliter obedire, suam citò condonare iniuriam. Puer Christus nulli nocuit, omnibus profuit, patri vsque ad mortem obediens fuit, mortis suæ condonauit iniuriam: pro illis etiam qui eum occiderunt, diligenter orauit. Puer iste, fratres, verus in- E nocens, verus humilis, verus patiens, & nostræ fragilitati multùm compatiens, pueros quærebat non ætate, sed malignitate paruos, nec tamen æquales sibi, sed similes. Huic enim puero æquari nemo potest: sed sicut ei nemo potest æquari, ita nemo est qui eum in aliquo, quo saluari valeat, eo adiuuante, non possit imitari. Natus est nobis, nostræ videlicet causa salutis. Ad hoc enim natus est, vt sacerdos esset: nec sacerdos tantùm, sed sacerdos & sacrificium.
Non est sacerdos secundum id quod natus est de patre, sed propter carnem assumptam, de virgine matre. Propter victimam vtique quam accepit à nobis, & pro nobis obtulit ipse. Ad hoc etiam nobis

apparuit, vt suæ nos innocentiæ, humilitatis, & patientiæ priùs exemplo doceret, quàm pro nobis mortem subiret. Vitam suam nouam nos docuit, quam teneamus: dedocuit veterem nostram, & interdixit, ne eam sequamur: quia vitam malam mors bona non sequitur. Christus puer paruulus natus de matre, filius excelsus Dei patris est, æqualis ei per omnia in diuinitate. Hic pius, humilis, dulcis, benignus datus est nobis, nostræ vtique pretium redemptionis. Debitores etiamus Diaboli, & quia nemo nostrum soluere poterat quod ei debebamus per primi hominis peccatum, in eius carcere tenebamur captiui, duris & diris legibus peccatorum adstricti. Nos autem à peccato liberare nemo valebat, nisi qui solus erat fine peccato, filius Dei. Iste sapientis more medici, qui languebat diligens hominem, & odio habens hominis languorem, carnem assumpsit, & de carne sua nostri fecit medicinam peccati. Verè assumpsit carnem: inæstimabilis scilicet misericordiæ artem inuenisse veraciter creditur, vt beata vita, quæ mori non poterat, pro vitâ hominis moreretur. Vnde Isaias Propheta sic loquitur: *Et vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est Nobiscum Deus.* Quid est, Nobiscum Deus, nisi Deus de nobis, & pro nobis homo futurus? Quod futurum Propheta prædixit, hoc Euangelista Ioannes iam esse factum asserit, dicens: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Verbum factum caro, nihil est aliud, quàm Dei filius factus homo: Habitauit in nobis, id est, in carne nostra: nostram dico, secundum carnis proprietatem, non secundum peccati originem. Ipse enim sanctam in sanctâ, immaculatam in immaculatâ matre animam suscepit, & carnem, totum, vt dictum est, in virgine hominem. Christus, frattres, Deus & Dominus Angelorum, vt à Diaboli seruitute hominem liberaret, non solùm homo factus est, sed seruus hominum. Suscepit, inquam, formam serui filius Dei, in qua seruiuit hominibus vsque ad mortem; & vsque ad ipsam, quam peccando perdiderant, vitæ cælestis reparationem. Primus etenim homo peccauerat, & confractus est, elapsus de paradiso: sed Deus misericors compatiens misero, collegit fracturas, & conflauit igne caritatis in cruce; & quod confractum fuerat, integrum fecit. Sic peccatorem hominem Deus homo, & suæ diuinæ nobilitatis voluit esse consortem, & æternæ beatitudinis sublimauit hæredem. Scire autem & firmiter credere debemus, quòd Christi natiuitas & mors eius, illis solummodo proficit, qui dilectione sequuntur eum, sicut sequendum se docuit. Hos autem non sua membra tantùm, sed sua viscera facit, firmat eos in bono, & à malo custodit. Vnde per prophetam dicitur, *Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum.* Butyrum suaue est, & mel dulce: & nihil dulcius, vel suauius est caritate, in qua tota Lex pendet & Prophetæ. Christus huiusmodi butyrum & mel comedet: suaues & dulces, suam videlicet caritatem habentes, in corpus suum traiciet, id est, sua membra, vt dictum est, & viscera faciet. Et meritò qui caritatem habent, membra & viscera Christi dicuntur: quoniam Christus meditatur in ipsis, & per ipsos operatur. Vt sciat, id est, vt scire hoc modo eos faciat: *reprobare malum*, à malo scilicet declinare: *& eligere bonum*, in electione bonum vsque in finem perseuerare: sicut ipse in Euangelio dicit: *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Tali butyro & melle suam beatissimam matrem maximè Christus cibauit. Hac sua & proximi dilectione eius sacrauit viscera, de quibus sibi humana membra aptauit. Nunquam enim in ea carnem sumpsisset, nisi priùs ab eâ caritate cibata fuisset. Sed ista caritatis gratiâ Maria repleta, Deo prima deuouit virginitatem, vnde filium habere meruit, suum, & omnium patrem. Hæc est illa certè bona mulier, imò beatissima Dei mater, cuius mentionem Dominus faciebat, quando in paradiso Diabolo comminabatur, qui in specie serpentis latebat. *Ponam*, inquit, *inimicitias inter te & mulierem, & inter semen tuum, & semen illius: ipsa conteret tibi caput.* Verè beata Maria Diaboli caput contriuit, quæ ipsius principalem eius suggestionem penitus extinxit. Suggestio Diaboli principalis, est concupiscentia mentis & corporis. Per concupiscentiam mentis, quamlibet peruersam cogitationem intelligimus: & per concupiscentiam carnis, omnem prauam operationem. Bona verò Domini Mater virgo Maria horum neutrum habuit; quę Spiritu sancto repleta, mente & corpore pariter sancta fuit. Semen beatæ Mariæ, Christus; & quasi in Christo peperit virtutes animæ. Semen Diaboli, vitia sunt vniuersa. Quę verò inimicitię inter virtutes & vitia positę sint, satis est manifestum; quia nullum eorum quicquam desiderat, quod alteri non sit contrarium. Verum est, fratres, nihil est verius, quòd Maria semel de virgine carne peperit Christum: & quòd Christus in baptismate spiritualiter parit quotidie Christianû. Vnde nos, qui Christiani à Christo vocamur, & sumus, Christum verum Deum & verum hominem hodierna die de matre virgine natum toto corde credamus & confiteamur, & cundignis nostræ fidei laudibus, ipsum & beatissimam eius matrem Mariam virginem humiliter, atque suppliciter imploremus, vt suâ dulcissima pietate, & suæ dulcissimæ matris intercessione, animas & corpora nostra à peccatis omnibus purget, virtutibus illustret: quatenus hanc suæ sanctissimæ natiuitatis festiuitatem dignè celebremus: & eum qui pro nobis nasci & mori dignatus est, & die tertiâ resurrexit, videre & habere mereamur, qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO IV.

MIrum est quod hodie factum est, sed fide & deuotione mirandum. Hodie pro salute nostrâ natus est Deus de fœmina; de filiâ pater; Dominus de ancillâ; de creaturâ creator; sol de stellâ. Hodie natus est in sæculo ante sæcula natus, qui sæcula fecit, & omnia creauit ex nihilo. Christus, per quem Deus pater cûcta creauit, quod homo est esse voluit, vt quod Christus est fieri posset homo. Tunc homo factus est quod Christus est, cùm Christus factus est homo. Hoc autem secundum naturam assumptę humanitatis dico, non secundum Deitatis substantiam. In hoc vtique, est homo quod Christus est, quod Christus assumpsit de homine. Non in eo est homo, quod Christus est, quod Christus factor est; sed in eo quod Christus factura est. Ex tribus enim substantiis Christus in vnâ personâ subsistit, diuinitate scilicet, carne, & animâ. Sicut Pater & Filius, & Spiritus Sanctus sunt, tres personæ, & trium personarum est vna substantia: sic verbum, caro & anima sunt tres substantiæ, & trium substantiarum est vna personâ, Deus & homo. Nata est itaque hodie in vnâ personâ, & in homine vera diuinitas, & in Deo vera anima & vera caro. Hac natiuitate Diabolus, quam mendacio ceperat, prædâ priuatus est veritatis compassione: etenim creator creatum qui lapsus fuerat, & perdidit perditor perditum. Hodie nata est inter Deum & hominem maior concordia, quàm fuerat ante casum: & inter hominem & Diabolum discordia grauior, qui se non solùm victum erubescit, sed quem vicerat hominem, etiam Angelis esse prælatum indubitanter agnoscit ille pessimus æmulator. Hodie hortus

hortus conclusus ex illa porta processit; & in illam & per illam fons manauit signatus, de quâ Propheta dicit, *Est porta, quæ non aperietur in domo Domini, clausa.* (Ezech. 44.) Hæc porta templi, & templum Domini, est Maria beatissima & incomparabilis virgo; de cuius vtero ad nos venit Dei Patris imago. Et quomodo venerit, & quare venerit, ostenditur, cùm ad Mariam & ad Ioseph ab Angelo eis reuelante diuinæ dispensationis consilium dicitur. Ad Mariam quidem, *Spiritus Sanctus in te veniet Maria, & concipies filium Dei.* (Luc. 1.) Ad Ioseph verò, *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, qui saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* (Matth. 1.) Ortus nostri Saluatoris licet Angelis sanctis & per eos hominibus bonæ voluntatis manifestus extiterit, occultus tamen fuit Diabolo & idolis eius. Idola Diaboli sunt præcipuè infideles, & retrogradi homines, quibus propter cor impœnitens eorum, ignotum est conceptionis dominicæ & natiuitatis mysterium. Quæ idola Diaboli rectè vocantur; quia in ipsis, & per ipsos loquitur pariter & operatur. Saluatorem nostrum scriptura sacra meritò fontem appellauit; quia ipse vnda aquæ & sanguinis, suo profluentis ex latere, genus humanum lauit à sordibus peccatorum; & creauit Ecclesiam sine rugâ & macula; id est sine deformitate & immunditiâ, & sibi sponsam elegit, & templum. Fons iste esse signatus non incongruè perhibetur; quia in omni veritate & sanctitate est à patre sanctificatus. Fons iste manens, & indeficiens suo rore, sancti Spiritus scilicet infusione, rigauit viscera gloriosæ Mariæ, quam plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitans, dedit illi suam benignitatem, nouam & solam sine exemplo conceptionem. Illa autem sanctissima terra dedit fructum suum; virgo videlicet Maria, quem Angelo nuntiante fide & dilectione concepit, clausâ eius vteri porta peperit filiū, in Deo quidem hominem & in homine Deum. Hoc ineffabili & inexcogitabili modo, *Verbum factum est caro*; Deus scilicet Dei patris filius, factus est filius fœminæ virginis, naturaliter simul & potentialiter natus. Naturaliter vtique; quia ex eâ parte corporis Mariæ virginis, quâ homo quisque de suâ matre nascitur, natus est Christus: sed potentialiter; quia, sicut dictum est, porta ventris eiusdem virginis clausa. Seruans igitur in vno naturam humanitatis; in altero verò humanam naturam superans omnipotentiâ diuinitatis. Si quis super hoc aliter sentit, vel aliter loquitur, vitandus est, non sequendus: quoniam ipse deuia sequitur. Dedocet enim veritatem, & docet errorem. Et cùm aliena ab his quæ Spiritus sanctus per os Sanctorum suorum locutus est, dicere nititur, quasi nouam sibi gloriam pingit: & dum falsam sequitur felicitatem, veram infelicitatem consequitur. Hoc idcirco dixerim, quia quibusdam personis ascribitur, quod matrem Domini & ante partum & post partum prædicant quidem virginem, sed portam ventris eius apertam in suo partu, & post partum statim clausam fuisse fatentur: quasi ad horam fuerit virgo, & ad horam perdiderit virginitatem. Insanum est hoc dicere; & credere prophanum. Qui hoc dicit, vel credit, Spiritui sancto contradicit. Nam diffitetur veritatem quam Spiritus sanctus per Ezechielem prophetam confitetur dicentem: (Ezech. 44.) *Est porta in domo Domini clausa, & non aperietur.* Ego autem in Spiritu sancto firmiter credo, & indubitanter profiteor, & ad horam, & ad moram, & ante partum, & in partu, & post partum eam fuisse virginem, & peperisse in vna persona Deum & hominem, & sine carnis apertione, & sine corporis & animæ corruptione. In paradiso fuisset quidem ista conditio, nisi primi parentes peccassent, quòd sine corruptione, id est, sine læsione corporis & animæ

A crearent & crearentur, non tamen sine carnis apertione. Nam si deesset carnis apertio, virginitas seruaretur: & ita vnusquisque nasceretur de virgine. Sed fieri minimè potuit, vt nasceretur de virgine homo, nisi ille solus, qui est Deus & homo. Quicunque igitur super hoc aliter sapiunt, desipiunt, & quod est prorsus alienum à veritate oarrant. sed errant, & nihil prodest eis matrem Saluatoris, & ante partum, & post partum confiteri virginem, qui eam in suo partu fuisse virginem negant. Virgo etenim sancta fuit ante partum, & in partu virgo sanctior, & sanctissima virgo post partum: quia quanto maiora egit in ea diuina operatio, tanto maior in ipsa sanctitas creuit, atque religio. Hoc docemur fide Catholica, & Christiana doctrina contrarium execratur. Nun-

B quam itaque aperta, sed clausa semper & sigillata fuit vteri matris nostri Saluatoris ianua. per quam exiuit ipse Deus homo, tanquam sponsus procedens de thalamo. Vterus bonæ & beatæ Virginis Mariæ thalamus dicitur, quia in eo sociata sunt & diuinitas carni, & caro nostra diuinitati. Vulua mulieris, porta ventris eius rectè dicitur; quia per illam exit homo, & venit in hunc mundum cùm ipse nascitur. Quæ in aliis quidem mulieribus, prole exeunte, aperitur; in sola autem matre Domini, & eo nascente, & ante, & postea clausa fuisse legitur veraciter, & firmiter creditur, Ezechiele propheta attestante, qui dicit, *Est porta in domo Domini clausa, quæ non aperietur.* Honorabilis & prædicabilis fœmina, digna Deo Virgo Maria domus Domini appellatur, in qua

C porta Orientalis clausa semper esse perhibetur. Rectò nomine Maria, domus, id est, templum Domini dicitur; quia Deus ipse habitauit in ea, & per sanctificationem Spiritus, & per humanam conceptionem. Seruata itaque diuinæ proprietate naturæ in vtero virginis factus est caro, & perfectus homo in veritate carnis & animæ; & per portam templi quæ respicit ad Orientem, quæ nec per se patuit, nec ab alio aperta fuit, processit de virgine matre. Eadem quippe possibilitate vulua suæ matris clausa processit, ac si fuisset aperta. Vtrumque mirandum est, & factum Deum hominem, & Deum hominem de virgine natum. Si quis Deum hominem factum attendat, quare de partu virginis dubitat? Non enim minoris miraculi fuit Deum fieri hominem, quàm parere fœminam virginem. Breuiter dicam, ne fastidium faciam

D audienti. Quæro vnde, & à quo facta sunt omnia? A quo siquidem facta sunt, scitur; sed vnde facta sunt nescitur. Deus vtique omnia fecit: sed nulla materia fuerat antè, de qua faceret ea. Solummodo voluntatem habuit faciendi: *Dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt.* (Psal. 32.) Ecce Deus sine difficultate, & sine materia creauit vniuersa. Nonne quædam ex his quę fecit, in alios vsus conuertere, & quibus voluit, & sicut voluit, vti potuit? Potuit planè. Omnipotens est filius Dei, in quo & à quo sunt omnia. Ipse quod voluit, & modo quo voluit facere potuit pro sua voluntate. Et sicut ad discipulos ianuis clausis intrauit: licet per ipsas ianuas clausas, & propter metum Iudæorum etiam obseratas intrauerit:

E ita per illam beatitudinis, & vteri virginalis portam clausam pariter & obseratam exiuit, & mundo apparuit, vna eadémque diuinitatis omnipotentia, & ad discipulos clausis ianuis ingrediens in sua resurrectione, & clausæ suæ matris vteri porta in sua natiuitate egrediens. Voluit Deus & homo concipi in fœmina, & homo de fœmina nasci; vt per hoc quòd factus est homo veritatem ostenderet carnis; & in eo quòd in virgine homo conceptus est, & homo de virgine natus, se Deum monstraret omnipotentem; qui omnia creauit ex nihilo. Adhuc fortassis aliquis quærit, quomodo fieri potuit, Deum videlicet hominem factum de fœmina nasci, seruata fœminæ

virgimtate. Qui hoc inquitis, non dubites, sed firmiter crede; quia si Deum omnipotentem veraciter credis, nullatenus super hoc poteris dubitare: quoniam si omnia posse confiteris eum, & istud posse negare non poteris, cùm sit ex omnibus vnum. Non enim Deus omnipotens esset, nisi posset facere quæcumque vellet. Perfectus itaque Deus à Deo Patre Christus: perfectus homo, animæ & carnis assumptione. Et aliud sit Deus, & aliud homo: non est tamen alius filius Dei, Deus; & alius filius virginis, homo: Sed filius Dei & filius virginis vnus est, non vnum; Deus & homo reuera, vt dictum est suprà, ex tribus substantiis constans, verbo videlicet, carne, & anima. Hic vnigenitus Dei patris, & primogenitus virginis matris, in mundum venit plenus misericordiæ & veritatis. Venit misericorditer, venit veraciter, qui nos à potestate satanæ liberauit: & sicut se venturum per Prophetas suos dixerat antè, iam venisse nouimus eum, non paruas paruo tempore in hoc mundo pro nobis passum iniurias. Ab illo enim die, quo Patris caritas & sua voluntas Christum deposuit ad terras, & apparuit mundo, homo, pro cuius salute venerat, vt eum occideret, fallaciter ei retendit insidias. Et vt breui narratione comprehendam, multiplices ab hominibus & pro hominibus persecutiones sustinuit, & contumelias. Ipse verò pius Deus, & misericors Dominus, non vltionem in hominibus desiderans, sed eorum absolutionem; nô solùm suas condonauit iniurias, verùm etiam pro iniuriosis crucem passus est & mortem. Ita sua vera & beata vita Deus filius Dei nos miseros, qui de iure & lucro peccati in tenebris eramus, & in morte sepulti, sua pietate & misericordia suscitauit: & quæ nobis ab ipso data prius fuerant, sed à nobis non bene seruata, gaudia lucis & vitæ remedię iterum dedit. Vnde licet eius gratiæ & misericordiæ nos indignos fuisse & esse non dubitemus, nostro tamen conditori & redemptori grates & gratias referamus, eo auxiliante, sine quo nihil boni facere possumus. Ipsum quoque hodierna die pro nostra salute Deum & hominem de Maria Virgine natum pura fide credamus, & vera confiteamur dilectione: cui est omnis honor & gloria cum Deo patre suo & Spiritu sancto, per omnia sæcula sęculorum. Amen.

DE RESVRRECTIONE DOMINI.

SERMO V.

HOdie dilectissimi, quia Dominicæ resurrectionis solemnia celebramus, de tanta solemnitate loqui religiosum est, & silere irreligiosum putamus. Proponamus itaque, & exponamus prout ipse donauerit, qui omnia nouit, cur nec prima die, qua mortuus est pro nostra salute; nec secunda; sed die tertia Dominus resurrexit. Quærendum est etiam, quare post resurrectionem suam solis bonis, & paucis, & modico tempore apparuit: cùm ante resurrectionem multis, & bonis & malis, & aliquanto tempore apparuerit. Quod tertia die vita beata Deus seipsum suscitauit à morte; resurrectionem vtique nostram die tertia futuram significauit: quod longè antè dixerat per Prophetam. Locuturus Osee propheta de resurrectione nostra, ante mortem & nostram resurrectionem, nos, ne iustus iudex imparatos inueniat, pia & fideli exhortatione sollicitat, dicens: *Venite, & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos.* Osee 5. Dicit, venite, id est, viam tenete: neque ad dexteram declinemus, neque ad sinistram: sed vnusquisque nostrum fide, confessione, & pœnitentia reuertatur ad Dominum. Habeamus fidem, quæ per dilectionem omne bonum & præcipuè peccati odium operatur.

A Nam fides sine opere bono, & maximè sine peccati odio, mortua creditur. Veniamus ad confessionem, qua venenum antiqui serpentis euomitur, soluitur à peccatis peccator, Deo victoria, diabolo verecundia generatur. Agamus pœnitentiam, qua diuina pietas sic nobis ignoscit, quòd nos diabolus peccatores ignorat, nec Deus agnoscit. Hoc est post peccatum reuerti ad Dominum: ad quem quicumque reuertitur, viam tenet, non deuia sequitur. Cœpit nos sanare bonus Dominus, quando ab infirmitate mortis æternæ sua magna miseratione liberauit. Nos quidem in primo homine diabolus per peccatum infirmos pariter & miseros fecit. Deus verò pius & omnipotens medicus, nostrę miserię & infirmitati compatiens, quod ante non fuerat, & nobis miseris nomine & actione conueniret antidotum, quo nos sa- B naret, inuenit. Hoc autem suæ caritatis maximum opus baptizauit per semetipsum, nomen imponens ei. Misericordiam, quam miseriæ & infirmitati nostræ opposuit medicinam. Hac igitur salubri & salutari medicina animas nostras sanauit & corpora. Per hoc incomparabilis suæ dilectionis opus pręcipuum nobis condonauit, & donauit plurimum. Condonauit culpam, & donauit gratiam. Mortem nostram mortificauit, & reddidit vitam. Hac arte pietatis diabolum vicit, & confregit infernum: nobis aperuit portas cœli, & dedit seipsum. Diximus quòd misericordia sua omnipotens Deus hæc sua tanta beneficia nobis donauerit: quomodo etiam ipsam miseri- C cordiam fecerit, eo adiuuante, dicemus. Operante itaque tota Trinitate Dei filius conceptus est homo in virginis vtero, & de virgine matre natus in mundo. Beata Trinitas Pater & Filius & Spiritus sanctus vnus est Deus, vna est totius Trinitatis operatio. Hãc admirabilem, sed dilectione & fide mirandam operationem. Patet disposuit caritate: Spiritus sanctus, quam ante sanctificare cœperat, longè ampliùs virginem sanctificauit; quia totam sanctissimam & anima & corpore fecit: Filius verò in illa sanctissima virgine totum hominem, id est, animam & carnem suscepit. Non enim aliqua ex parte non sanctissima esse poterat, in qua plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit. Deus itaque Dei filius in suscepta carne D multas non multo tempore passus iniurias, vt pro nobis moreretur crucem ascendit: & licet ab homine iudicatus esset iniustè, ibi etiam iudicem hominis nouimus eum, & factum pro homine sacerdotem, & sacrificium. Verè positus in cruce Dominus iudicabat, iam agnos ab hædis regia potestate separabat, vbi latronem alterum in dextris positum, in quo fidei & confessionis sacramentum præcesserat, vocauit ad gloriam pia compassione: alterum positum in sinistris, in pœna dimisit censura iustitię. Et ea hora diei, qua primus homo factus latro, latronem diabolum sequutus, eiectus est de paradiso & vitam perdidit, ea hora, nona videlicet, Christus passus est mortem, & latroni paradisi ianuas reserauit. Ille si- E quidem in Euangelio dicit, *Maiorem caritatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis,* Ioan. 15. dixit, nemo: sed ipse qui Deus est & homo, multo maiorem caritatem exhibuit, qui non solùm pro amicis, verùm etiam pro inimicis posuit animam & pro inimicis apud patrem orauit. Pontificatum vel regnum, quod aliquando hominem facit superbum, Christus habere noluit; sed à patre rex & sacerdos ordinatus in cruce; in ara crucis, quam præsentia sui corporis sanctificauit, semetipsum obtulit pro nostra redemptione sacrificium: & ita nos pius Rex & iustus iudex ad regna cælestia rexit. In illa sancta cruce de eius latere dextro exiuit sanguis & aqua sanguis quo nos à diaboli potestate redimeret: aqua, qua nos à peccatis mundaret. Quare de latere exiuit sanguis & aqua? Vt videlicet vnde culpa processerat

serat inde processisset & gratia. De latere Adæ fœmina facta est, quæ nos peccati cibo cibauit. De latere Christi manauit gratia, quæ & peccatum abstulit, & contulit vitæ remedium. De latere Christi dextro sanguis & aqua potiùs exisse dicitur, non de sinistro. Nam quod per sinistram illius manum, hoc ipsum per latus eius sinistrum accipimus; humanæ videlicet carnis susceptionem: per dextrum verò latus eius, quod per illius dexteram intelligamus; diuinam scilicet maiestatem, quam quia aliter exprimere nemo potuit, huiusmodi, id est, dexteræ nomine excepit. Ab illa ergo & incarnatio Christi, & ille sanguis & aqua, & vniuersa eiusdem incarnationis Sacramenta processerunt, à qua omne bonum procedit. Hac etiam ratione iusti ponendi sunt in dextris in die iudicij: quoniam in Christo & intellexerunt diuinam maiestatem, & eius cum dilectione crediderunt incarnationem. & si aliqui ex ipsis nondum credentes, Christum in carne occiderunt; postea comederunt carnem Christi credentes, & eius, quem effuderunt, sanguinem biberunt. Iniusti autem in sinistris erunt, quia nec gustauerunt diuinæ Maiestatis dulcedinem, quæ in Christo est, nec eius venerati sunt incarnationem, sed semper sapuerunt propriam carnem: & ideò sinistra, id est, iniusta opera dilexerunt, pro quibus perpetuum odium sui Creatoris habebunt. De latere Christi sanguis quidem exiuit & aqua, sed exisse simul vtrumque non dicit Euangelista. Quòd si aqua simul cum sanguine exisset, aqua in sanguine dignosci ab homine minimè potuisset. Sanguis itaque priùs exiuit, quàm aqua: & meritò; quia sanguinis effusionem, id est, fidem dominicæ passionis, baptismus sequitur, & peccatorum remissio. Hac fide Patriarchæ & Prophetæ, & multi alij in vtroque sexu Christum venturum redemptorem sperauerunt; & quod nos factum credimus, ipsi expectando futurum crediderunt, & quia iam conceperant fidem Christi, Christiani erant, & fuerunt redempti. Omnes etiam, quicumque viso Saluatore apud inferos de illo sperauerunt salutem, de pœnis inferni liberati sunt. Nos autem, & illi beati nostri prædecessores, qui nos præcesserunt, ad sidereas mansiones, quoniam ex primis parentibus traximus offensam, per gratiam Redemptoris, quasi quibusdam vnguentis de eius sanguine factis, sanati sumus: vt qui aliorum infidelitate & præuaricatione cecidimus in mortem, alterius, id est, nostri conditoris compassione & miseratione resurgeremos ad vitam. Dicit Propheta: *Percutiet nos Dominus, & percutiendo sanabit.* Quibus verbis manifestè ostendit, quia licet non est iterare crimina, quæ sunt semel Christi passione redempta. Reus erit, inquam, reus erit non modicæ rei, sed passionis & sanguinis Christi, qui iterum occidit animam, Christi passione & sanguine à morte redemptam. Priùs, vt diximus, Redemptor noster & Dominus per sanguinem proprium à transgressione parentum nos sanauit: sed illis vulneribus nostris quasi vnguentum adhibuit: & qui aliunde peccati plagam habuimus, aliunde habuimus & peccati medelam. Nunc verò quia propria voluntate, & in perfecta ætate peccauimus, percussione opus est, id est, cordis contritione: & si curari volumus, iam non quæramus oliuæ oleum, vel quodlibet aliud vnguentum: quoniam ignitum grauis pœnitentiæ ferrum necessarium est, quo nostrorum vratur rubigo peccatorum. Nemo vnquam post perpetratum vel semel criminale peccatum, illam vtilem sibi confessionem, seu pœnitentiam credat, quam spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum non præcedit: quia vbi non est vera cordis conuersio, non sequitur plena remissio. Debet igitur quisque nostrum secundum Saluatoris exemplum infremere spiritu contra ca-

A B C D E (section letters in the margin between columns)

Deuter. 32. (left margin, beside "surgeremos ad vitam. Dicit Propheta")

pitale commissum, & quadam sollicitudine turbare seipsum, quatenus super extinctam animam dare valeat gemitus præcordiales & lacrymabiles planctus; vt vel sic Dei miseratione reuiuiscat. Christus enim quando venit ad suscitandum Lazarum, qui significat hominem in criminali peccato sepultum, lacrymatus est, infremuit spiritu, turbauit seipsum, & dixit, *Lazare veni foras.* Et sic illum à Domino legimus suscitatum: ibi verba non præcesserunt lacrymas, sed lacrymæ verba redemptoris præcesserunt. Neque priùs Lazarum vocauit de monumento: neque Lazarus prius resurrexit, donec Christus infremuit spiritu, & seipsum turbauit. Quo facto, pius redemptor & bonus doctor docuit peccatorem, quo studio, quo mentis affectu, quo corporis actu, qua intimorum concussione viscerum, pœnitentiam agere debet, si suscitari desiderat ex sepulchro peccatorum. Vtilis est, immò necessaria pœnitentia post peccatum: cùm Christum mortuos quidem suscitasse, nullum autem in peccatis mortuum absoluisse legamus. Mirandum verò non est, si pro peccatis propriis & scienter commissis fortiter est agendum, cù alieni peccati pœna nos sequatur: nec nos solùm, sed sanctos Apostolos sequuta sit, etiam post baptismum. Licet ignoremus quis à quo, & vbi, & quando baptizati fuerint: ipsos tamen baptizatos fuisse non dubitamos, cùm ipsum Saluatorem credamus fuisse baptizatum. Prius quidem Saluator noster baptizari voluit, ac postea dixit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum.* Istam formam baptismi verbo & exemplo discipulos docuit suos, quia cum prædicarent aliis, hanc prius obseruassent in semetipsis. Neque conueniens esset, & minùs prodessent, si docerent alios baptizandos, & ipsi baptizati non essent. Et ideo & eos baptizatos fuisse credimus, & quod alter ab altero extitit baptizatus, cum ipsi soli tunc accepissent a Domino potestatem baptizandi. Nulla ratione immutari potuit quod Veritas dixit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, regnum cælorum non habebit.* In nullo maiorem auctoritatem vel meliorem auctorem habere possumus quàm ipsam veritatem. Vnde vere fidei propositione, immo ipsius veritatis voce probamus, quod nemo saluus fieri poterit, vel potest, qui non fuerit baptizatus. Sed alij, vbi visibiliter baptismi mysteria celebrantur, baptismum accipiũt. Alij verò, sicut Euangelicus latro, & Martyres sancti, licet visibiliter mysteria baptismi circa eos nõ fuerint celebrata, baptismum tamen fide & voluntate perceperunt. Nam, sicut veraciter legimus, *Quicumq; Spiritum Dei habent, accipiunt & gratiã eius.* Accepisset vtique latro ille visibiliter baptismum si potuisset: quia passione sua, vel quolibet bono opere, quod antè fecisset, saluatus non est, sed fide Christi & confessione. non enim pro nomine Christi crucifixus est, nec quia credidit, passus creditur: sed credidit dum pateretur. Aliquem etiam quasi pro nomine Christi martyrem fieri vanum est, nisi præcesserit in illo fides baptismi. Quantum itaque valeat, etiam sine baptismi Sacramento visibili, quod ait Apostolus Paulus, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* & in illo latrone & in martyribus sanctis declaratur. Sed tunc impletur inuisibiliter, cùm visibilia baptismi mysteria articulus necessitatis minimè fieri permittit, non religionis contemptus. Nam postquam semel Veritas prædictum baptismi fecit edictum, clamans & dicẽs: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ intrabit in regnũ cælorum,* si latro, cui in cruce ab ipsa Veritate dictum est, *Hodie mecum eris in paradiso,* vel quilibet martyrũ, visibiliter baptismũ potuissent habere, & cõtempsissent, incassum & latro Dominum rogasset, cuius spreuisset mandatum, & martyr sustinuisset sine vtilitate mar-

Ioan 3. (right margin, beside "Nisi quis renatus fuerit ex aqua")
Rom. 8. (right margin, beside "Quicumq; Spiritum Dei habent")
Rom. 10. (right margin, beside "Corde creditur ad iustitiam")
Luc. 23. (right margin, beside "Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto")

tyrium. Hoc, vt dictum est, habet boni & mali, quod eus sequitur paterni pœna peccati. Pœna peccati est esurire, sitire, labores & dolores perpeti, infirmari & mori in corpore, atque diuersas in mundo miserias experiri. Hæc omnia ex primi parentis peccato proueniunt, quæ tamen sine peccato haberi possunt. Sed mirum videtur; cùm à Deo nobis peccatum dimissum fuerit, quod adhuc peccati illius iam dimissi pœna nos sequitur. Nonne Deus ita nobis indulgere peccatum potuit, quòd nos peccati pœna minimè sequeretur? Potuit planè; sed noluit. Potuisset etiam in paradiso, quod nec diabolus instigaret hominem ad peccandum, nec homo peccaret. Sed si potestatem sui non dedisset homini, & ideo non peccaret, quia peccare non posset; nec vnde laudaretur à Deo, nec vnde remuneraretur, haberet. Laudem sui creatoris, & magnam eius remunerationem primus homo semper habere potuisset, si non superbia tumidus, & pruptiæ vxoris nimio amore corruptus se contra creatorem erexisset. Non, vt pene omnes loquuntur, primùm Adæ peccatum fuit, quòd comedit vetitum. Iam enim de magnitudine præsentis & futuræ beatitudinis præcesserat in ipso quędam elatio reprimenda: vnde iusto Dei iudicio permissus est à diabolo tentari, & succumbere tentatori. Extollenti vtique se animę, & nimium de propria virtute præsumenti, experimento pœnæ fuerat demonstrãdum, quàm non bene se habeat facta natura, si à bono factore recesserit. Eodem gladio quo Angelus nequã seipsum peremit in cœlo, eodem gladio hominem in paradiso occidit. Non enim ex eo tantum Angelus ille intumuit, quod iam à Deo susceperat, quantum ex eo quod ab illo acciperet, si ei humiliter subdi voluisset. Si igitur in illis locis beatitudinis, immo in ipsis creaturis, in quibus præcesserat dignitas prælationis, reperta est prauitas elationis, quid de nobis futurum esset, vel quid nobis restaret agendum, si in hoc sæculo proximo inferis & vicino peccatis, nunquam senes, sed semper sani, semper iuuenes essemus, & immortales effecti? Certè nullam aliam quęreremus beatitudinem, nec ipsum etiam agnosceremus creatorem: sed elati semper & superbi, & creatoris gratiæ, & redemptoris misericordiæ essemus ingrati. Nam licet pœna peccati nos sequatur, ita inflati sumus & superbi, quòd superbia nostra mortem animæ nostræ quotidie, immo assiduè operatur. Diuina tamen miseratio idcirco nos pœna peccati flagellari voluit & castigari, vt vel sic agnoscamus quales per nos, & quales à Deo facti sumus: & habeamus odio, quales nos fecimus: & ipsum ante omnia & super omnia diligamus, & nos quales fecit: & ei gratias agamus, qui peccati pœnam, peccatorum nobis exhibet medicinam. Quod die tertia resurgamus, asserit Propheta Dei dicens: *Viuificabit nos Dominus post duos dies, & in die tertia suscitabit nos.* (Osee 6.) Hæc dies prima fuit ab Adam vsque ad Noe. A Noe est dies secunda vsque ad finem sæculi. Tertia dies erit secundus aduentus Christi. In illa tertia die omnipotentia diuinitatis suę corpora nostra Christus suscitabit, qui mortis suæ die tertia seipsum suscitauit. Quod dicit Propheta: *Viuificabit nos post duos dies*, scilicet die tertia, & ipsa eadem die *nos suscitabit*, ordinem nostræ resurrectionis ostendit. Eo vtique ordine resurgemus, quo Christus resurrexit: excepto quod non suscitabimus nos, vt ipse seipsum suscitauit. Sed sicut anima Christi semel ab eo suscepta, nec deinceps separata ab ipso, die tertia rediit ad sepulchrum, & ibi corpus suum viuificauit, & ita de sepulchro Christus suscitauit seipsum: ita & animę nostræ die tertia, Deo præcipiente, corporibus suis sociabuntur in sepulchris; & ita viuificata statim de sepulchris suscitabuntur. Prius enim à Deo viuificata, id est, animata erũt corpora, quàm suscitentur. Quod, inquam, triduano mortuo, à Domino suscitato apertè monstratur: qui ante mortuus erat, quam illuc Dominus veniret, & illum vocaret de monumento. sed mox vt illum vocauit, qui mortuus fuerat, de sepulcro viuus exiuit. Non enim ei dixit Dominus, Mortue, sed, *Lazare veni foras.* (Ioan. 11.) Vnde manifestum est, quod in monumento iam animauerat, quem viuentẽ vocabat. Vna vox Domini ibi duo miracula simul egit, quia & mortuo vitam reddidit in sepulchro, & ligatum hominem extra sepulchrum produxit. Post resurrectionem suã Christum Deum & Dominum nostrum soli boni & pauci, & modico tempore viderunt. Soli etenim boni futuræ resurrectionis gloriam habebũt, & creatorem suum ac redemptorem, cuius præsentiam corporis post resurrectionem modico tempore habuerunt, sine fine videbunt. Et pauci erunt ad comparationem malorum. Nam, sicut ipse in Euangelio dicit, *Multi vocati, & pauci electi sunt.* (Matth. 22.) Ante resurrectionem suam multi & boni & mali, & aliquanto tempore Saluatorem nostrum viderunt, & habuerunt in carne præsentem: vt qui pro multis, immo pro cunctis saluandis venerat, ab omnibus aliquanto temporis spatio videretur, quo in illum credere possent, & saluarentur: qui verò credere nollent, de peccato suo nullam excusationem haberent, & damnarentur. Multa Saluator noster in hoc mundo operatus est, vnde omnes in eum potuissent credere si voluissent: sed tria specialiter & principaliter egit, quæ nemo alius faciet, vel fecit. Vnum videlicet, quòd de virgine natus est: alterum verò, quòd à morte suscitauit seipsum: aliud, quòd carne suscepta de virgine ascendit in cœlum, Rex & Dominus etiã in humano corpore factus Angelorum. Supra diximus, quòd postquam Christus Dei filius animam nostram suscepit, adeo dilexit eam, quòd se ab illa deinceps minimè separauit. Sicut enim carnem nostram, ita & animam nostram in beata & gloriosa virgine Maria suscepit: sed talem qualem habuit Adam ante peccatum, non qualem Adam peccãdo fecit. Quo nos docuit exemplo, ne animam nostram, quam adeo dilexit, vt moreretur pro ea, nec in mortis angustia se separauit ab illa, infideli seruo, & crudeli inimico nostro qualibet occasione tradamus, qui eam nititur adulteram facere, & ancillam. Mors namque filij Dei, & eius passio carnem quidem ab anima separauit; animam verò à Verbo, id est, à Dei filio separare non potuit. Ad commendandam itaque erga hominem præcipuæ dilectionis suæ gratiã, vt homo possit esse quod Christus est, quod homo est Christus esse voluit. Illum, fratres, qui nos tanta caritate sibi coniunxit, totis animæ nostræ visceribus diligamus; eumque humiliter atque suppliciter exoremus, vt qui se participem fecit naturæ nostrę, participes nos faciat gloriæ suæ: & qui iam semel de fonte baptismatis per eius gratiam & misericordiam sine peccato surreximus, eadem gratia & misericordia sua in illa resurrectione secunda absque omni contagione peccati resurgamus, ipsumque videre pariter & habere mereamur Iesum Christum, creatorem & redemptorem nostrũ: qui vnus Deus cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

DE ASCENSIONE DOMINI.

SERMO VI.

HOdierna die, dilectissimi, homo in Deo cælos ascendit, & Deus in homine. Christus Dei & virginis filius, matrem in qua cepit animam, & carnem corporaliter in terra reliquit, & ascendens in cęlum petijt patrẽ: qui licet in alio aliud esset, in altero

extitit

extitit idem. Aliud quidem in natura diuinitatis, non aliud tamen in persona assumptæ humanitatis. Forma vtique Dei forma hominis induta est: quod salubriter creditur: & qui erat cum patre, patrem petiit in homine. Sed alter ab altero eleuatur, & susceptus à nube in patris dextera collocatur. Hanc venerabilem ascensionem suam prius quidem per semetipsum, & postea Magdalena nunciante Maria, Christus prędixit Apostolis: qui eum ascendentem in cœlum videntes pariter & admirantes, loquętibus ad eos Angelis, in fide & spe primæ & secundæ resurrectionis confirmantur. Prima quidem resurrectio in capite nostro iam præcessit, quæ vera fide creditur; secunda verò sequetur in membris, quæ certa spe expectatur. Huius miræ gaudio & dilectione mirandæ diuinæ & humanę ascensionis magna sunt sacramēta: de quorum magnitudine, nec homo, nec Angelus de cœlo tantum dicere posset, quod ad comparationem magnitudinis eorum modicum non videretur, & esset. Hoc inter cætera est magna deuotione mirandum, quòd homo prius diabolo subditus per peccatum, non solùm liber factus est à peccato, sed quodcumque ligat, ligatum est, & quodcumque soluit, noscitur absolutum. Homo minor Angelo ante factus fuerat, sed gloria & honore postea coronatus, constitutus est super omnia quæ Deus fecerat. Homo siquidem Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes cœlorum, Cherubin & Seraphim sua magnitudine superat, & eis imperat: & ei obediunt voluntate. Homo præterea in Dei filio collocatus in cœlo in sede maiestatis diuinæ venturus est ad iudicium, non in ea humilitate, qua iniustè iudicatus est, sed in ea potestate, qua iustè iudicaturus est. Quoddam præcipuum videtur fuisse diuinæ dispensationis mysterium, quòd in eo, quod minor est Patre Filius, ęqualis Filio esset homo: & ab initio hoc speciale priuilegium homini seruaretur, vt non solùm hominum iudex fieret, sed etiam Angelorum. In qua potestate iudicij cùm homo iudex futurus singulariter dicitur, membra à capite minimè separantur. Deus Filius hominis, homo, est caput Ecclesiæ, & huius capitis mēbra Apostoli præcipuè dicuntur, qui cum illo iudicabunt, quod Christus in Euangelio protestatur. Nec Apostoli soli iudicabunt cum eo, sed qui Apostolos vita & moribus imitantur. Hęc potestas à Deo Patre data est Filio, & à filio data est Petro, & in Petro data Ecclesiæ. Hanc filius accepit in forma hominis, qua Patre minor est: non in forma patris, qua patri æqualis est. Forma Patris, in qua filius est patri ęqualis, sicut nec minor esse potest, nec maior; sic nec minùs potest habere quàm habet, nec amplius. In ea vtique forma nihil Filio datur, in qua ipse omnia continet, & habet. Potestatem autem, de qua loquimur, accepit humanitas à diuinitate, sicut in Euangelio dicitur: *Data est Christo potestas iudicium facere, quia filius hominis est.* [Ioan. 5.] Potestatem quam Christus non habuit ex eo, quòd est filius hominis, aliunde accepit. Vnde? desuper vtique, à Patre, à Filio, à Spiritu sancto. Inde Christo potestas data est, vnde eius anima & caro beata facta est. A Christo Deo Christus homo beatus factus est, & ei ab illo potestas data est. Aliud quidem est Christus Deus, & aliud Christus homo: non tamen duo Christi, sed vnus est Christus, Deus & homo. Potestate autem in humanitate suscepta, Christus homo in Christo Deo, & Christus Deus in homine Christo ligat, soluit, & iudicat. Adeo enim sunt vnita in Dei filio, & diuinitas humanitati, & humanitas diuinitati; quòd licet non sint vnum, vna tamen est persona vtriusque, vnum opus, vnum velle, vna potestas, vna veritas, vna misericordia, vna censura iustitiæ. Patris, & Filij, & Spiritus sancti est vbique vna & communis operatio,

A & totius Trinitatis dispositione ad formam hominis, quam solus Filius suscipit, specialiter iudicium pertinet. Quod ipse in Euangelio asserit, dicens: *Pater non iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit filio.* [Ibid.] Quod alibi dicitur: *Ego non iudico quemquam,* [Ioan. 8.] ad hoc respicit quod dixerat Iudæis, *Vos secundum carnem iudicatis,* id est, carnaliter: *Ego autem,* carnaliter, scilicet iniustè, *quemquam non iudico,* sicut vos facitis, siue, *non iudico quemquam,* secundum carnem tantùm, sicut vos iudicatis: sed etiam secundum cordis correctionem. Vel *Ego non iudico quemquam,* non dixit, non iudicabo: sed illa hora, qua ista dicebat, neminem iudicabat. Veraciter iudicandus, & iudicaturus in hunc mundum venit: & sacra testificante scriptura, iterum iudex venturus asseritur. Vbi eum iterum venturum iudicem sacra scriptura testatur, B eum extitisse iam iudicem manifestè monstratur. Quod vtique iterum faciendum est, hoc altera vice fuisse factum minimè dubitatur. Nos quidem miseros bonus factor & pius redemptor respexit intuitu misericordiæ: sed contra diabolum egit censura iustitiæ. Nam vbi pro nobis ad mortem iudicabatur iniustè, quid aliud faciebat, quàm nos vero iudicio ab æterna morte liberabat? Vbi verò ligabatur, quod aliud agebat opus, quam iusto iudicio vincula peccatorum nostrorum soluebat? Iudicabat etiam in hoc sæculo suos Christus, cùm eos aut martyrio, aut exilio, siue falsorum persecutione fratrum examinabat. Vnde Apostolus Paulus dicit: *Cum iudicamur à Domino, corripimur, vt non cum hoc mundo dānemur.* [1. Cor. 15.] C Christus ipse quod iudex venerat testificabatur, quando dicebat: *Ego sicut audio iudico, & iudiciū meum verum est.* [Ioan. 5.] Et iterum: *in iudicium ego in hunc mundum veni.* [Ioan. 9.] Et alibi: *Princeps huius mūdi iudicatus est.* [Ioan. 16.] Ego sicut audio, scilicet, à Patre meo in assumpta carne; *sic iudico, & iudicium meum verum est.* Ac si diceret: non potest verum non esse iudicium meū, quia pater qui mihi iudicādi tribuit potestatem, verax est: & ego qui iudico, veritas sum. In iudicium in hunc mundum se venisse testatur, vt iudicaret, non solum vt iudicaretur: vnde subditur, *Vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Qui Christo veniente non videbant, qui se non videre, scilicet non iustos D esse æstimabant, sed peccatores confitebantur, illuminati sunt, quia lumen vitæ perceperunt. Et qui videbant, videlicet Scribæ & Pharisæi, qui se solos videre, id est, iustos esse credebant, & cæteros tanquam cæcos aspernabantur, cæci facti sunt, quia lumen veritatis, quam habuerūt præsentem, perdiderunt. Hoc itaque Christi iudicio actum est, & etiam quotidie agitur, quod illuminantur humiles peccatores, & iusti superbi excæcantur. Istam discretionem, quam inter bona & mala opera hominum tenuit Christus & tenet, iudicium appellauit. Alibi dictum est; *Non misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum sed vt saluetur mundus per ipsum.* [Ioan 3.] Hoc vtique verum omnino creditur: non enim potest verum E non esse quod veritas loquitur, verè filius Dei non est in mundum missus à Patre vt mundum iudicaret, qui ad hoc in mundum venit, vt mundus per ipsum saluaretur, si mundus voluisset. Sed quod voluit Christus, noluit mundus. Si voluisset mūdus quod voluit Christus, in Euāgelio ipse nō diceret, *Hierusalē, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti:* [Matth. 23.] Si quod voluit Christus mundus voluisset, credere vtique & saluari potuisset. Non enim credere potuit, quia noluit quod Christus voluit. Et quia sua sponte, non Christi voluntate infidelis factus est, eum iudicatum non dubitamus, cum Christus dicat: *Qui non credit, iam iudicatus est.* Hoc in loco mundi nomine populus Iudæorum intelligitur, quib. ipse specialiter locutus est, & ad quos præcipuè missus est.

Mundus itaque & princeps mundi huius, Christo testimonium perhibente, iudicatus est. Vbi principem huius mũdi diabolum iudicatum asserit, se profectò iudicasse diabolum ostendit, cum à nullo nisi ab ipso, & per ipsum possit diabolus iudicari. A Christo igitur diabolus iudicatus est, cum eos quos infidelitatis vinculis alligauerat, Christi prædicatione conuersos amitteret, & seipsum plangeret eiectum foras de cordibus hominum, & nullum posset tenere, qui crederet. Etiam in cruce positus circa illos duos latrones crucifixos, inter quos & ipse crucifixus fuerat, iura iustitiæ exercebat, vbi illorum alterũ iudicauit ad gloriam, alterum vero deputauit ad pœnam. Sua voluntate stans fixus in cruce verus imperator ille de hoste superbo triumphabat. Iam diuina potestate iustus iudex iudicabat: iam agnos ab hœdis separabat, & quid in alio iudicio sit facturus significabat. Ratione pariter & auctoritate docetur, quod iudex iam venerit, & iudex venturus expectatur. Maiestatem diuinam, quam vnam eandemque æqualiter habet cum Patre & Spiritu sancto filius humiliauit, vbi formam serui suscepit: in qua Dominus om̃nium factus est hominum seruus, & seruiuit hominibus vsque ad mortem. Hanc quidem suscitauit, quam secundo assumpsit, in canonissimum illud & formidandum valde iudicium facturus, ad quod omnia elementa, & etiam virtutes cælorum commouebuntur. Forma diuinitatis, quæ vna est Patris & Filij & Spiritus sancti, nec mundo apparuit, nec apparebit in iudicio: sed forma hominis cum claritate multa, & magna potestate videbitur, quæ in Dei Filio, & Dei Filius in ea iudicabit. Et hoc quidem iusta & rationabili ordinatione constat esse dispositum, vt Deus in ea forma, in qua iudicatus est à mundo, iudicet mundum. Quam quia mundus vidit humilem, & superbus contempsit, videbit sublimem & timebit, & quæ fuit in cruce exaltata ad pœnam, & in ascensione exaltata ad gloriam, & in iudicio exaltabitur, & humiliabuntur superbi. Et nunc maximè complebitur quod dicitur, *Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* (Luc. 18.) Nostri Saluatoris aduentus quia Dei est & hominis, vehementer diligendus est: & quia iudicati, & iudicaturi est, nõ mediocriter metuendus, & nos itaque Dei & hominis aduentum cũ dilectione timeamus, & cum timore diligamus: quatenus ipsum qui secum hodie naturam nostram eleuauit in cælum, læti iudicem videre & habere valeamus dominum nostrum Iesum Christum, qui vna, eademque gloria & maiestate, cum Patre, & Spiritu sancto, viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

De purificatione Sanctæ Mariæ.

SERMO VII.

SOlemnitas hæc quę ad honorem Dei & eius sanctissimæ matris hodie celebratur, maioribus festiuitatibus anni iure creditur non minor esse, quod ratione & veritate mõstrabitur. Donabit Deus homo, & mater virgo, vt quod ad laudem & gloriam vtriusque promissum est, vtriusque reddatur auxilio. Eadẽ quippe deuotione, qua dies Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ à Christiana religione noscitur celebrata, debet & ista celebrari. Nam sicut illa est sua præcipuè, & matris ipsius, sic & ista est sua specialiter & matris illius. Est quidem illius diei solennitas magna, qua Christus de virgine matre natus est, & qua est à Ioanne baptizatus: & ista æqualiter magna: qua ab ipsa eadem virgine, & à iusto Simeone est Deo Patri in templo oblatus. Cuius Pater ante tempora ex se genitum filium, vt homo fieret in ea, contulit virgini matri: mater virgo eundem ipsum ex se in tempore natum hodierna die hominem obtulit Deo Patri. Manet itaque & Deo Patri, & virgini matri mirandus filius. Valde namque mirandum est, quod excepta hominum communi creatione Deus habet filium hominem, & fœmina filium Deum. Hoc vtique in Christo factum constat, qui est Deus & homo, & vterque vnus, & filius vtriusque. Hic vnicus filius vnico patri ab vnica matre oblatus est, vnus vni: immo in vno omnes fideles sunt oblati. Hanc diem venerabilem, diem esse purgationis Mariæ secundum legem Euangelium testatur. Merito mater legem seruauit, cuius filius, & legem dederat, & venerat vt in se legem adimpleret, quam aliis dederat ante. Illa tamen pudica puella, nec in aliquo, nec de aliquo habuit vnde tunc purgaretur. Sancta etenim virgo fuit & in conceptione, & in natiuitate prolis: & idcirco puer natus ex ea vuluam eius non aperuit, licet per illam illius vteri portam nasceretur. Porta ventris eius virginis extitit vulua eius, de qua Ezechiel propheta, sic loquitur: *Est porta in domo Domini clausa, & non aperietur.* (Ezech. 44.) Domus Domini est bona Maria, quia ipse fundauit eam, & homo factus est in ea. Porta huius domus, vt dictum est superiùs, fuit vulua in virginis vtero, per quam clausam quidem egressus est in vna persona Deus & homo. Cuius beatissima mater, licet non ignoraret quis esset quem genuisset, cui videlicet non erat lex posita, sed subiecta, in templo tamen filium obtulit, iuxta legũ mandatum. Expectauit quidem diem purgationis, & occultauit filij deitatem. Nam si Christi incarnatio fuisset nota diabolo, nec Christus pro nobis moreretur, nec fieret nostra redemptio. Nata prole agnum, par turturum, aut duos pullos columbarum offerri pro ea suerat legis præceptum. Quod si fortè alicui agnus deesset, alterum horum, vel vtrumque, par videlicet turturum, aut duos pullos columbarum, Domino in filij oblationem offerret. In vtroque testamento, & in lege, & in Euangelio mentis & corporis puritatem Dominus exigit. Puritas illa hæc est, quę à Domino exigitur, vt bonum quod à nobis foris ostenditur, prius concipiatur in mente. Non enim cum difficultate bonum opus fieri debet, sed cum hilaritate: nec inde affectare debemus laudem hominum, sed expectare à Domino retributionem. Hoc modo fit hostia grata Deo, gratumque sibi Deum facit, qui sic pauperi porrigit manum. Turtur auis casta est, quæ numerosa coniugia respuens, blanditias non curat aliorum, vno solo coniuge contenta. Per hanc Ecclesia Catholica signatur, quæ vni viro sponso Christo solummodo desponsata, nec muneribus corrumpitur, & quasi numerosa coniugia respuens, hæreticorum vitat consortia. Duo pulli columbarum iuxta legis decretum in holocaustum offeruntur. Quod duo sunt, commendat caritatem: quod pulli, innocentiam signat: quod columbarum dicuntur, indicat vnitatem. Merito duobus caritas commendatur, quoniam in ea duo continentur præcepta, quibus Deus & proximus diligitur. In pullis, id est, in paruulis rectè signatur innocentia, à quibus non propria vindicatur, sed condonatur iniuria. In columba non incongruè Ecclesię vnitas figuratur, sicut Dominus dicit, *Vna est columba mea.* (Cant. 6.) Columba præterea cohabitantium secum vnitatem non deserit, sed fideliter seruat: & si causa expostulet, fortiter dimicat. Tunc fidelis quisque columba erit, si per longanimitate, vsque in finem in Ecclesiæ Catholicæ manserit vnitate: & si legitime pro fidei defensione certauerit. *Et ecce homo erat in Hierusalem nomine Simeon: & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel.* (Luc. 2.) Ecce, desiderantis signat affectum, quia Simeonis animo Christum videre cupiẽti nil satis festinabat. *Et erat homo nomine Simeon in Hierusalẽ*, id est, in pacis visione in qua visione pacis, sicut

sicut omnis in qoo manet Spiritus sanctus indubitanter esse creditur: ita omnis qui Spiritum sanctum non habet, longè fieri ab illa nunimè dubitatur. Vnde tot & tanta, quæ in præsenti Euangelio memorantur, seni Simeoni collata fuerunt, si quis desideratet nosse, ex eius nominis interpretatione discat. Simeon enim, audiuit tristitiam interpretatur: & tristitia significat pœnitentiam. Simeon, in quo omnes pœnitentes figurantur, per pœnitentiam desiit esse peccator, & factus est iustus ea peccatute! Qui non solùm de se, sed etiam de proximis suis sollicitus, orabat pro illis assiduè. Orabat pro illis, & pro illis timebat. Sciebat enim quod pro proximis sicut pro seipso erat agendum: & quod sibi & proximis fuerat præmium expectandum. Timoratus igitur ex præteritorũ memoria peccatorum, & ex legis obseruatione, & ex fidei operatione, atque pia compassione proximorum iustus, iustè perhibetur in eo esse Spiritus sanctus. *Et responsum acceperat à Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.* Sicut nescimus vbi & quando acceperit, ita quod acceperit, & à quo & quomodo acceperit certi sumus. Nam fide & dilectione, multiplici prece, assidua oratione, & bonorum assertione operum hoc responsum meruit à Spiritu sancto, & obtinuit promissum. Hoc ipsum spiritualiter vnaquæque fidelis anima à Spiritu sancto percipit, se videlicet non visuram mortem, nisi prius videat Saluatorem. Vidit Simeon corporali intuitu Christum in carne, & corporaliter habuit præsentem. Et nos obtutibus mentis & fidei illum in suis sacramentis videmus manentem in nobis, & operantem. Nam nisi quisque ante mortem corporis spirituali gratia cerneret, & haberet Deum, morte damnaretur æterna. Vidit Simeon oculis corporis Christum hominem, & corde & corpore Dei in homine adorauit maiestatem. Et nos quidem in baptismate oculis carnis aquam videmus, & in aqua Christum ipsum oculis animæ præsentem cernimus, & in ipso totam Trinitatem. Sicut enim tota Trinitas affuit in baptismate Christi, sic tota Trinitas firmiter adesse creditur, & in baptismate Christiani, in quo non solum cernimus Christum, sed ipsum induimus. *Et venit in Spiritu in templum.* Si quæritur, in quo spiritu Simeon iustus in templum venerit, vtique in Spiritu sancto, qui secundum Euangelicam veritatem in eo erat. Verè Spiritus sanctus, quo ductus est Iesus in desertum, in Simeone erat: & Simeon in eius virtute venit in templum. *Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas.* Et hoc siquidem iusta Domini dispositione factum contigit, vt cuius diuinitati longo tempore iustus iste cordis deuotione seruierat, nunc tandem quasi in vltimo positus, eius corpori corporis deseruiret officio; & sic piam vitam digna morte finiret. *Et benedixit Deum.* Benedixit Deum, ei scilicet gratias agens, benedici ab eo meruit. Benedicere Deum, est optare à Deo benedici, & ei gratias agere. Sciebat beatus senex per Spiritum sanctum, quo erat ipse repletus, per Christi incarnationem, & originale peccatum esse sibi dimissum, & quem per se contraxerat reatum. Vnde exultabat interius, & exterius gaudebat, dicens: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace.* Se seruum dicit, & Christum Dominum vocat: seruum vtique illius, & dimissum, secundum quod ei ille promiserat. Propheta sanctus missus creditur & dimissus. Quo missus? vnde dimissus? dimissus à tribulatione sæculi, à prima transgressione, à propria offensione, & in pacem missus. Nemo enim pacem, quam Simeon habuit, habere potest, nisi ab hoc sæculo alienus fiat, & à peccatorum pondere fuerit absolutus. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Quem corporis oculis videbat hominem, corde credebat & voce confitebatur mundi Saluatorem. Huius itaque

A venerabilis senis cordis intentio, ad suam ipsius iustitiam pertinebat; & eius oris confessio ad proximorum salutem. *Quod parasti ante faciem omnium populorum.* Hoc salutare Dei paratum, id est, ad salutem omnibus propositum: omnes populi, nec corporeis, nec spiritualibus oculis viderunt. Sed ideo *ante faciem omnium populorum* paratum dicitur, quia ex omnibus populis crediderunt in Christum: & credentes eum, oculis conspexerunt. *Lumen ad reuelationem gentium.* Hoc enim lumine, gentes quæ Deos colentes alienos se à facie Creatoris absconderant, reuelatæ sunt: hoc lumine, quæ perditæ fuerant, sunt inuentæ. Hoc etiam lumine illuminatæ sunt: quia hoc lumine, lumen fidei perceperunt. Christus lumen est, qui non solum gentes illuminat: sed lumen omnium qui illu-
B minantur, siue in anima interius, siue exterius in corpore. De hoc lumine dicit Propheta: *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestra non confundentur.* (Psalm. 33.) Quæ enim fiunt in tenebris, mala sunt, & digna confusione. Vnde Dominus in Euangelio dicit: *Omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ne eius mala opera manifestentur.* (Ioan. 3.) Lumen paratum ad reuelationem gentium, paratum est & ad gloriam plebis Iudæorum. Plebs ista valdè illuminata est, & specialiter sua est: quia præ cæteris nationibus electa est. De plebe ista Patriarchas, & Prophetas, Apostolos sanctos elegit: & de illis qui in plebe ista erant, custodes pecorum, rectores populorum, & dominos fecit. Legem, promissiones, multum per omnem modum,
C quod Apostolus Paulus testatur, huic popolo, dedit. Præter cætera & super omnia quæ eis dederat, de ipsis elegit matrem, & de eorum carne carnem assumpsit. Caro siquidem omnium hominum vna est, & de vno limo facta. Sed magis in plebe Israelitica Christus carnem accipere voluit ad maiorem eorum gloriam, quàm in alia gente. In hac igitur carne eius honorabilis mater virgo eum concepit, & peperit, & causa salutis, & humilitatis exemplo obtulit in templo hostiam viuam & viuificantem in odorem suauitatis. Verè bona Maria peperit Christum, & in Christo peperit Christianos. Est itaque mater Christi, mater Christianorum. Si mater Christi, Christianorum mater est, patet profectò, quia fratres sunt Christus & Christiani. Nec solum Christus Christianorum fra-
D ter est, sed pater omnium hominum & præcipuè Christianorum. Et nos quidem Christiani sumus: & voluntate, malitia & multiplici malignitate à tanta fraternitate facti degeneres, tanti patris nos indignos fecimus hæreditate. Vnde ad matrem ipsius, & per ipsam ad ipsum recurramus, qui pia & misericordi dispensatione matrem suam nostram esse voluit, vt nobis in nostra necessitate ferret auxilium. Et quoniam redemptorem nostrum paratissimum ad ignoscendum nouimus, & eius gloriosam Matrem habemus, si volumus, in adiutorium, non est nobis iacendum in peccatis, sed citius resurgendum. Et quia nostris meritis hoc minus, immò nihil penitus agere possumus, aliunde quæramus consilium. Solummodo & misericordia redemptoris, & eius matris auxilio, nobis re-
E stat agendum. Et ideo, fratres, nos miseros & infelices humiliter confiteamur, & cum timore pariter & dilectione oremus bonam Domini matrem Mariam piam virginem, vt nobis peccatoribus non indignetur, quam numquam, vt dignum est, honorauimus; sed multis iniuriis prouocauimus ad iram. Non sit memor iniuriarũ; sed quo nos genuit amore vincatur, & matris pietate circa nos hæreat, quasi iam pro peccatis deputatos ad pœnam. Suscipiat causam nostram, piissima mater, & negotium nostrum agat, nobisque auxilietur, vt nos à morte peccatorum eius auxilio suscitatos, inducat cum lumine fidei & sapientiæ in templum gloriæ cælestis, & offerat filio suo, & ad pedes eius nos ponat: & in Hierusalem, quæ pacis est

visio, cum iusto Simeone suis piis precibus faciat permanere: Quod ipse Filius Dei, & Filius Virginis Iesus Christus Dominus noster nobis donare dignetur, qui vnus Deus, vna & æquali gloria & maiestate cum Patre suo, & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum, Amen.

In omni festiuitate beatæ Mariæ matris Domini.

SERMO VIII.

Diem istum, fratres, meritò celebramus festiuum, quem ad honorem gloriosæ matris Domini beatissimæ & incomparabilis virginis Mariæ nouimus consecratum. Hæc est enim, quæ sola virgo concepit, B virgo peperit, & post partum virgo mente & corpore inuiolata permansit. Sicut radius ex stella procedit, sic Dei Filius processit ex Maria. Nec stella radio prodeunte corrumpitur, nec beata Mater filio nascente violatur. Sanè huius virginis partus deificus ei quidem fœcunditatem attulit, & saluam fecit eius virginitatem. Et sicut voluit vt veraciter in ea fieret vna persona ipse Deus & homo: ita voluit vt ipsa fieret vna persona Mater & virgo. Hunc itaque partum beatum dicamus, immo beatissimum certa fide credamus, quem singularis & honorabilis Regina cælorum virgo Maria mundo protulit, non mundi meritis, sed Dei gratia. Verum Dei Filium, verum hominem hæc virgo ineffabilis ineffabiliter concepit & peperit, in sua conceptione & partu satis amplius sanctitatis & incorruptionis percipiens, quàm ante su- C sceperit. Vnde Dei Filio hæc sancta virgo tantum placuerit, si quæratur; dilectione videlicet & humilitate, qua prima Domino virginitatem deuouit. Ipsa enim Dei sapientia dicit, *Ego diligentes, me diligo.* Verè dilexit Dei sapientia Mariam, & Maria dilexit, & multum dilexit Dei sapientiam, Deum scilicet Dei Patris Filium. Dilexit quidem alter alterum, sed Deus amplius dilexit, qui amplius diligere & nouit & potuit. Dilexit vtique eam super beatam societatem Apostolorum, Angelos & Archangelos, & super omnes virtutes & potestates cælorum. Ad hanc beatissimam virginem Deus Pater ex se genitum Filium misit, vt ipse Dei Filius, virginis etiam filius fieret & sponsus. Hoc pater disposuit charitate, Filius voluntate compleuit, Spiritus sanctus parauit thalamum & or- D nauit, id est, ab omni corruptione peccati mundauit virginis vterum, & multiplici sanctitate repleuit. Ibi tamquam in aula regia Deus qui omnia antè creauerat, seipsum creauit in Maria. Nemo miretur quòd sponsum Mariæ eius Filium diximus. Nam pater & sponsus huius virginis, est filius eius. Pater planè, quia ab ipso creata est: filius, quia natus ex ea: sponsus, quia ei charitate coniuncta. Mirum coniugium, sed fide & pietate mirandum, vbi virgo mater extitit, virginitas vxor, maritus Spiritus sanctus, per aurem conceptio, conceptionis interpres Angelus, semen Christus, proles virginis filius Dei. In hac vtique sacrosancta coniunctione non caro carnem carnaliter tetigit, sed Deus pater sapientiam suam visceribus virginis infudit, quę E & in virgine matre carnem assumpsit, & suam beatissimam matrem incorruptam seruauit: & per virgineum corpus egrediens verbum, quod Maria verbo concepit Angelico, verus Deus in vero homine apparuit. Assumpsit verè in vera virgine verus Dei Filius Christus Dominus totum hominem, animam scilicet & carnem. In hac carne natus est homo pro homine. Hac in carne hominem in cruce redemit. Hac in carne Christum homo peremit. Homo quidem & in anima & in corpore redemptus est: sed hæc caro Domini fuit pretium suæ redemptionis. Carnem istam in specie panis discipulis suis in cœna, quam ante passionem suam cum eis nouissimam fecit, mandu- A candam donauit. Vnde illis asseruit dicens, *Hoc est corpus meum.* Et quia de suo propriè proprio corpore dicerer, subiunxit, *Quod pro vobis tradetur.* Nemo hæsitet super hoc, quod Christus carne sua discipulos cibauerit suos, cùm cibus iste animarum sit potius intelligendus, quàm corporum. Nam si caro Christi animarum tantum cibus non esset, post cibos corporum Christus eam discipulis nequaquam dedisset. Morte suæ carnis redemit suos, suorum etiam animas eadem carne spiritualiter pauit. Fecit enim Deus quod voluit, & quod voluit, facere potuit. Alioquin Deus omnipotens non esset, si aliquid vellet facere, quod minimè posset. Qua autem ratione hoc Deus fecerit, non est opus disputatione: sed fides adhibeatur, & sufficit. Fide enim hæc opera Dei noscuntur, B non sophistica contentione. Hanc suam veraciter carnem ipse suscitauit à mortuis tertia die omnipotentia diuinitatis: istam videntibus Apostolis eleuauit in cælum: in hac ad iudicium veniet cum potestate magna, & maiestate. Deum in hac carne videbunt impij, non in ea humilitate, qua pro ipsis, & ab ipsis iniustè iudicatus est: sed in ea sublimitate, qua pro suis eos sceleribus iustè iudicaturus est. Videbunt, inquam, illum quos ipse dilexit, & quem ipsi oderunt, suum videlicet redemptorem, & ante sui redemptoris conspectum peribunt. Iusti autem, super id quod dici, vel cogitari potest, ab auditione bona lætabuntur, & exultabunt. Audient enim ipsum Dei filium vocantem eos, & dicentem, *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine* Luc. 22. 19. Matt. 25.
C *mundi.* Illo vtique die homines qui in hoc sæculo humiles sunt & obedientes, patriam illam cælestem & supernam, duce suo capite Christo, cum honore magno & exultatione intrabunt, vnde superbi & inobedientes Angeli cum verecundia magna & confusione ceciderunt. Ibi videbunt homines Deum facie ad faciem, sicuti est: & donabitur eis vita, salus & gloria sempiterna, quæ Deus est. Beata autem Maria mater Virgo, & sponsa intacta, ibi piissima apud piissimum filium suum obtinebit, vt nemo illorum pereat, pro quibus vel semel orauerit. Nec mirum: quia vniuersum suis precibus mundum saluare potest, si ipsa voluerit. Et ipsa quidem pro vniuerso mundo paratissima esset ad precandum, totusque mundus saluaretur, si precibus eius se faceret dignum. Hæc certis- D sime apud omnipotentem filium, vt diximus, orando potest quidquid desiderat: sed pro illis, qui semper peccare desiderant, nullatenus orat. Nam qui huiusmodi sunt, Deo placere vlla ratione non possunt. Pro talibus nullus sanctorum supplicare præsumit: nec eis eleemosynæ ad conquirendam vitam æternam, nec sacrificia prosunt. Vnde princeps Christianæ doctrinæ Paulus Apostolus dicit: *Post acceptam notitiam veritatis voluntariè peccantibus nobis iam non relinquitur hostia pro peccatis:* ac si diceret, nullus baptisatus post peccatum Deum sibi reconciliare poterit, quamdiu in peccati voluntate permanserit. Hebr. 10.
Cæteri siquidem sancti dominum Deum orant, & orando impetrant: sed honorabilis Virgo Maria filium ex eo quod Deus & Dominus est, exorare meri- E tò creditur, ex eo tamen quod homo est, & natus ex ea, quasi quodam matris imperio apud ipsum impetrare quicquid voluerit pia fide non dubitatur. Nam si quilibet sanctus apud iustum iudicem Deum obtinet quicquid sibi iure debetur: hæc quæ est mater iudicis & omnium sanctorum Domina, iure matris numquam fraudabitur. Hoc est enim materni iuris apud filios dignitate sublimes, vt si eos matres eorum sæpius rogent, quia Domini sunt, eis etiam aliquando quasi imperent, quia filij sunt. Bonum vtique astutiæ, quod Deus hominibus dedit, numquam sibi, qui est summum bonum, & à quo bona cuncta procedunt, negabit. Et quod hæc beatissima virgo mater Domini

Domini fecisse legitur in tertia immeritò facere dubitarerut & in cælis. Nam vino deficiente nuptiarum in Chana Galilææ, dixit mater Iesu ad Iesum, virgo videlicet Maria ad Filium, *Vinum non habent*: ac si et ipsa præciperet, vt ipse faceret, quòd qui non habeant vinum, haberent. Hoc bona mater pietate quidem præcepit, quod bonus filius pia obedientia compleuit. Nihil in huius virginis laudibus hæsitemus: honorat siquidem filium, qui laudat matrem: sine cuius laude Deo placere impossibile est, & cum laude eius ei displicere nemo potest. Hanc igitur sanctissimam & admirabilem virginem laudemus, quia virginis filio placere sine matris virginis laude non possumus. Diligamus eam sicut charissimam Domini matrem, quam ipse diligit, vt propriam carnem. Cuius etiam laudabilem virginitatem adeo approbare & honorare disposuit, vt quosdam magis de suo ortu, quàm de eius virginitatis integritate dubitare voluerit. Hæc est dulcissima mater Virgo Maria, quæ mortis peperit mortem, vitam hominis, diaboli confusionem, absolutionem peccatorum, omnium iustorum beatitudinem. Res mira, sed cum gaudio & fide miranda. Homo qui est ex hac virgine natus, non solùm hominum rex est, sed Angelorum, & omnium cælestium virtutum creator & Dominus. Hæc est cui Angeli seruiunt, Archangeli famulantur: omnis etiam militia cælestis exercitus hanc virginem laudat & veneratur. Hæc sola post Deum super omnes creaturas obtinet principatum. O quàm venerabilis, quàm sublimis hæc beatissima mater, cuius filius, quamuis omnipotens Deus sit, ei tamen nihil vnquam negare potuerit! Hæc virgo tam sancta, tam gloriosa, tam honorata, à Deo tam sublimata, ita humilis, ita compatiens, ita misericors & pia, quod propter animam peccatricem, & iam pœnis deputatam æternis, seueritati districti iudicis se opposuerit peccatricem. Christianus etenim quidam, Theophilus nomine, sicut veraciter legitur, suis infortuniis adeo desperatus fuerat, & seductus à quodam Iudæo, quòd Christum Dominum & eius sanctissimam matrem negauerat, Christianæ fidei renuntians, quam susceperat in baptismo, & ipsum diabolum adorans, huius detestabilis operationis ei fecerat chartam proprio annulo sigillatam. Posteà verò diuinę pietatis miseratione compunctus, ad misericordissimam Domini matrem Mariam piissimam virginem consilium & auxilium petiturus se conuertit: secum mentò reputans, quòd nullus Sanctorum, nec Angelus, nec quælibet cælica virtus tantum poterat apud Deum, quantùm mater eius. Hoc etiam mente pertractans, quòd filius matris iniurias grauiùs vlciscitur quam suam: & nulla ratione inultam dimitteret, nisi prius ipsa pro suo iniuriatore rogaret. Gloriosæ itaque virgini matri misericordiæ amaritudinem peccati amarè lachrymans confitetur: pectus verberibus vrget, gemitibus supplicat continuis, eam deprecatur assiduè; sed cordis potius intentione, quàm verbis. Mater autem pietatis diligenter audiamus quid fecerit. Consolatur vtique peccatorem, & quasi suum quodam compassionis affectu faciens peccatum, causam peccatoris suscipit, procedit oratura ad iudicem. Perorat misericors mater pro misero ad misericordiam filium: misericordia à miseria liberat miserum. Lachrymatur peccator iste, vt diximus, sed amarè. Mater pro peccatore filio supplicans accedit: filius respicit peccatorem: à peccatore peccatum discedit: vt decepti hominis chartam reddat, diabolo deceptori virgo potenter imperat: iniuitus & confusus criminator obedit: homo per manum Virginis chartam recipit absolutus: & vbertim lachrymas fundens præ gaudio, Deo & eius beatissimæ matri laudes non modicas, & multiplices gratiarum actiones rependit. Hæc est laudabilis, & vniuersalis imperatrix Angelorum & hominum virgo sanctissima, quæ licet à creatore omniũ creata sit, in ipsa creator ipse factus est creatura. Filia quidem Dei; sed Dei simul & hominis mater incorrupta. Hæc post filium suum est præcipuum refugium peccatoribus, quò post lapsum fugiant, consilium, vt pœniteant, auxilium, vt conuertantur ne peccent. Nulla tam grauis est peccati vel criminis plaga, cuius non sit, si ipsa voluerit, medicina. Confessionem & pœnitentiam in hominibus desiderat peccatorum, vt pro illis occasionem habeat deprecandi. Huic igitur excellentissimæ ac piissimæ matri Domini semper virgini Mariæ humilitate supplicantes, quòd malè fecimus confiten nulla occasione differamus, & per supplicabiles ipsius preces, nos & omnes actus nostros Domino commendemus, vt ad ipsum qui & peccantibus iustè irascitur, & pœnitentibus misericorditer indulget, peruenire mereamur, præstante eo qui pro nobis ea ea factus est homo Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

an. 2.

In festiuitate beatæ Mariæ Magdalenæ.

SERMO IX.

AVdiuimus, fratres, cùm Euangelium legeretur, quia quidam Pharisæus rogauit Dominum, vt manducaret cum illo. Cuius superbiam licet non ignoraret Dominus qui omnia nouit, Pharisæi tamen domum ingressus est, & sic discubuit. Vnde prudenter considerandum est, quantum Deus charitatem diligat, qui nec speciem charitatis refutat. Pharisæus namque valdè superbus erat, & idcirco charitatem habere non poterat. Dum igitur Dominum, vt secum manducaret, rogauit, non virtutem quam non habebat, sed speciem charitatis exhibuit. Inter hæc, *Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod* benignus *Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, stansque retro secus pedes Domini, cœpit* humiliter *lachrymis rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergere & osculari*. Ac deinde *vnguento* quod attulerat, *vngere non cessabat*. Istam peccatricem feminam nulli dubium est Mariam fuisse Magdalenam, quæ prius quidem extitit famosa peccatrix, sed postea facta est gloriosa prædicatrix. Hæc vt cognouit Saluatorem esse cum Pharisæo, humilem videlicet cum superbo, elegit magis de pietate Saluatoris confidere, quam austeritatem Pharisæi formidare. Formidabat sexus fragilis Pharisæum, hominem sine misericordia, & nimis asperum, qui mulierem aspernabatur, & alienam à salute credebat, & ab ea tangi penitus dedignabatur. Sed fons bonitatis & pietatis origo Deus humilis, qui humiles peccatores quærebat, non vt damnaret, sed vt iustificaret, mulierem peccatricem non despexit, nec ei suos subtraxit pedes; sed tradidit, & eius obsequium multum gratanter suscepit. Illa verò quando primum accessit ad Dominum, attentius audiamus quid fecerit. *Retrò secus pedes stetit, & flebat*: quia quamuis de misericordia Domini plurimum præsumeret, accusatrix peccatorum conscientia eam vehementer vrgebat. Hæc itaque peccatrix dum dilectio dat ei spem, & memoria peccatorum suorum incurrit timorem, dubitauit pene quid faceret: quoniam & ad Christum accedere propriùs recordatio criminum, & timor eam terardabant, & ab illo abstinere diutius spes & dilectio prohibebant. Timore tandem bonæ spei concorditer sociato, ambo duces peccatricis mulieris fiunt, & eam pariter vsque ad tenendos ipsos pedes multum benigni Saluatoris adducunt: vbi illam deuotione prosternentem feliciter commendarunt. Beati tales duces, qui semper ducunt ad Christum: & beata peccatrix, quæ talem meruit habere ducatum. Spem atque timorem, dilectissimi, Luc. 7.

ita alterum alteri necessarium esse cognoscamus, quòd vnum sine altero nunquam nobis prodesse credamus. Timor vtique sine spe, est desperatio: & spes sine timore, stulta præsumptio. Ecce mulier peccatrix pedes tenet, quos tenere diu desiderauit: super ipsos lachrymas fundit. Non ibi eam locutam fuisse legimus, sed lachrymatam: & tamen optimè locutam credimus, sed lachrymis potius quàm verbis. Valde namque fructuosa est apud bonum Deum locutio lachrymarum. Dum mulier ore tenet silentium, lachryma agit negotium: & dum lingua silebat, lachryma melius confitebatur, & decentius perorabat. Meritò sancta peccatrix dum fleuit, tacuit: ne fortè minus diceret quod nequiter egit. Satis sunt vtique meliores lachrymarum preces, quàm verborum. Nam qui verbis precatur, interdum offendit: lachryma autem offendere minime nouit. Verba aliquando non proferunt totum negotium: lachryma semper totum mentis ostendit affectum. Et ideo mulier iam non vtitur verbis, per quæ multos deceperat, ac decipiendo multum peccauerat; ne per verba minus illi crederetur ad confitendum, quibus vti consueuerat ad peccandum. Multa enim hominis falsitas eum reddit, etiam in veritate suspectum. Vnde maluit causam suam ante iudicem, quem nec cordis arcana latent, fletibus agere; & quod voce deliquerat, lachrymis confitendo delere. Certè Deus ipse fons misericordiarum peccatricis feminæ fontem contulerat lachrymarum: & fons per se deficiens non deficiebat, quia fons naturaliter indeficiens illum abundanter irrigabat. Capillis suis tersit pedes, quos lachrymis lauit. In quo nobis fortitudinis exemplum monstrauit. Dum enim humiliter flendo peccata & crimina nostra abluimus, multum necesse est, vt mentis ratione, quod est nostra fortitudo, non solum crimina, verum etiam peccata deinceps vitemus. Lachrymæ itaque non verbo, sed opere peccatorum prædicant extinctionem: & tersio capillorum, quia postmodum peccata vitare debemus, fortitudinis indicat actionem. Capilli licet superfluere capiti videantur, in ipsis tamen aliquando hominis fortitudo figuratur. Quod in Samsone illo fortissimo apertè monstratur, cuius maxima fortitudo in capillis fuisse refertur. Vnde Saluator etiam discipulis suis loquitur, dicens: *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Non illos vtique capillos esse numeratos, qui vel ferro attonderi, & proiici solent, vel temporis ætate defluere ac perire, dicit: sed virtutes animæ, & multitudinem sensuum, qui de principali mentis, quasi de capite Apostolorum producebantur, capillos capitis appellauit. Isti profectò capilli in Nazaræis erant: istis, vt ita dicam, funibus alienigenas alligabant. Pedes, quos lachrymis lauerat, & capillis, vt diximus, terserat, osculatur. Osculum familiarissimum pacis est, atque concordiæ signum. Ecce quantus est fortitudinis fructus, & lachrymarum. Pacem & concordiam infirmat inter multum ream ancillam, & iustissimum iudicem Deum. Verè multum ream, sed multum gloriosam hanc feminam dicam. Non quidem inde gloriosa est, vnde rea: quia multum rea cum peccando Dominum contempsit: sed multum gloriosa, cùm illum diligit. Hæc mulier dum Domini pedes vnguento, quod secum detulerat, vnxit, odorifero medicamento suæ bonæ actionis, quam per vniuersum mundum longe, lateque dispersit, non sua tantum, verum etiam multorum vulnera peccatorum mitigando sanauit, & quotidie sanare non desinit. Quis enim peccata Mariæ audiens poterit amplius veniam non sperare, si perfectè pœnitere voluerit? Impium est credere, vt ad pœnam deputetur æternam, qui vel postea quam peccauit, pœnitet, & Domini mandata custodit. Hæc, inquam, peccatrix à septem dæmoniis possessa legitur, id est, vniuersitate vitiorum plena fuisse perhibetur. Sed cum ad misericordissimum Dominum compuncta corde reuertitur, immo ab ipso ad ipsum misericorditer trahitur, statim peccatorum & criminum sordibus purgatur. & quæ prius fuerat possessio dæmonum, gratia Spiritus sancti tota repletur. Ac sic ea miseranda peccatrix felix discipula facta, in omni vita sua deinceps Domino diligenter obsequitur. Inter obsequia, quæ sancta femina illi exhibuit, licet vniuerso sit mundo notissimum, irreligiosum credidi silentio præterire. Cùm ipse Dominus & Saluator noster Iesus Christus cum discipulis suis in domo Simonis cœnaturus recumberet, hæc ad illum mulier accessit, atque prout benè consueuerat, vnguentum detulit, & quod ipsi Apostoli minimè præsumpsissent, super caput ipsius illud cum magna deuotione effudit. O quam beata mulier, quæ humilis peccatrix antea cum timore Domini pedes vnxit, postmodum non minus, quam ipse Petrus, sui creatoris ardens dilectione, caput eius vngere meruit. Illum siquidem Petrus negat, quem mulier prædicat: & quia Deus est vniuersorum, mystica vnctione designat. Hæc est, inquam, illa bona femina, quæ prima cum puræ dilectionis studio ad monumentum venit: hæc est illa veraciter, quæ ibi beatas lachrymas fleuit. Huic Christus surgens à mortuis primùm apparuit: & hæc illum surrexisse Apostolis prima nuntiauit. Hæc est peccatoribus forma pœnitentiæ, spes veniæ; quæ peccatorem etiam multis criminibus reum desperare non patitur, si tantum admissorum pœniteat, & corde ad Dominum conuertatur. Hæc præterea non ignorat humanam fragilitatem, pro qua diuinam pietatem incessanter exorat. Hanc specialiter post Dominum, & eius sanctissimam matrem, mirabilem & incomparabilem Virginem, lachrymis potius imploremus, quam verbis: vt quæ, Domino propitiante, suorum veniam lachrymis obtinuit delictorum, sancta intercessione suum propitiatorem nobis peccatoribus propitium reddat: & peccatorum remissione percepta, nos intra ianuam recipiat paradisi, illiusque diuino conspectui sanctos & immaculatos exhibeat. Hæc specialiter, vt diximus, à nobis est inuocanda: hæc vt nobis patrocinetur, humiliter & frequenter deprecanda. Nam quid sit magis necessarium peccatoribus experimento didicit, quomodo per se ruit humana fragilitas: quomodo ex diuino auxilio resurgit: quicquid est intus, & quicquid extra, cognouit. Hæc diuini adhuc ignara mysterii, prius quidem peccando corruerat; sed de suo casu se contra se erexit fortiorem, quam si peccando minime cecidisset. Quæ enim vincula peccatorum non relaxaret fusa super pedes Saluatoris sanctarum inundatio lachrymarum? Cuius plagam criminis non sanaret illa cum tanta deuotione celebrata capitis vnctio Redemptoris? O quàm pura, quàm prouida extitit huius pœnitentis intentio, cui licet prius Dominus quicquid deliquerat, dimisisset, quasi odisset, propriam deinceps persecuta est carnem, continuis castigans eam ieiuniis, & longa orationum & vigiliarum assiduitate fatigatam legi mentis ac rationis diligenter subiiciens. Non quia sancta caro spiritui repugnaret: sed sic agebat, vt de sua carne non quotidianam dico, sed assiduam hostiam laudis suo propitiatori offerret. O quam venerabilis discipula veritatis, quæ post perceptam à Domino Iesu Christo absolutionem omnium peccatorum post eius resurrectionem & ascensionem in cælos, & sancti Spiritus aduentum, declinans inuidiam Iudæorum & patriæ vltimum valedicens, pro sui conditoris amore suscepit gaudens exilium. Est itaque de propriis egressa finibus, Dominum Iesum Christum Deum verum assiduè prædicans, & eius resurrectionis testificans veritatem. Mansit vsque ad exitum vitæ, in hac veritatis assertione perseuerans. Hæc sancta mulier corrigendis hominibus præbuit correctionis documentum, &

correctis

correctis vitiis exemplum. Huius oratio est medicina peccati: eius lingua pia ostiaria facta cæli. Omni perfectè pœnitenti ianuam aperit: nullus ab ea peccatore excluditur, nisi qui impœnitens intrare noluerit. Huic igitur gloriosæ feminæ, fratres mei, animas & corpora nostra tota intentione ac virtute commendemos: quatenus eius suffragiis & intercessionibus intra illam beatitudinis ianuam recipi valeamus, & ad ipsum, ad quem iam ipsa feliciter peruenit, & nos peruenire, eumque videre & habere mereamur Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

De Latrone saluato in cruce.

SERMO X.

IN passione nostri Saluatoris latro ille, qui in sinistris positus fuerat, & adulabatur Iudæis, & conuitiabatur Christo, malam vitam peiori morte finiuit, & recepit sicut meruerat. Et ideo diu loqui de eo inanis labor est, & mora inutilis. Loquimur igitur de alio, de quo loqui & materia fidelis est, & causa salubris. Hic vero in dextris positus, non quia crediderat Christo, patiebatur; sed credidit dum pateretur. Christum hominem crucifixum clauis in cruce, toto corpore tensum vidit aspectu corporeo, & in ipso spinarum vulnera, sanguinem de membris radiantem, & sola signa afflictionis & mortis, sicut in homine mox morituro. Concepta autem & nata in eo fide, operante Spiritu sancto Angelicis oculis immortalem & diuinam in Christo contemplatur maiestatem: admiratur, adorat, laudat, & confitetur. De cruce pro fide pugnat, socium increpat blasphemantem, & in eo Iudæorum, qui aderant, infidelitatem arguit; nec blanditur eis, nec eos veretur. Mirabilis diuina potentia! Crux quæ ante ad supplicium gerebatur, iam suffragatur ad præmium: & reus qui pro suo scelere damnabatur in cruce, de reatu suo antidotum, quo sanatur, conficit; & de cruce operatur mysterium. Reatus in pœnitentiam, mortis interitus in æternam vitam commutatur. Ista quidem felix commutatio; nec est inferior illa quæ sequitur. Latro confessor ex latrone efficitur, & martyr ex confessore: & tormenta quæ prius in latrone cœperant, noua gratia coronam & præmium martyris sortiuntur. Huic beato & mirando viro nullum salutare defuit Sacramentum. Nam quod per vicarios Christus visibiliter agit in aliis Christianis, hoc inuisibiliter egit in illo per semetipsum. Per Christum itaque baptismum in cruce percepit, & cætera fidei Sacramenta. Nisi enim à Christo baptisatus esset, & factus omnino perfectus

Luc. 23. Christianus, ei Christus minimè diceret *Hodie me-*

Ioan. 3. *cum eris in paradiso.* Iam enim dixerat. *Non intrabit in regnum cælorum, nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto.* Vir iste beatus quam perfectus à Deo factus est, videamus. Eo tempore venit ad fidem, quo Petrus fidem deseruit: & quam Apostolus perdiderat, hanc die sequenti latro inuenit. Ad vocem ancillæ primus pastor Ecclesiæ illum se nosse negat, quem voce publica latro prædicat: & quem princeps Apostolicæ electionis se etiam hominem nosse diffitetur, hunc Deum esse latro manifestè & piè confitetur. Tota illa beatorum Apostolorum electio relicto Domino perturbatur & fugit: Latro inter sæuientes Iudæos manet intrepidus; Christum asserit innocentem, & se reum publicè dicere non erubescit, nec suum confiteri reatum. A Christo itaque veniam po-

Luc. 23. stulat, precatur misericordiam, dicens: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Christus veniam postulanti compatitur, miseretur misericordiam deprecantis: & Deus crucifixus in homine crucifixo latroni sic loquitur: *Hodie mecum eris in paradiso.* Confirmationem vtique, quam in die Pentecostes Apostoli per Spiritum sanctum susceperunt, Latro iste positus in cruce primus susceperat, qui nec Iudaicam perfidiam formidabat, & nomen Christi perfectus Christianus, pius confessor & martyr gloriosus, non in occulto, sed palam portabat. Apostoli quidem à Christo vocati fuerant & electi, & sæpe priuatim & publicè ab eo vitæ æternæ verba audierant; illum cæcos illuminantem, leprosos mundantem, eiicientem dæmonia viderant, & mortuos suscitantem. Multa præterea, quæ nemo alius facere poterat, nisi solus Deus, in illo cognouerant. Illi etiam in eius nomine, quæ ipse faciebat, & ipsi faciebant. In passione vero illius quam eis ante prædixerat, ita conturbantur, quod & illum ignorant, & seipsos, quales in eius virtute fuerant, obliuiscuntur. Latro sanctus nec fidem ante nouerat, nec dilexerat sanctitatem; quippe qui initium bonæ vitæ numquam perceperat; in morte autem Christi fidei cognouit veritatem, quam Petrus præsente corporea diuinitate, & ipsum edocente didicerat. Mirare! vbi fidem deposuit Apostolus, latro recepit. Iste, si Christum antea cognouisset, credidisset vtique, & in illo felici Apostolorum conuentu non esset nouissimus, qui & in regno exstitit primus, & nulli in fide secundus. Vtraque autem, & primi electi in Christi passione negatio, & venerabilis latronis in cruce confessio, ex medicinæ cælestis venit consilio. Permissus est cadere electus, vt vnusquisque discat nulla perfectione de se præsumere. Erectus est latro, qui lapsus fuerat, vt nullus de sua imperfectione, si tantum pœniteat, & dignè confiteatur, valeat desperare. Hunc Deus virga iustitiæ castigat, & illum sustentat baculo misericordiæ. In isto iustis, ne incidant in elationem, timorem incutit, & in illo spem tribuit peccatoribus, ne veniant in desperationem. Dicamus aliquid & breuiter quod dici potest, & de Petro & de latrone veraciter. Petrus à Christo vocatus est, & electus est: Latro electus est, non vocatus. Petrus Apostolus & martyr: Latro confessor & martyr factus est. In operibus bonis, in virtutibus, in miraculis, in latronibus, in ligandi & soluendi potestate, Petrus Latrone longe excellior: Latro si non maior Petro in fide, non tamen exstitit minor. Vterque bonus valde: sed Latro est in his, quæ diximus, Petro inferior. Quicumque istorum minus potest apud Deum, ab illo obtinet quod rogat, quod petit, & quod desiderat. Nos autem & beatum Petrum præcipuum Apostolorum & principem, & illum gloriosum confessorem & martyrem Dimam nomine, diligenter oramus, quatenus suis precibus & meritis apud bonum creatorem nostrum, & pium redemptorem nobis obtineant, vt ipse in exitu vitæ nostræ, animas nostras à diaboli potestate custodiat: & cum in suum regnum venerit, in illam scilicet regiam & admirabilem claritatem, qua viuos & mortuos iudicaturus est, nostri meminisse dignetur, & vnicuique nostrum dicere, *Hodie mecum eris in paradiso.* Qui viuit & regnat vnus Deus cum Patre & Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

In festiuitate beati Benedicti.

SERMO XI.

LIcet, dilectissimi fratres, aliorum Sanctorum festiuitates celebrare pio debeamus amore, beatissimi patris nostri Benedicti hæc sancta solemnitas à nobis, quasi ex debito, præcipuum honorem exigit & deuotionem. Gloriosus etenim iste sanctus nostræ secundæ regenerationis inuentor pariter exstitit, & scriptor Monastica, inquam, religio quam ipse instituit, secunda regeneratio iure nominatur, & etiam ponti-

ficali confirmationi non immeritò comparatur. Huius namque vitæ obseruatione & præterita peccata, sicut in baptismate, delentur, & contra futura, velut in confirmatione, Christianus munitur. Hac beata vita, qui prius in sæculari conuersatione peccando mortui fuerant, viuificantur: & hac postea, dum correctione districta peccandi licentia moritur, optimè munitur anima Christiana, cui solummodo facultas benè operandi relinquitur. Huius igitur sanctissimi & honorabilis viri diem festum debita veneratione & speciali deuotione celebrantes, gaudeamus: de cuius beata & amica societate Angelos & Archangelos, & omnes cælorum ordines gaudere, & Dei Filium collaudare minimè dubitamus. Ea gratia supernæ benedictionis, Benedictus benedictum nomen accepit; sed vir sanctus gratiæ ingratus non extitit. Nam cùm adhuc puer esset, opus quodlibet puerile contempsit: sed solummodo in suo pectore humilitatem, patientiam, & innocentiam retinens, mundi relicta conuersatione, se totum Domino commendauit. Despectis itaque litterarum studiis, quibus à parentibus traditus fuerat, ne amor parentum, siue diuitiæ eorum vitæ melioris propositum immutarent, eos, tamquam odisset, fugiens, dum Christi diuitias paupere vita lucrari desiderat, vanum & quasi impium reputat, quod multis aliis charum & pium videtur. Sic Dei famulus inspiratione diuina repletur: eius adhuc tenera & delicata caro mentis constantia & vigore spiritus roboratur: & si violentia opus fuit, eam sibi inferre non distulit, vt crucifixus crucifixum Dominum sequeretur. Hunc Domini seruum sola nutrix sua, quæ eum tenerè nutrierat, & quam ipse satis piè diligebat, secuta est, non quidem sanctitatis amore flagrans, sed ei etiam nolenti carnalis affectionis studio ministrare desiderans. Sed vir beatus Deo potius ministrare volebat, non sibi ministrari ab homine. Erat tamen in vtriusque pectore pietas; at diuersa valde intentio, licet amica videretur; dum illa carni, ille spiritui seruire meditatur. Ibant ambo simul, tamquam mater & filius, donec ventum est ad locum, qui Effide dicitur. Quo in loco à quodam paupere viro, pro Christi amore, pauper Christi cum sua nutrice hospes suscipitur. Nutrix verò illius, cum à vicinis mulieribus capisterium accepisset, quo modicum tritici, quod eis pro Dei amore collatum fuerat, purgare debuisset, vas ipsum super mensam non benè collocatū, cecidit; & ita confractum est, vt in duas partes inueniretur diuisum. Quæ cùm præstitum sibi capisterium fractum conspiceret; & gentem regionis illius tenacem, & importunè quod suum est repetentem agnosceret, nec omnino haberet vnde damnum reparare posset alicoum; flere cœpit, & domum, in qua hospitati fuerant, lacrymosis vocibus replere. Puer autem pius & sanctus, cum nutricem suam clamantem & flentem audiret, pariter & videret, illius anxietatem suam faciens compassionis affectu, duas fracti capisterij partes accepit, & cum lacrymis orationis sacrificium tota mentis deuotione Domino obtulit. Quod completa oratione ita sanum & integrum inuentum est, ac si minimè fractum fuisset. Quod religiosa anima omnipotenti Deo gratias referens accepit, & nutricem suam sanctis & humilibus verbis consolatus, ei capisterium reddidit. Quæ licet stupefacta miraculo fuisset, illam tamen capisterium sanum vehementer lætificat, quod non mediocriter mœstificauerat fractum. Rem itaque gestam cum eiusdem loci incolæ, non quidem sine magna admiratione, agnouissent, super fores Ecclesiæ, quæ ibi in honore beati Petri ædificata fuerat, vas ipsum suspenderunt: quatenus omnes agnoscerent, præsentes scilicet & futuri, fidelis seruus Domini Benedictus à quanta perfectione ei cœperit famulari. Templum autem Spiritus sancti gratia repletum, laudes hominum & vituperationes eorum eodem animo suscipiens, nutricem suam occultè deseruit; deserti loci secessum petens amicum religioni. Quò dum tenderet, cuidam monacho, Romano nomine, obuiauit; à quo diligenter inquisitus, præ voluntatis decretum ei tandem sub nomine confessionis aperuit. Cuius deuotam Christo animam cùm Romanus monachus cognouisset, non sicut inuidus sanctitatis alterius derogator, sed pius consiliator simul & adiutor extitit: & ei, cuius virtutem iam mente conceperat, religionis habitum tradidit. Cultor autem Dei, & sui contemptor Benedictus ad locum, qui Sublacus vocatur, perueniens, inter petrarum scissuras, in quemdam arctissimum specum se contulit, vbi desideria carnis mentis ratione mortificans, tribus annis nulli hominum notus, excepto Romano monacho, mansit. Romanus verò Abbatis sui, Adeodati nomine, aspectibus, horis quibus poterat se piè absentabat, & quem suo corpori subtrahebat, panem Benedicto portabat. Ad prædictum antrum, quod Dei famulus pro patria possidebat, quia nimis grauis erat ascensus, Romanus venire non valebat; sed rupe, quæ desuper eminebat, longissimum copulauerat funem; in quo panem ligabat, vbi etiam paruum inseruit tintinnabulum; ad cuius videlicet tintinnabuli sonum vir sanctus posset agnoscere, ad se Romanum cum pane venisse. Sed inimicus amicorum Dei diabolus, quatenus & in Romano ignem charitatis extingueret, & à bona intentione Benedicti animum vel fame cogente reuocaret, lapidem iactauit, & quod fum fuerat insertum tintinnabulum fregit. Bonus tamen Romanus opus charitatis, quod cœperat, non reliquit. Omnipotens verò Deus, & Dominus bonus remunerator & pius indultor, cùm beato viro Benedicto, in cuius corde & corpore mundus & flos eius, patriæ cælestis amore prorsus aruerat, in hoc sæculo centuplum reddere decreuisset; vt prima promissione completa, secundam vitam, videlicet æternam, perfectus mundanæ imperfectionis cōtemptor se recepturum indubitanter agnosceret, cuidam religioso presbytero, qui sibi in die Paschæ cibos parabat, Dominus per visum apparere dignatur: eumque diligenter sollicitat, dicens: Tu tibi cibos delicatos parasti, & seruus meus Benedictus fame cruciatur. Qui licet & locum & illum Domini seruum ignoraret, statim surrexit, & quicquid ad manducandum sibi parauerat, Dei hominem cibaturus secum assumpsit. Et quoniam admonitioni diuinæ obedire minimè distulit, sancto Spiritu sui itineris duce carere non potuit. Quo præuio peruenit ad locum, in quo vir sanctus se occultans latitabat. Qui soli Deo placere cupiens, non solum notitiæ hominum, sed etiam eorum, quæ in mundo fiebant, adeo expers erat, quod quando Pascha, vel quælibet solemnitas ageretur, penitus ignorabat. Facta itaque oratione post dulcia vitæ perennis colloquia, presbyter, qui ad eum venerat, sic Sanctum allocutus. Surge, & ambo pariter sumamus cibum, quia hodie Paschalis solemnitas celebratur. Cui vir Dei protinus respondit, Noui quia Pascha est, quoniam humilitas mea videre te meruit. Honorabilis vitæ presbyter item asseruit: Veraciter hodie dies est resurrectionis Dominicæ: abstinere tibi non licet in tam gloriosa festiuitate. Propterea à Domino missus sum, vt quem mihi cibum paraueram, tibi debeam ministrare. Benedicentes itaque Dominum, & pariter cibum sumentes, post expletam refectionem, & sanctam collocutionem; quem Deus hominibus exemplum benè viuendi voluit demonstrare, presbyter ad Ecclesiam, quam regebat, veniens, nec potuit occultare, nec voluit. Fama igitur discurrente sanctæ conuersationis illius, Benedicti nomen non mediocriter mundo innotuit, quia posita super candelabrum lucerna latere non potuit, quæ in hominibus peccatorum tenebras fugans, & eorum mentes splendore bonæ actionis irradians,

A radians, in amorem sui creatoris conuertit. Vir iste laudabilis vitæ, mira sunt, sed fidei admiratione miranda quæ in hoc mundo, Domino cooperante, peregit. Nā præter regulā monachorum, vbi inuenitur omnis perfectio hominum, quam dictante Spiritu sancto scripsit, nec ipse quidem minus perfectè vixit, quam docuit. Omnes sanctos ac venerabiles Patres, quotquot ab initio seculi fuerunt, imitatus veraciter agnoscitur, qui aut quale, aut opus simile, quod illi fecerūt, fecisse minimè dubitatur. Vnde meritò non omnium iustorum spiritum habuisse tantum, sed omnium iustorum spiritu plenus fuisse in 2. libro Dialogorum S. Gregorij laudabilis vitæ doctoris, qui venerabilem vitam illius scripsit, prædicatur. Nulla ratione silendum est, sed veritate dicendum, quomodo Romano mona-B cho tunc licebat, sine sui Abbatis licentia quodlibet opus bonū patrare, cùm monachis modò non liceat. Hoc vtique satis agnoscitur, si tempus, & temporis ordo diligenter pensatur. Fuerunt namque ante sanctum Benedictum Abbates, & Abbatū institutiones, sicut ante Christum legislator extitit Moyses. Bonam quidem & sanctam Iudaico populo Moyses attulit legem: sed Christus Christiano populo contulit meliorem. Ita sancti viri illius temporis secundum datam sibi à Deo gratiam monachorum leges statuerunt: sed pater ac legifer noster Benedictus, sicut à Deo maiorē gratiam percepit, ita meliorem legem instituit. Nam quicquid illi minus vel amplius faciendum prædixerunt, vel fieri permiserunt, ipse post illos correxit. Vnde monachis, vt bona opera sine spiritualis patris li-C centia minimè faciant, idcirco nunc prohibetur; ne quisquam eorum propriam volūtatem sub specie pietatis, vel cuiuslibet bonæ operationis, sequatur. Et per hoc maxime qualis & quanta sit virtus obedientiæ ostenditur, qua non solum mala vitare, sed etiam à quibusdam bonis operibus subditus abstinere præcipitur. Cùm igitur alligati funibus obedientię, subditi ea non faciunt, quæ sibi bona videntur, necesse est, vt hi qui eis præsunt, ex sua parte bona demonstrent, quæ operentur. Hanc obedientiæ formam Dominus in paradiso parentibus primis primus instituit: qui cùm omnes alias paradisi arbores eis concessisset, vnam interdixit: quatenus videlicet ipsi agnoscerent quod Dominum & magistrum super se habebant, cuius voluntati obedire debebant. Qui non ideo peccauerunt; quod D malum esset pomum quod comederūt: sed quia quod bonum erat contra interdictum Domini tetigerunt. Huius obedientiæ virtutem sanctus Benedictus plenius agnouit, quam ante illum quilibet Abbatum aut noluit reuelare, aut minus intellexit. Romanus igitur in illo suo facto meritò laudatur, quia ista & quædam alia monachis tunc licebant, quæ nunc prohibentur. Sunt etenim quædam bona, quæ prius quidem licere possunt, sed illicita postea fiunt. Nam monachis illius temporis illa humanitatis opera licebant, quia se non ab illis operibus abstinere promiserant. Modernis verò sic illa licere minimè possunt: qui nec illa, nec alia bona facere sine spiritualis patris voluntate deuouerunt, & fide suæ professionis firmauerunt. Quam vide-E licet suæ professionis fidem, secundum regulam sancti Benedicti, tenendam coram Deo, & Sanctis eius promiserunt. Licet etiam mulieri, si voluerit, nubere, quia ei benè conceditur: sed si virginitatē vouerit, & postea nupserit, rea tenebitur. Bonum est tamen coniugium, sed coniugio virginitas melior. Sic Sanctorum præcedentium Patrum omnis institutio est quidem bona, sed venerabilis Benedicti longè præstantior. Quæ ante illum patres sancti constituerunt, velut lex Moysi, dura & aspera fuerunt. Sapientis verò Benedicti institutio sancta, suauis, & leuis est: & matre virtutum discretione videlicet plena. Antiquorum sanctio Patrum, quasi veteris legis cultores habuit. Pius autem & discretus Pater Benedictus illorum statuta tāquam

A duræ legis austeritatem temperans, nos nouæ gratiæ filios procreauit. Illa quasi vetera penè vel penitus omnia transierunt: & ecce à sancto Benedicto facta sunt noua. Illa etiam tanquam vmbra & figura futuræ monasticæ vitæ fuisse videntur; sed per laudabilem patrem Benedictum, cooperante Spiritu sancto est veritas reuelata. Ipse tamen pro magna sua humilitate sancti Basilij & præcedētium vitam & opera Patrum, vel sua tacens, vel quasi modica dicens, laudat & miratur. Bonus optimum discipulus Magistrum imitatus, qui tacens præcipiebat, cùm ea quæ sine ipso nemo alius facere poterat, operabatur. Et quidem illi nostri sancti prędecessores qui nos præcesserunt ad sidereas mansiones, & religiosè vixerunt, & religiosè scripserunt. Sed sicut post beatos tres Euangelistas, B Matthæum scilicet, Lucam, & Marcum, eorum quartus Ioannes Apostolus scripsit, & melius. Sic vir iste beatus post alios patres Monachorum regulam scripsit, qua tamquam dulcioris charitatis cæmento, viuo lapidi Christo homines diligentius iungit. De quo veraciter dicere possumus, & firmiter credere debemus, quod à Deo nobis sit tamquam Apostolus & Angelus destinatus. Nam illum idcirco nobis specialiter misit Deus, vt ipse formatæ & formosæ vitæ suæ exēplo nos propriè & singulariter informaret, atque suæ doctrina sapientiæ nobis quæ sunt bona, familiariter nuntiaret. Illum etiam post se præcipuum patrem, pastorem, medicum & magistrum decreuit esse monachorum. Hunc igitur beatissimum virum, præcordiales amici, & fratres, corde & ore suppliciter exore-C mus, quatenus pater, pastor, medicus & magister sic noster esse dignetur, vt pia paternitate nos nutriat, animas nostras pascat pane virtutum, vulneribus peccatorum & criminum nostrorum medeatur; & suo magisterio diligenter edocti, quæ bona sunt operemur, & ad ipsum peruenire mereamur, qui est dator & remunerator bonorum operum, Deus & Dominus noster Iesus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Goffridi Abbatis Vindocinensis, Sermonum finis.

D
PRIVILEGIVM THEODORICI CARNOTENSIS EPISCOPI, PRO Monasterio Vindocinensi, ipso Dedicationis eius die scriptum.

IN nomine Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti. Ego Theodoricus Dei gratia Carnotensis Episcopus, vniuersis sanctæ Ecclesię fidelibus notum facio, quod Gaufridus inclytus Comes, & vxor eius venerabilis Agnes Comitissa, Mona-E sterium sanctæ & indiuiduæ Trinitati dicatum in castello suo, quod Vindocinum dicitur, ex nostro consilio proprijs sumptibus construxerunt, nostroque & clericorum nostrorum assensu, & concessione beato Petro & eius Romanæ Ecclesiæ in patrimonium & alodium obtulerunt: exinde futuræ vitæ beatitudinem se facilius precibus beati Petri adepturos, & præsentem feliciter exacturos non vana spe confidentes. Quod cum rerum suarum amplitudine liberali munificentia locupletassent, & ornamentorum vario ac multiplici genere decorassent, ad illius venerabilis loci dedicationem nos, & multos alios Episcopos & Abbates vocauerunt: & vt fratres inibi Deo ex sancti Benedicti norma militaturi

tranquillius & absque vlla inquietudine permanerent, petierunt à nobis, vt quicquid redibitionis, siue debitæ subiectionis nostræ Episcopali sedi aliæ persolnunt Ecclesiæ, huic nonitet ædificatæ, pro summæ Trinitatis honore & amore, & eorum supplicatione, in præsentis personarum, quæ ad dedicationem conuenerant, remitteremus: & ne quis Ecclesiam vel possessionem Ecclesiasticam in Vindocinensi Comitatu, in quantum ad nostrum pertinebat Episcopatum, alteri Abbatiæ nisi Vindocinensi donaret, vel concederet, nostra auctoritate prohiberemus. Nos verò quod ab initio ipsius monasterij & ipsi petierant, & nos feceramus laudantibus clericis nostris, in tanto conuentu confirmare iustum putauimus. Concessimus itaque & concedimus, vt prædictum monasterium omnino liberum ex nostra parte, & ab omni subiectione absolutum perpetualiter existat: nollam nobis, vel successoribus nostris potestatem, nullam dominationem in eo loco, siue in habitatoribus loci retinentes: sed eis fraternæ charitatis consilium annuentes, & in sua necessitate nostræ auctoritatis auxilium. Concedimus etiam eidem monasterio quicquid in Episcopatu nostro hodie possidet, & quicquid in futuro iustè acquirere poterit: & ne quis Ecclesism, seu quamlibet Ecclesiæ possessiooem in Comitatu Vindocinensi ad nostram diœcesim pertinentem alteri monasterio, nisi Vindocinensi tribuat vel concedat, prohibemus. Quod quidem concessionis & libertatis firmamentum vt veracius per tempora successura credatur, firmiusque conseruetur, præsentem chartam conscribi iussimus, & in auditu popularis frequentiæ recitari, & omnes tam Ecclesiasticæ quàm sæcularis militiæ huic nostræ actioni obuiantes, nisi dignos pœnitenniæ super hoc fecerint fructus, publica excommunicatione damnauimus. Chartam etiam istam propriis manibus proposuimus super altare Vindocinensis monasterij, in signum & testimonium perpetuæ libertatis. Hoius autem rei assertores, & testes nobiscum fuerunt honorabiles personæ Episcoporum, Abbatum & Clericorum.

Arnulfus Turonorum Archiepiscopus.
Hembertus Pictauorum Episcopus.
Geruasius Cenomanensis Præsul.
Hubertus Pontifex Andegauensis.
Geraldus Ingolisinensis Præsul.
Amelinus Albiensium Episeopus.
A ciuitate Carnoto.
Arnulfus Arehidiac. & Præcentor.
Georgius Archidiaconus.
Sigo Magister seholarum.
Aginerius Capellanus.
Hildegsrius Subdecanus.
Hilduinus Iuuenis.
Vvalterius Arehidiaconus.
A ciuitate Turono.
Bouo Decanus.
VVenilo Arehidiac. & Thesaurarius.
Robertus Cellararius.
Gauterins Æditous.
A monasterio sancti Martini.
Goffredus Decanus.
VValterius Cantor.
Frogerius Subdecanus.
Albertus Cellaratius.
Odo Subcantor.
A cioitate Pictaua.
Arnulfus Decanus.
VVillelmus Cantor.
Raino Cantor sancti Hilarij.
A Genomanno.
Gerardus Cantor.
Ingoisus. Isbertus.
A Ermenulfus Scholasticus.
Manselinus.
Rainsrdus Capellanus.
VVillelmus.
A ciuitate Andegaua.
Gausfenus Decanus.
Beringerius Arehidiaconus.
Buehardus Thesaurarius.
Rainaldus Archidiaconus.
Fulconius Capellanus.
Ioannes Seholasticus.
Gaoslenus puer.
Gauffridus pner.
Petrus Subdiaconus.
Ab Ingolismo.
B Guillelmus Archidiaconus.
Viuianus Capellanus.
A Santonis eiuitate.
Ranulfus Arehidiaconos.
Acbaldus Arehidiaconns.
Nomina Abbatum.
Hugo de S. Ssluatore Karosi Abbas.
Fredeneos de S. Florentio.
VValterius de sancto Albino.
Ebrardus de S. Karilefo.
Landricus de S. Petro Carnot.
Durandus de S. Gildofio.
Salomon de Bonualle.
Hugo Longiledij Abbas.
Fulco de S. Ioanne.
C Ansegisus Pece.
Petrus de Nantolio.
Algerius de S. Amando
Arnaldus de Angeliaco.
Odo de S. Sabino.
Azo de S. Michaele eremi.
Archembaldus de S. Maxentio.
Ioannes de Luzione.
Theobaldus de Quinciaco.
Ansbertus de Ponteleueo.
Tbeudo de Burgulio.
Odolricus de S. Martiale.
Ermenrcus Abbas de Tufeio.
Tbeobaldus de S. Benedicto.

D Actum Vindocini in Castro, anno ab Incarnatione Domini M. XL. Indict. VII. regnante Henrico Francorum Rege anno nono. In Dei nomine feliciter.

Ex Calendario S. Sergij, & Cbronieo S. Albini. Pnd. Calend. Iunij apud Vindocinum castrum, Monasterium S. Trinitatis dedieatum est, anno ab Incarnatione Domini M. XL.

LECTORI.

E PEne, vt vides, consilium fuerat hunc libellum omittere, quod aliud nihil videretur, quam aliquot Opusculorum, hoc est 2. 3. 4. 5. 6. vnum in corpus congesta repetitio. Postea tamē cum animo subiret, non solum in vtroque codice nostro extare: verum in illo etiam fuisse, quo vsus est Fr. Turrianus: ac præterea sic in isto repeti, quæ in illis Opusculis dicta sunt, vt nonnulla interdum adiecta, detracta, interpolata constet, dubitari vt nequeat, quin huius etiam libelli auctor sit Goffridus: præteriri omnioo nefas rati, vel hoc saltem loco edendum curauimus.

TRACTA-

TRACTATVS DOMINI GOFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS

De Ordinatione Episcoporum, & de inuestitura Laicorum.

Goffridus Vindocinensis Monasterij humilis seruus, suo præcordiali amico, Petro Leonis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Catholicam fidem toto corde diligere, & eos qui contradicunt totis viribus impugnare.

TVæ petitionis, & meæ promissionis non immemor, si non vt debui, saltem vt potui, tentaui soluere, & quod à te quæsitum est, & à me promissum; de ordinatione videlicet Episcopi, & de inuestitura Laicorum. In primis firmiter credere nos oportet, & nullatenus dubitare, vt quemadmodum Baptismus Christianum facit, ita electio & consecratio facit Episcopum. Et sicut impossibile est sine baptismate Christianum fieri, ita est impossibile Episcopum sine electione & consecratione creari. In ordinatione Episcopi electio & consecratio sic est vtraque necessaria, quod consecratio sine electione, & sine consecratione electio Episcopum facere sola non sufficit. Nam sicut in baptismate, aqua & inuocatio Spiritussancti sunt necessaria, quæ faciunt Christianum: ita in ordinando Episcopo electio & consecratio sunt necessitate coniuncta, quæ creant Episcopum. Et sicut aqua sola, aut sola inuocatione sancti Spiritus, nec baptismus fieri potest, nec homo esse Christianus: ita sola electione, aut sola consecratione nemo ordinari, vel fieri valet Episcopus. Magnum quidem & baptismatis, & electionis, & consecrationis Episcopi Sacramentum: sed illud præcepit, & per alios facit Christus: & hoc egit per semetipsum. In illo spiritualiter creatur homo, & à Christo Christianus dicitur: in isto vero Dominus & Imperator creatur Christianorum: qui non solum vocatur Christianus à Christo, sed etiam Christi vices agere creditur. Sciendum verò quod hic vel vbicumque de electione & consecratione Episcopi agitur, canonicam necesse est electionem, & liberam consecrationem intelligi: vt qui canonicè eligitur, & liberè consecretur. Alioquin fit quædam praua simulatio in Ecclesia, & Ecclesiasticæ dignitatis illusio non parua. Quicunque igitur canonicè non electus quasi sacrandus accedit, vel qui non est liberè consecratus, etiam si canonica præcesserit electio, execratus recedit. Nam sicut vbi non est vera cordis conuersio, non sequitur plena remissio: ita vbi non sequitur libera consecratio, etiam si canonica electio præcedat, minimè prodest, cum neutra sola Episcopum creare sufficiat. Nec est illa libera consecratio, quam præcedit factum sine iudicio & iustitia iuramentum: cum beatus Hieronymus super Hieremiam dicat, iuramentum non esse faciendum, vbi non est iustitia simul, veritas & iudicium. Quod si aliter fuerit præsumptum, iuramentum non erit, sed periurium.

Præterea tria propriè propria Ecclesia habere debet, quorum vnum si defuerit, velut paralytica iacet, nec ligandi, nec soluendi potestatem habet. Debet itaque Ecclesia Catholica, esse casta & libera: Catholica, quia nec vendi debet, nec emi: casta, quia nullatenus debet muneribus corrumpi: libera, quia sæculari potestati non debet subiici; nec ab eius sponso qualibet occasione à sæculari potestate Sacramentum ex-

A torqueri: cum omnino lege diuina prohibeatur: nec ab Episcopo, nisi pro sola fide Catholica Sacramentum exigatur. Christus vtique pastor bonus, sponsam quærit fidelem; infidelem respuit: castam diligit, odit corruptam: liberam sibi sociat, ancillam abiicit. Falso itaque nominatur Episcopus, qui annullare conatur electionis & consecrationis ordinem, quem Christus per semetipsum primus instituit. Ipse enim primus & elegit Apostolos, & consecrauit. Tota itaque ordinatio Episcopi in electione & consecratione consistit. Hæc prius per semetipsum, vt dictum est, Christus fecit. Deinde vero vicarij eius. Et in Apostolis quidem à Christo facta sunt, quoniam ab ipso & electi & consecrati fuerunt. In aliis vero omnibus, à nullis aliis fieri licet, nisi à vicariis

B Christi. Sunt autem vicarij Christi clerici in electione, Episcopi in consecratione. Cæteri omnes petere quidem Episcopum possunt, eligere vero vel consecrare non possunt. Hoc sanctum Sacramentum, electionem videlicet & consecrationem Apostolorum, Christus primum fecit, per quod cætera fierent Sacramenta. Si verò Sacramentum, quod primum, vt dictum est, Christus fecit per semetipsum, aliter factum fuerit, quam docuit; Sacramenta cætera quæ sequuntur, quas vires habere valeant, nec ratio docet, & fides ignorat Christiana. Quicumque ergo sine Canonica electione & libera consecratione, sub nomine Pontificis Ecclesiam, vel potestatem Ecclesiasticam sibi vendicare præsumit, hic iam non per ostium intrat, sed aliunde ascendit: vt merito non inter Episcopos com-

C putetur, sed inter fures & latrones connumeretur. Iste aliis benedictionem non porrigit, sed pestem, & vulnus potius inferre videtur, quam salutem, qui tanta præsumptione Dei maledictionem meretur. Nam Episcopus qui Canonicam electionem, & liberam consecrationem non habet, est quasi arbor non habens radicem. Arbor autem, quæ radicem non habet, etiam si folia habeat, fructum ferre nullatenus valet. Ad huiuscemodi arborem Christus quidem accessit, & cum ibi fructum non inuenisset, eam maledixit. Ille maximè à Deo maledicitur, qui Sacramentis Ecclesiæ quasi sociari sua cupiditate desiderat, non Christi charitate. Et omnis qui Sacramentis Ecclesiæ cæmento charitatis non iungitur, iniuriam quidem Ecclesiæ facit; sed quasi paries luteus dissipatur, qui licet

D dealbari possit ad tempus, eius subita dissolutione, qui ante confidebant, in eo premuntur. Hac igitur similitudine rectè colligitur, quod, qui ad iniuriam sanctæ Ecclesiæ Ecclesiasticum ordinem, & maxime Pontificatum assequitur, suam destructionem in primis, deinde populi mortem operatur. Et tunc Ecclesia iniuriam pariter sustinet & verecundiam, quando in eligendo Pontifice, canonica electio & libera consecratio perit: & quod vitæ meritis, & sapientiæ doctrinæ, atque sacris ordinibus debetur, illis quasi imponitur, quibus nec bonæ vitæ merita, nec sapientiæ doctrina, nec sacri ordines suffragantur. Isti terrenum, immo paludosum habent fundamentum, & ideo corruunt, qui tali fundamento ædificantur. De talibus

E enim dicitur in Psalmo: *Proiecisti eos dum alleuarentur.* Grauius nihil est apud Christum Ecclesiæ iniuria: cuius Sacramenta qui peruersè suscipiunt, cum Christo esse, vel prodesse non possunt. Cum Christo etenim simul esse, & contra Christum facere nemo potest, cum ipse dicat: *Qui non est mecum, contra me est.* Qui autem cum Christo non est, nec sibi prodesse, nec aliis potest, cum ipse iterum asserat: *Qui non colligit mecum, dispergit.* Et alibi dicit, *Sine me, nihil potestis facere.* Sunt quidam qui Romanæ Ecclesiæ omnia licere putant, & quasi quadam dispensatione aliter quam diuina scriptura præcipit, eam facere posse. Quicumque ergo sic sapit, desipit. Nam Romanæ Ecclesiæ post Petrum minimè licet, quod Petro non

Psalm 72.

Luc. 11.

Ioan. 15.

licuit, Petro quæ liganda erant ligandi; & quæ soluenda soluendi, est à Christo data potestas, non quæ liganda soluendi, vel quæ erant soluenda ligandi, concessa facultas. *Galat. 2.* Petrus etiam si aliquando aliter egit, Paulus licet in conuersione adhuc nouitius, et in faciem resistere minimè timuit. Petrus verò sui iunioris increpationem libenter suscipiens, quod plus iusto fecerat, diligenter correxit. Præterea nulla ratione fieri licet, quod Christus suo exemplo non docuit: Ipse enim legem soluere non venit, sed adimplere. Romana itaque Ecclesia diuinarum Scripturarum legem soluere non debet, sed conseruare; & tradita sibi à Christo potestate, non ad suam voluntatem vti sed secundum Christi dispositionem. *Matt. 5.* Si etiam à suo iuniore Romano Pontifici suggeritur, vt si aliquando plus iusto fecerit, iustè corrigat; tamquam Petrus Pauli admonitionem suscepit, & ipse suscipiet, si Petrum imitari desiderat.

Aduersus eos, qui contra Christi dispositionem armantur, bonus doctor & martyr Cyprianus loquitur, dicens, Adulterinum est, impium & sacrilegum, quodcumque humano facto instituitur, vt dispensatio Christi violetur: qui sic agit, tenebras pro luce, noctem pro die, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio tribuit, pro vita mortem. Non fuit illorum ætas venerabilis, nec est auctoritas imitanda: qui Susannam pudicam corrumpere voluerunt: quorum veterem nequitiam imitantur, qui Christi veritatem, & eius sponsæ virginitatem violare machinantur. Hi sunt vtique, qui Dei dispositiones immutant, & traditiones suas statuere conantur.

A quibus recedente doctrina dominica, recedit & Domini gratia, quorum secus acta quandoque summus pastor vindicabit. & vltoris vigore, & iudicis potestate. Dispensationes quidem in Ecclesia faciendæ sunt, non amore pecuniæ, vel quolibet humano fauore, sed pia & misericordi intentione. Tunc enim à pastore Ecclesiæ dispensatio piè & misericorditer fieri creditur, cum aliquid minus perfectè ad tempus fit ab illo, vel fieri permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate; ne in ipsis videlicet fides Christiana periclitetur. Sic igitur facienda est dispensatio ab Ecclesia, vt fidei nostræ veritas instituatur: & si quid aliter ad horam factum fuerit, vel permissum, opportuno tempore corrigatur. Hac discreta & sancta dispensatione vsi sunt beati Apostoli, Petrus & Paulus propter metum Iudæorum, ne ipsi scandalizarentur.

Nam Paulus post conuersionem Timotheum circumcisum fecit, & ceremonias etiam exercuit Iudæorum: & Petrus coegit quosdam iudaizare Gentilium. Vterque sanctus Apostolus simulans, se veteris legis præcepta seruare, ne qui fideles ex Iudæis facti fuerant, susceptam veritatis notitiam scandalizati negarent. Fecerunt hoc sancti Apostoli misericordi & pia compassione, non simulatione fallaci: quamuis legem post Euangelium non esse seruandam minimè dubitarent. Vbi beatissimæ vitæ viri intelliguntur, non commutasse consilium; sed ad horam pro aliorum salute suæ doctrinæ sententiam. Nam super hoc quod ipsi & alij aliter fecerant, & se & alios postea correxerunt. Possunt etiam, & debent fieri dispensationes, quibus Ecclesiarum, & monasteriorum consuetudines immutentur: sed vbi postponitur minus bonum, vt quod est melius instituatur. In nullo autem malum fieri debet, vel permitti: nisi in ea tantum necessitate, vbi timetur ne periclitetur fides, & illud postmodum corrigatur. Nam qui mala faciunt, vt veniant bona, horum iustam esse damnationem Paulus Apostolus protestatur. Si quis verò aliter in Ecclesia dispensationes facit, rationi simul & veritati contradicit: nec solum lucernam ardentem non habet: verum etiam aliorum ardentes extinguit. Et ideo non rectè dicitur Christi vicarius, sed dux est cæcorum ipse cæcus.

De inuestitura autem laicorum, si quis cognoscere voluerit, quid Catholica & Apostolica Ecclesia senserit, quid docuerit, quid iudicauerit, & constituerit, legat in primo capitulo illius Concilij, quod tempore Gregorij septimi Papæ factum est: & ibi omnes Clericos, qui de manu laici inuestituram susceperunt, hæreticos vocatos, & ideo damnatos esse, & excommunicatos inuenerit. Licet alia hæresis de inuestitura dicatur, alia Simoniaca: ista quæ de inuestitura dicitur, contra sanctam Ecclesiam fortius iaculatur. Simoniaca etenim prauitas multoties fit latenter: hæresis verò de inuestitura semper publicè agitur. Ibi etiam in primis omnis Ecclesiasticus ordo confunditur, quando hoc quod vnicuique à solo suo consecratore in Ecclesia cum orationibus, quæ ibi conueniunt, dari debet, à sæculari potestate prius accipitur. Quod sancti Apostoli non solum interdixerunt; verum etiam omnes illos, qui per sæcularem potestatem Ecclesiam obtinent, à Christo sibi tradita potestate damnauerunt. Et merito Apostoli iudicio Spiritus sancti hanc hæresim in ipso Ecclesiæ principio damnare decreuerunt, quam longo post tempore ex parte Diaboli nascituram esse præuiderunt. Cum igitur laico & inuestitura, & omnis etiam disponendarum Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum rerum facultas à Spiritu sancto, qui in Apostolis loquebatur, negata sit penitus & interdicta, qui inuestituram à laico suscipit, non iam contra Apostolos tantum, immo contra Dominum Apostolorum, quod sanctum est, canibus exponit.

Inuestitura enim, de qua loquimur, Sacramentum est, id est, sacrum signum, quo princeps Ecclesiæ, Episcopus scilicet, à cæteris hominibus secernitur pariter atque dignoscitur; & quo super Christianum gregem cura pastoralis ei tribuitur. Hanc inuestituram ab illo solo suscipere debet, à quo & consecrationem habet. Illum siquidem prius oportet consecrari: deinde verò tamquam regem Ecclesiæ sacris insignibus decorari. Si quis autem cuilibet sæculari potestati ista licere putat, errat: quod si defendere nititur, Apostolorum doctrinam, & sancti Spiritus sensum annullare desiderat. Vnde hæreticus esse nullatenus dubitatur. Inuestitura itaque laicorum, quæ fit per virgam & anulum, meritò hæresis appellatur. Nam sicut à Simone Simoniaca hæresis dicitur, ita ab eo qui inuestit, & ab illo qui inuestitur; quoniam vterque in illa sua actione, & agitare clauem Ecclesiæ, & eius vnicum, ac singulare ostium violare conatur, recto nomine hæresis de inuestitura, vocatur. Hæc præterea hæresis de inuestitura, si rectè perspiciatur, etiam hæresis Simoniaca esse viua, & vera ratione probatur. Nam quæ sæcularis potestas sibi vindicare nititur inuestituram, nisi vt per hoc aut pecuniam extorqueat, aut, quod est grauius, sibi inordinatè subiectam efficiat Pontificis personam?

Nullus est vtique laicorum, etiam si ei liceret, qui tanta intentione anulum, vel virgam dare desideret, nisi per hæc, quæ sunt Sacramenta Ecclesiæ temporalibus lucris inhiaret. Laicis quidem Sacramenta ab Ecclesia suscipere licet, non Ecclesiæ quælibet Sacramenta dare.

Semper laicus de inuestitura, vt diximus, aut pecuniam sibi vindicat, aut quod est amplius, Episcopi vel Abbatis personam. Hac non tam humana, quam diabolica malignitate, Ecclesia Catholicam fidem, libertatem, & castitatem amittit, sine quibus nulla ratione subsistit.

Hanc igitur, quam supra diximus, inuestituram quicumque sub specie pastoris suscipere præsumit, fit paralyticus, & hæretica lepra pollutus, Illum non

pastorem fiducialiter dico, nec illius pastoris, qui A animam suam posuit pro ouibus suis, quodlibet membrum: sed fur, & raptor, & lupus est. Nam ad hoc venit, vt furetur, & rapiat, & mactet. Hanc autem detestabilem impietatem non solum qui faciunt, sed qui consentiunt ei, damnati sunt. Ille verò consentit, qui eam tacet, qui eam non corrigit: & qui ei palam non contradicit: & nemo est, qui contradicere palam non debeat, & possit. Nam si Prælati non habet auctoritatem, habet tamen Christiani vocem. Et Scriptura dicit, & neminem excipit: *Maledictus qui prohibet gladium à sanguine*, id est, vocem suam ab increpatione peccati. *Hier. 48.*

Num. 22. Illud etiam factum meminerit, quod asina fatuum Prophetam olim correxerit. Quod si fuerit vitiosus, vel quolibet alio crimine infamis factus, non ideo silere debet: quoniam vnicuique peccatori communem Ecclesiæ fidem, quam suam esse credit, & confitetur, defendere, & contra eius aduersarios liberè pugnare licet. B

Nam illi duo, qui in passione Domini crucifixi sunt cum eo, omnino infames erant: nam publici latrones: quorum vnus non tantum quia credidit, sed quia suæ fidei veritatem contra alterum defendere cœpit, bonum illud & delectabile verbum à Saluatore nostro audire meruit: *Hodie scilicet mecum eris in paradiso*. Vnde in latrone illo maxime declaratum agnoscitur, quod vir Catholicus, licet prius infamiæ maculis aspersus, fidei defensione paradisum pariter & cum Christo esse meretur.

Et quoniam de Simonia mentionem fecimus, cur ipsa & laicorum inuestitura sit hæresis, & merito hæresis appellari debeat, amplius Deo adiuuante dicetur, ne super hoc deinceps dubitetur. Hoc etiam silentium non erit, quod sicut quædam inuestitura laicorum contra fidem, ita quædam inuestitura eorum salua fide fieri potest. Credendum est, frater charissime, & firmiter tenendum, illud præcipuè hæresim esse, quod à Patris vnitate Filium, siue Spiritum sanctum conatur separare, vel personarum alteram altera minorem, vel maiorem asserere. Sunt quidem errores & diuisiones, quæ hæreses appellantur, quibus de persona Patris, vel Filij, siue Spiritus sancti, vel de simul tota Trinitate peruersè sentitur. Sed sciendum est, quod ille maximè & magis propriè hæreticus nominatur, qui fidem Christi quam accepit, obstinato animo impugnare videtur. Igitur Simon Magus à sancto Philippo baptizatus, non tantum hæreticus, sed hæreticorum primus & pessimus extitit: qui non solum à Patris æqualitate separari posse Spiritum sanctum existimauit, sed etiam ipso Spiritu sancto maior esse præsumptuose tentando concupiuit. Nam cum se posse pecunia possidere Spiritum sanctum putauit, quid appetiit aliud, nisi vt Spiritu sancto maior ipse haberetur; cùm maior sit qui possidet, quam quod possidetur? Cum itaque Patris & Filij & Spiritus sancti personas inæquales quilibet nititur astruere, ratione pariter & auctoritate hæreticus habeatur: multo magis Simon Magus, qui Spiritum sanctum Deo Patri & Filio æqualem per omnia sibi pecunia subiicere tentauit, hæreticus; & Simonia, quæ ab ipso inuenta est, & ab eo dicitur, hæresis comprobatur. Laicus autem cum inuestituram Ecclesiarum tribuit per virgam & anulum, quæ sunt Ecclesiæ Sacramenta, sicut sal & aqua, Oleum & Chrisma, & quædam alia, sine quibus hominum & Ecclesiarum consecrationes fieri non possunt; sibi ius Christi vsurpat & potestatem: & quodammodo se Dei Filio prædicat altiorem. Nam dum illa Ecclesiæ sacramenta ibi dantur, vbi dari debent, & quibus, & quando, & quomodo debent, per consecrationis ministrum, à Dei Filio dantur, à quo vniuersa fiunt Sacramenta, & à quo tribuuntur. Vnde Deus Pater ad Ioannem loquitur *Act. 8.* D E

A dicens, *Super quem videris Spiritum descendentem, ille est qui baptisat*. Quando dixit, *Ille est qui baptisat*, à parte totum significauit. *Ioan. 1. v. 33.*

Nam Dei Filius vniuersa sanctæ Ecclesiæ conficit & tribuit sacramenta. Laicus autem, quando contra Dei Filium sic præsumit, si non amplius, non minus tamen quam Simon Magus intumuit, & ipse intumescit, qui in collatione Sacramentorum se Dei Filio anteponit. Et quia Deo Dei Filio non solum sui Patris æqualitatem demere nititur, sed seipsum Dei Filio superiorem sua impia actione significare videtur; recto nomine & ipse hæreticus, & eius inuestitura hæresis appellatur.

Non sit Imperatoribus & Regibus molestum quod dicimus, nec consuetudine sibi vindicare nitantur, B quod eis veritate negatur.

Cum laicis etiam Religiosis disponendarum Ecclesiarum vel Ecclesiasticarum rerum omnis facultas ab Apostolis prohibeatur, manifestum est, quod eis inuestitura negatur ab ipsa Veritate & Christo videlicet, qui in Apostolis loquebatur.

Quod autem Christus in Apostolis sit locutus, Paulus Apostolus asserit dicens: *An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Christus?* Cùm igitur Christus veritas sit, sicut ipse dixit: *Ego sum veritas*, nec vnquam, Ego sum consuetudo, dixerit; qui Christianus est, Christum; & qui Rex est, Regem regum, ipsam scilicet veritatem sequatur, non consuetudinem. In Ecclesiasticis possessionibus, quamuis nec in legibus, nec in canonibus inueniatur, tamen C propter scandalum & schisma vitandum, talis Regibus inuestitura concedatur, vt nec ipsi propter hoc pereant, nec sancta Ecclesia detrimentum patiatur. Inuestituram per virgam, & anulum accipere, nisi à suo consecratore, manifestum est esse damnosum: quia nulli laico licet illa Ecclesiæ sacramenta dare, sicut ei non licet Episcopum consecrare. Res etiam, quæ semel Ecclesiæ datæ sunt, Reges eas iterum dare, vel de ipsis inuestire nec debent, nec conuenienter possunt. Nam alicui illud dare quod habet, & de hoc inuestire aliquem, quod ille iam tenet, superfluum est & vanum, non tamen videtur criminosum. Alia vtique est inuestitura, quæ Episcopum perficit; alia verò, quæ Episcopum pascit. Illa ex diuino iure habetur: ista ex iure humano. Subtrahe ius diuinum, D spiritualiter Episcopus non creatur: Subtrahe ius humanum, possessiones amittit, quibus ipse corporaliter sustentatur. Non enim possessiones haberet Ecclesia, nisi sibi à Regibus donarentur; & ab ipsis, non quidem diuinis sacramentis, sed possessionibus terrenis inuestiretur. Ex iure diuino Regibus quidem & Imperatoribus dominamur: ipsis tamen ex eodem iure, quia Christi Domini sunt, honorem debemus & reuerentiam, sicut dicit Apostolus: *Regem reueremini*. Ex iure autem humano tantum illis debemus, quantum possessiones diligimus; quibus ab ipsis, vel à parentibus suis Ecclesia ditata & inuestita dignoscitur. Vnde beatus Augustinus super Ioannem sic loquitur: *Noli dicere, quid mihi & Regi? E Quid tibi ergo & possessioni?* Nam per iura Regum possessiones habentur. Si vero dixeris, quid mihi & Regi? Noli iam dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura, quibus possessiones possidentur, renuntiasti. Nam secundum ius Imperatorum possides terrena. Tolle Imperatorum iura, quis audet dicere, Mea est illa villa, aut meus est iste seruus, aut mea est ista domus? Quo iure defendis villas? diuino an humano? diuinum ius in scripturis habemus: humanum ius in legibus Regum. Vnde quisque possidet, quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure diuino, *Domini est terra & plenitudo eius*. Pauperes & diuites Deus de vno luto fecit: & diuites & pauperes vna terra supportat. Iure tamen humano dicis: Hæc villa mea est, hæc *2. Cor. 13.* *Ioan. 14.* *1. Pet. 2.*

domus mea est, hic seruus meus est? Iure ergo humano: iure Imperatorum quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores, & Reges sæculi Deus distribuit Ecclesiæ suæ. Possunt itaque sine offensione Reges post electionem canonicam & liberam consecrationem per inuestituram regalem in Ecclesiasticis possessionibus, concessionem, auxilium, & defensionem Episcopo dare: quod quolibet signo factum extiterit, Regi, vel Pontifici, seu Catholicæ fidei non nocebit. Voluit bonus Dominus & Magister noster Christus spiritualem gladium & materialem esse in defensione Ecclesiæ. Quod si alter ab altero retunditur, hoc fit contra illius voluntatem. Hac occasione de regno iustitia tollitur, & pax de Ecclesia: scandala suscitantur & schismata: & fit animarum perditio simul & corporum, & dum regnum & Sacerdotium vnum ab altero impugnatur, periclitatur vtrumque. Nam Rex & Romanus Pontifex, cum vnus contra alium, alter pro regni consuetudine, alter pro Ecclesiæ libertate erigitur, regnum illam consuetudinem obtinere non potest, nec poterit: & Ecclesia suæ libertatis amittit plurimum. Rex præterea sacro sancta communione pariter & regia dignitate priuatur: à Romano verò Pontifice multis, qui sibi deseruire debuerant, necessitate cogente, seruitur. Et qui à Pontifice docendus erat, & ducendus à Rege, Rex & Pontifex populum sequuntur. Habeat autem Ecclesia pacem, & regnum iustitiam: habeat rex consuetudinem, sed bonam, & non quam malè reposcit; sed quam supra diximus, inuestituram. Habeat Ecclesia suam libertatem: sed summopere caueat, ne dum nimis emunxerit, eliciat sanguinem: & dum rubiginem de vase conatur eradere, vas ipsum frangatur. Hoc est præcipuum discretionis membrum: ne quilibet rector Ecclesiæ, sua qualibet actione à Satana circumueniatur. Tunc enim rector à Satana circumuenitur, quando sub specie iustitiæ per nimiam tristitiam regendum perire contingit, qui potuit liberari per indulgentiam. Præterea bonus & discretus Augustinus in Epistola ad Parmenianum dicit, vix aut numquam excommunicandum eum esse, qui in malo opere obstinatam multitudinem habet secum. Nam tolerabilius videtur vni parcere, ne in Ecclesia schisma seminetur plurimorum. Et beatissimus doctor & martyr Cyprianus asserit dicens, Schisma non est faciendum, etiam si in eadem fide, & in eadem traditione non permaneat qui recedit. Et Salomon in Ecclesiaste, *Scindens ligna periclitabitur in eis, si ceciderit ferrum*. Item in Exodo, *In domo vna comedetur, non eiicietis de domo carnem foras*. Ex quibus verbis colligitur, quod sit tolerandus ab Ecclesia qui multitudinem habet secum, ne dum vnum corrigere nitimur, perditio fiat multorum. Hoc etiam Hieronymus ad Augustinum scribit, dicens, quod secundum beatorum Apostolorum Petri, & Pauli prudentiam, dispensationemque honestam, aliquando fieri necesse est, quod iura reprehenditur, ne Christianæ plebi scandalum oriatur. Si verò Imperatoris & Regis personæ, non tamen illius terræ aliquando in summa iustitia parcendum est, ne summa crescat de malitia. Ministris Ecclesiæ penitus interdicatur, ne quod iustum est, iniustè consequantur. De præsenti materia, si minus vel aliter dixi, quam debui, ignorantiæ deputetur, & indulgeatur misericorditer. Si autem bene, benigne suscipiatur, & obseruetur diligenter.

Eccles. 10. *Exod. 12.*

IACOBI SIRMONDI, SOCIETATIS IESV PRESB. NOTÆ.

AD GOFFRIDI ABBATIS *Vindoc. Epistolarum Lib. V.*

AD LIBRVM PRIMVM.

SAntonensi Episcopo] Rannulfo, ad quem da eodem Eblone scribit lib. 3. ep. 31. Epist. 1.

Paschali P.] Id nominis primo. Extat hic Canon apud Iuonem Decreti P. II. c. xxciv. cuius etiam meminerunt Glossographi editionis Romanæ decretorum Gratiani 1. q. 1. *Quisquis.* sed Paschali II. tribuunt; cum primi dicere debuerint. Primi etenim fuisse vel hic Goffridi locus ostendit, cum ad Vrbanum II. scribat, qui Paschalem II. antecessit.

Neophytum Factum Episcopum] Neophytus hoc loco non nouitius Christianus, quo sensu Apostolus Neophytum fieri vetat Episcopum 1. ad Timoth. 3. & Synodus Nicæna Can. II. sed nouitius Clericus; ex laicorum cœtu in sacrum ordinem recens adscriptus, & nouus adhuc, vt Gregorij Magni verbis vtar, in sancta conuersatione. Nam & hos quoque Neophytos dici Gregorius voluit, & ab Episcopali gradu vna cum Simoniacis anathemate arceri. Lib. IV. Epist. V. ad Virgilium, & lib. 7. epist. 112. ad Syagrium & alios. Etsi enim primis sæculis propter Ecclesiæ necessitatem creati vtriusque generis Episcopi fuerant non pauci, & in quibusdam præclare successerat, vt in Philogonio Antiochiæ, & Nectario Constantinopoli, & Ambrosio Mediolani, & Sidonio nostro apud Aruernos, & in aliis: postea tamen sublata necessitate interdici, ambitumque hominum ad sacros honores repente prosilientium coerceri placuit. Synodus sane Aruernensis II. nondum edita Aurelianensem V. imitata paulo ante Gregorij ætatem, vnius anni spacium Neophytis præfixerat Can. 9. his verbis: *Vt nullus ex laicis absque anni conuersatione præmissa Episcopus ordinetur, ita vt intra anni spatium à doctis & probatis viris disciplinis & regulis spiritualibus plenius instruatur.* At Gregorij sententiam & verba secutus est suo Canone Paschalis. Sed quod in eo scriptum est, Neophytos istos, si Episcopi fiant, hæreticos à Gregorio appellari, cum apud Gregorium nusquam legatur, subditititium videtur. Quæ causa fortassis, cur de canone illo ambigat Goffridus. Neophytorum tamen hæresin etiam Iuo nuncupat ep. 149.

Quidam satis nobiles] Præpositi Olarionis Santonum insulæ, vbi has consuetudines exigebant. lib. 5. epist 38. & lib. 5. ep. 20. Epist. 12.

Principis potestatem] Guillelmi Aquitaniæ Ducis lib. 5. epist. 20. & 21. Vindocinense cœnobium fundauerunt quidem Goffridus Martellus Comes Andegauensis, & Agnes eius vxor. Verum Agnes antea nupserat Guillelmo Comiti Aquitano, Guillelmi caput stuppæ filio: ex eoque coniugio prognatus Guido Guillelmi huiusce Principis auus. Eius igitur proauia fuerat Agnes fundatrix. Monasterij porro Vindocinensis defensores erant comes Pictauensis vna cum Andegauensi & Vindocinensi Vrbanus II. in diplomate anni 1098. *Præterea statuimus, vt Andegauensis, Pictauensis, ac Vindocinensis Comites omni tempore sint defensores & adiutores eiusdem loci ad honorem Apostolicæ sedis.*

In Patrimonium & Alod.] Hoc multis locis repetitur à Goffrido. Passim etiam in diplomatis Pontificis, aliisque Vindocinensis monasterij monumẽtis: vt

vt io tabulis fundationis, & in iis, qoibus Goffridus Comes fundator testatur se, eum Vindocinensem Comitatú Fulconis sororis suæ filio, donaret de monasterio excepisse caussseque ne à potestate Andegauensium Comitom subtraheretur: quas quidem integras potius hoe loco subiiciam, tum quia breuiores sunt, tum quia originem indicant paucis vulgo notam Comitum Vindoci nensium, sic igitur habent.

GOFFRIDI MARTELDI COMITIS præceptum de tutela monasterij Vindocinensis.

In nomine *Saluatoris Dei, & Domini nostri Iesu Christi Ego Goffridus diuina miseratione Andegauorum Comes, notum facio omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus, quod monasterium in honorem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis in quadam possessione mea, quæ iure hæreditario apud Castrum Vindocinum mihi contingebat, pro salute animæ meæ parentumque meorum sumptu meo fundaui, & iuxta possibilitatem meam rebus propriis exstruxi. monachorumque congregationem sub regula & Abbate viuentium diuina operante clementia constitui. Monasterium autem ipsum & res illius vniuersas ab omni consuetudine, sine exactione quietas auctoritate, & assertione Domini mei Regis Francorum Henrici, Theoderici etiam Carnotensis Episcopi consilio, Beato Principi Apostolorum Petro, & Romanæ eius Ecclesiæ in alodium obtuli & patrimonium. Solummodo loci defensionem mihi & meis successoribus Andegauensis patriæ Principibus retinens, ad Apostolicæ sedis honorem scilicet, & ad perpetuam animæ meæ, & successorum meorum salutem. Cum vero nepoti meo Fulconi honorem Vindocinensem, quem Patri eius Bodeni cuidam Burgundioni pater meus Fulco cum filia sua sorore mea Adela sine mea contessione & assensu ante contulerat, donassem; Abbatiam cum omnibus quæ tunc habebat & habitura erat, ipso nepote meo concedente retinui, & vt Abbatiam ipsam, & omnes res eius pro Dei amore, & nostro diligeret & conseruaret, nec aliquo in tempore à potestate Andegauorum Comitum subtraheret, diligenter admonui. Quod ille multum suppliciter suscepit, & spontanea voluntate hoc se mihi obtulit iuraturum. Vnde habito cum Baronibus meis consilio, me suscepturum sacramentum respondi. Venimus itaque ad Ecclesiam Beatæ Trinitatis, ibique super textum Euangeliorum extrinsecus de auro fabricatum & super ipsum altare mihi iurauit, quod Abbatiam & cunctas res eius ad honorem Dei & beati Petri quanto melius posset conseruaret; nec Abbatem loci, vel monachos se sciente qualibet occasione molestaret; nec aliquam consuetudinem vel violentiam rebus eorum inferret; nec vnquam ab ipsa Vindocinensi Abbatia Andegauensis Comites expelleret potestatem, etiamsi pro aliquibus rebus Comes Andegauensis sibi guerram moueret. Concessit etiam vt quicquid ab hominibus suis in toto comitatu suo Monasterio venditum esset vel datum, quatenus illud monachi Vindocinenses absque sua vel successorum suorum contradictione, seu consuetudine pacificè possiderent, & quicquid inde pro vtilitate Monasterij agere vellent, liberam facultatem haberent. Actum est apud Castrum Vindocinum in Ecclesia sanctæ Trinitatis, anno ab Incarnatione Christi millesimo quinquagesimo, indict. III. Regnante Henrico Francorum Rege. Anno imperij sui nono decimo. Isti sunt qui affuerunt.*

Ego Goffridus Andegauorum Comes.
Fulco nepos meus.
Eblo de Blasone
Rainaldus de Malolebrario.
Nichardus de monte Aureo.
Landricus de Balgentiaco.

Auct. Biblioth. Vet. Patr. Tom. I.

Hubertus de munitione.
Fulcherius de turre
Robertus de montecontorio & multi alij.
Robertus de Burgodio.
Goffridus de Pruliaco.
Adelardus de Castro Gonterij.
Harduinus de Rupibus.
Salomon de Lauerzino.
Niuenc de fracta valle.
Ingelbaldus Brito.
Chotardus Budellus.
Signum † Goffridi Comitis Andegauensis.
Signum † Fulconis Comitis Vindocinensis.

Goffrido Martello sorores duæ fuerunt: Hildegardis, ex qua & Alberico Vastinensium Comite orti sunt Goffridus & Fulco Rechinus, posterique eorum Comites Andegauenses: quod prodit inter alios Ordericus Vitalis lib. 4 Historiæ Eccles. & Adela, quam Fulco Nerra pater, vt hæ tabulæ declarant, Bodoni, seu quod verius putem, Odoni vxorem dedit cum comitatu Vindocinensi Ea Odone porro & Adela satus Hugo, fons & caput familiæ Comitum Vindocinens.

In Alodium obtulerunt] Alodium olim dicebant fundum liberum nullius iuri obnoxium. Vnde & nos prædium liberi alodii nunc etiam dicimus, quod nec fidem nec pensitationem debet, in quo differt à feudo quod fidem & homioium debet. Iuo Carnot. epist. 186. *Emit Comes Rotrocus partem illius fundi, quæ alodium erat*, id est, quæ liberi iuris erat; pars enim altera fundi libera non erat, vtpote in beneficium data Dare igitur in alodium, est transferre in ius proprium. At dare in feudum non item; quia fundi feudalis proprietas manet penes superiorem Dominum; vsusfructus tantum vasallo conceditur: cui proinde quod est feudum, idipsum Domino est alodium.

Retinent hodieque priscum alodii vocabulum vici aliquot in Gallia, quos quia liberæ conditionis erant, Alodia & Alodos appellabant. Nam Alodos etiamnum vocant Andegaui, quos Adela Comitissa S. Albino dedit: & Pictaui monasterium S. Mariæ de Alodiis, quod in eius nominis vico situm est.

Vindocinensis Comitissa] de ea non liqoet sed Ecclesiæ, quam inuaserat, nomen Sauiniacus lib. 3. epist. 15. Epist xix.

Quendam Monachum] Ioannem, cuius crebra mentio in Epistolis ad Ildebertum Episcopum lib. 3.

Ecclesiam in vna Parochiarum] Antiqui ac perpetui iuris fuit, nouam Ecclesiam sine Episcopi, cuius in diœcesi solum erat, permissu non ædificari. Synodus Calchedon c. 4. Ὥρισε μηδένα μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μηδὲ συνιστᾷν μοναστήριον, ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου. Quod ius ita sanctum apud Reges nostros fuit, vt sua etiam lege, & parendi exemplo firmarint, Capitul. lib. 5. c. 182. *Placuit nobis ne Capella in nostro palatio, vel alibi sine permissu Episcopi, in cuius est parrochia fiant.* Quod ergo Episcoporum hac in re ius fuit, idem suum esse Abbates voluerunt in parrochiis, quæ in ipsorum erant potestate. Tale autem Cluniacensium ius fuit, ex Lucii II. priuilegio. *Prohibemus*, inquit, *vt infra parochias ad ius Cluniacensis monasterij pertinentes absque Cluniacensis Abbatis consensu nullus Ecclesiam vel Capellam ædificare præsumat* Romæ anno M.C.XLIV.

Episcopus vero Santonensis] Rannulfus idem, à quo insulam Flaici, de qua hic sermo, semel atque iterum monasterio suo subtractam queritur lib. 3. ep. 37.

Carnotensis Episcopus] Iuo, quo cum de vexationibus istis multa sæpe expostulat lib. 2. Scripta quidem est epistola totius monasterii nomine, sed à Goffrido dictata, Romamque ad Paschalem allata. Epist iv.

CCc

Vindicare non valet.]Ideo non poterat, quia Theodoricus Episcopus suo & successorum nomine, monasterium Vind. ab Episcoporum Carnotensium potestate liberum fecerat priuilegio, quod ad calcem operum Goffridi edidimus.

Epist. v. Archembaldi dicti Abbatis. Hoc argumentum tractatur in ep. seq.

B. Priscæ Ecclesiam] Et hoc etiam peti debet ex ep. 9. huius l.

Epist vi. Domnum paganum B. Albini electum] Vetus & nobile S. Albini cœnobium Iulio magi Andegauorum, in quo post Girardum II. crearus Abbas Archembaldus an. Ch. M. C. VI. cum sua sponte abdicasset, suffectusque in eius locum esset Paganus, murata mox voluntate Abbatiam iterum affectauit, obtinuitque; vt Pagani electio infringeretur. Pro Pagano litteras ad Goff. dedit Paschalis, de quibus epist. præcedenti: sed ei nec litteræ Pontificiæ, nec adhibitæ apud legatum & Episcopum Andegauensem preces profuerunt, quo minus Abbatiam retineret Archembaldus.

Cum Regula S. Benedicti] Hoc est, librum porrigena Regulæ Abbatiam addicarat. Ductum è prisca illorum temporum consuetudine, qua ad sanciendas, firmandasque cessionum & inuestiturarum actiones baculum, cultellum, aliudue quippiam eiusmodi adhibebant: interdum etiam librum regulæ sancti Benedicti, apud monachos nimirum. Cuius rei in ipso sancti Albini tabulario varia supperunt exempla, vt in donatione Adelardi de Castro Gonterij, quam lib. 5. epist. 25 proferemus. Item in altera concessione Samsonis Passauentij militis, in qua post eorum enumerationem, quæ monasterio apud Curtumcampum donarat anno M, CXXXVIII. sic concludit. *De hac igitur eleemosyna ego ipse Samson cum regula sancti Benedicti, cum qua Ecclesia beneficium ab Abbate & fratribus memoratis acceperam, memoratos inuestiui Abbatem & conuentum, & eandem regulam super altare B. Albini detuli ob memoriam perpetua firmitatis.* Vt in his librum regulæ; sic in aliis tabulis cultellum, baculum, chirothecas in manum missas altarique impositas legimus: Quin extant hodieque in eodem sancti Albini cœnobio, & in aliis plerisque veteris moris monumenta: baculi, inquam, & chirothecæ, & alia, inuestiturarum, traditionumque, quas signarant, titulis inscripta.

Episcopum Andegauensem) Rainaldum, ad quem scribit lib. 3.

Engolismensem legatum) Girardum, de quo epistola xix huius libri.

Violentia regis Teutonici) Henrici IV. postmodum Imperatoria, de ea re mox dicetur ad ep. sequentem.

Epist vii. Huius epistolæ argumentum in indice codicis Cenomannensis ita concipiebatur. *Rationabiliter ostendit pactum, quod cum Teutonico Rege fecerat, non tenendum.* Pactum scilicet de inuestituris Episcoporum & Abbatum, quas Henricus à Paschali armata militum manu ad vrbem circumsesso, captoque per vim extorserat 3. Id. Aprilis anno M. C. XI. cum eas Henrico eius patri vt concederent Gregorius & Vrbanus, nullis vnquam minis, neque blandimentis, neque vexationibus inflecti potuissent. Quod factum, Paschalis etsi excusare videbatur necessitas, quod alioqui, vt ipse in epistola ad Guidonem Viennensem causatur, seruitus Ecclesiæ, captiuis interitus, excidium vrbi & Italiæ imminere videretur. Vsque adeo tamen omnibus locis improbatum est, vt apertum schisma tantum non excitarit. Itaque prudentes & cordati viri, quos violata Ecclesiæ iura male habebant in quibus Goffridus hic noster, & alij, quorum extant epistolæ, Paschalem hortari atque vrgere non destiterunt vt pactum, quod inuitus fecerat, & ipsemet vltro damnabat, publico decreto rescinderet, quod quidem præstitit anno sequenti in synodo Lateranensi, in qua inuestituras Henrico iterum abrogauit.

B. Ambrosius dicit) lib. 4. in Lucam cap. 4. *Hæc est*, inquit, *illa nauis, quæ adhuc secundum Matthæum fluctuat, secundum Lucam repletur piscibus.* Et post alia: *Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet.*

Tolerandus Q. est pastor) Ex Anacleti ep. 3. citat Iuo decreti P. III. cap. cxi.

Mortuus est in exilio) Salerni, Henrico Imperat. cedere coactus, qui Romam expugnarat. Gregorij VII. verba, cum in lethalem morbum incidisset, à Petro Bibliothecario hæc memorantur; *Dilexi iustitiam, & odi iniquitatem: propterea morior in exilio.*

Eam negarent hæresim esse) Hac de re vberius agit lib. 3. epist. 11 & in Opusculis.

Epist. viii. Abbatem S. Albini) Archembaldum, de quo epistola 5. Is nunc Romam cum Goffrido vocabatur, disceptaturi ambo de Ecclesia sancti Ioannis super Ligerim, quam Vrbani II. iudicio Albinianus, pro Credonensi quam repetebant, dare coacti fuerant Vindocinenses; Goffridus vero Abbas factus, causam suam sic egerat apud Vrbanum, vt is iudicium suum retractaret Ecclesiamque sancti Ioannis Vindocinensi postea Monasterio inter cæteras eius possessiones assereret, quod quidem non solum ab Vrbano, verum etiam à Paschali eius successore factum vidimus diplomate anni M. C. III. Attamen, quoquo modo composita res fuerit, obtinuit tandem. Vrbani decretum, potiunturque hactenus illa Ecclesia monachi S. Albini.

Comes Andegauensis) Fulco eius nominis V. idem qui Hierosolymorum postea regnum adeptus est. de quo iterum ep. 21. & lib. 2. epist. 7.

Specialis Filius vester) Lib. 3. epist. 34. B. Bernardus epist. 294. ad Eugenium Papam: *Abbas Vindocinensis, qui specialiter vester est, rogamus vt & ipse specialem inueniat gratiam.*

XIII. Millia solidorum) Duodena tantum millia leguntur epist. 9. & 13. ad Callistum Quare mendum hoc loco videtur.

Primo anno quo) Christi M. XCIV. ex Bertoldo Constantiensi, qui res Vrbani accurate persecutus est: constat initio huius anni turrim Crescentii in Guibertinorum potestate adhuc fuisse: Goffridus paulo ante ferias Paschales opera sua turrim cum palatio Lateranensi receptam notat, quod in eundem prorsus annum incidisse compertum est. Goffrido autem vt beneficium Vrbanus, ita nos egregii facinoris memoriam debemus. Nam nisi ipse proderet, nesciremus.

In Domo Ioannis Frica-panem) vetustissimæ ac nobilissimæ apud Romanos familiæ nomen, nunc paululum inflexum, Fragipanea enim dicuntur: Quod ergo generatim scribit Bertoldus, Vrbanum Romæ prope S. Mariam nouam in quadam firmissima munitione moratum, idipsum videtur quod explicatius dicitur à Goffrido, illum in Ioannis huius domo la fuisse.

Contra Guiberti hæresim (Contra Guibertum, eiusque fautores. Hic est quem ex Archiepiscopo Rauennate Pseudo-pontificem, indito Clementis III. nomine, aduersus Gregorium VII. crearat Henricus Imp. anno 1083. Quo ex tempore & Gregorium quoad vixit, & Victorem, Vrbanumque successores, tum aliis diris modis exercuit, tum Roma extorres pene semper habuit. Ita vt in Apostolica sede, quod extrema epistola scribit Goffridus, Catholicus Papa longo interuallo non sederit. Vndecim plane anni fuerunt ab exordio Guiberti ad receptum ab Vrbano

Ferru-

Fettuchij deditione Lateranum.

Epist. 12. XXXV. Diebus ante Concilium] Lateranense, anni 1112. de quo ad ep. 7. diximus. Eadem excusatione vsus etiam Iuo Carnot. epist. 150. quominus ad Concilium proficisceretur: quod Paschalis Papæ litteras quibus vocabatur, septem tantum hebdomadibus, hoc est 49. diebus ante constitutum Concilio diem acceperit.

Comiti Pictauiensium] Guillelmo, de quo epist. 5. eius nominis & familiæ postremo, quem sæpius excommunicatum constat. Sed de ea nunc excommunicatione agitur, quam Girardus Engolisnensis legatus, & Petrus Episcopus Pictauensis ob illicitas pulsa legitima vxore nuptias inflixerant, vt narrat lib. 5. Historiæ Guillelmus Malmes Buriensis. Multa Vindocinensis & opima in huius Principis ditione prædia possidebant, vt Oleronis & Surgeriatum Ecclesias in pago Santonico, Olonensem, & alias in Pictauensi.

Prædecessorum noster] Paulo post, *Prædecessorum nostrorum* Lib 5 ep. 21. *Rectores monasterij nostri qui fuerunt ante me.* Quatuor omnino ante Goffridum Vindocini Abbates fuerunt Ratnaldus Odericus Dauid & Berno, quem hoc loco significat Bernoni Obedientiam seu Prioratum S. Gregorij (de hoc enim agi puto) eripuerat Guillelmus Comes quem Goffrido postea restituit Vrbanus II. Goffrido: *Ecclesiam S. Georgij in Oleronis insula, quam ab omni exactionis consuetudine liberam Guilelmus Pictauensis Comes excommunicatione nostra coactus reddidit, sicut ab Andegauensi Comite Goffrido & Agnete Comitissa loco vestro tradita fuerat.* Qua de re iterum lib. 5. epist. 19. & 20. De Obedientiæ autē hac notione vocabulo li. 4. ep. 7.

Duodecim scilicet solidos.] Idem repetit ep. 13. ad Callist. Censum hunc Abbati Vindoc. tanquam sedis Apostolicæ alodiario indixerant fundatores. Tabulæ fundationis: *Abbas vero, qui alodiarius B. Petri esse dinoscitur, matrem suam Romanam Ecclesiam per singulos annos aut per se, aut per legatum suum visitare studeat, & si maiorem charitatem non fecerit, censum saltem 12. solidorum ad concinnanda luminaria ante venerabile corpus Beatissimi Petri ibi persoluere non negligat.* Clemens II. in priuilegio confirmationis: *Censum vero ad memoriam cognitionemque sempiternam 12. solidos de moneta patria vestra B. Petro reddi per annos singulos volumus.* Sic olim Cloniacenses tutelæ nomine x. solidos quinto quoque anno pendebant. In diplomate Agapiti II. *Sane ad recognoscendum quod prædictum cœnobium S. Apostolicæ sedi ad tuendum atque fouendum pertineat, dentur per quinquennium solidi x.* Vizeliacenses singulas quotannis libras argenti. Paschalis II. Altardo Abbati Vizeliac. *Ad indicium quoque huius libertatis Apostolicæ sedi, cuius iuris esse dinoscitur, libram argenti per singulos annos persoluat.* Sic alij alios census.

B. Priscæ Ecclesiam] B. Priscæ Ecclesiam titulum presbyteri Cardinalis in monte Auentino Abbatibus Vindocinensibus cum dignitate Cardinali primus illustri & inusitati exempli prærogatiua concessit Alexander II. ita vt quicunque legitimi Vindocini Abbates forent, iidem Romanæ Ecclesiæ huius tituli Cardinales essent. Alexandri hæc sunt verba in litteris ad Odericum Abbatem anno M. LXII. *Concedimus etiam omnibus huius loci Abbatibus Ecclesiam B. Priscæ cum dignitate Cardinali, sancti Spiritus iudicio decernentes, vt nulla deinceps Ecclesiastica secularisue persona prædictam B. Priscæ Ecclesiam seu Ecclesiæ dignitatem eis auferre qualibet occasione præsumat.* Quod eidem Oderico beneficium confirmauit Gregorius VII. anno M. LXXIX. Verum grassante posthæc in vrbe factione Guibertina, Ecclesia hæc Vindocinensibus; quod partes illas auersarentur, adempta, atque ad alios translata est. Et quanquam Goffrido nostro, vt est in ep. 16. eius ionestitura reddidit Vrbanus. Iterum tamen eius possessione deiectos fuisse ex eo liquet, quod eam nunc repetit à Paschali, & ep. 13. promissam sibi à Callisto testatur. à quo tandem in integrum restitutus, Cardinalis B. Priscæ titulum vsurpare cœpit. Sic enim ad Callistum ipsum scribens se appellat opusc. 3. Callisti diploma, quo vindicias Goffrido instaurauit, integrum profertur ad epist. 28 lib. 2. Eius porro vestigia decimo post anno secutus est Honorius II. cuius etiam extat priuilegium Romæ. IX. Kal Apri anno M. CXXIX. perscriptum Nec tamen diuturna satis aut illibata Vindocinensibus fuit hæc possessio. Nam siue quod Ecclesiæ illius sarta tecta negligerent, siue alia potius causa fuit, iterum illis est adempta, & aliis Cardinalibus, quos B. Priscæ titulo creabant, per Pontifices attributa. Denique Innocentius III. intermissam possessionem Hamelino Abbati, qui octauus fuit à Goffrido, postliminio restituit, sed cum hac exceptione, vt ipse quidem eiusque successores Abbatea pristinam Cardinalis dignitatem, eiusque insignia cum B. Priscæ Ecclesia perpetuo retinerent. Cæterum si quando alij eiusce tituli Cardinales crearentur, his pareteot, quartamque prouentuum partem penderent ij, qui B. Priscæ Eccles. pro Vindocinensibus administrarēt. Innocentij verba, tametsi, paulo longius excurrunt, non abs re fuerit audire. Sic igitur habent. *Licet autem antecessores nostri Ecclesiam S. Priscæ in monte Auentino sitam cum omnibus pertinentiis suis, & Cardinalis etiam dignitate prædecessoribus tuis duxerunt concedendam, sicut in ipsorum priuilegiis perspeximus contineri: quia tamen post aliqua tempora per incuriam & neglectum eorum ipsa Ecclesia destructionem & desolationem incurrit; quidam prædecessorum nostrorum eam diuersis temporibus diuersis Cardinalibus assignarunt, quos ad titulum eiusdem Ecclesiæ promouerunt. Nos vero tuo volentes honori deferre, de consueta sedis Apostolicæ benignitate concedimus, vt dignitatem, quam antecessores tui concessione ipsius Ecclesiæ sunt adepti, tu & successores tui nihilominus habeatis Sandaliorum vsum, tunica, & dalmatica, mitra, & annulo, sicut eis presbyteri Cardinales vtuntur, vobis in perpetuum auctoritate Apostolica confirmamus, ipsamque B. Priscæ Ecclesiam Vindocinensi monasterio de speciali gratia restituimus: hoc adhibito moderamine, vt si forte nos aut successores nostri presbyteros Cardinales ad eius titulum duxerimus promouendos, pro ea maxime causa, vt super altare B. Petri consuetum agant officium, sicut à sanctis Patribus prouida fuit deliberatione statutum, hi quibus pro tempore curam & administrationem ipsius Ecclesiæ commiseritis, eisdem Cardinalibus debitam impendant obedientiam humilem & deuotam. Qui videlicet Cardinales de prouentibus Ecclesiæ eiusdem percipiant quartam partem: vos autem de ipsa Ecclesia geratis sollicitudinem diligentem, ne per vestram incuriam in sollicitudinem iterum redigatur: quia priuilegium meretur amittere, qui permissa abutitur potestate.* Hactenus Innocentius. Ex eo factum est, vt gemini deinceps fuerint B. Priscæ Cardinales: alij ordinarij, quos Pontifices designabant, alij extra ordinem perpetui ac velut nati, Abbates Vindocinenses, illi munere & officio, hi titulo tenus & dignitate. Hodie vero nec B. Priscæ Ecclesiam retinent, nec dignitatem; quam tamen Constantiensis concilij tempore adhuc retinebant. Hæterum vices.

Petrum Leonis] Præcipuum hoc sæculo Romanæ Ecclesiæ columen & decus Petrus Leo, Romanorum omnium opibus & potentia facile princeps, nec solum sub Vrbano, sed postea etiam sub Paschali, cuius pacis cum Henrico interpres, vt Dodechinus & alij scribunt, atque author fuit, quin etiam sub Callisto, vt est lib. 5. epist. 3. Is est cuius restat sepulchrum in atrio Basilicæ S. Pauli via Ostiensi cum Epitaphio, cuius acrostichis Petri Leonis nomen notat.

Epist. x. Nobilitas generis] Guidoni enim Archiepiſcopo Viennenſi, qui in Pontificia dignitate Calliſtus II. appellatus eſt, pater fuit Guillelmus Comes Sequanorum ganus, vt cum Sugerio in Ludouici Regis vita loquar, imperialis & Regiæ celſitudinis deriuatiua conſanguinitate clatum.

Epist. xii. Quia de earo carionem] Supra epiſt. 10. verba ſuns Calliſti in litteris ad Goffridum, quas in fronte operis inter elogia præfiximus.

Ad Carnotenſem Epiſeupum] Goffridum Iuonis ſucceſſorem. Hioc patet datas à Ponufiee de eacummunicando Niualone litteras fuiſſe ad Goffridum, ſimiles earum quas de eadem te ad Iuonem à Paſchali ſcriptas ſeruant Vindocinenſes.

Armanno Monacho] Quem ad Vrbanum Papam miſerat Calliſtus, Viennenſis tune Archiepiſcopus. ep. 11.

Nocte nudatus eſſet à furibus Simili eaſu equos ſibi Cabillone nocturno furto ſublatos queritur Ioannes VIII epiſt. xcvii.

Epist. xiii. Comite Vindocinenſi] Goffrido, ni fallor, Griſatunica, ad quem Iuo epiſt. 129. Dno, Goffrido Abbate, Comites Vindoeini Hieroſolymitanam expeditionem intere: quorum vtrique nomen Goffrido, ſed prior Goffridi de Pruliaco filius in ipſa expeditione ad Aſcalonem cæſus occubuit anno M. C. I. vt narrant Guillelmus Tyrius libro X. cap. XX. Malbesburienſis lib. 4 de geſtis Regum Angliæ. Alter bic Goffridus cognomento Griſa tunica, cuius maternum genus Ino eadem epiſtula deſcribit; peregrinarioni factæ ſuperſtes ad S. Ægidij oppidum poſtea diem clauſit, relicto Ioanne filio hærede, de quo alibi Goffridus.

B Priſcæ Eccleſiam] de ea dictum eſt ad epiſt. 9. ſed omiſimus monere Odericum Abbatem, quod ex alio Aleaandri II. diplomate didicimus, quia B. Priſcæ monaſterium in monacborum ſancti Pauli iure ac poteſtate tunc erat, illud ab Hildebrando Archidiacono Cœnobij ſancti Pauli Oecooomo & Rectore impetraſſa hac lege, vt 12. aut ſaltem 8. in ea monachi ab abbate Vindocinenſi ea ea penſione, quam Hildebrandus approbante ſancti Pauli conuentu adſignabat, perpetuo alerentur. Itaque Eccleſiam hanc deinceps coluerunt monachi Vindocinenſes. Vrbanus II. Goffrido nuſtro. *Eccleſiam B Priſcæ in qua fratres monaſterij tui religioſe viuentes ipſi vidimus.* Hoc ex numero forer primos fuit B. Arnulfus, quem Alexander II. Vapinceſem poſtea epiſcopum creauit.

Epist. xiv. Latorem præſentium Paganum ep. 17.

Epist. xv. Andegauenſis Epiſcopi] Vlgerij, quocum de iiſdem vexationibus conqueritur lib. 3 epiſt 12. Archiepiſcopus Turonenſis Ildebertus, vt conncio: Epiſcopus Cenomanenſis Guido, Ildeberti in ea cathedra ſucceſſor. Legatus antem Girardus, de quo epiſtola 19.

Retractare Philippieam] ſic etiam loquitur lib. 4. epiſt. 12. Ildebertos item epiſtola 33. *Inuectionem fortaſſis expectas, & Philippicam retractari palliduo ſuſpicaris.*

Epist. xvi. Petro Diacono Card.] SS. Coſmæ & Damiani. hunc enim eſſe arbitror Petrum Leonis Cardinalem, ad quem de ordinatione Epiſcoporum ſcribit Opuſc. 11. Is à Paſchali creatus Diaconus Cardinalis tituli, quem dixi, Gelaſium in Gallias ſecutus eſt: vbi eum ægrotaret, ad eum miſſa hæc epiſtola videtur.

Epist. xvii. Richardo Epiſcopo Legato] Cardinali ſcilicer Albano, de cuius in Gallia legatione, conuentuque Balgentiaci, ac ſynodo Trecis conuocata Iuo Carnotenſis, tum in epiſtolis quas ad ipſum complures ſcribit, tum in aliis ad Paſchalem, cuius Legatus erat, ſub annum 1104.

Ep. xviii. Cononi legato] Et hic Epiſcopus item Cardinalis, ſed Præneſtinus, eiuſdem Paſchalis Legatus anno 1115. quo anno tria in Galliis à Conone legata celebrata Concilia docuit nos cum Roberto monacho S Mariani, vetus Chronicum Turonenſe Primum Remis, alterum Bellouaci, tertium Catalauni. Sunt & Iuonis aliquot ad Cononem Legatum epiſtolæ.

Octo Pontificum] Benedicti IX. Clementis II. Victoris II. Nicolai II. Aleaandri II. Gregorij VII. Paſchalis II. Quorum omnium de hac monaſterij Vindoc. prærogatiua litteras vidimus, præterquam Benedicti. ſed huius quoque conceſſionis mentio eſt in litteris fundatorum, quorum ſcilicet nutu & voluntate id honoris Abbati Vindocinenſi à ſede Apoſtolica tributum eſt, vt ſoli Papæ ſubſit.

Nulli penitus perſonæ] Nec Epiſcopis, nec Legatis. Gregorius VII. ad Odericum Abbatem. *Hoc etiam diuina fulti fiducia Apoſtolica autoritate prohibemus, ne in Vindocinenſi cœnobio vlli vnquam perſonæ, niſi ſoli Papæ liceat poteſtatem aliquam, aut dominationem exercere, aut excommunicare, ſeu interdicere.* Infra lib. 2. epiſt. 9 & 17.

Nolliseorum al. Concilio] ep. 29.

Hildebrandus Archidiaconus] Id nomen, munuſque Gregorio VII. priuſquam Pontifica tenuntiaretur. Legationis, quam à Victore II. miſſus obiit in Gallia meminit ipſe in colloquio, quod cum Reginaldo Radulfi Archiepiſcopi internuntio habuiſſe illum narrat vetus hiſtoria in tabulario S. Martini Turonenſis. *Ego autem*, inquit, *memini aliquando tempore Victoris Papa Turonis moras feciſſe in diebus Bartolomæi ipſius vrbis Archiepiſcopi, ad diſcutiendam cauſam fratris noſtri B & me honeſte à Clericis ſancti Martini eſſe ſuſceptum, quoties volui, & communionibus illorum frequenter vſum fuiſſe.* Duas enim ea in legatione ſynodos egit: Vnam Lugduni aduerſus Simoniacos alteram Turonis contra Berengarium.

Girardus Oſtienſis Epiſcopus] Legatus primum Aleaandri II. mox Gregorij VII. qui & Turonis illum fuiſſe teſtatur in Colloquio quod dixi; & ſynodum ab eodem in Nonum populis coactam commemorat, lib. 1. epiſt. 16.

Stephanus] Si tempora ſpectes, præponi debuit Giraldo. Prior enim legatione functus eſt Nicolao II. Pontifice, Gregorius VII. in Colloquio. *Præterea Stephanus in diebus Nicolai II. Romanæ ſedis Pontificis ad eaſdem partes miſſus eſt, vices acturus Apoſtolicas. vir maximæ auctoritatis. Qui neque proceſſionem à Canonicis poſtulauit: neque expoſtulandum eſſe cenſuit: quæ ſcilicet ſi adeo improbus eſſet, potuiſſet negari, quippe quæ niſi Regibus Franciæ & Apoſtolicis ab ipſis Canonicis nunquam fit Quem etiam quandiu ibi fuit honeſtè habuerunt, & ſua maxima charitatis exhibitione largiti ſunt.* Præterea Gregorius idem lib. 7 epiſt 18. vbi legati vtriuſque meminit, Stephanum legatum prius nominat quam Giraldum. Durauit porro Stephani legatio etiam ſub Alexandro II. Is enim eſt, qui Goffridum Barbarum Comitem anathemate percuſſit ſub annum M. LXVIII. Quare illi vt opinor, ſucceſſit Giraldus.

Raimbaldus] Subdiaconus Eccleſiæ Romanæ, Giraldi Oſtiẽſis in legatione collega. Gregorij VII. l. 1. e. 6.

Vizeliacenſis Abbatis] epiſt. 15. *Vizeliacum profectus.* quod oppidum eſt Carroſum in diœceſi Auguſtodunenſi, vbi nobile (ſic enim appellat Bernardus epiſt. 150.) B. Magdalenæ monaſterium à Gerardo Comite, Bertaque vxore Caroli Calui temporibus conditum. De eodem Petrus Cluniacenſis Abbas lib. 4 epiſt. 28. *In partibus noſtris Vizeliacus, excepto Cluniaco, in noſtri ordinis ſtudiis nullum patitur habere Priorem.* Ordinis ſui dixit, quia Vizeliacenſe cœnobium, etſi antiquius, ſub Cluniacenſi diſciplina diu ſtetit, nunc pro monachis canonicos habet ſæculares. Paſchalis II. extant litteræ, quarum pericope in epiſt.

vidimus, Benettenti anno M. C. III. scriptæ Altardo Abbati Vizeliacensi, huic ipsi fortasse, quem impune cæsum narrat Gofridus.

Epist. xix. Girardo Engolismensi) Duo huius nominis modico interuallo Episcopo Engolismenses fuerunt. Prior dedicationi Ecclesiæ Vindocinensis interfuit anno M. XL. Verum hic legationem, cuius exstet memoria, nullam obiit. Alter hic ab illo quartus genere Normannus, pene continuas in Aquitania sedis Apostolicæ vices egit, primum sub Paschali, & aliis post eum legitimis Pontificibus: deinde sub Anacleto Antipapa, ad quem, Bernardo teste, quia legationem ab Innocentio extorquere non poterat, fœda præuaricatione defecit. Anacleti bonæ epistolæ quibus legationem illi decernit, in Annalibus Ecclesiasticis leguntur; miserabilis vitæ exitus describitur in vita S. Bernardi.

Petrum de Monte-aureo] lib. 3. epist. 57. Hamelinus de monte aureo, eadem ex familia Ioannes de Monte-aureo Comes Vindocinensis.

A Cenomanensi Episcopo & Andegauensi) Ildeberto & Rainaldo.

Epist. xx. Falsam beatitudinem Normannorum) Non eo dictum puto, quasi Normannis peculiare aliquod placitum fuerit de falsa beatitudine, sed quia Girardus Normannus erat, ad Normannos id aptauit, quod sæpe vniuersim pronunciare solet: Ex falsa beatitudine veram miseriam sequi, epist 30 & lib. 2. epist 3 lib. 5. epist 14.

Dominum Papam) Paschalem II. qui in priuilegio inuestiturarum Henrico nimium indulserat. epist. 7.

Dominus noster Papa] Paschalis, qui legatum illum crearat.

Andream de Virreio) Notum est oppidum in Armoricis, à quo nomen vetustæ ac primariæ quondam familiæ, in qua & Robertum Virreiensem in Conani Comitis aula memorant litteræ Hamelini episcopi Redonensis, ad lib. 3. ep. 39.

Episcopus Pictauiensis) Petrus, cui successit Guillelmus, is fortasse, qui Archidiaconus hoc loco. Guillelmum Archidiaconum Pictauiensis Ecclesiæ docent tabulæ sancti Albini, anno M. C. Maironensibus monachis concessisse, vt alrate conderent in Francauila.

Carrofensem Abbatem] In dedicatione Vindocinensi numeratur inter Abbates qui adfuerunt, Hugo de Sancto Saluatore Carrofi Abbas. Hic enim titulus monasterio pagi Pictonici, à Rothario Comite, vt author est Theodulfus Aurelianensis, & Euphrasia eius vxore condito, Ludouici Pii August. temporib. Carrofiuecum monasterium dicitur Fulberto epist. 56. quod iterum postea instauratum, dedicatumque ostendit Colendarium Sancti Sergii Andegauensis, his verbis. *XVI. Kal. Iuly Carrofense monasterium Dei & Domini nostri Saluatoris mundi dedicatum est anno à natiuitate eiusdem ex Virgine gloriosa M. XLVII.* Theodulfi versus de Carrofensi Cœnobio si quis forte desiderat, hi sunt.

Est locus, hunc vocitant Carroph cognomine Galli,
Quo patet electis aulica porta poli.
Quo saluatoris sub nomine præstitit aula,
Quoque monasterij claustra decora manent.
Enitet hic rutilo Sanctorum pignore fretus,
Viuit & eximiè turba fidelis ibi.
Denique Rotharius Comes ingens, inclytus heros,
Coniuge cum Euphrasia condidit istud opus.
Hoc fuluo argento, gemmisque exornat & auro,
Afflatis & libris, vestibus atque sacris, &c.

Carrofium itaque loci nomen est, non viri, vt persuasum videtur, non infimi, quod miteris æui scriptoribus, qui monasterium Sancti Carrofi appellarunt.

Mille Solidos Barbarinorum) Arabicos, Saracenicos barbaris notis signatos. Theodulfus idem Episcopus in Parænesi.

Hic & crystallum, & gemmas promittit Eoas,
Si faciam alterius vt potiatur agris.
Iste grauis numero nummos fert diuitis auri,
Quos Arabum sermo siue character arat.
Aut quos argento Latius stylus imprimit albo,
Si tamen adquirat prædia, rura, domus.

Frequens iam tum aureorum huius notæ nummorum vsus erat in Gallia, rerum potiente altera Regum nostrorum familia: post stabilitum nempe Saracenorum Arabum Imperium in Hispania; vnde ad nos, vt equidem censeo, illa externi auri copia ex commercio fluebat: effodiunturque etiam nunc solidi Arabici multis Galliæ locis, vt docuit nos V. C. Paulus Petauius Parisiensis Curiæ Senator, cuius indicio Theodulfi quoque hos versus debeo.

Bernerius Bonæ-vallis Abbas] ad hunc aliquot Epistolæ lib. 4.

Fulco Bienneosis Abbas) Monasterium est in Santonum diœcesi, Sancti Stephani de Bcania vulgo vocant.

Comitem Andegau.] Fulconem V. de quo Epist. 8. Huic enim bellum fuit cum Henrico Anglorum Rege, ac Duce Normannorum, anno 118. ad Alencionem Castrum, & Sagium, vbi collatis signis Comes victor abiit.

Abbati Angeriacensi] Henrico ad quem lib. 5. scribit.

Solidos Pictauiensium Masculorum] In gestis Ademari Episcopi Engolismensis. *Cum Episcopus à Præposito mille solidos Pictauensium pro acceptamento exigeret, & ipse reddere non posset, Iterius Episcopo mille dedit* Marcoli Pictauenses peculiaris notæ nummi, vt Fortes Lugdunenses, in testamento Guichardi de Bellojoco, quem Sibylla vxor literis suis anno 1100. professa est Ecclesiæ Cluniacensi pro anniuersario suo legasse in singulos annos x. libras Fortium Lugdunensium.

Rainaldum Chesnelii] Lib 3. epist. 39.

Dominum Papam] Callistum II. epist. 12. & 13. Epist. xxii. Epist. xxiii.

Abbas S. Nicolai) Lambertus, de quo lib. 3. epist. 8. & 9.

Andegauensis] Rainaldi Episcopi, de cuius electione, quam tacite perstringit, plura lib. 3. 15. Epist. xxiv.

Ad fratrem Ebraldi] epist 26 & lib. 4. epist. 32.

Episcopus Pictauiensis] Guillelmus Petri successor.

Abbati Batiacensi) In pago Santonico. Gesta Grimoardi Episcop. Engolism. *Huius tempore quidam de Principibus Engolismensibus Guadardus de Lorichis ædificauit in Santonico pago Monasterium Batiacense in honore sancti Stephani Protomartyris, & censuale fecit Romanæ Ecclesiæ.* Bassacense & de Bassaco nunc dicunt.

De Ecclesia B. Mariæ] Tres in Olerone insula iuris Vindocinensis erant Ecclesiæ, quas recenset his verbis Gregorius VII. Oderico Abbati. *Ecclesia sancti Georgij in Oleronis insula, cum magna parte eiusdem insulæ. Ecclesia B. Mariæ de Castro Oleronis. Ecclesia sancti Nicolai de Olerone.* Ex iis secunda B. Mariæ Parrochialis erat, vt testatur Nicolaus II.

Patrimonium B. P. & Alodium) Duo ista sæpe coniungit, & reipsa coniuncta sunt. Nam quod Alodium est, transit ad hæredem, & fit patrimonium. Quod in feudis, aliisue beneficiis locum non habet. Etsi enim hodie plerisque locis feuda sunt patrimonialia, id tamen non habent ex feudi natura, quod in personam vassalli constitui solebat: sed ex peculiari

conuentione. Alodium vero semper est patrimoniale. Quare patrimonium dicitur, & hæreditas, quatenus ab aliis manat: proprium ius, & proprietas, vt à Domino possidetur. Hinc illa sæpe connnexa, i proprio alodio, *de proprio alode*, & aliud genus Vrbanus II Hugoni Abbati Cluniac. *Monasterium sanctissimæ Trinitatis in Marcimiaco, quod in alodio proprio ædificasti.* Noster epist. 2. *In patrimonium & alodium proprium.*

Petto de Monte-Contorio.) Et tamen eadem è familia Robertus Vindocinense Monasterium suis olim beneficiis ornat. Georgius VII. *Ecclesia sancti Petri de Monte Soleri, & quidquid Robertus de Montecontorio Vindocinensi cœnobio donauit, & eius filius Bertrannus concessit.* Mons Contorius Pictonum oppidum, memorabili prælio nostra ætate nobilitatum.

Infra terminos vestræ legationis Girardus in tota Gallia Legatus non erat, sed in Aquitania duntaxat, quod docent acta synodi Lateran. Anno 1112. Verum Aqoitaniæ Legatis præter Aquitanicas Prouincias attribui solebat etiam tertia Lugdunensis. Quo fit, vt cum Giraldo Aquitaniæ legato multa tractentur, quæ ad tertiæ Lugdunensis diœceses pertinebant. vt ep. 6. & 23. causæ Abbatum sancti Albini, & sancti Nicolai; apud Ildebertum epist. 38. causa Abbatis Ebronensis: quorum hic in Cenomanensi Episcopatu erat, illi in Andegauensi. Hoc ipsum liquet ex litteris Amati Episcopi Olorensis, qui Aquitaniæ item legatus fuit pro Gregorio VII. vt Gregorius ipse testis est, lib. 2. epist 2. Is enim ad Rodulfum scribens Archiepiscopum Turonorum, ei vt ad synodum Burdigalensem cum Suffraganeis suis veniat, præcipit his verbis. Præstat enim eius litteras audire.

Amatus Ellorensis *Episcopus, sanctæque Romanæ Ecclesiæ Dei gratia Legatus, Radulfo venerabili Turonorum Archiepiscopo salutem, & omne bonum in Domino Iesu Christo.*

Nouerit vestra charitas, frater dilectissime, nos authoritate Dei omnipotentis, omniumque legationis nostræ Episcoporum, Abbatum, Principum consensu Concilium Burdegalæ in octaua sancti Michaelis celebrandum constituisse. Quapropter fraterna dilectione vos rogando admonemus, & Apostolica authoritate iubendo præcipimus, quatenus recrastinatione postposita, cum omnibus suffraganeis vestris, Ecclesiæque vestræ priuilegiis ad Concilium supradictum veniatis, vt consilio vestro solatioque causa confirmetur, & Ecclesiæ vestræ iustitia, pro qua hactenus magnæ, diuersæque contentiones extiterunt, Deo annuente, restituatur. Nos autem, si Deus permiserit, in reuersione nostra de Britannia vobiscum loquemur, vt quidquid super his cæterisq; negotiis vestris constituendum sit, Deo omnipotente tribuente salubriter ordinemus. Ex his ergo manifestum est legationem Aquitanicam totius etiam tertiæ Lugdunensis fines complexam esse. quod confirmatur ex iis, quæ Bernardus Bonæuallis Abbas de hoc ipso Girardo scribit lib. 2. vitæ B. Bernardi cap. 6. *Erubescebat*, inquit, *ad primam domum redire, cuius Potentatui & Turonica, & Burdegalensis, & Auxiensis prouinciæ subditæ fuerant, & quidquid à collibus liberorum vsque ad Ligerim complectitur, & claudit Oceanus, paruerat eius imperio.*

Per Comitem Andegau.) Fulconem item epist. sequenti.

Ep. xcvii. Præterea sexum fœmineum) Iuo epist. 28. *ille sexus mihi est suspectus & infestus, qui etiam amicos aliquando non satis est fidus.*

Pictauiensem Episcopum] Guillelmum.

Ad Dominum Papam) Honorium II. vt docet epist. 14.

Ep. xxviii. Andegauensi Episcopo] Vlgerio. epist. 15. & lib. 3. epist. 12. vbi & de Vrbani decreto.

Richardus Archidiaconus) Epist. 31.

Hugoni Archiepiscopo] Ex Episcopo Diensi factus est Archiepiscopus Lugdunensis, legationemque in vtroque munere sub Gregorio VII. gessit in Gallia: tum postea etiam, quod ex Iuonis epist. 24. & aliis patet, sub Vrbano II quem hoc loco intelligit Goffridus. Episcopum vero Andegauensem Goffridum à Meduana, qui ad sedem illam euectus est anno 1007. Hugonis Legati litteras, quibus Fulconem 4. Comitem Andegau. Ecclesiæ communioni restituit apud S. Florentium, inter Goffridi elogia vidimus.

Vmbaldo Archiepiscopo] Logdunensis etiam Archiepiscopus fuit. Ioannis post Gauceranum successor, quartus ab Hugone. Legatus autem Honorii II. quod docet epistola 22. S. Bernardi, Honorio Pontifice scripta *Vmbaldo Lugdunensi Archiepiscopo & Romanæ sedis Legato.* Epist. [illegible]

Victoris, Nicolai, &c.) Horum omnium Priuilegia exhibet tabularium Vindocinense. Quin & ante hos omnes Clementis II: de eadem re diploma, ne Abbas Vindocini coactus ad Concilium vllum veniat, quod ab ipso Romano Pontifice non fuerit celebratum. Quare Legatis illum vocare nefas erat. Alexander II. Oderico: *Abbas Vindocinensis, qui Alodiarius B. Petri noscitur, ab Episcopo, vel à quolibet nostræ sedis Vicario ad Concilium nullatenus vocetur:* quod cæteri postea Pontifices iteratis sanctionibus approbarunt.

Radulfo Turonensi Archiepiscopo) Duo in ea sede Radulfi alter alteri successerunt. Prior Fulcredi filius ad quem multæ extant Gregorij VII. epistolæ. Posterior Aurelianensis patria, qui sub Vrbano II. init anno 1094. Ad hunc scribit non solum Goffridus hoc loco, sed Iuo etiam Carnotensis epist. 233. De eodem & noster lib. 5. epist. 2. Epist. [illegible]

Harduinus de Malliaco] Haud scio an frater Iaquelini de Malliaco, quem cum fratribus quatuor expeditioni Fulconis V. aduersus Henricum Regem, de qua superius dictum est, interfuisse narrant Gesta Comitum Andegauensium. Malliacus oppidum est agri Turonici versus Andegauos.

R. Remorum Archiepiscopo) Rainaldo, prius Episcopo Andegauensi, qua ex Cathedra Ludouici VI. Regis ope subniaus ad Remensem translatus est; Vlgetius in eius locum subrogatus. Breue Chronicum sancti Albini. *Anno* 1124. *Exercitus de Mosteriolo. Rainaldus Remensis Archiepiscopus eligitur. Obiit Callistus Papa Anno* 1125 *Vlgerius Episcopus ordinatur* 12. *Kalend. Octobris.* Papa igitur in hac epistola est Honorius II. Callisti successor. Andegauensis Episcopus, Vlgerius. Archidiaconus eius, Richardus, de quo ep. 27. Fuerat paucis ante annis alter huic cognominis Remorum, ex S. Martini Thesaurario Archiepiscopus Rainaldus, Græciæ postea Comitissæ filius, ad quem Iuo ep. 13 & de quo Anselmus in præfatione libri de Incarnatione. Epist. [illegible]

AD LIBRVM II.

IVoni Episcopo) Carnotensi. Notior est, quam vt de eo dici multa debeant. De auspiciis Episcopatus eius, tantum monebo, cum discrepent sententiæ, certum videri ea incidisse in annum M.XCII. Ac labente quidem anno consecratum fuisse, indicant epistolæ Vrbani Iuonis epistolis præfixæ: nam Capuæ VIII. Kalend. Decembris datæ leguntur paulo post consecrationem. Annum autem Christi illum fuisse, quem dixi, non sequentem, quod nonnulli tradunt, argumento est locus, vnde scriptæ sunt. Vrbanus enim anno M. XCIII. a. d. VIII. Kalend. Decembris Tarenti erat non Capuæ. Præterea si hoc anno inauguratum diceris, non constabit ante obitum Vrbani septem annorum numerus, quos à suscepto Episcopatu exactos numerat epist. LXVIII. Itaque consecratus ab Vrbano Epist. [illegible]

Episcopus

Episcopus fuit Iuo anno M. XCII. Ipse postea Goffridum electum Abbatem solemni benedictione impertiit. Quod nimirum inter beneficia, quæ accepta hoc loco fert Iuoni, præcipuum fuit.

Epist. II. In maiorem Ecclesiam nostram monasterij ipsius Vindocinensis, quod Theodericus Episcopus Carnotensis, vt lib. I. Epist. XV. obseruatum est, à sua & successorum potestate exemerat, ac nominatim etiam de excommunicatione & interdicto cauerat, vt Clementis II. aliorumque Pontificum litteræ declarant. Denique non solum id vetitum Episcopo Carnotensi: sed nulli omnino licuit præter loci Abbatem & Pontificem. Alexander II. Oderico Abbati. *Hoc etiam adiicimus, vt memoratus Vindocinensis locus nullatenus nisi ab Abbate loci pro suis iniuriis, vel à primæ sedis Pontifice excommunicetur, vel interdicatur, etiãsi Carnotensem patriã excõmunicari contigerit.*

Interdictum in Ecclesiis nostris) subditis Monasterio Vindocinensi. Gregorius VII. Oderico. *Neque etiam subditas prædicto loco Ecclesias, vbicumque sint, excommunicare vel interdicere cuiquam liceat, nisi apertis pro culpis, & quas Vindocinensis Abbas & fratres canonice ab ipsis Episcopis admoniti emendare contempserint.* Apertas culpas excepit, vt Goffridus iustum interdictum, quia in cellis Vindocinensium non proinde ac in Monasterio vetitum erat omne interdictum.

Epist. III. Circa fratrem] Danielem nomine, sic enim appellat Iuo ep. LXXXII. ad quem Goffridus hic respondet.

Epist. IV. In ordinis dignitate] Primis sæculis monachi extra Clerum erant. Ideo in pœnis canonicis non depositione, vt Clerici, sed excommunicatione cum laicis plectebantur. Synodus Calcedonensis canone secundo: καὶ ὅπως οἱ μὲν κληρικοὶ ἐκ τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ, οἱ δὲ λαϊκοὶ ἢ μονάζοντες ἀναθεματιζέσθω. Postea sacris ordinibus initiari cœperunt. De monachis igitur Clericis, qui post apostasiam ad Monasteria sua redeunt, quærit quomodo recipiendi sint. an ita nimirum, vt in pristina ordinis sui dignitate, graduque maneant: an ita potius vt eo cadant, & ad laicorum sortem reuocentur. Qua in re etsi seuera quondam erga omnium ordinum Clericos Ecclesiasticæ censuræ lex fuerit, mitiuatamen actum est interdum, & pro eximinis pœnitentiæque modo indultum, vt videre est in iis quæ collegit Gratianus D. L. Iuonis porro epistola, qua de monachis ad Goffridi consultationem respondebat, interiit.

Epist. V. Domino Papæ] Paschali II. An Goffridi opera vsus sit Iuo, non liquet. Bernerium Bonæuallis Abbatem ad Paschalem à se aliquando legatum docet epist. CXLVII. *Vnde misi*, inquit, *vobis vice mea Dominum Bernerium Monasterij Bonæuallis Abbatem, boni testimonij.*

Familiares ac propinquos] Eo spectat quod est apud Iuonem Decreti P. XVI. c. CCCLXX. *vt contra extraneos parentela aut propinquitas testimonium minime dicat*, Hoc argumento idem Iuo epist. CVII. Archiepiscopi Turonensis testes Paschali suspectos reddit, vt consanguineos ac de domo productos & Alexander III. c. in litteris, de testibus. nobilis item cuiusdam Firmani testes reiicit, quos in diuortii causa de familia sua producebat. Vel hoc igitur exemplo id patet, quod ambigit Goffridus, testes domesticos non solum in capitalibus, sed in aliis etiam causis non esse recipiendos. At receptos aliquando constat ex priuilegiis. Nam ex præcepto Philippi Pulchri Francorum Regis didicimus, cum ab Abbate & conuentu Sancti Dionysii aduersus Latiniacenses quasdam fœminas de statu earum moris esset, testesque contra illas producti reiicerentur, quod de corpore essent Ecclesiæ Beati Dionysii, & monachi contra obtenderent, se regium priuilegium à Ludouico VI. in eam rem habere, Curiam perlecto priuilegio pronunciasse, testes in A ea causa idoneos, eorum testimonium validum videri. Anno M. CCLXXXVII. mense Iunio.

Epist. VII. Litteras vestras] Non extant hæ litteræ Iuonis.

Nulla persona media] In priuilegio Victoris II. *Confirmamus igitur, itaque B B. Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate ipsum Monasterium ita specialiter corroboramus, quatenus inter prima & Apostolicæ sedis Pontificem, & venerabilis loci Vindocinensis Abbatem nulla cuiusq; dignitatis vel ordinis persona sit, media habeatur*: quæ eadem fere verba leguntur in aliis Pontificũ diplomatis, atque in tabulis ipsius fundationis.

Professum vestrum me vocastis] Iure antiquo Abbates omnes in Episcoporum erant potestate. Concilium Aurelianense primum can. XI. *Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant.* B Synodus Calchedonensis can. IV. τοὺς δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ. Quare Episcopis ante consecrationem suam subiectionis, obedientiæque professionem edebãt, ad eam formulam, aut eius certe consimilem, quam à Cisterciensibus edi solitam docet Honorius III. c. ne Dei Ecclesiam. De simonia. *Ego N. Abbas Cisterciensis ordinis subiectionem & reuerentiam, & obedientiam à sanctis Patribus constitutam, secundum regulam sancti Benedicti, tibi Domine Episcope, tuisque successoribus canonice instituendis, & sanctæ sedi Apostolicæ, saluo ordine meo perpetuo me habiturum promitto.* Qui vero sedis Apostolicæ priuilegiis exempti fuerant ab Episcoporum potestate, vt Vindocinenses, ii nimirum C professionem illam non edebant. Elicuit tamen Iuo Episcopus à Goffrido, quem propterea subditum & professum suum appellabat. Sed Iuonis factum, vt mox dicet, improbauit Vrbanus, professionemque à Goffrido extortã antiquauit, quod iterũ repetit ep. II.

Sed Papa Vrbanus] Vrbani hac de re priuilegium insertum est epistolæ XXVIII. huius libri, ad Goffridum Episcopum Iuonis successorem.

Domnus Ernaldus] subscribit is litteris Iuonis, quæ Canonicorum sancti Ioannis Valiacensis fundationem continent, leguntur que inter epistolas Iuonis num. CCXCVI. *Signum Ernaldi Decani* Videtur idem postea ex Clerico factus monachus: deinde iterum abiecto monachi proposito ad pristinum gradum regressus. Monachum factum testatur Iuo epist CCLXII. D ad Pontium Abbatem Cluniacensem *Collectiones Canonum per Dominum Ernaldum modo Monachum vestrum, olim Clericum nostrum transmisi vobis.* Non perseuerasse, tacito sensu indicat hoc loco Goffridus.

Teste Flocello de capite) Monastici cultus parte, quam retinebat. Flocus, vt docet Clemens V, *De statu Monachorum, capite primo.* ea est Monachorum vestis quæ longas & amplas habet manicas. Floculus & Flocellus, minor Flocus Nostrates hodie, littera l mutata, magnum & paruum Frocum vocant. Qui ex Canonicis facti fuerant monachi, hi si ad Canonicos redibant, cucullam deinceps ad memoriam ex Vrbani II. decreto deferebant, XIX. q. III. *mandamus.*

Prius in nostro, quam in vestra sorte) Monachus potius quam Clericus.

E Goffrido Danielis] Archipresbytero Vindocinensi, cuius iterum meminit epist. IX. XIX. & XXI. vbi easdem de illo querelas retexit. Epist. VIII.

Archidiacono vestro] Vindocinensi, quem tacito etiam nomine perstringit, & gloriosum Archileuitam vocat epist. XVII. Raimbaldus, opinor, dicebatur: Iuonis sane litteris, quibus maiori Monasterio Ecclesiam Hauchensem concessit anno M. C. XIV testes primo loco adscripti Raimbaldus Vindocinensis Archidiaconus, & Ansgerus Blesensis Archidiaconus. In Ecclesia Carnotensi præter Vrbanum Archidiaconum, qui magnus appellatur, quinque sunt Archidiaconi pagensis, Castrodunensis, Pisciacensis, Blesensis, Drocensis, & Vindocinensis.

Ninelone & filio eius Vrsione) De his lib. 1. epist. 12. & infra epist. ix. xiii. xxiii. xxa. Extant in scriniis Vindocinensibus Paschalis II. litteræ ad Iuonem, in quibus, vtrumque ob iniurias & damna Vindocinensi Monasterio inflicta, sacris arceri iubet.

Epist. ix. Nulli Episcopo nisi Romano) Libro 1. epist. xviii. & infra epist. xxvii.

Epist. xi. Litteræ nostræ] Ea est epistola xii. huius libri. Iuonis autem epistola, cui Goffridus hic respondet numero cxcv. hoc habet exordium. *Accepi litteras tuas palpantes & pungentes: in quibusdam mellis dulcedinem redolentes: in quibusdã fellis amaritudinẽ respergentes.*

Professio quam à me) Dictum est epist. vii. diceturque iterum epist. xxvii.

Naucularia potius quam gratis data) Vtitur eadem voce eadem iure opusculo x. Naucularia benedictio dicetur, vt nauicularia functio in Codice, sed alio sensu Naucularíam enim benedictionem appellat, non gratuitam, sed mercenariam, & pro qua aliquid exigatur, vt pro transuectione nautium & merces à nauicularíis. Non absimili translatione institoriam lectionem dixit epist. 1 Ildebertus, cui sordidus & illiberalis quæstus est propositus, vt lucrum institori, sic enim scribit: *Hinc est quod ambitiosam suppellectilem inexorabili odio prosequeris: quod institoriam abdicas lectionem, quod magnum quæstum indicas pietatem cum sufficientia.*

Ab alodiario Beati Petri) Beneficiario supra epist. vii. Vt feudatarios Domini dicitur, qui eius feudum tenet, sic alodiarius, qui alodium.

Nec tamen perpetuo hæc sibi respondent. Nam Abbas Vindocinensis alodiarius Beati Petri recte dicitur, quia monasterium eius alodiũ est sedis Apostolicæ: feudatarius dici non potest, quia monasterium feudi iure non habet.

Epist. xii. Archipresbytero vestro Goffrido] epist viii.

Epist. xiii. Propriis rebus exspoliati) Infra epist. xxia.

Epist. x.v. Goffrido olim Blesensis Abbatis] Cœnobij sancti Launomari, ad quem honore iam defunctum, atque ex Abbate anachoretam pristinæ solitudini redditum tres leguntur epistolæ Iuonis clxiv. ccviii. cexl.

Exercuit inimicitias) Ob controuersiam videlicet inter Blesenses monachos & Vindocinenses agitatam de oblationibus parochiæ Vlcheosis, de qua Iuo epist. clxii.

Veritatis testimonium] Cur testimonium hoc exquisierit Iuo, intelligi potest ex tribus supra scriptis eius epistolis, in quibus docet pœnituisse postea relictæ Abbatiæ Goffridum, Mauricioque successori propterea obtrectare & aduersari solitum.

Brunonis tunc Legati) Iuo epistola clxiv. ad Goffridum Blesen. *Qui in manu Romanæ Ecclesiæ Legati, nullo te cogente, immo ipso Legato dissuadente Abbatiam dimisisti, & in electione ipsius Mauricij primam vocem dedisti.* Incidit Brunonis Signiæ in Campania Italica Episcopi legatio in annum Christi M.C.VI. Hoc siquidem anno in Gallias venisse Buamundum Ducem notat Chronicum sancti Albini. Buamundum autem Paschalis iussu comitatus est Bruno legatus. Auctores Petrus Diaconus, & Sugerius Abbas; qui & Synodi ab eodem apud Pictauos celebratæ meminerunt.

Epist. xv. Clericos vestros) Canonicos sanctæ Mariæ Carnotensis.

Gradus domus nostræ Ecclesias quinque à Theoderico Episcopo Vindocinensibus datas ostendunt litteræ Pontificum Clemens II. Victorirem, & Nicolaus II. in priuilegiis confirmationis *Ecclesias quinque, quas Theodericus Carnotensis Episcopus Monasterio Vindocinensi dedit amore Dei & supplicatione Goffridi Comitis. Ecclesiam scilicet sancti Beati, Ecclesiam sancti Ioannis de Castrodunensi, Ecclesiam de Balneolis, Ecclesiam de Villarebla, Ecclesiam Aucherici.*

A Sed harum nulla Carnuto proxima. Quare alibi quærenda est.

Comitem Vindocinensem) Goffridum li. 1. ep. xii. Epist. xii.

Castelli Banleugæ) Goffridus Comes in tabulis fundationis ea enumerans quæ monasterio Vindocinensi obtulerat, *In castro*, inquit, *Vendocino terram ad burgum faciendum cum rapto & furto & incendio, vicaria & banlenga, & consuetudinibus vniuersis.* Ludouicus VI. in præcepto pro cœnobio S. Dionisij. anno M. C. XI. *Item statuimus, vt quicumque sit infra Bannileugam S. Dionysij, vel infra terminos antiquitus institutos, à nullo rapiatur, neque res eius diripiantur, sed si aliquid foris fecerit, ab Abbate tantum, vel à Monachis iustificetur.* Banleuga seu Bannileuga dicitur is modus agri, cuius finibus loci alicuius immunitas vel iurisdictio terminatur. B Nota vox & significatio multis in locis Galliæ. Banni apud maiores nostros multiplex fuit notio. Nam & publicum edictum bannum appellabant, & mulctam, & proscriptionem bonorum, & exilium, & alia iudiciariæ summæque potestati connexa. Quos ergo ad fines ea potestas porrigebatur, eum ambitum siue procinctam, vt loquebantur, Bannileugam dicebant: seu quia leugæ spatio plus minus definiebatur, seu forte quia leugæ siue Leuvæ nomen pro quouis terræ spatio, tractuque vsurpabant. In Caroli Calui præcepto sancti Dionysii Banleuga in hunc modum describitur. *Statuimus vt prædictus locus immunitatem habeat.* Et post alia. *Cui quidem immunitati ipsos eosdemque terminos imponi censemus, qui in Priuilegio Domni Dagoberti serenissimi* C *Regis, quod de fugitiuis ad idem cœnobium isdem gloriosissimus Rex fecit, præscripti sunt. Id est, vsque ad eum locum, quo ad eandem Ecclesiam tendentes Triecinam pontem ingrediuntur, necnon etiam vsque ad montem Martyrum, vbi ipse præcellentissimus Dominus testis agonem suum fideliter compleuit, similiterque vsque ad viam publicam, qua ad Luperam ducit. Itaque hanc totam procinctam Deo, Sanctoque eius Dionysio donamus, cum omni iudiciaria potestate. Hoc est bannum, omnemque infracturam, & si qua sunt alia consuetudines legum.* Satis ex hac descriptione liquet, sancti Dionysii bannileugam vltra leugę vnius spatium porrectam fuisse Quod vero leuvam absolute pro spatio & mensura vsurpasse videantur, declarat aliud præ- D ceptum Caroli Magni, quo villas Fauerolas & Nontem in pago Carnoteno eidem sancti Dionysij Monasterio cum sylua aquilina donat. Eius autem syluæ Leugas, hoc est, spatia, regionesque suis finibus circumscribit his verbis. Totum enim locum exscribam, etsi antiquariorum vitio parum castigatum.

Insuper & cum Foreste ad eas pertinente, quæ vocatur Aquilina, cum Forestariis & caeteris finibus in ea designatis. Videlicet contra pagum Madriacensem peruenit Leuvna vsque ad Petram fictam. Deinde ad montem Presbyteri: deinde ad Condacum vsque ad Canlosa. Secunda Leuvna contra pagum Pinciacensem peruenit ad Codenarias, deinde ad Vennas vsque ad Aureonallo, deinde Leuieias. Tertia Leuvna contra pagum Parisiensem de Vlfanciacas peruenit ad campum Dominicum. E *Deinde ad campum Mulgeneris. Deinde ad Sarnecum vsque ad cellam sancti Germani. Deinde per illam stratam quæ pergit ad vetus Monasterium. Contra pagum Stampensem peruenit Leuvna ad Rasbacum. Deinde ad Affrumenterilas, deinde ad Vuarnaceras. Contra pagum Carnotensem peruenit Leuvna ad Tuteles, inde ad Putilistus. deinde ad Hitlinnolare, inde ad Vuadastinillam, & illud pirarium Deinde ad illam frenam quæ fuit Stephanona Inde ad Calmentem, deinde ad illam stratã quæ pergit ad Helmoretum Inde ad Longum lucum & Senona vallem super Nimgollam.* Pro Bãleuga leugam simpliciter posuit Iuo. ep. ei & ccLIX *quod ab omnibus molendinis Beluacensis Leuua cõmittitur.*

Vt

Vt B. Hieronymus dicit) epist. xxiii. ad Marcellam de ægrotatione Blæsillæ.

Pauperum corpora sepeliri concessistis) Ecclesiasticam sepulturam prohibet interdictum. Excipit Innocentius III Clericos, qui tamen interdicto pareuerint c. *Quod in te* De pœnit. & remiss. Quod pauperibus illam concessit Iuo peculiare fuit priuilegium.

In castro Vindocini) Vindocinum, quod Castrum Goffrido & Castellum dicitur, non obscuræ notæ est oppidum ad Ledi fluminis ripam, in Carnutum agro ac diœcesi. Quod vnum argumentum satis est ad minuendam opinionem, quæ multorum hodie animos peruasit, Vindocini à Ptolomæo Geographo mentionem fieri, Vindinumque appellari. Vindinum enim οὐίνδινον Ptolomæus non in Carnutibus, sed in Aulercis Cenomanis locat, & primatiam eorum vrbem facit. Quare haud dubium est aliam non esse, quam Cenomanum ipsum, totius Cenomanicæ prouinciæ caput; cuius nomen Gallica consuetudine suum fecit, etiam apud Goffridum libro III. epist. XVI. Vinducini vero Castelli antiquissima: quæ nunc quidem succurrat, mentio est in pactione Guntranni & Childeberti Regum, quæ inserta est Gregorij Turonensis historiæ lib IX. c. XX.

Epist. XIII. Regulares B. Georgij Canonicos) Hi originem suam debent Agneti Comitissæ, illi ipsi quæ Vindocinense monasterium cum Goffrido viro suo fundauit: nec multo sunt posteriores, cum tabulæ fundationis annum præferant MXLVII. Regulares hodie non sunt.

De Domno Archidiacono] Raimbaldo. Supra ep. VIII.

Ep. XVIII. De statu Papæ] Paschalis II. ad quem profectum Goffridum vidimus lib. I. epist. IV, sub annum, vt apparet, M. C. IIX.

Domno Primate Lugdunensi] Ioanne Hugonis successore, quem mirum est ab iis hactenus prætermissum fuisse, qui Antistitum Lugdunensium catalogos texuerunt. Sed Ioannis Archiepiscopi Lugdunensis nomen, tempusque vindicant epistolæ apud Iuonem CCXXXVI. & CCXXXVII quas scriptas constat anno M C. XI. successit ergo Ioannes Hugoni, rexitque Ecclesiam ante Gauceranum.

Domnum Senonensem) Daimbertum Archiepiscopum; cui cum Archiepiscopis Lugdunensibus non vna fuit contentio Prima cum Hugone Legato, cum eius ordinationem moraretur, vt docet Iuonis epistola LX. Altera cum Ioanne, cum ab eo ad Concilium Ansanum extra Prouinciã vocaretur; vt est in Daimberti ipsius epistola apud Iuonem Tertia, quam Goffridus hoc loco indicat, cum Ioanne eodem, sed paulo ante alteram nata ob veterem de primatu controuersiam. Frequens enim fuit, quod Iuo idem epist. LI. scribit, hac de re Præsulum Senonensium cum Lugdunensibus altercatio, etiam post rescriptum Gregorij VII. quo statuit, vt Archiepiscopo Lugdunensi tanquam Primati suo pareant quatuor Lugdunenses Prouinciæ, id est, Lugdunensis, Rotomagensis, Turonica, & Senonia. Lib VI. epist XXXIV. & sequenti.

Cum illo fecisse pacem) De hac pace, ni fallor, Ioannes ipse ad Daimbertum scribens, *Meminisse potes*, inquit, *quia ex quo amicitiam, & familiaritatem Lugdunensis Ecclesiæ recuperasti, gratulanter te vidit, exultanter recepit, & quanta potuit affectione honorauit. Nolo frater, omni spiritui credere, sensimus olim procellam istam, sed Deo fauente aliquandiu resedit, & ipso faciente quieuit.*

Litteras quas in persona sua fecisti] quas eius nomine dictasti. Scripserat Iuo, vtpote omnium Metropolitani sui controuersiarum socius & adiutor, litteras Daimberti nomine ad Paschalem: in quibus Ioannem Primatẽ perstringebat. Eas litteras Daimbertus, cum pacem cum Ioanne, inscio Iuone, faceret, suo nutu scriptas, missasque ad Pontificem negabat. Hic germanus huius loci sensus videtur: & si alium viro docto placuisse scio in Obseruationibus ad Iuonem, epist XXVII.

Epist. XIX. Vnctionem infirmorum) In ea videntur sententia fuisse Goffridus & Iuo epist. sequenti, vt nullum Ecclesiæ sacramentum iterari posse existimarint. cum ex Theologiæ placitis ea solum repeti nequeant, quæ characterem imprimunt; Baptismus nimirum, Confirmatio, & Ordo. Quo fit vt extremam Vnctionem, quia ex numero non est, iterare liceat, non solum in diuersis morbis, verum etiam in vno eodem, quandocunque morbus ex interuallo ita recrudescit, vt vitæ nouum sit discrimen.

B. Innocentius] epist. II. ad Decentium Eugubinum Episcopum.

Epist. XX. Iuonis est epistola, quæ totidem verbis legitur in epistola CCLV. ad Radulfum Abbatem sancti Fusciani.

Publicæ pœnitentiæ est sacramentum) Futile argumentum. Qui enim dici potest vnctio infirmorum ad publicam pœnitentiam pertinere; cum publice olim pœnitentibus, vt Innocentius Papa docuit, permitti non soleret? Quare verum sane est, quod Augustinus & Ambrosius affirmant, publicam pœnitentiam non iterari. Sed hoc ad rem nihil facit.

Epist. XXI. Goffrido Episcopo) Carnotensi. successor fuit Iuonis, vir multis vitæ, rerumque gestarum laudibus insignis, in Aquitanica præsertim legatione, quam aduersus Girardum Engolismensem, aliosque Anacleti fautores gessit pro Innocentio secundo. De quo in vit. Sancti Bernardi lib II Bernardus ipse epistola XLVII & LV. Petrus Cluniacensis epistola XL. Ioannes Sarisber. lib. V. Polycratici cap XV.

Vindocinensis Comitissa) Lib. I. epist. III.

Monachi maioris monasterij) Infra epist. XXVI.

Archipresbytero vestro) Goffrido Danielis. supra epist. VIII.

Epist. XXII. Quos B. Martini humilitas) Sic epistola præcedenti de iisdem monachis. epist. XV. de Canonicis B. Mariæ Carnotensis.

Epist. XXIII. Molendina quæ apud Pisostum) Numeratur inter molendina, quæ fundator monasterio dedit, apud Pisostum vnum. Id Castello nomen paulo supra Vindocinum in eadem Ledi ripa posito, cuius meminit etiam Odo Tusculanus Episcopus Legatus in litteris ad Abbatem Vindocinensem anno M. CC. XLVII.

Epist. XXIV. Placendi] disceptandi, litigandi Honorius II. Goffrido Abbati. *Probibemus ne vllus te vel aliquem successorum de his qua ille venerabilis locus sub triennali possessione tenuerit cogat placitare.* Item in placito Monachorum sancti Albini, & sancti Sergij de cõtrouersia pro Campiniaco anno M. LXXIV. *Et cum voluissent Monachi sancti Sergij de minoribus rebus prius placitare, & postea de Campiniaco, visum fuit iudicibus hoc esse iniustum, vt causa illa posterior discuteretur, pro qua Abbates vocati fuerant & in vnum conuenerant.*

Respectum vsque ad festiu Frequens illius æui scriptoribus vocabulum, quo litis siue negotij alterius inducias ac prorogationem significabant. Goslenus Episcopus Carnoten. ad Sugerium Abbatem sancti Dionysij de Præposito Hienuillæ; *Respectum nobis postulantibus dare noluit timens lucris suis aliquid deperire, si causam nostram contigerit ad vos discutiendam venire. Proinde discretionem vestram super hoc imploramus, vt huius rei discussionem non ante alium quam in conspectu vestro ponatis, & donec à vobis id ipsum examinari valeat induciari iubeatis.* Plura exempla collegit doctissimus & diligentissimus Franc. Iuretus ad Iuonis epist. CXXVII. Manet hodieque vox vernacula Nam *sine respectu* dicimus sine intermissione, *Sans respit.* Inde & respectandi verbum formarunt Rodulfus Viromanduorum Comes Sugerio eidem *Comes Andegauensis respectauit colloquium.*

A Idem eidem *Si ergo placeret vobis negotia Parisius facere, vel respectare, multum vellem & bonum esset. Nescio enim quando venire potero à Curia.*

Sæculari & peregrino iudicio) Alterum pertinet ad κοσμικὰ δικαστήρια, sæcularia seu publica tribunalia: alterum ad extranea iudicia; hoc est, Ecclesiastica quidem, sed alieni iudicia non sui: vt si extra Prouinciam, quorum vtrumque est sacris legibus interdictum. Iuo epist. xxcv. *Cum autem in Prouincia vestra peregrinum sit iudicium nostrum, peregrinum tamen non putamus esse consilium nostrum.* (Epist. xxvi.)

A Primo Abbate monasterij sui) Is fuit Raginaldus ex monacho maioris Monasterij destinatus Abbas sancti Nicolai Andegauensis, sed à Goffrido Martello Vindocinensis præpositus. Rem prodit Fulco Nerra Comes in commentario, quo cœnobij sancti Nicolai, quod fundarat, originem exponit. *Postquam verò*, inquit, *Baldricus Abbas Monasterium dereliquit, eremumque furtim petiit, ac postremo ad maius monasterium repatriauit, apud Tabennesium Monasterium vitam finiit. Post hunc Domnus Albertus Abbas Raginaldum Monachum loco eius restituit: qui ante benedictionem ad filium meum Goffridum fugit, atque regimen Monasterij Vindocinensis noniter constructi absque licentia sui Abbatis suscepit. Postquam me vidit esse illusum à duobus Abbatibus, iratus valde iussi vt Monachi alij ad Monasterium suum cito remearent. Deinde rogaui Domnum VValterium Abbatem sancti Albini, vt Domnum Hildinum Priorem illius Ecclesiæ concederet, qui ordinatus anno* M.XXXIII *ab Incarnatione Domini die Natiuitatis Beatæ Mariæ, qui est annus tertius Henrici Regis, Monasterium regulariter rexit.* Hucusque ascripsi; vt quo anno Monasterium Vindocinense Abbatem habere cœperit exploratum habeamus. Ab hoc Raginaldo ad Michaelem Subletum, qui Monasterio Vindocinensi nunc præest, Abbates fuerunt vii. & xxx. quorum seriem indicat hic Elenchus.

ELENCHVS
ABBATVM MONASTERII SANCTÆ TRINITATIS Vindocinensis.

I. *Rainaldus.*
II. *Odericus.*
III. *Dauid.*
IV. *Berno.*
V. *Goffridus.* (*)
VI. *Fromundus.*
VII. *Hubertus.*
VIII. *Robertus.*
IX. *Guillelmus.*
X. *Gerardus.*
XI. *Lucas.*
XII. *Hamelinus.*
XIII. *Goffridus.* II
XIV. *Hugo.*
XV. *Rainaldus.* II
XVI. *Raginoldus.* III
XVII. *Raginaldus.* IV
XVIII. *Philippus.*
XIX. *Ioannes.*
XX. *Guillelmus.* II
XXI. *Ioannes.* II
XXII. *Michael.*
XXIII. *Simon de Plessiaco*
XXIV. *Guillelmus de Plessiaco* III
XXV. *Ioannes de Bussa.* III
XXVI. *Petrus.*
XXVII. *Iuo de Fonte.*
XXVIII. *Ioannes de Villeraya.*
XXIX. *Aimericus de Cosduno.*
XXX. *Ludouicus de Creuanto.*
XXXI. *Antonius de Creuanto Doctor Paris.*
XXXII. *Antonius Sanguinus Card.* II
XXXIII. *Carolus de Borbonio. Card.*
XXXIV. *Marcus Siticus ab Altaemps Card.*
XXXV. *Ludouicus de Camera.* II
XXXVI. *Carolus de Borbono Card.* II
XXXVII. *Michael Subletus.* II

B Eorum Abbati) Odoni, ad quem extat epistola Hugonis Pontiniaci, & Bernardi Claræuallis Abbatum, & altera Goffridi nostri libro 4.

In Pastorem proprium Turon. Archiepiscopum) Grauis & diuturna fuit Maiori monasterio cum vtroque Radulfo metropolitanis suis contentio. de qua fuse Anonymus eiusdem cœnobij monachus, cuius prolixam narrationem ex veteri codice describit Iuretus ad Iuonis epistolam cviii.

Papa (Calixtus) infra epist. xxx.

Non noctes secundum consuetudines laicorum) Lib. iii. Capitulorum xlv. de quadruplici legitima vocatione. *Prima mannitio super noctes vii. Secunda super noctes xiv. Tertia super noctes xxi. Quarta super* xlii. *fiat.* Itē addit. iv. xxciii. *Postquā ciues & pagēses* C *de qualicūq; expeditione hostili reuersi fuerint, ex eodie super* xl. *noctes sit bannus rescisus, quod lingua Teodiscascast legi, id est, armorū depositio vocatur.* Galli olim, vt ad priorem locū ex ætate obseruat Vir doctissimus, spatia temporis non numero dierum, sed noctiū finiebant quod ipsum de Germanis item scripsit Tacitus, manetque in vernacula nostra prisci moris vestigium, cum præsentem diem interdum sic enunciamus, vt non Hodie, sed hac nocte dicere videamur. Goffridi ergo ætate, cum dilatio in iudiciis petebatur, laici noctes postulabant & Clerici Inducias. Felix II. in epistola ad Ægyptios, *Cū accusatus ad iudicem venerit, si voluerit & necesse fuerit, Induciæ competentes à Patribus constitutæ absque impedimento concedantur.*

D In concessione ornamentorum sacerdotalium) id est, Episcopalium. Sacerdos enim primi ordinis est Episcopus; secundi Presbyter, apud Sidonium, & alios. Episcopalia ergo insignia sunt Mitra, Anulus, Sandalia, & cætera: quæ Abbatibus nonnullis à Sede Apostolica concedi male nimirum habebat Episcopos. Neque Episcopis modo, sed aliis sane per multis parum olim ea res probata, in quibus S. Bernardus epist. xlii. ad Henricum & Senonensem, & Petrus Blesensis epist xc. ad Guillelmum Abbatem. Et tamen incredibile dictu est quam late tandem hoc priuilegium patuerit. Vindocinensibus quidem, vtpote Cardinalibus, mitræ, aliorumque ius fuisse Innocentij II. litteræ nos docuerunt ad lib. 2 epist ix. Cæterum cum ostenderentur Episcopi, quod in conciliis E & synodis Abbates, quibus mitræ ius erat, ab Episcopis non distinguerentur, hoc discrimen instituit Clemens IV. vt in synodis exempti mitris auriphrygiatis, sed sine gemmis, laminisque aureis vel argenteis vtantur, non exempti simplicibus albis & planis. In aliis vero locis vtrisque iis vti mitris liceat, quas sedis Apostolicæ indulta permiserint. Viterbij xix. Kalend. Septemb. anno ii.

Qoam illi qui sine ordinibus factis) Quod Goffrido Carnotensi tacite obiicit, idem de Rainaldo Andegauensi ante factos ordines electo scribit. lib. iii. epist. xi. sed Goffridum præterea humili loco natum, atque ex nihilo, vt loquitur, à Papa creatum indicat

indicat epist. xxx. huius libri & xxiii. Lib. iii.

Acephali non sumus) Synodus Parisiensis apud Iuonem P. vi. de Clericis, qui nulli parent Episcopo. *Tales Acephalos, id est, sine capite prisca Ecclesiæ consuetudo nominauit.* Alterum id caput veteris Episcoporum querimoniæ aduersus Abbates ipsorum scilicet exemptio, ægre enim ferebant illos potestati suæ subduci. Ideo Acephalos appellabant. Quod nomen vt illis immerito forsitã exprobari videatur, qui sedis Apostolicæ priuilegio nituntur; vt Goffridus ita iure in illos conueniat, qui libertatem sibi sine authoritate vindicant & vsurpant. De quibus, opinor & praua, quam obtendebant, consuetudine, Innocentius II. Henrico regi Anglorum. *Expedit vt in regno siue ducatu diuina dispositione tibi commisso tuo tempore praua consuetudines amputentur, & vitiorum radicibus resecatis, bona quæque per tua nobilitatis studium Domino cooperante plantentur. Aliter enim Abbates & reliqui Clerici nec gratum Domino famulatum impendere, nec animarum suarum saluti poterunt prouidere. Immo Acephali, id est, sine capite reputantur, nisi Episcopis suis & Prælatis debita fuerint humilitate subiecti.* Alio sensu, tanquam acephalos Petrus Blesensis Monachos dixit, qui segnem & in officio languidum Præsidem habent.

Professionem quam obiicitis) Ep. vii. huius libri. His vero Vrbani, Paschalisque decretis attexendæ Goffridi ipsius Carnotensis Episcopi litteræ, quibus testatur se propter huiusmodi diplomatum interdictum Formundo & Huberto Goffridi nostri successoribus, cum Abbates illos sacraret, professionem remisisse. Eæ igitur sic habent.

GOFFRIDVS GRATIA CARNOTENSIS Episcopus, Sedis Apostolicæ Legatus, Huberto eadem gratia Vindocinensis Abbati salutem & gratiam.

Cum venerabilis prædecessor tuus Goffridus Deo, vt credimus, vocante præsentis vitæ cursum terminasset, communi assensu Capituli Fromundus cum vita honestate prudentia decoratus in Abbatem electus est. Qui cum ad benedicendum nobis præsentatus fuisset, professionem ab eo sicut ab aliis nostræ diœcesis Abbatibus quæsiuimus. Ille vero respondit, professionem se nullo modo facturum, quoniam à venerabilibus Sedis Apostolicæ Pontificibus Vrbano, & Paschali sub anathemate interdictum erat, ne Abbas Vindocinensis pro benedictione sua professionem faceret, & ne vllus eam ab eo acciperet: & si Carnotensis Episcopus eum nollet benedicere, à quocumque vellet Episcopo benedictionem acciperet. Quorum visis priuilegiis, cum eis resistere nec vellemus, nec possemus, sine professione illum benediximus. Illo defuncto te quoque postea benediximus, nullam à te professionem exigentes. Accepta benedictione rogasti nos humiliter, vt tua & antecessoris tui benedictionis sic factæ nostrum tibi sigillum daremus, & ne aliquis successorum nostrorum à tuis successoribus professionem quæreret, nostra auctoritate prohiberemus. Perhibemus itaque testimonium veritati quod venerabilis prædecessor tuus Fromundus & tu sic à nobis benedictionem accepistis, quod nullam nobis vel nostræ Ecclesiæ professionem fecistis. Insuper Dei & nostra auctoritate prohibemus, ne successores nostri à tuis successoribus professionem exigant, ne tui successores eam successoribus faciant. Concedimus etiam Monasterio, cui Deo autore præsides, omnem dignitatem & libertatem, quam bonæ memoriæ prædecessor noster Theodericus ei concessit, & quidquid in Episcopatu nostro tam in decimis quam in Ecclesiis vel in quibus libet possessionibus hodie possidet, ei confirmamus. & quidquid vel legitima emptione, vel fidelium donatione acquirere A *poterit. Et quoniam idem monasterium procul est à nobis disiunctum, concedimus tibi tuisque successoribus, vt ad quoscumque volueritis Episcopos Monachos vestros ordinandos mittatis; eosdem Episcopos rogantes, vt eos sine hæsitatione ordinent, nullam inde nostri siue successorum nostrorum verentes offensam. Gratia Dei & Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus eidem loco ista seruantibus. Contradictores autem, nisi resipuerint, in æternum pereant, & in æterna morte, & damnatione permaneant.*

Papa Paschalis) extat in armariis Vindocinensibus exemplum priuilegii Romæ scriptæ iii. Idus Martii.

Quod super quemlibet Vindocin. Monachum) Huic simillimum aliud Vrbani decretum seruant Vindocinenses, datum Romæ VII. Kalend. Decemb. B Aliud item eiusdem Vrbani rescriptum ad Episcopos Iuonem Carnot. & Radulfum Santonensem: in quo post alia hæc leguntur. *Ipse enim Aruernensi Concilio adfuistis: in quo residentibus nobiscum Galliarum Episcopis dictum est, & præsentium litterarum auctoritate firmamus, vt Episcopi ad Archiepiscopi super quemlibet Monachorum Vindocinensis Monasterii potestatem aliquam exercere, siue de rebus eiusdem loci quicquam distrahere non præsumant.* Romæ ii. Kal. Martii.

Bonam vallem) Lib. iv. epist. xiv. Epist. xxxviii.

Non Bullatum) Sine bulla & sigillo. Ratbodus Archiepiscopus Treuirensis in epistola sua formata, *Hanc Epistolam Græcis litteris hinc inde munire decreuimus, & annulo Ecclesiæ nostræ bullare censuimus.* C Bullare etiam litteras dixit Petrus Blesensis obsignare. Quin & Bullarum inde nomen diplomatis Pontificum & Imperatorum, vt Formatarum Ecclesiasticis Antistitum epistolis, à forma seu sigillo quod adhæbatur, vt alibi, si Deus volet, ostendemus.

Parisius factum est) Priuilegium hoc Callisti, non solum vt confirmentur quæ de illo scribit Goffridus, sed quia præcipuas monasterii Vindocinensis prærogatiuas & immunitates continet, ita vt instar multorum esse possit, integrum describimus. Hoc verò est antigraphum.

CALLISTI II. PRIVILEGIVM PARISIIS DATVM PRO Monasterio Vindocinensi.

D

CALLISTVS EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei, Dilecto filio Goffrido Vindocinensis Monasterii Abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

CVm vniuersis Ecclesiæ Sanctæ filiis ex Apostolicæ sedis autoritate beneuolentia debitores existamus, illis tamen locis atque personis, quæ specialius atque familiarius Romanæ adhærent Ecclesiæ, propensiori nos conuenit charitatis studio imminere. E Quamobrem charissime in Christo fili Goffride Abbas, tuis petitionibus non immerito annuendum censuimus, vt Vindocinense Monasterium, cui Deo autore præsides; quod videlicet ab ipsis fundatoribus Goffrido Andegauensi Comite & Agnete Pictauensi Comitissa sedi Apostolicæ oblatum est, ad Prædecessorum nostrorum sanctæ memoriæ Alexandri, Vrbani, Paschalis Romanorum Pontificum exemplar Apostolicæ sedis priuilegio muniremus. Sicut ergo iidem fundatores deuouerunt, & in eorum chirographo continetur, sub Apostolicæ sedis defensione ac Romana libertate ab omni conditione aliarum personarum absolutum semper & liberum idem Monasterium permanere sancimus. Ita videlicet vt inter

A Romanum Pontificem & te, tuosque successores, nolla cuiuscumque dignitatis vel ordinis persona sit, media habeatur. Nec ipse Vindocinensis Abbas ad Concilium ire, vbi Papæ persona non aderit, vllatenus cogatur. Porro Ecclesiam Beatæ Priscæ in monte Auentino sitam, quam cum vniuersis pertinentiis suis prædicti Domini nostri Alexandri Papæ concessione prædecessores tui longo tempore possedisse noscuntur, tibi tuisque successoribus cum omni dignitate, quæ ad eandem Ecclesiam pertinet, confirmamus; sancti Spiritus iudicio decernentes, vt nulla deinceps Ecclesiastica secularisue persona prædictam Beatæ Priscæ Ecclesiam, seu Ecclesiæ dignitatem tibi tuisue successoribus qualibet astutia vel occasione auferre præsumat. Quod si forte contigerit Romanæ Legatum Ecclesiæ prædictum Vindocinense Mona- B sterium visitare, charitatiue ibi suscipiatur, & ei iuxta loci possibilitatem diligenter quæ corpori fuerint necessaria ministrentur. Porro Legatus ipse in eodem loco nihil per se disponere vel corrigere audeat, neque occasione legationis Rectorem loci vel fratres molestare præsumat, sed si quid forte corrigẽdum cognouerit, Papæ notificare licebit. Si quis autem aduersus locum illum pro aliquibus rebus causam voluerit, nullatenus Abbas vel fratres ei respondeant, antequam Romanum Pontificem consulant: quia quod sine nostro vel successorum nostrorum iudicio distractum vel diffinitum fuerit, irritum erit. Sane ad iudicium perceptæ huius à Romana Ecclesia libertatis duodecim solidos monetæ vestræ patriæ quotannis Lateran. Palatio persoluetis. Si qua igitur in futurum C Ecclesiastica sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentauerit, secundo, tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco ista seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Ego Callistus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus SS. D Datum Parisius per manum Chrysogoni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarij VIII Idus Octobris, Indict. III. Dominicæ incarnationis Anno millesimo centesimo decimo nono, Pontificatus autẽ Domini Callisti II. Papæ anno primo.

Epist. xxix. Leonis videlicet] Huc facit quod est in XLVII. eius epistola ad Synodum œcumenicam, de restituendis Episcopis sede sua pulsis.

Symmachi] In quinta synodo Romana.

Felicis] II. cuius est canon ex epistola ad Episcopos Ægyptij III. q. II. *Tamdiu in sede.*

Gregorij] Magni, lib. VIII. epist. XXIV. Fortunato Episcopo Neapolitano.

Hormisdæ] quem pro Heliæ, Thomatis, & Nicostrati Episcoporum restitutione laborasse docent epistolæ LVI. cum aliquot sequentibus; & LXXXI.

Sixti] Xystus II. in epist. ad Episcopos Hispanorũ.

Eusebij] in epist. ad Ægyptios & Alexandrinos. Horum pleraque, & alia eiusdem notæ Pontificum decreta videre est in Collectaneis Gratiani II. q. II. & III. q. I & II. & Decretalium l. II. *de restitutione spoliatorum*

In Aruernensi Concilio] Epistola sequenti, sed nulla, quod sciam huius rei mentio in iis quæ super sunt eius synodi reliquiis.

Epist. xxx. Eodẽ spiritu] Damasi est sẽtẽtia XXV. q. I. *Violatores Canonũ volũtarij grauiter à sãctis Patribus iudicantur, & à Spiritu Sancto, cuius instinctu ac dono dictati sunt.*

A Sedis Apost. Leges, quas Canones appellamus] *κανόνες ἐκκλησιαστικοί*, Regulæ Ecclesiasticæ, Athanasio in epist. ad Orthodoxos. Quod proprie sunt in republica leges, hoc in Ecclesia Canones. Ideo sæpe comparantur, vt dum dicuntur, *τάξιν νόμων ἐπέχειν οἱ κανόνες*, & *τοῖς κανόσιν οἱ νόμοι ἀκολουθοῦσι*. Noster Opusc. IV. *Quæ omnis nec in legibus, nec in canonibus inuenitur.* & lib. III. epist. XXXIX. *Sæculi leges nulla ratione fieri permittunt, & sacri Canones omnino ne fiat interdicunt.* Inde & Photinus Patriarcha Nomocanonum opus suum inscripsit, ex legibus scilicet Canonibusque compositum.

Reddi aut recredi] Iuo epist. CCLXXV. *Reddet aut recredet Comitem Niuernensem.* Synonyma sunt. Nam recredere pragmaticis est restituere, vnde & re- B credentia, pro vindiciis seu possessione restituta nostrum Gallicanis foris vocabulum.

S. Eusebius] II. q. II. *In scripturis.*

Damasus Papa] epist. IV. ad Stephanum capite v.

Ordinatur Leuita] Diaconus erat Goffridus, cum Abbas creatus est: exin sacratus Abbas ab Iuone: tum Romæ presbyter ab Vrbano.

Ducentas etenim libratas] lib. III. epist. x. & xv.

Si Dominus Papa] Callistus, opinor, vide lib. I. ep. XII. vbi litteras petit à Callisto ad Episcopum Carnotensem aduersus Niuelonem: & huius lib. ep. XXVIII. vbi semel atque iterum scripsisse significat.

Si legatus Apostolicæ sedis] Cono, vt videtur.

Hugonem Decanum vestrum Ernaldi successorem.

C Priuilegium meretur amittere] Simplicius ep. II.

Dominus Ioannes filius Com. Vindoc.] De quo dictum est ad epist. XIII. Comes fuit post Patrem, bellumque gessit cum Sulpitio Domino Ambasiæ, cum quo & Goffridus Ioannis parens antea bellarat, vterque infelici exitu, vt narrat vetus auctor Historiæ Ambasiensis.

Vauassores] Vassalli. Inter epistolas Sugerij: *Sugerio Abbati Domino suo G Maior, & Vauassores, & tota sancti Richarij communia.* quod hodie dicimus; *nobiles atque incolæ oppidi alicuius.* Valuasores appellat Obertus lib. II. de feudis, tit. x. eosque proprie dici docet qui à Capitaneis feudum tenent: qui vero à Valuasoribus habent, Valuasinos nuncupari.

Vnam de obedientiis] lib. IV. epist. VII.

D

AD LIBRVM III.

Goffrido Andeg. Episcopo] Hugonis de Meduana filio, qui postea relicto Episcopatu factus est monachus Cluniacensis Chronicum S. Albini. *Anno* M. XC. III. *ordinatus est Goffridus filius Hugonis de Meduana* VIII. *Kal. Decembr. vix septem annis in Episcopatu mansit, Accusantibus namque & conquerentibus plurimis apud Papam, quod eo iubente neophytus & pene illiteratus fuisset ordinatus, monitu eiusdem Vrbani Papa sedem deserens monachus Cluniaco factus est. Post cuius abscessum ordinatus est Andegauis Episcopus Rainaldus prid. Id. Ia. anno* M. C. II. Epist. I.

E Electioni Petri Bellilocensis] Huius nominis monasteria multa sunt in Gallia vt dubitari possit cuiusnam Abbas hic fuerit. Labor vt de Lucscensi in pago Turonico agi credam, quod Fulco Nerra Comes Hierosolymis reuersus in honorem S. Sepulchri vltra Augerem fluuium Bello-loco construxit, vbi & sepulturæ locum sibi delegit.

Rainaldo Andeg. Episcopo] Rainaldus hic seu Reginaldus de Martroiaco, Brientij filius, Goffridi Meduanensis successor, vt modo dictum est, ad quem Epist. II. Iuo epistola CCLXXII. & Marbodus Episcopus Redonensis apud Ildebertum epist. XXC. Trãslatum inde ad metropolim Remensem docuit nos epistola XXX. lib. I.

Calen-

Calendarium Sancti Mauricij Andegauens. xix. Kalend. Februarij. *Obiit Rainaldus Iunior primo noster Episcopus, postmodum archiepiscopus Remensis, in cuius anniuersario singulis annis XIII pauperes alere debemus, & signa pulsare.* Iuniorem vocat, ad discrimen alterius Rainaldi, à quo hic sextus.

In defensiones Ecclesiæ] Contra Comitem Andegauensem Epistola VII.

Archidiaconus vester Hubertus] Ad quem epistolæ aliquot lib. V.

Comitem vestrum] Fulconem V lib. I. epist. III.

Abbas S. Nicolai] Lambertus, qui Natali successit anno M. XCVI. Monachi vero nomen, Sauaricus epistola sequenti. Cœnobium S. Nicolai ad Iuliomagum Andegauorum in suburbano situm est. eius conditor, vt obiter notandum est ad ep. XXVI. lib. II. Fulco III. Comes: cuius etiam commentarij meminimus, in quo monasterij originem explicat, narrationemque orditur his verbis: *Hisce temporibus nonnulli reges ac principes Ecclesias in Christi nomine ædificare curauerunt, & ego Fulco Comes Andegauorum, licet de vltimis & desidiosis hominibus vnus, in Dei nomine, atque summi Præsulis Ecclesiam in prospectu vrbis Andegauiæ ædificare decreuit, ac M XX anno ab Incarnatione Domini à Domino Præsule Huberto prædictæ vrbis feci sacrare. Post enim sacrationem non multo post tempore ex monachis S. Martini Monasterij maioris nomine Baldricum Abbatem institui, atque ad fratrum sustentationem, atque pauperum, ex meis rebus propriis ipsum altare curaui*, &c. Monasterium hoc post Fulconem fundatorem multis rebus auxerunt Goffridus Martellus filius & Goffridi successor Fulco IV. cuius quidem ac Natalis Abbatis rogatu Ecclesiam Sancti Nicolai ab Vrbano II. iterum dedicatã in Vrbani ipsius litteris legimus apud Sabloilum datis XVI Kal. Martij, Anno M. XCVI.

Felicis Papæ prioris] Leguntur hæc magnam partem in epistola Felicis II ad episcopos synodi Alexandrinæ III qu. II. *De induciis.* Nonnulla etiam alludere videntur ad Felicis primi epistolam ad Paternum. Sed si Felicem II intelligit Goffridus, cur priorem appellat? si primum, cur illo antiquiorem facit synodum Nicænam? Scripserat fortasse *Posterioris.* Nicænę porro synodi decretum cum in iis quę hodie restant, non exter, vbi nactus sit incertum est.

Epist. IX. Fratrem nostrum Robertum] ad quem lib. IV. epist. XXVIII.

Epist. X. Priori nostro & Domno Homelino] Vtrique scribit lib. IV.

Centum libratas] Lib. II. epist. XXX & huius libri epistola XV. *ducentas libratas*, terræ nimirum. In præcepto Sancti Ludouici Regis anno M. CC. XXX. *Dilecto & fideli nostro Ioanni de Valeriaco in augmẽtum feudi quod tenebat, dedimus centum libratas terræ.* In Aruernis scilicet, apud Escurolas & Maesium Scholæ Antiqui mensores integras agri mensuras ad similitudinem assis aut libræ in vncias, & vnciæ partes diuidebant, vt videre est apud Columellam lib. V. cap. I. Varro de re rustica lib. I cap. 10. *Ab hoc præcipio mensores nonnunquam dicunt in subsiciuum esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, cum ad iugeri peruenerũt. Id habet scrupula CCCXXXVIII. quantum as.* Quod ergo fiebat in partibus, id etiam in toto à nonnullis factum est, vt integris agri mensuris à libra vel solido asse nomen darent. Libratam ergo terræ dixerunt integrum iugerum terræ, arapennem, aut aliud simile. Dicta etiam ab eodẽ principio solidata terræ. In litteris Seguini Episcopi Matisconensis anno M. CC. LX. *Cum Guillelmus de Oblato miles ab Ecclesia Cluniacensi L X. solidatas terræ teneret in feudum*, &c.

Epist. XI. Domno H] Hamelino, vt epist. præcedenti.

In Electione vestra] De Rainaldi Episcopi electione, cui multis nominibus aduersatus est Goffridus, agit iterum lib. IV epist. IX. eandem impugnat tribus epistolis Ildebertus IX. ad Archiepiscopum Turonẽsem. XII. & XIII. ad Rainaldum ipsum Electum, cui suadet, vt promotionem non canonicam eiuret. De eadem etiam Marbodus in Epistola ad Rainaldum.

Stephano Decano vestro.] Cui cum aliis inscripta epist. IV. & V. lib. 5. de eodem præterea Marbodus epistola eadem, & Ildebertus epist. II. vtriusque verba, quia totum hunc locum illustrant, subiiciemus. sic igitur in ea epistola Ildebertus. *Petitio vestra, qua vocamur ad Electi vestri consecrationem facilem apud nos inueniret assensum, si eam ratio iuuaretur. Sed testãtur qui adfuerunt, quod adennuicem infra sacros ordines & annos inuentum, nec à clero electum seditiosus turbata turba clamor Pontificalem detorserit electionem. Asserit etiam Decanus, Cantorem, Archidiaconos, & maiorem Capituli partem, quantum licuerit obclam esse, simulque talibus ausis assensum subtraxisse pro ratione; seipsum præsentiam pro timore.* Item epist. XII. *Quippe non elegit te Clerus, sed mina populares intrusere renitenti.* Hactenus Ildebertus deinceps Marbodus. *Nec tamen elapsus destiti, vt tunc putabã constanter, vt nunc intelligo pertinaciter vrgere propositum, & contra optimos Clericorum, qui pluribus ex causis absque suo assensu à vulgo factam improbabant electionem, quoniam & infra annos, & extra ordines, & per tumultum populi magis ficta esset quam facta, promotionis tua causas asserere* & de Stephano post pauca *Idem tum Stephanus cum quibusdam, quos omnes tibi postmodum meam vt ferias pactus dilectionem ex infestissimis amicos fecisti, iniquam esse clamaret, ego stulte quidem & improuide, sed nimia tuo fauore seductus, meipsum denens, in me inquiens sit ista iniquitas.*

Ildebertus.] Hoc tempore Turonorum Archiepiscopus: sed cum Rainaldus electus est, tum adhuc Cenomannorum Episcopus, de quo epist. XIII. & sequent.

A suo Metropolitano vocatus] à Radulpho Turonum Archiepiscopo. vnde apparet, quod paulo ante monuimus, epist. IX Ildeberti quæ titulo caret, ad Radulphum hanc rescriptam esse, cum ab eo vocaretur ad Rainaldi consecrationem, quam quidem deprecatur, & epistolam claudit his verbis: *Pareat mihi pater, quia ego parcam animæ meæ: frustra, inquam, expectabitis me, quia manus imponetis sine me.*

Post Metrop. in prouincia primus erat Episcopus,] vtpote Cenomannorum Antistes. Inter Episcopos eiusdem Prouinciæ primus interdum censebatur, is cuius ciuitas secundum à Metropoli locum tenebat, ac secundo ab ea loco in Prouinciæ notitia describebatur. Hoc enim prærogatiuæ argumẽto vtitur Fulbertus in epistola ad Deodatum Episcopum Suessionensem: *Sed ne ciuitati vel Ecclesia Catalannorum suum denegetis honorem, meminisse vos decet, quod in antiqua descriptione Prouincia Belgica secundum ipsa ciuitas à Remensi locum habeat.* Vt igitur in Belgicæ II. Prouincia proxima Remensi Metropoli est ciuitas Catalaunorum: sic in tertia Lugdunensi prima post Turonorum Metropolim ciuitas Cenomanica. Quare Episcopus Cenomanensis primus est Episcopus illius Prouinciæ. Eodemque modo in prima Aquitania, primus Episcopus Aruernorum, in Aquitania II. primus Episcopus Pictauorum, atque ita in cæteris. Alio modo primus inter Comprouinciales Episcopos dicitur, qui honoris æuo antecedit: quem & Primatem quoque dici solitum ex Hilari Papæ litteris didicimus. Sic enim scribit ad Episcopos Prouinciæ Viennensis & alios. *Ei qui nunc Ecclesia Narbonensi præsidere permittitur, ordinandorum Episcoporũ ob hæc quæ prauè facta sunt sustulimus potestatem: quã ita ad fratrem & Coëpiscopum nostrum Constantium*

Vcetica Ecclesiæ Antistitem, quia eius honoris primus esse dicitur, pertinere censuimus, vt si superstite Herme Episcopo defunctus fuerit, illum hac cura respiciat, quē repererit Episcopalis ordo Primatem, id est, Episcoporum Prouinciæ antiquissimum. qui quidē ante alios sedere & subscribere in Concilio solet, ex synodo Cabilon. cap. vi. At S. Gregorius singulari priuilegio in Syagrij Episcopi Æduensis gratiam statuit lib vii. epist. cxii. vt Episcopus eius Ecclesiæ primum locum in prouincia prima Lugdunensi post Metropolitanum obtineat: cæteri post illum suæ quisque ordinationis tempus & prærogatiuam sequantur.

Beatus Maurilius.] vitæ B. Maurilij cap. xiii.

Episcopus sine Canonica electione.] totus hic locus de canonica electione & sequens de inuestitura laicorum ad verbum leguntur opusculo ii. ad Petrum B Leonis Cardinalem, vbi argumentum vtrumque tractar ex instituto.

Vos infra annos esse.] Ildebertus Epist ix. *Infra sacros ordines & annos inuentum.* Idem epist 12. *Est atas, quam rigor canonicus, quia consecratis metuit, à consecrandis excludit* & mox. *In summis enim sacerdotibus atas integra postulatur, vnde nec periculum religio metuat, nec reuerentiam dignitas amittat.*

Nullum penitus ordinem habere.] Ildebertus idem epist xii. *Ordines tibi desunt, quos ita promouendis cognouimus inquirendos*, & post alia. *Praterea quisquis in sacris non fuit ordinibus innētus, ad summum sacerdotium accedere canonicis prohibetur Ecclesia institutis.* Leges Ecclesiasticæ in eligendis Episcopis non solum ordines requirūt, sed ordines sacros; ac saltem Diaconatum. Synodus Aruernensis cap. 5. *Vt nullus laicus, vel tantum subdiaconus in episcopatū eligatur.* Quin illum demum summo gradu dignum censuerunt, qui per singulos inferiores diu ante probatus fuisset. quo nomine Ioannem Cabilonensem Episcopum designatum commendat Sidonius noster lib. 4. epist. 25. quod in lectoris, Diaconi, & secundi ordinis sacerdotis, hoc est, presbyteri gradu versatus, per singulos ordines stipendia fecisset.

Epist. xii. *Vlgerio.*] Rainaldi Archiepiscopi Remēsis in Andegauensi cathedra successori, vt dictum ad epistolam vltimam lib. i. sedem illam rexit solidos annos xxiii hoc est ex anno M. C XXV. ad XLVIII. Eius opus est epitaphium, quod tricenis versibus elegis incisum est in tumulo Marbodi Episcopi Redonensis Iuliomagi apud S. Albinum. ad Vlgerium vero D scripta est S. Bernardi epist cc.

In Synodo vestra.] lib. i. epist. xxvii.

Si Monasterium nostrum.] Controuersia hæc, quæ Vindocinensis monasterij fuit cum Episcopo Andegauensi de Ecclesiis & oblationibus, & ante Vlgerium nata est, & Goffridi ætate non desiit Compositra tandem est inter Vlgerium eundem & Fromundū Abbatem Goffridi successorem, arbitrio & auctoritate Innocētij ii. cuius extant de ea re litteræ ad Fromundum prid. Idus Ianuar. anno M C. XXXVI. datę.

Si Legatus Romana Ecclesia.] Girardus Episcopus Engolismensis. epist xxvii.

Quod dominus Papa Vrbanus.] epist eadem. Iure communi Ecclesiæ omnes in Episcoporum sunt or- E dinatione & potestate Synodi Aurelian i c x. x Cabilonensis. c x. & passim Plerique autem Ecclesias vel à se conditas, vel iuris sui, monasteriis olim offerebant, vt in eorum essent potestate Quod quia sine Episcoporum consensu fieri non poterat, Episcopi nonnunquam Ecclesias monachis hac lege permittebant, vt statis annis, quotiescunque scilicet illarum vicarij, seu personæ, vt vocabant, mutarentur, certam pecuniam Episcopo penderent, quæ Redemptio altarium dicebatur Hanc vt nefariam & Simoniacam interdixit Vrbanus in Synodo Aruernensi Post Synodum vero fuerunt Episcopi, qui pro redemptione

A illa, quę multorum annorum interuallis fiebat, annui census pensitationem exigeret. Quo è numero Vlgerius Andegauensis hoc loco, & suo Carnotensis ac Rannulphus Santonensis, quos eo nomine arguit Paschalis II. cuius hæ litterę extant in chartophylacio Vindocinensi.

Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus Episcopis Iuoni Carnotensi & Rannulfo Sanctonensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Iuxta sanctorum Canonum sanctionem non ignotum vobis esse credimus, quid vltionis maneat Ecclesiastici ordinis viros Apostolica sedis decreta spernentes. Ipsi enim Aruernensi Concilio affuistis, in quo præsidēte prædecessore nostro bonæ memoriæ Papa Vrbano, considentibus Galliarum Episcopis, decretum est vt altaria, qua ab annis triginta & sub vicariorum redemptione Monasteria possedisse noscuntur, quiete deinceps & sine molestia qualibet Monasterij ipsis firma permaneant. Vos autem huic simplicitati incongruas duplicitates sanctitis, & personarum redemptionem mutatis nominibus extorquere conamini Verū oportet nos huiusmodi versutiis sinceritate veritatis Apostolica obuiare. Præcipimus ergo, vt decretum illud omnino teneatur integre, nec super illud quicquam vlterius pro eisdem Altaribus exigatis Sane quod vobis dicimus, cæteris quoque Galliarum Episcopis erga suarum Diœcesium Monasteria præcipimus obseruandum Datum Romæ II. Idus Martij Ex his litteris Paschalis, & ex Goffridi verbis intelligi licet cuiusmodi fuerit synodicum Vrbani decretum de vicariis, cuius extrema epistola fit mentio Hactenus enim in lucem non prodiit.

C *Ildeberto.*] cuius extant epistolæ & alia opuscula. Epist. xiii. Hoello in cathedra Cenomannensi suffectus fuerat anno M XCVII. Hac relicta Gilleberto postea in Turonēsi successit anno M XXV. vir in Episcopatu eximius: ante illum, vitæ solutioris, vt indicat Iuonis epistola CCLXXVII. quam quidem qui de Ildeberto, quo de agimus, scriptam pertinacius neget, is opinor clausis oculis sibi credi velit. Ecquæ enim alia Iuonis tēpore Cenomannensis Episcopi electio fuit, quā Ildeberti? quem præterea scimus ex Archidiacono, quod Iuo notat, ad Episcopalem cathedram euectum, neque tamen hæc ita dissero, vt viri docti, qui contra sensit, nomini obtrectē. sed quia immortalis memorię Cardinali Baronio debere me iudicio, vt quæ recte & vere ab eo dicta sunt, ea vt pro veris habeantur, enitar quoad possem. D

Omnes Fautores Rainaldi] electi Episcopi Andegauensis. Epist xi.

Qui vos illuc vocauit.] Radulfus Turonensis. ep. eadem.

Castrum Leda.] oppidum in finibus Turonum & Cenomannorum, sed in horum pago, ac diœcesi. Castrum Lidi appellat vetus historia vitæ Ildeberti, quē eo se recepisse narrat post captam vrbem ab Henrico Rege Anglorum Ledam ergo fluuium dicit, qui alius Lidus vel Ledus, vt Sidonio in Panegyrico Maioriani.

Vsque ad Carcerem] oppidi nomen, de quo epist. xvi & xxvii huius libri.

Illicita electioni.] Rainaldi Andegau. de qua di- Epist. xvi. E ctum epist. xi.

Captione Redonensis Episcopi.] Marbodi. captus est à parte aduersa, dum Rainaldi electioni inconsulto fauet Sic enim Rainaldo scribit, qui pessimam postea gratiam Marbodo reposuit. *Nam & carcerem & catenas, dum ad te in auspiciis tua illius electionis vocatus festinao, tui causa passus sum machinamento eius, qui tibi nunc places, Stephani, quasi tunc iam præsagiente, & præmonente fortuna, vt ab infausto cœpto desisterem.* Huius sancti præsulis egregias virtutes, præter Vlgerium, qui eius scripsit Epitaphium, his versibus complexus est Riuallonus Archidiaconus Redonensis.

Reddidit

Reddidit ingenium sapientem, lingua disertum,
Mens memorem, vigilem sollicitudo gregis:
Ætas longa senem, iucundum gratia moris,
Ordo Pontificem Religioque sacrum:
Sobrietas parcum sibi munificentia largum
Pauperibus, rectum regula iustitia.
Hic basis Ecclesiæ pondus portabat, & idem
Mansuetudine bos & feritate leo.

quia nimirum, vt scripsit Vlgerius in Epitaphio,

Lenis erat placidis, & rigidus tumidis:

Epist. xv. *Ecclesiam de Sauiniaco.*] epist. xxi. *Ecclesiam Sauiniacensem.*

Archipresbyter vester.] Petrus epist. seq.

Olricus de S. karileso.] nunc nomen familiæ, alias Monasterij Anisolensis, vt in literis Theodorici Episcopi, *Ebrardus Abbas de S. karileso*: alias Castri, villa Caiani olim dicebatur in finibus Cenomannorum & Carnutum, vbi S. Carilefus ad Anisolam, fluuium Cœnobium Childeberto Rege condidit & Monasterio, Castro, Castrique Dominis nomen reliquit. S. Calesium hodie vocitant.

De Grato Episcopo] Mirum est ignorari potuisse à Goffrido, Gratum Episcopum fuisse Carthaginiensem: cum docere id potuerit non modo Carthaginiense Concilium primum cui præfuit, verumetiam Sardicense, cui subscripsit. sed nimirum in libro Canonum, vbi Grati Episcopi nomen præfixum videtur, ciuitatis nomen cui præerat non legebatur.

Apud Montem aureum.] Id oppidum infra Vindocinum situm est in altera Lidi ripa.

Apud Carcerem.] Infra Montem aureum in læua eiusdem fluuij ripa non procul à castro Lidi & Turonum finibus, Carcer Cenomanicæ Diœcesis castellum non ignobile, quod à Fulcone iv. captum narrat Chronicum S. Albini anno M. IV. *Post non multos igitur dies,* inquit, *dum Fulco Comes quod volebat implere non posset, pacem cum filio suo Gauffrido Martello fecit, pariterque sequenti anno Castellum Carceris ceperunt, & Tearcium magnum & nobilissimum Castellum concremauerunt.* Chartam hodie appellant, quod vernacula maiorum lingua Carcerem sonat. Itaque vt Parisij S. Dionysij de Chattra ædem vocant, vbi carcer illi fuit: sic indigenæ Chartam, aut S. Vincentium de Chartra castellum id dicunt, quod carcer est Goffrido.

Apud Sensam.] Nomen hactenus retinet cum titulo Comitatus in Pago Cenomanico ad Sartam fluuium, qui & ipsam Cenomannorum principem vrbem præterfluit.

Ioannem Camentarium. [epist xxv.

Hamelino de Monte aureo.] Hic familiæ nomen, non patriæ, vt & li. 1. epist xix. Petrus de Monte aureo. de Hamelino iterum epist sequente.

Et à Legato.] Girardo Engolismensi.

In decretis Patrum.] Infra epist xxxiii. verba sunt Zephyrini Papæ ad episcopos Galliæ, vt ei quidem tribuuntur. iii. q. ix. *Caueant iudices Ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quin irrita erit.*

Et reclamante.] Hoc est, nisi aduersæ parti satisfecerit. vnde & li. 1. epist xxx. pari expostulatione apud Radulfum Turonensem conquestus est, quod Harduinum de Malliaco absque præcedente satisfactione absoluerit Iuo epist xxviii. *quos sine satisfactione reconciliare non valeo, & excommunicatos in hostem mittere non debeo.*

Ecclesiam Sauiniacensem.] Ecclesiam de Sauiniaco dixit epist xv cuius Archipresbyter Petrus epist xvi. & in scriniis S. Albini, Durandus item Presbyter de Sauiniaco, Heliæ Cenomannorum Comitis, id est Goffridi nostri temporibus. Abest autem Sauiniacus Pagi Vindocinensis castellum, Vindocino, qui ad Cenomanos itur, leucas fere vii.

Lauarzinum.] Lauarzinense Castrum in vita Ildeberti, cui patria fuit Lauarzinũ, siue vt hodie loquuntur Lauardinũ Monti aureo in aduersa ripa finitimũ.

Qua hebdomada Iunij.] Hinc apparet, ieiunij æstiui ante illa tempora statam ac definita sedem nõ fuisse. quod sane verum est. Nam in Concilio Aruernensi c. xxvii. eorum, quæ collegit Lambertus Episcopus Atrebatensis, decretum constat, *vt semper fiat ieiuniũ veris in prima Hebdomada Quadragesimæ; ieiuniũ vero æstatis, infra hebdomadã Pentecostes.* Et apud Bertoldum in appendice ad Hermannũ Gebehardus Episcopus Legatus sedis Apostolicæ idem statuit in Synodo, quã Constantiæ habuit anno M. XCIV. exẽplum vt reor sequutus Gregorij VII. quem primum huius decreti autorem facit Micrologus. Quam vero incerta & anceps antea res fuerit, testatur Synodus Salegunstadiensis, cum incertum ieiunium quatuor temporum vocat. Et mira prorsus per gentes & ætates varietas fuit. Nam vt de æstiuo tantum Iunij mẽsis ieiunio dicam, & si receptum fuerat à plerisque, vt secunda eius mensis hebdomade celebraretur, quod ex Synodo Mogũtina anni DCCCXIII excerptum legimus lib v. Capitul. cxxcvi. & in Synodo Rotumagensi Ioannis Archiepiscopi ann. M LXX I. in ipsius tamen Hebdomadis designatione non idem omniũ sensus & mos fuit: cum alia feria iv. rationem iniret, quod præcipit Synodus Salegunstadiensis, alij à Sabbato, quod faciendum docet Berno Abbas Augiẽsis. Fuerunt præterea, qui si quando euenerat vt secundum Iunij Sabbatum in vigilia Pentecostes incideret, illa ipsa nihilominus hebdomade ieiuniũ obseruarent: nonnullis tum præteritæ atque antecedentem hebdomadem ieiunium reuocare placuit: alij contra in seqnẽtem (quam hodie sequimur) reiicere maluerunt. Nec minor fere in verno, hibernoque; ieiunij diuersitas: Hoc igitur quamuis in re non magna dissidium ab Ecclesia tolli, & communem omnibus legem dari interesat, quam sancitam diximus in Synodo Aruernẽsi. Sed non vbique statim obtinuit. Adeo difficile est plerisque antiquos mores, ritusque vel melioribus mutare. Propterea Goffridus tanquam in re adhuc incerta Ildebertum interrogat.

Ioannem Monachum.] Cæmentarium epist seq. xxiv. & xxx. Epi. xxiv.

Sagitta quæ q. à Turone] litteræ Clericorum Turonensium ad Ildebertum, de quibus epist seq. Ep. xxvi. Ep. xxvii.

Clerici Turonenses.] Metropolitanæ Ecclesiæ S. Gratiani.

Ecclesiam S. Nicolai.] In priuilegiis Innocẽtij III. & Ioan. xxiii Castri carceris Ecclesię tres numerantur, quas Goffridi de Meduana illustris viri consensu Cœnobio Vindocinensi concessisse dicitur Ildebertus. Easdem recenset Guido Episcopus Ildeberti successor in litteris quibus Fromundo Abbati Ecclesias omnes confirmat, quas in Episcopatu Cenomannico possidebat. *Ecclesia,* inquit, *de Carcere, Capella scilicet S. Mariæ, Capella S. Vincentij, & Capella S. Nicolai sub perpetuo anathemate prohibentes, ne infra Banlengam eiusdem Castri Ecclesia vel Capella construatur sine licentia Vindocinensis Capituli.*

Etiamsi aliter egisset] aliter agere trita Goffrido significatione est male & peruerse agere turpiter & indecore. Sic enim vsurpauit li. 1. epist vii. lib ii. epist. vii. & viii. & hoc lib. xli. *rogamus vt quod aliter actũ est corrigatis.* lib. iv. epist xii Item 47. *aliter agere, esse humanæ perfectionis: & quod aliter actum est nolle corrigere diabolicæ præsumptionis:* & lib. 5. epist xxii. Legerat nimirum in S. Benedicti regula cap. iv. *Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiamsi ipse aliter quod absit aliter agat* quæ eadem verba, sed de Episcopis scripta, leguntur in epist. 1. Clementis ad Iacobum, Rufino interprete.

Archiepiscopus.] Radulfus ad quem lib 1. ep. xxx.

Promissionem dedicasset effectus] Epist. præcedente, *promissionem tamen vestram veritatis effectus commẽdare debuisset*, id est, probare. Tunc enim approbantur promissa, cum præstantur. Sæpe ludit in hoc verbo Tertullianus. De Monogamia: *At vbi primum scelus homicidium in fratricidio dedicatum est*, de pœnitentia: *Iam inde in semetipso pœnitentiam dedicauit.* Et in Apologetico Neronem damnationis nostræ dedicatorem vocat, hoc est primum auctorem persecutionis. Dedicare in his locis Tertulliani est auspicari, rem nouam exhibere. At Goffrido exequi & perficere. quia nimirum & noua dedicantur, & dedicari nisi perfecta non solent.

Epi. xxviii. *Littera quas vobis.*] Epist. xxvi.

Epist. xxx. *Petro de Caortiis.*] lib. v. Epi. xii. Hugo Caorcinus.

Ioan. Monachum Cement. q] Fugitiuus hic Monachus à Goffrido sæpe frustra reuocatus, ob artis suæ vtilitatem ab Ildeberto retinebatur, vt questus est lib. 1. Epist 3 ad Paschalem. Verisimile est post excommunicationem redditum Monasterio fuisse, & deprecatoria quapiam epist. commendatum qualis est xxiii. inter epistolas Ildeberti, quam libenter huc transferrem, nisi Monachi nomen, pro quo intercedit, aliud fuisse primi apicis nota indicaret.

Epist. xxx. *Rannulfo Episcopo.*] Sanctonensi, Bonosi successori, Huius auspicia Episcopatus in vetere Chronico Viueti conijciuntur in annum M. XXCIII. Synodo Aruernicę interfuit, vt testantur litteræ Vrbani & Paschalis, quas produximus ad lib. ii. epist. xxviii. & xii. huius. sequenti anno Vrbanum Santonos venientem excepit idibus Aprilis.

Cum Eblone.] lib. i. Epist. i.

Epi. xxxii. *Goffridus Tauniacensis.*] Tauniacus duplex in Santonis prælabentium fluuiorum nominibus distinguuntur: nam altera Carantoni dicitur, altera Vultonnæ.

Ep. xxxiii. *Absente eo.*] supra epist. xviii.

Monitio nomque.] Iudicij vocatio. lib. ii. ep. xxix.

Definitum vel distractum.] Priuilegium Gregorij VII. *Si quis vero contra illum B. Petri locũ pro aliquibus rebus causari voluerit, non ei Abbas vel fratres respondeant, antequam Romanum Pontificem consulãt, quia quidquid sine nostro, vel successorum nostrorum iudicio definitum fuit distractum fuerit, irritum erit.* Item Vrbani II. M. XCIX.

Nemo ad Synodum.] Eusebius Papa in epistola ad Alexandrinos & Ægyptios de Episcopis expoliatis. *Quos sciatis*, inquit, *nec ad Synodum Comprouincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta, quæ eis sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur*, lib. ii. epist. xxix lib. iv. epist xii.

Epi. xxxv. *Toletani Concilij.*] iv Can xlvii.

Antiochenum.] Canone v. *Si quis Presbyter, aut Diaconus, Episcopum proprium contemnens se ab Ecclesia sequestrauit, & seorsum colligens, altare constituit & commonenti Episcopo non acquieuerit, nec consentire vel obedire voluerit, semel & iterum conuocanti, hic damnetur omnino, nec vltra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare & sollicitare persistat, tanquam seditiosus, per potestates exteras opprimatur.* Hic integer est Canon aduersus Presbyteros ac Diaconos, qui ab Episcopis suis secessionem faciunt, & altaria sibi seorsum erigunt. Goffridus, aut si quis ante illum, ita cõtraxit, vt Clericos omnes, qui Episcopis suis quaqua in re non obediunt, constringere videatur.

Contra Archiepiscopum.] Burdigalensem Aquitaniæ ii. Metropolitanum. Is erat hoc tẽpore, vt opinor, Arnaldus Amati successor.

Epi. xxxvi. *Iulij Papa.*] Epist. i. ad Orientales pro Athanasio xxxiii.

Abbas S. Ioannis.] qui Angeriacensis lib. 4. ep. xix. Abbas de S. Ioanne lib. v. epist. xix. quæ ad hoc pertinet argumentum.

Placitum.] lib. iii. Capitul. xxciii. *Vnusquisq; Comitum placitum suum habeat, & iustitias faciat.* Placitum dicebant iudicium, aut conuentum iudicij causa; vnde & placitare lib. iv. epi. xxiv. Nec iudicij modo; sed cuiuslibet negotij causa conuentus agerent, & conuentiones ipsas, transactionesque rerum quarum causa conuenerant, placita vocabant: vt placitũ Ticinense Caroli Calui anno DCCCLXXVII. Principum, apud Iuonem epist. xviii. Flodoardus in Chronico anno DCCCCLXIII. *Placitum concordiæ ac pacis Rex & Hugo mediante Quadragesima inere Suessionis* Placitum venditionis, Capitul lib. 3. lxxv. Concilium Triburiense cap. ix. *Cum Episcopus Episcopatum circumeundo placitum canonice decreuerit, populumque illo inuitauerit: & Comes eadem die placitum cum populo suum condixerit, & per bannum illic venire præceperit: placitum Comitis omnes postponant, & Comes ipse, idemque populus post Episcopum festinent pergant: scientes se non illic seditiosa contentione decertare, sed pro fide Catholica inuigilare, non cumulum pecuniarum, sed lucrum congregare animarum.*

Ep. xxxvi. *De Insula Flacci.*] Insula est non maris aut fluminis, sed mediis olim ex paludibus eruta, qui nunc etiã eius situs cernitur non procul Surgeriis, quarum Ecclesiæ membrum est. In priuilegio Vrbani II. Romæ anno M. XCVIII. *Ecclesia B. Mariæ de Surgeriis cum insula Flacci, quam à se prorsus erutam Hugo miles per manum Ranulfi Sanctonensis Episcopi Vindocinensi Cœnobio dereliquit.*

Haimerico de Rancone] Clara superioribus sæculis familia, ex qua huic cognominis alter Haimericus de Rancone fundationis Vindocinensis Cœnobij litteris inter proceres subscripsit anno M. XL. Itẽ Gaufridus de Rãcone Pictauẽsi regioni à Ludouico VII. Rege, Aquitaniæ Duce præpositus: cuius extant ad Sugerium Abbatem litteræ inter epistolas Sugerij. Haimerici præterea Ranconensis his omnibus antiquioris, cruentique eius interitus meminit vetus Chronicum Ademari Engolismensis. *Haimericus*, inquit, *Princeps Rancenensis contra Guillelmum Engolisma Comitem insurgens à Goffrido Comitis filio ferro confossus occiditur.*

Auctoritate Canonum.] Leo Rustico Narbonensi. *Nos autem quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non possumus.* Innocentius III. Archiepiscopo Nidrosiensi cap xii. de sepulturis. *Sacris est Canonibus institutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis: & vt careant Ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab Ecclesiastica vnitate præcisi, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint.* Potest tamen in excommunicatione mortuis absolutio impertiri, & post absolutionem sepultura. C. *A nobis. de sentent. excommunicationis.*

Ep. xxxvii. *Petro Santonensi Episcopo.*] Ranulfi successori.

Guillelmus Oleronis prepositus. huius atque Haimerici fratris iterum fit mentio lib. v. epist xxi. Olero, siue, vt loquitur Sidonius, Olario insula est Oceani Santonici de qua dictum etiam lib i epist xxv. Vliarus Plinio.

Rainaldum Chesnellum.] Rainaldum Chesnelli dicit lib. i. epist xxi.

Duellum cepisse.] Monomachiam, singulare certamen, quo ambiguas disceptationes dirimebãt, quæ ordinario iudicio terminari non poterant. In diplomate Stephani Regis Anglorum ad Hugonem Archiepiscopum Rotomag. *De his qui treuiam Dei infringunt, & in treuia Dei homines occidunt similiter statui, quemadmodum Henricus auunculus meus teneri mandauit. Videlicet si occisorem aliquis in treuia Dei duello probare voluerit, duellum illud in curia erit.* & post

post alia. *Si vero defuerit, qui occisorem in treuia Dei duello probare voluerit, tūc ille occisor per ministros Ecclesiæ vocatus, aperta lege iudicij, aut aqua vel igni se purgabit.* Aquæ nimirum calidæ aut frigidæ, vel ferri igniti iudicio. Nam hæc alia erant genera vulgaris purgationis. Qui ritus è prisco Frācorum, Germanicarumq; gentium more in Ecclesiā olim receptus, reclamantibus licet Ecclesiæ rectoribus, sic inualuit, vt multorum sæculorum contentione impetrari vix potuerit, vt abrogaretur. Sed vt de duello seorsim dicamus, fiebat hęc pugna scuto & fuste. lib. IX. Capitul. XXIII. *qui cum scutis & fustibus in campo decertent,* & XXIX. *liceat ei contra vnum ex ipsis cum scuto & fuste in campo contendere.* At quanquam his armis dimicabāt, vix tamen sioe sanguine, interdum etiā noo sine cæde pugnabatur. Vel hanc igitur ob caosam Ecclesiasticis præcipue vetita erat monomachia, quod multis etiam locis docet Iuo, vt epist. CCXLVII. Propterea in diplomate Stephani Regis duellum in curia Regis indicitur: in Ecclesiastico foro aquæ vel ignis purgatio. quia Ecclesiasticis oon solum ipsis duello cootēdere non licebat, sed nec alios committere. Sæpius tamen ab illis temporum vitio vtramque in partem peccatum est. quod subiecta etiam duo exempla testantur. quæ quoniam veterum duellorum morem illustrant, & memorabilium præterea rerum notitiam continent, non indigna visa sunt, quæ in lucem proferantur. Alterum è Tabulario sancti Albini Andeg. specimen exhibet duelli oblati & accepti: sed non peracti, in controuersia Theodorici Abbatis cum Vicecomite Toarcensi, in hæc verba.

HAIMERICI VICECOMITIS TOARCII
cum Theodotico S. Albini Abbate controuersia.

NOtum fiat omnibus Christianis præsentibus & futuris, quod Vicecomes Toarcensium Haimericus nomine exigebat officialium suorum persuasione ab Abbate S. Albini Theodorico nomine, qui nouitor onus susceperat Abbatis, cōsuetudinem quandā inauditam, & omni religioni contrariā: videlicet pro Abbatis mutatione & renouatione Abbatis, equum vnum centum solidorum, aut solidos centum. Dicebat enim, sicut illis fuerat suggestum à talium aucupibus lucrorum, quod quicumque nouitor crearetur Abbas in Monasterio S. Albini, prædictum pro sua ordinatione præiudicium solueret Vicecomiti. Quod cum prædicto de parte Vicecomitis nunciatum fuisset Abbati, prauidens & sibi & successoribus suis nociturum, si redderetur, hanc consuetudinē, negauit soluere quod intelligebat exigi peruerse. Vnde factum est vt ob hanc causam peteret Toarcium, Vicecomitem adiret, paratus aut calidi ferri iudicio secundum legem monachorum per suum hominē probare, aut scuto & baculo iuxta legem sæcularium defendere, nunquam in Abbatia S. Albini fuisse istam, & iniuste exigi consuetudinem, vtrum fieret horum, Vicecomitis est iudicio relictum. Cumque ille duellū potius elegisset, obtulit Abbas hominem S. Albini, qui & sacramentum faceret, & sacramento fidem brachio daret. Interea Vicecomitis optimates quam immaniter hæc consuetudo omni Christianitatis professioni, & præcipuè monastico ordini posset officere, perpendentes, simulque Vicecomiti, quod contra Deum & Sanctos eius & animam faceret, protestantes, iniustum proclamabant esse pro tam iniqua bellum fieri consuetudine. Ipse quoque Vicecomes, vt homo prudens & nobilis, & bene morigeratus, licet iuuenis, sentiens periculum animæ suæ pugnam istam, vter pugnantium vinceretur, vergere. qua aut suū aut Sancti cogeret hominem fortassis occidi: consilio inito cū fidelibus suis, pro anima Patris sui iam pridem defuncti cuius ipso die anniuersaria voluebatur dies, nec non & sua quotidie periclitantis salute; & vt Abbas sibi, vxorique suæ, & fratribus societatem daret beneficij cōgregationis S. Albini, remisit pugnam, remisit & consuetudinē: & vt nullus posthac sua vel ditione vel parentela hanc valeat exigere, notitiam huius rei scribi præcepit, quam fratres suos, Gauffridum videlicet & Rodulfum, nec non & milites, qui hanc consuetudinem de illo in feudum reclamabāt, Guillelmum scilicet & Americum Præpositum, auctoramento gratuito firmare persuasit. Data igitur ab Abbate beneficij societate, & irrita facta à Vicecomite sæpedicta consuetudine, ab vtraque parte discessum est in pace. Facta sunt hæc apud Toarcium in Curia Vicecomitis Haimerici, &c.

Alterum è Codice S. Petri Redonensis, Hamelini Episcopi litteris cōtinetur, quæ duellum commissum, sed siue victoria diremptum ostendunt. Sic igitur habet.

HAMELINI REDONVM EPISCOPI
litteræ de controuersia Maingueneij & Iuonis,
duelloque inter eos commisso.

EGo Hamelinus Dei gratia Redonensis Episcopus memoriæ commendo, & posterorum meorum trado notitiæ finem controuersiæ, quæ fuit in præsentia nostra inter Mainguenoium filium Enoni de Crotenaco, & Iuonem quendam filium Hamelini nepotem Galterij Groisardi. Iste Iuo anno quarto Episcopatus mei clamorem mihi fecit super hæreditate vt asserebat sua, quā Galterius Patruus suus & Hamelinus Pater suus ab Episcopo Mainone emerant, & in pace possederat in vita sua. Post quorum mortem ipse Iuo & fratres eius cogente paupertate & solitudine sua in aliam demorantes parrochiam, hæreditatem suam dereliquerunt in manu Episcopi solutam & quietā. Nunc autē reposcere se hæreditatem suam, quam Mainguenoius iniustè possideret interim sibi traditam à ministris Episcopi, quam nullus antecessorum antea possedisset. Ad hunc clamorem vocatus Mainguenoius die constituto & loco, huiusmodi dedit responsum. Ego nec tuam, nec Patris tui possideo hæreditatem; sed hæreditatem meam, quā Pater meus, & Auus, & Proauus meus in pace tenuerunt & possederunt tempore Mainonis, & Syluestri, & Marbodi, & Rotaldi Episcoporum, & nunquam à iustitia defuerint, neque vnquam à possessione ista deiecti sunt, sed neque ego. Ad hæc Iuo nec tu, Mainguenoi, terram istam sine calūnia nostra possedisti, nec Pater tuus, nec auus tuus, nec proauus tuus aliquando de ea fuerunt inuestiti. Super his sententia data est, scilicet vt Mainguenoius narrationem suam iureiurando assereret. Huic iuramento resistere se Iuo dixit. Itaque iudicatum est inter illos duellum. Acceptum est ab vtraque parte, & laudatum iudicium. Cumque die constituto ventum esset in campum, & post facta iuramenta pugiles hinc & inde fortiter & viriliter dimicarent in prato Episcopi, iuxta fluuium Isolam, præsentibus nobis & Comite Conano, & Roberto Vitreensi tunc excommunicato, & Oliuerio de Dinanno, & Hamone de Guirchia, & aliis proceribus multis, & fere omni Clero & populo Redonensi, tractatum est de concordia, & cōuenit, & placuit, vt Mainguenoius terram suam quietam teneret & possideret, & Iuoni daret quinquaginta solidos propter expensas: & ita Iuo calumniam possessionis illius prorsus dimitteret, & factum est ita. deditque Iuo fidem suam in manu Episcopi de huius pacis compositione firmiter & fideliter obseruanda: similiter & fratres Rainaldus, & Iudicaol, & Rutllenus Bedinardus, & Radulphus socer Iuonis, & Robertus ex pallare, datusque est locus & terminus, vt quinquaginta illi solidi Iuoni redderentur. Die constituto cum Mainguenoius præsto esset, & Iuo à nobis inuitatus semel, & secundo, & tertio pecuniam nollet recipere, ego illam recepi, dans Mainguenoio securitatem & tutelam promittens omni tempore meo, & successorum meorum Episcoporum Chartulam quoque pactionis signans sigillo Episcopali, vt rata sit & firma, &

inconcussa permaneat. Sed quoniam huc vsque prouecti sumus, accedat & tertium duelli exemplum, in quo pugilum alter vincitur, & suo, quod monuimus, cruore perfusus describitur. Id depromptum est ex vetere historia seu gestis Comitum & Antistitum Engolismensium, vbi de Guillelmo Arnaldi F. Comite agitur in quem malefica mulier noxias artes exercuisse ferebatur.

STEPHANI PRO COMITE ENGOLismensi, & Guillelmi pro malefica Duellum.

D*Vm malefica,* inquit, *mulier non confiteretur, iudicio Dei commissum est, vt quod verum latebat per duellum duorum virorum inter se pugnantium data victoria probaretur. Factis ergo sacramentis feria secunda prima hebdomada Passionis, decertauerunt diu multumque extra Ciuitatem in insula Carantoni fluminis, scilicet missus Comitis Stephanus & defensor malefica Guillelmus, cum baculis & scutis. defensor enim malefica erat ipso die maleficatus à quibusdam incantatoribus, & quibusdam potionibus herbarum enitiatus. Sed Stephanus de solius Domini vero iudicio confidens victor sine sui corporis damno fuit. Alter toto corpore conquassato, sue nimium sanguine coopertus, victus stetit in pedibus ab hora tertia vsque ad horam nonam. Cum se mouere iam non posset, clypeo & baculo euomuit quedam malefica que gustauerat: semimnius alterum manibus deportatur & longo tempore languens decubuit, incantatores vero eius de longo stantes, qui & quedam pracantamina dicebant, mox territi fugerunt. Stephanus vero latus & exiliens eadem hora cucurrit Deo gratias referre ad tumulum sancti Eparchij, vbi pradicta nocte peruigil excubauerat. Deinde reuersus est equitans in ciuitate vt se reficeret. Malefica vero multis tormentis ignorante Comite mox excruciata nec sic confessa est: sed à tribus mulieribus, qua cum ea interfuerant maleficiis, conuicta est testimoniis, Comes tamen ei pepercit & vitam concessit.*

Epist xi. *Oblationes confessionum in Ecclesia Surgeriarum*) Non dissimilis fuit Vindocinensium controuersia cũ Episcopo Andegauensi, vt obseruatum est ad l. pist. xii, de qua inter Vlgerium Episcopum & Fromundum Abbatem coram Innocentio II. ita conuentum est, vt Abbas oblationes baptisteriorum in Ecclesiis Episcopi Andegauensis remitteret, Episcopus Abbati oblationes purificationum vel nuptiarum, & alias, sicut antea obtinuerat, in posterum concederet Surgeriarum Castellum nomen retinet in Episcopatu Santonensi: de cuius Ecclesia Vrbanus Gauffrido Abbati. *Ecclesia Parrochialis S. Marie de Surgeriis, & omnes Ecclesie, qua infra terminos eiusdem parochia continentur.*

Epist. xli. *P. Honorabili Episcopo*) Petro eidem Santonensi. Habuit & decimas salinarum Cœnobium Vindoc. vt ex tabulis fundationis liquet, in pago Pictauensi ad Olonam. Quare dubitari posset an scripta sit Epistola ad Petrum Episcopum Pictauensem, nisi compertum esse: Callisti tempore non Petrum Pictauis sedisse, sed Guillelmum Petri successorem.

Ecclesia non debet decimam dare.] Non negabat Episcopus decimas à Monachis iure possideri; sed contendebat ab Ecclesiasticis non deberi. quod scite refellit Goffridus

Vrbani & Callisti priuileg.a] Vrbani hac de re decretum citatum ad epist xxxiii. Callisti integrum attulimus ad libri ii epist xxviii.

Epi. xlii. 1. *Episcopo*] Goffrido suspicor Carnotẽsi, ad quem scribens epist xxx. Pagani etiam monachi meminit. Ioffridum pro Goffrido interdum scribebant atque ita vetus codex Abbatem nostrum repręsentat epist. ad Honorium: Locus ergo huic epistolæ debetur in calce lib. ii.

A *Laicis etiam religiosis.*] Ex Symmachi Papæ synodo III. lib. vi. capitul. ccxciv. Iuo P. xvi. c. xxxvi. & Gratianus xvi. q. laicis.

Gregorium VII.] In synodo Romana epist. xi. & op. II.

Vrbanum.] In synodo Aruernensi.

Paschalem] In synodo Lateranensi.

R. Episcopo.] Rainaldo fortasse Andegauẽsi nec enim occurrit, cui potius adscribi queat. Hoc pacto adiungi cæteris debet, quæ ad illum suprascriptæ sunt. Ep. xliv.

Concilium Roma.] A Callisto II. anno m. cxxii. Appendix Sigeberti. *Concilium Roma celebratur: pax inter regnum & sacerdotium reformatur: & ius inuestiturarum Episcopalium ab Imperatore exfestucatur,*
B i. abducitur. Hoc idem est Conciliũ opinor, ad quod euocatus Ildebertus graues in itinere difficultates meditatur in epist. lxxvi. *Maxime autem hac in tempestate orationibus tuis egemus fatigandi Romam quo Papa Cardinalibus citramontanis Episcopis & Abbatibus conuocatis generale Concilium in vrbe est celebraturus, nobis illuc profecturis tempus hyeme suspectum, niuibus Alpes, incrementis aqua, vinculis Imperator, seditionibus ciuitas, ex actione palatium.*

AD LIBRVM IV.

Hugoni Abbatum excellentissimo. Singulare prorsus sæculi huius ornamentum, ordinisque sui decus
C Hugo Cluniacensium Abbas V. Ordericus Vitalis de Roberto, Abbate postea Vticensi. *Cluniacum perrexerat, vbi tunc monastica phalangi Hugo Abbas temporibus nostris speciale Monachorum decus preerat.* Huius tanto illustrior laus fuit, quanto præfectura diuturnior. Annos enim pręfuit III. & LX. Quanti autem eum fecerit Vrbanus II. qui Monasticæ vitæ initiatus ab eo fuerat, declarant quæ ad illum in ipsis Pontificatus sui exordiis inter alia scripsit his verbis. *Tibi ergo sanctissime, reuerẽtissime, ac dilectissime frater, tam ex antiqua sedis Apostolica familiaritate, quã ex nobilissima tua, tuique Cœnobij religionis reuerentia singularis à nobis debetur prarogatiua dilectionis. Est praterea quod nos tibi non minus, tuoque monasterio debitores facit, quoniam per te Monastica religionis rudimenta suscepi, in tuo Cœnobio per secundam*
D *sancti Spiritus gratiam renatus.*

Henricus Abbas] Angeriacẽsis, ad quem Epist. III. Angeriacense Monasterium in iis hoc tempore censebatur, quæ à Cluniacensi Abbate regebantur. Tanta enim fuit primis sęculis fama Cluniacensium, vt Principes atque Antistites antiqua iuris sui Cœnobia in eorum corpus & familiam cooptare certatim expeterent. Quo in numero Goffridi ætate, Abbatias duodeuiginti Gelasij & Honorij II. ad Petrum venerabilem litteris expressas vidimus. S. Martialis Lemouicensis In Pago Aruernẽsi, S. Austremonij Mauziacensis, Tiernensem & Menatensem. In Pictauico, Noui Monasterij, S. Petri Malleacensis, & S Cypriani Pictau. In Caduteino Figiacẽsem, & S. Petri Moy-
E siacensis. S. Germani Altissiodorensis. In Æduensi, S. Mariæ Viziliacensis. In Rotomagensi, apud Ponteseram. In Taruanensi, S Bertini, & S Vlmari. In Cameracensi, Hunoldi curtis. In Santonico. S. Ioãnis Angeriacensis. In Namausensi, S. Ægydij. In Italia S Benedicti super Padum. Fuerunt & alię postea complures, in quibus præter cõsensum Abbatis Cluniacensis Abbas non eligebatur. Itaque non vana laus est, quam Cluniacensium ordini tribuit Paschalis ad Hugonem scribens. *Religioni,* inquit, *vestra per omnipotentis Dei gratiam sedis Apostolica benignitas gratulatur, quoniam plerisque in locis, largiente Domino per vestra sollicitudinis studium, vbi nulla fuerat instituta,*

stituta, vbi defecarat, per Galliarum partes est restituta religio. Et Callistus II ad Pontium Abbatem, religionis Monasticæ suis temporibus speculum, in Gallia documentum Cluniacense Monasteriũ fuisse scribit.

Retributione quam Deus non nouit] Marbodus Redonensis ad Rainaldum Andegauorum Episcopum: *Hac est retributio impiorum, quam Dominus nescit, qua mala retribuuntur pro bonis.* Noster lt. 1. Epist. 15. lib. 11. epist 7. & 18 lib. 3. epist 10. & 40.

Secundum Paradisum] Sic Fulbertus Ep. LXXI. ad Guillelmum Abbatem Diuionẽsem: *sua culpa de vestri Cœnobij paradiso se cõquerebatur expulsum.* Quod autem hi de vno atque altero Cœnobio, idem alij de omnibus recte institutis cœnobiis predicare non dubitarunt. Petrus Blesensis epist XIII. *Iuxta sententiã cordis mei, si Paradisus in hac vita præsenti est, vel in claustro est, vel in scholis.* Sed admonet hic locus veteris in hoc genere poëmatis, autoris quidem adhuc incerti, sed vt tempora ferebant minime insulsi: quod quidem hinc loco inseri, vt ex Codice S Melanij Redonensis à nobis exscriptum est, ferent, vt spero, quos eius vitæ laudes capiunt, non inuiti.

LAVS VITÆ MONASTICÆ.

FElix Grex hominum, qui Christi dogma sequẽtes
Contemptis opibus nil proprium retinent.
Vnius arbitrio quos regula sancta coërcet,
Quorum quisque suo nil agit ex libito.
Cor quibus est vnum, quibus indiscreta voluntas,
Par cunctis habitus & cibus est similis.
Sic tamen vt capiat quo quisque videtur egere,
Ætas vt fragilis debilitasue iubet
Luxus abest omnis, peccandi rara facultas,
Cuncti cunctorum cum timeant oculos.
Lex communis habet visas mox prodere culpas,
Vt nascens vitium pœna sequens resecet.
Desidiam fugiunt, labor vtilis occupat omnes.
Noxia torpentes ne subeant animos.
Confusum nihil est, vbi fiunt ordine cuncta,
Curatur totum, negligiturque nihil.
Nec solum vitæ, sed constat & ordo loquendi;
Dispensant æque maxima cum minimis,
Non nisi præscripto quicquam loquiturve siletue,
Stat, sedet, incedit, ordine quisque suo.
Ecclesiæ limen noctesque diesque freqoentant.
Et sanctis precibus seque, suosque iuuant.
Quid moror, & verbis euoluere singula tento?
Quidquid agunt opus est corporis aut animæ.
Quid quod sic habitant, vt sit facet ipse domorum
Et situs & oumerus, sufficiensque sibi?
Qoadraram speciem structura domestica præfert.
Atria bis binis inclyta porticibus.
Quæ tribus inclosæ domibus, quas corporis vsus
Postular, & quarta quæ domus est Domini.
Discorsum monachis, vitam dant, & stationem.
Qua velut in caulis contineantur oues.
Quarum prima domus seruat potumque cibumque,
Ex quibus hos reficit iuncta secunda domus.
Tertia membra fouet vexata labore diurno,
Quarta Dei laudes assidue resonat.
Pluriora prætereo simili condigna relatu,
Sed breuiter dicam, nil superest, vel abest.
Hos igitur proceres, hunc dignum laude senatum,
Exiguum specie, moribus eximium,
Comparo formicis, quarum studiosa laborum
Turmula conuectat corpore maius onus.
Quæ ne non possint communem ducere vitam,
Iisdem sub laribus horrea parua locant
Comparo diuinis apibus, quę corpore paruo
Ingentes animas egregiasque gerunt.
Exagonis cellis quę mellia liquentia conduot,
Vtile mirificum quæ fabricantur opus.

A Quæ disciplinam, quæ iura domestica seruant.
Quasque simul reficit ingeniosa domus.
Comparo sideribus, quibus aula superna refulget;
Aëra qua furuum noctibus irradiant.
Quæ semel impositam seruant per sæcula legem,
Quæ solitos cursus & numeros peragunt.
Comparo gyranti solemniter omnia cœlo:
Insuper Angelicis comparo spiritibus.
Qui semper sanctus triplicata voce resultant,
In terris monachi quod modulantur idem.
Sic Cherubin cœlo, Monachi tellure manentes,
Vnum dant vni seruitium Domino.

Pontio Abbati.] Cluniacensi, Hugonis successori, sed longe dissimili, vt ostendunt quæ de illo narrant Petrus venerabilis, & Petrus alter Pictauiensis. Epist. II.

B *Petrum Goscelini.*] Transierat hic à Vindocinensibus ad Cluniacenses. illum repetit Goffridus, ac sine suo consensu retineri non posse docet. Eiusdem argumenti est epist 1. S. Bernardi ad Robertum nepotem qui à Cisterciensibus ad Cluniacenses conuolarat. Quo loco & in libro De præcepto & dispensatione, vbi hoc etiam argumentum tractat, multa sunt cum verbis Goffridi consentanea.

Hainrico Abbati Angeriacensi, ad quem etiã luo ep. CCXXIII. Angeriacum Santonum ad Vultonam fluuium oppidũ olim dixerunt: deinde litterulæ mutatione Angeliacum, & S. Ioannem de Angeliaco, postquam eo delatum est caput Præcursoris Domini, Monasteriumque à Pipino Aquitaniæ Rege condi- Epist. III.
C tum, vt habet vetus narratio ad calcem operũ S. Cypriani. Ademarus S. Marialis Monachus. *Pipinus Rex Aquitania Ludouici Imperat. filius iussu Patris Monasteriũ S Ioannis Angeriaco ædificari fecit.* Priscam igitur appellationem cum noua retinuit, quod in paucis id genus factum est nam in aliis priora nomina plane silent. Vt mons Iodiciatus in S. Floro apud Aruernos, Centula in S. Richario apud Ambianos, Segestum in S. Sequano apud Lingones, Cessiro in S. Tiberio apud Septimanos. Catuliacus & Nouigentom in S Dionysio & S. Clodoaldo apud Parisios, & aliis innumeris. Monasterium porro Angeriacense instauratum postea & redditibus auctũ est ab Agnete, fundatrice Vindocinẽsi, & noua basilica,
D anno M LVIII Goffrido Abbate, Arnaldi, qui Vindocinensi dedicationi adfuerat, successore consecrata.

Gladiatorium spiritum] Epist 1. de eodem: *Domnũ illum Abbatem, quem dicunt homines ex longo tempore fuisse discordia amatorem, seminatorem iurgiorum, pacis perturbatorem.* Epist. IV.

Pictauim transmisi.] Flodoardus Chronic anno DCCCCLV. *In Aquitaniam profectus, vrbem Pictauim petiit* Lib. II XXXI. *Andegauim conduci faciam.* Petrus Blesensis ep XII. *Tota fere in lacrymas Aurelianis effluerem* Aurelianim, Blesim, Pictauim eius sæculi & proximorũ scriptores singulari numero vsurpabãt. Et tamen vbi aliquid in his locis esse, aut fieri significabant, Aurelianis, Blesis, Andegauis plurimũ numero Epist. V
E dicebant Fulbertus, vt quidem legendus est, in Ep. CXIII. ad Robertum Regem, *sed audito quod Aurelianis, in ciuitate videlicet incendio vastata consiliũ habiturus sis, miror & paueo.* noster ep. XXV. *Andegauis negotiũ acturi sumus.* Eodẽque modo Turonũ, & à Turono dicere solet, & Turonis esse, ac Turonis loqui.

Ioanni Abbati.] Dolensi, vt docuit nos Elenchus Codicis Cenomanensis. Est autem Dolẽse seu Burgi Dolensis illustre Monasterium in Biturigibus ab Ebbone Toparcha, Carolo non Caluo, vt quibusdã visum est, sed Simplice regnante, iisdem fere quib. Cluniacẽse tẽporibus cõditũ. Fuit & Dolẽse aliud cœnobiũ in Armoricis in Episcopalẽ postea Cathedrã conuersum; quæ Dolensis Ecclesia Iuoni epist. CLXXVI. Epist. VI.

Guillelmo Abbati] Salmuriensi, hoc est, S. Florentij ad Ligerim, viro, vt eius cœnobij monimenta tra- Epist. VII.

dũt, genere ac religiosis moribus insigni. Frater enim fuit Doleosis Toparchæ, qui in eius gratiam lautam S. Florentio & prouentibus opimam apud Dolum Obedientiam dicitur obtulisse: præfuit annis VIII. & XI. vsque ad excessum fere Paschalis II.

Obedientiam de Pinu] id est, Prioratum, paulo inferius. *Quo intratis? Prior abest.* Ecclesias, cellas, altaria, quæ Monasterio, vel maiori cuipiam Ecclesiæ parent, quia eius nutu & imperio reguntur, eius loci Obedientias vocabant. Sic li. I. epist. IX. lib. II. epist. XXXII & li V. ep. XVIII. Fulbertus epist. I. *Alij duo Vinianus scilicet & Durandus ambo Præpositi simulantes ad Obedientias suas se velle exire.* In Epistolis Pontificum passim: vt Vrbani II. *Vrbanus Episcopus Archiepiscopis, Episcopis, in quorum Parochiis Prioratus & Obedientia Ecclesiæ Cluniacensis existunt.* Vlgerius B Episcopus Andegauensis ad Sugerium de electione Roberti Abbatis Burguliensis: *Sane venerabilis ac religiosus eiusdem loci Conuentus, qui ad festũ loci illius etiam de remotissimis Obedientiis conuenerãt, festinauerunt eligere sibi in patrem & pastorem vnũ de visceribus Monasterij sui, Robertum virum magnum.* Hinc & Obedientiarij Obedientiarum præpositi, vt in litteris Innocentij II. *Priores & Obedientiarij Cluniacensium fratrum.* Cæterum in Pago Pictauẽsi, præter hunc Prioratum S. Florentij, à Pinu etiã nomen gerit Monasterium S. Mariæ de Pinu ordinis Cistercięsis.

Duodecim equi vestri] Numeroso equitatu stipatũ iter facere solitum Goffridum indicant ea, quæ scribit lib. I. epist. VIII ad Paschalem, & lib. III. ep. XVI. ad Ildebertum. Nimirum is Ecclesiæ splẽdor & opes C tunc erãt. neque tamen immodicum dixeris in Goffrido, qualem in alio quodã Abbate metiro perstringit S. Bernardus in Apologia ad Guillelmum Abbatem. *Quod enim*, inquit, *vt cætera taceam specimẽ humilitatis est, cum tanta pompa & equitatu incedere, tãtis hominum crinitorũ stipari obsequiis, quatenus duob. Episcopis vnius Abbatis multitudo sufficiat? Mentior, si non vidi Abbatem 60. Equos, & eo amplius in suo ducere comitatu.* Triginta equos vni Episcopo concederet: quot pauci hodie alere possint Episcopi.

Epist VIII *Bernardo Abbati S. Sergij*] In suburbio Andegauæ Ciuitatis. Numeratur in litteris Hugonis Legati inter Abbates, qui Fulconis Comitis absolutioni adfuerunt, Beroardus Abbas SS. Sergij & Bacchi. sic enim hoc Monasterium interdum appellant, inter- D dum SS Sergij & Medardi, vt in diplomate Childeberti III. Regis, ad cuius auum Clodouæum II. originem suam referunt Monachi S Sergij.

Contra tortuosum & subdolum illum.] Rainaldum electum Andegauensem, cuius hic nomen præ indignatione supprimit, sed nominat epistola sequenti. De huius electione dictum est epist II lib. III.

Epist. IX. *Guillelmo Archidiacono.*] Andegauensis Ecclesiæ, qui cum Stephano Decano Rainaldi electioni præcipue refragabatur: vterque postea eidem amici ex infestissimis facti. quo nomine taxantur in epistola Marbodi, *Multiplex est Andegauensis malitia, multos Stephanos habes, multos Vuillelmos.*

Et Abbatem S. Sergij] Bernardum, De hac Abbatũ contra Rainaldum conspiratione, Ildebertus ep. XI. E ad Rainaldum ipsum. *Pro eo religiosos Abbates, & integri nominis personas audiuis stare aduersum te: cum quibus tanto periculosius est congredi, quanto eorum fama syncerior, causa iustior, dignitas maior.* Inter hos erat & Bernerius Bonæuallis Abbas epist. XVI.

Epist. X. *Archembaldo S. Albini Abbati*] de quo lib. I. epi. VI. Chronicum S. Albini. *Anno* M. C. VI *obiit Girardus Abbas S. Albini v. Idus Ianuar. qui fuit Abbas annis* IX. *Eodem anno ordinatus est Archembaldus Abbas* VIII. *Idus Februarias.*

Iuxta Maironem.] Vetustissima monasterij S. Albini possessio curtis Maironis in pago Pictauensi, tũ A eius partem à primis Andegauorum Comitibus vsurpatam, à Goffrido grisa tunica, Vvidone fratre eiusdem cœnobij Abbate, restitutam aiunt quæ tabulæ testentur, Andegauis datæ anno Domini DCCCCLXVI. Lotharij Regis XV. Maironis etiam castelli fit mentio in chronico S. Albini, vbi de bello agit inter Ludouicum VII. Regem & Comitem Goffridum anno M. CLI. *Monasterium solum destruitur. Maironis pristina libertati restituitur. Rex & Comes pacificantur, Goffridus* Comes obiit.

Prior abest.] Goscelinus opinor; quem Maironis Priorem sub annum M C. faciũt aliæ tabulæ S. Albini.

De vestro Ioscelino.] Epistola præcedenti Ioscelinũ & Goscelinum promiscue scribebant, vt Ioffridum & Goffridum, quod ante monuimus. Epist. III

B *Quia causam contra vos.*] Lib. I. Epist VIII.

Hamelino Abbati S. Albini] postea Episcopi Redonensi. Successit Hamelinus in Monasterij præfectura Archembaldo anno M C X X. ad Episcopatum Redonensem euectus est anno M. C XXVIII. Chronicum S. Albini eo anno: *Hamelinus Episcopus Redonensis efficitur idib. Maij.* Idem eius obitum annotat anno M. C. XLI. *Obiit Hamelinus Episcopus* IV. *non. Februarias.* Is est cuius litteras de duelli probatione libro superiore protulimus ad Epist XXXIX.

Paganus filius eius] Idem videtur qui in Ep XXVII. libri I. *Fratrem Paganum Alerici ad Dominum Papã mitto.* cognomen videlicet factum ex nomine parẽtis; qui rectius hic Albericus vocatur quare sic etiam legendum arbitror libro primo.

C *Claustrum B. Clementis.*] Prioratus Credonensis, de quo epist. XLIV.

Gualterio Abbati.] Sergij, Bernardi, ad quẽ Epist. VIII. successori Beroardi obitum S. Sergij tabulæ cõnciunt in annum M. C. II. VIII Idus Aprilis, Vvalterij in annum M C XIII. v. Idus Ianuarias. Epi. XIII.

Garinum fi. Garandi.] Ea forma dictum, qua Petrus Goscelini, Paganus Alberici, &c.

Bernerio Abbati.] Bonæuallis, est autem id Monasterium eiusdem ac Vindocinense diœcesis, hoc est Carnotensis, sed in agro Castroduneosi, Bernerij facta est mentio lib I. epist XXI. alibi religiosum & boni testimonij virum vocat. Epi. XIV.

Trinitatis festiuitatem.] Titulus hic Monasterij Vindocinensis, vt Goffridi fundatoris, & Theodorici Episcopi litteræ declarant. Vrbanus II. *Dilectis* D *in Christo filiis Girardo Abbati S. Albini Andegauensis & Bernoni Abbati S. Trinitatis Vindocinensis.* Breue Chronicum S. Albini, *Pridie kalend. Iunij apud Vindocinum Castrum Monasterium S. Trinitatis dedicatum est anno ab incarnat. Domini* M. XL. Goffridus ipse lib. v. epist. vlt. I. Epist. XV.

Vnum cuius nomen.] Rainaldum electum Andegauensem. Hinc videre est, quod epi. IX. monuimus, Bernerium è numero Abbatum fuisse, qui Rainaldi electionem coniunctis studiis oppugnabant. Epist. XVI.

Bernardo Abb. S. Launomari] id est Blesensi, vt scripsit lib II. epist XIV. Iuo epist. CLXXII. *Mauricius Blesensis Cœnobij S. Launomari Abbas*, Mauricij, vt puto successor Bernardus. Epist. XX.

E Coabbati Odoni.] Maioris monasterij. Sic enim nostra est coniectura. Odonem virum religiosissimũ, post restitutos Maiori Monasterio Monachos Abbatem nonum, eiusdem Cœnobij tabulę successorem faciunt Guillelmi, diemque obitus notant XIII. Kalend Iulias, & tumuli locum in dextra porticu Ecclesiæ, iuxta Abbatem Bernardum Guillelmi prædecessorem. Hic rursus est Odo Abbas maioris Monasterij, ad quem extat Hugonis & Bernardi Abbatum epistola post Iuonis epistolas edita. Quare Odoni haud dubie inscribenda est. Epist. XXI

Amblardo Lemouicensi Abbati] In diplomate Philippi I. Regis de translatione Mauziacensis Cœnobij Epi. XXII.

ad

ad ordinem Cluniacensem subscribit *Ademarus Abbas Lemonitensis*, hoc est S. Martialis, vt in dedicatione Mooasterij Vindocinensis *Odolricus Abbas de S. Martiale*. Monasterium Lemouicẽse (quod pro monachis Canonicos sæculares nunc habet) & Monasterium S Martialis vnum atque idem est; vt Floriacense, & S. Benedicti, Miciacense & S. Maximini, Segestrum & S. Sequani. Viicense & S. Ebtulfi, Ricomagense & S Amabilis. Alterum enim tituli nomen est, alterum loci, in quo condita fuerunt. Atque in iis sane locis, quæ vnicum habent Monasterium, id statim intelligitur. In amplioribus vero ciuitatibus, & quæ multis cœnobus nunc florent, de vetustissimo & sui temporis vnico accipi debet: vt in synodo Remensi Leonis IX. Oylardus Abbas Catalaunensis, de Abbate S. Memmij; apud Iuonem epist. ccxvi. Abbas Carnotensis, id est, S. Petri.

B. Eusebius.] Papa, cui tribuitur etiam ab Iuone decreti part. v. cap. ccLII.

B, Gelasius *Papa*] Quæ hic Gelasij dicitur sententia, eam Caio Papæ tribuit Iuo p. v. c. ccLIII. legitur in Eusebij epistola ad Ægyptios: vnde & à Gratiano citatur II q. VII. *omnes qua*.

B Gregorius *in moral.*] lib. xxv cap. xIV. & xv & apud Adelbertum Diaconum lib. II. c. Lv. Speculi, quod ex Gregorij moralibus excerpsit.

Doctor & martyr Cyprianus] epist LXV. ad Rogatianum de diacono contumelioso.

Clemens sanctus] epist 1. ad Iacobum fratrem Domini.

Epist. xxIII. *G. Priori de Caritate.*] Inter primarios quinq; Prioratus ordinis Cluniacensis principem locum tenet is, qui Caritati agri Niuernensis oppido ad Ligerim nomen fecit. Quibus acceptum hunc debeant Cluniacenses Ludouici VI. Regis diploma Aurelianis editum docet his verbis: *Prioratus B. Mariæ de Caritate super Ligerim: quem Gauffridus Antissiodorensis Episcopus & Guillelmus Comes Niuernensis, & Bernardus de Chaillant, & alij fideles regni nostri, ad quos locus ille de Caritate cum villa & pertinentiis suis omnibus, in spiritualibus & temporalibus totaliter pertinebat, Hugoni Abbati & monasterio Cluniacensi & eorũ successoribus dederunt, & concesserunt absque vlla retentione pro se & monachos suos professos omni tempore habendum tenendum & possidendum.*

Epist. xxIV. Hamelino lib. III. epist. x. & xI. monachis Vindocinensibus scripta est hæc epistola cum aliquot sequentibus.

Quod in Ecclesia voces.] Interdictum, opinor, designat, quod Vindocinensibus suis indixerat aduersus Comitissam.

Sexum illum mihi suspectum] lib I. epist. xxvI.

Epist. xxvI. Ingelbaldo, monacho Vindocinensi. Ostiarius iã erat ante Goffridum Abbatem; quando ad Vrbanum Papam, vna cum Frotmundo Priore missus est ob litem Credonensem cum monachis S. Albini.

Dominus Prior noster] Legendum ex veter. codice Domnus. itẽ lib. v. epist II. *Domno Radulfo.* Domni & Domini perpetuum hoc discrimen apud Goffridum, quando de hominibus sermo est, quod Domni vocẽ præponit nominibus propriis, aut iis, quæ propriorum vicem gerunt; *vt Domnus Ildebertus, Domnus Paganus, Domnus Ernaldus, Domnus Hamelinus, & Domnus Episcopus, Domnus Abbas, Domnus Prior, Domnus Archidiaconus.* In cæteris Dominum dicit cum adiecti locum habet, vt in epistolarũ inscriptionibus passim, *Domino & Patri, Domino & amico* Hac tamen acceptione, quod cum de Papa loquitur, præcipui honoris causa Dominum pro Domno vsurpat, vt *Dominus Papa, Dominus Papa Vrbanus*, cum alij fere scriptores *Domnum Papam & Domnum Apostolicũ* dicere soleãt, Domini nomẽ vni Deo tribuentes.

Epi. xxvIII. Laudo vt ieiunãdo comedas.] Idem est cõsilium S. Hieronymi epi. xxII. ad Eustochium. *Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satietatẽ fugiens. Nihil prodest biduo, triduoque transmisso vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si compensetur saturitate ieiunium* & epist. x ad Furiam. *Parcus cibus & venter semper esuriens, triduanis præfertur ieiuniis. & multo melius est quotidie quam raro satis sumere.*

Sanctimonialium de Fonte Ebraldi] Fontis Ebraldi nudum nomen vidimus li I. ep. xxIV & xxvI. Hic sanctimoniales nominat, quib celeberrimũ eo loci monasterium Petri Episcopi Pictauẽsis, in cuius diœcesi haud procul à Turonum Andegauorumque finibus est, locus, nutu & auctoritate instituit Robertus de Arbrissello is, ad quem scripta est epist. xLVII huius libri. Conditum anno Christi M C notat Chronicũ Turonense his verbis. *Anno Domini M. C. Henrici Imper* XLIV. *Philippi Regis* XL. *Concilium Pictauis celebratur: nec multo post Abbatia Fontis Ebraldi in Pictauensi diœcesi fabricatur.* Mirum est quod de ingenti sanctimonialium eius loci numero prodit Sugerius Abbas, cum scriberet, hoc est annis nondum ab ortu Cœnobij quinquaginta, ad quatuor fere aut quinque millia excreuisse. sed digna est Sugerij epistola, quæ propter argumentum integra legatur. Sic ergo scribit ad Eogenium III. Papam.

Epi. xxxII.

SVGERII ABBATIS EPISTOLA AD Eugenium II. pro Sanctimonialibus Fontis Ebraldi.

CArissimo Domino & Patri Dei gratia summo & vniuersali Pontifici Eugenio Sugerius, Beati Dionysij Abbas, obedientiæ & seruitij plenitudinẽ. Pro sororibus apud fontem Ebraldũ sancta & Deo acceptabile religione degentibus, quas Episcopus Pictauensis, subiectionem ab eis requirens, earumq; Abbatissam benedicere nolens defatigat. Sãcti Apostolatus vestri celsitudinem, qua possumus prece pulsamus: vt sicut vestra iacũbit discretioni, imbecillitatem debilium confouendo sustinere, quid vnicuique expediat prouidere; fragilitati sexus condescendatis, & quæ vestra auctoritate innitãtur, eas sub vestra protectione retineatis, nec alteri subijci velitis, & ab hac defatigatione in pace eas esse faciatis. Nouit enim vestra discretio, quod animab. earũ non expedit claustra monasterij sui exire: nec hac occasione, vel alia sæculo se ĩngere. Nostis enim, si vestræ placet Paternitati, quod præfatus Episcopus subiectos suos consueuit inquietare. Placeat igitur excellentia vestra ab iis molestiis eas eripere? & vt in pace Deo deseruiãt, eis in multitudinem misericordia vestra prouidere, sub protectione Dei cœli, & vestra Apostolica autoritate cõfouere, & protegere, vt pote tantum tanta religiones locum, quem cum in partibus illis in scholis essemus, nouiter inceptum esse vidimus, & pro Dei voluntate fere vsque ad quatuor aut quinque millia sanctimonialium iam excreuisse audiuimus & gaudemus.

Goffrido de Surgeriis.] Eléchus epistolarũ in Codice Cenomanensi, fratribus de Santonia scriptã monet: quod maiori ex parte verum est. In pago enim Sãtonico est Ecclesia Surgeriarum, de qua dictũ lib. III. epist xL. itemque Ecclesia de Podio rebelli quã Vindocinensi cœnobio, approbante filio Guillelmo Cõmite Pictauensi, dedit Agnes Comitissa At Oloña in littore Pictauico. tabulæ fundationis. *In pago Pictauensi medietatẽ ecclesiarum de Olona cum decimis salinarum, & vinearum & omnium inde exeuntium.* Ep. xxxIV.

Hamelino Priori.] Credonensi Vrbanus II. Goffrido: *Ecclesia parochialis S. Clemẽtis de Credone, & vniuersa Ecclesia, quæ infra terminos eiusdem Parochiæ continentur* Sed de Credonis Castro & quæ in eo est Ecclesia S Clementis epist. xLIV & lib. v ep. xxvII. Epi. xxxvI.

Andreæ] Priori, vt patet ex epistola xL. sed cuius loci Prior fuerit non significat. Ep. xxxvIII.

Nõ ex carnis corruptione vt quidã p.] Ex Augustino li. xIV. de Ciuitate Dei cap. III. *Corruptio corporis* Epi. xxxIx.

qua arguunt animam, non peccati primi est causa, sed pœna: nec caro corruptibilis animam peccatricem, sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem.

Ep. XLI. *Guillelmo & aliis apud Castellum.* Priori & Monachis Honorij II. & aliorum litteræ, plusali numero enunciant, *Ecclesiam B. Mariæ de Castellis*, quo modo nunc etiam vulgo vocitant Andegauorum vicum in extrema eorum diœcesi Turonum finibus conterminum. Qui igitur Goffrido Prior de Castello dicitur, aliis Prior B. Mariæ de Castellis diceretur.

Ep. XLIV. *Bernerio Priori Credonensi.*] Notissimũ est Credonis, siue vt Gallicus mos inflexit Crannis Castrum in inferiore Andegauorum pago Armoricis finitimum. Huic proximam Ecclesiam S. Clementis nomine insignem Suhardus Credonis olim Dominus S. Albini B monasterio statis legibus cum donasset, postmodum Guarinus Suhardi filius, quod pacta non explessent, in ius suum reuocauit & Clericos pro monachis in ea constituit. Deinde vero Goffridus Martellus comes Credonensi dominio in manum suam ac fiscum recepto S. Clementis Ecclesiam Vindocinensi Cœnobio, quod recens fundarat, addixit, priusquã Credonense dominium Roberto Burgundiono concedeset, quod ipsemet in Tabulis fundationis Vindoc. testatur his verbis. *In Episcopatu Andegauensi Ecclesiam S. Clementis apud Castrum Credonẽse cum omnibus ad ipsum pertinentibus quam quidem exceptam, sicut prius B. Petro donatam, retinuimus, cum honorem Credonensem Roberto Burgundiano fideli nostro donauimus.* Inde orta monachorum S. Albini cum Vindocinensibus de Ecclesia Credonensi diu ac sæpe agitata contentio. C Primum apud Nicolaum II. qui eam Vindocinẽsibus adiudicauit, vt eius nos litteræ docent ad Oderieum Abbatem, *Apud Castrũ*, inquit, *Credonense parochialis Ecclesia S. Clementis, de qua inter Vindocinenses & B. Albini monachos in præsentia nostra querimonia orta fuit, & Apostolicæ sedis iudicio Vindocinensi monasterio adiudicata.* Iterum apud Vrbanum II. qui rem ita composuit, vt Vindocinensibus maneret quidem Ecclesia S. Clemẽtis, sed ita vt eius loco vnam de tribus designatis, quam ipsi mallent, S. Albini monasterio cederent. Delecta est & S. Albino transcripta Ecclesia S. Ioannis super Ligerim. De qua rursum à Goffrido nostro & Vindocinensibus, qui se Vrbani sententia læsos iudicabant, noua excitata est controuersia. Sed vicit tamen, vt ad lib. I. epist. VIII. dictum D est, Vrbani auctoritas, relicta S. Albini monachis, quorum in potestate hodieque manet, S. Ioannis Ecclesia, Goffrido vt reor adhuc superstite; cum ab Innocentio II. in litteris ad Frotmundum Goffridi successorem, inter eas iam non numeretur, quas Vindocinense cœnobium in diœcesi Andegauensi possidebat. Quæ omnia paulo fusius hoc loco exposita sunt, vt controuersiæ, cuius aliquot locis meminit Goffridus, quæ nam causa fuerint, intelligatur. Nunc Vrbani de ea re decretum, quoniam aliis etiam in rebus vsui esse potest, ex S. Albini armario proponemus. Hoc igitur est exemplum.

VRBANI II. DECRETVM DE controuersia Credonensi inter Monachos S. Albini & Vindocinenses.

VRbanus Episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiis Goffrido Abbati S. Albini Andegauensis, & Bernoni Abbati S. Trinitatis Vindocinensis salutem & Apostolicã benedictionẽ. Anno Dominicæ Incarnationis M. XCIII. *Pontificatus nostri V. Indict.* I. *Cum essemus in Prouincia Calabria apud Monasteriũ S. Mariæ quæ dicitur de Matina, Monachi S. Albini, Girardus Prior, Milo, Stephanus aduersus monachos S. Trinitatis de Vindocino, Frotmundum Priorem, Ingelbaldum Ostiarium, qui præsentes aderant, conquesti A sunt, quod Vindocinẽses fratres Ecclesiam S. Clementis Credonensis, quæ à monachis S. Albini iuste secundum illorum temporum consuetudinem acquisita, & per XXX. annos quietè, & sine interruptione possessa, violenter ablatam iniuste detinerent. Qui enim suis instrumentis & rationibus causam suam defendere nitorẽtur, primo die proclamationis res diu & multum ventilata nulla potuit fine terminari. Secundo vero die similiter multũ discussa, ad nullum tamen est finem deducta. Die autem tertio, XII. scilicet kalendas Decembris, residentibus nobis in Anglane Ciuitate Apuliæ, præsidentibus religiosis, & venerabilibus tam Episcopis quam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus siue Diaconibus: adstãtibus etiam nobilibus Romanis, & Comitibus Apuliæ gloriosissimis, Boamunto & Guillelmo, re iterum diu & B multum inquisita, tandem inspirante Deo lucidius eluxit, in quam potius partem iustitia declinaret. Cũ enim vtraque pars suis nobis allegationibus obuiaret: & hinc pactionem Abbatum, confirmationem Pontificum, Romanæ Ecclesiæ Legatorum: illinc vero legitimum introitum, & canonicam XXX. annorum possessionem nobis apponerent: nos qui omnium fidelium causas æqualãte pensare debemus, vtriusque vtilitati prouidentes, ipsam litem concordia conuenientius æquitate decidere maluimus. Omnes igitur qui nobiscum aderant hanc sententiam collaudantes, consentientibus prædictis vtriusque Cœnobij fratribus, & in manus nostras fidem pollicendo firmantibus, concordia & pax inter eos hoc modo posita est; vt scilicet Vindocinenses monachi de his tribus Ecclesiis, aut Ecclesiam Mansilium vel S. Saturnini, siue S. Ioannis supra Ligerim, vnam quam congre- C gatio sæta S. Trinitatis elegerit, cum omnibus quæ ad eandem Ecclesiam tam mobilibus quam immobilibus interius exteriusq; ad præsens pertinent, infra dies XXX. postquam domum redierint, Monasterio S. Albini in perpetuum tradant. Fratres itaque S. Albini omnem litem, omnemque calumniam ex causa hac in manus nostras & Vindocinensium fratrum refutarunt: Vindocinenses vero vnam supradictarum Ecclesiarum in manus nostras reddiderunt, & per nos easdem monachos inuestierunt. Præsentis igitur autoritate fraternitatem vestram admonemus & præcipimus, vt hoc pactum à nobis intentione pacis & quietis dispositum & statutum omni tempore deinceps ratum & inconcussum teneatis & obseruetis. Quæcumque autem pars hanc nostræ decisionis sententiam non susceperit, vel transgredi præ- D sumpserit, tam canonum seueritati subiaceat, quam legitimæ compositionis pœnam, id est auri centum librarum sustineat, & à causa penitus cadat. Data Tarenti VIIJ. kal. Decemb.*

Præpositi tui.] Præpositus monasterij dicebatur is, cuius secundum Abbatem cura erat domus & domesticę disciplinæ. Priorem claustralem hodie vocant. Aliud ergo Abbas seu Pater monasterij, aliud Præpositus: vt Fũdani monasterij, de quo B. Gregorius I. dialog. I. Abbas erat Honoratus, Præpositus Libertinus: Soractensis, de quo cap. VII. Præpositus Nonnosus; Abbas alius, quem aspertimum fuisse scribit. Eodem modo distinguunt Græci πατέρα καὶ ἡγούμενον τῆς μονῆς. Ex hoc vero loco patet non solum sub Abba- E tibus, verum etiam sub Prioribus fuisse Præpositos; in iis nimirum Prioratibus, qui conuentuales essent, vt appellant, cuiusmodi est Credonensis.

A Claustro & à Curte S. Clemẽtis.] Id est à monasterio & villa, Curtes olim villas vocabãt, sed alodes & liberi iuris. In donatione Adelæ Comitissæ, quã S. Albini monasterio instituit, ann. 1474. *Domo igitur illi Curtẽ dono mihi à parentib. traditã, sitã in pago Beluacensi, quæ vocatur Vndanis villa, cũ duab. Ecclesiis, vna in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ cõstructa, altera in honore S. Amani.* Sic Curtis & Ecclesia Cãpiniaci, Curtis, Martinis, Curtis Chiriaci, & aliæ in eiusdem cœnobij tabulario. Hæret hodie Curtis nomen, in

in extremis plurimorum Galliæ locorum vocabulis, A vt Bouonis curtis in pago Remensi, Hunoldi curtis in Cametacensi, & aliis.

Ep. XLVI. *Secundum Canones.*]Gregorius Magnus lib. VII. epist XXX. Constantio Episcopo Mediolanensi, *Graue satis est & indecens, vt in re dubia certa detur sententia.* Quæ sequuntur nunc ex Victoris I. epistola ad Alexandrinos: nunc ex Sixti II. epist II citat Iuo Part V. cap CCXLIV & CCXLVII. Gratianus XI q. III. *Quamuis vera* ex Augustino de Pœnitẽtia c. III.

Fratri Roberto] Elenchus Codicis Cenumannici. *Ad Robertum de Arbrussello Procuratorem sanctimonialium de Fonte Ebraldi, in qua hortatus est eum vt magis discretè se haberet circa sexum fœmineum.* Procuratorem vocat, quem alij fundatorem Chronicum S. Albini. *Anno M.C XVI. Obiit Robertus de Arbrissello V kal. Martij. Iste fuit fundator Monasterij Fontis Ebraldi.*

Heruao & Eua inclusis.]Inclusi monachorum genus, sed horum duplex classis. Quidam enim monasticam disciplinam nunquam experti hanc professionem statim arripiunt, ac suburbanis fere locis in cellulas reclusi solitudinem æmulantur. Monachorum potius vmbræ quam monachi. Eremitas & reclusos vulgus nuncupat, quorum frequens in Gallia tã olim numerus: eoque ex numero hi videntur, ad quos scribit Goffridus. Alij veri erant Monachi: qui Cœnobiis relictis, in quibus aliquandiu cum aliis vixerãt, sublimioris profectus studio in solitarias cellas se abdebant ἐγκλείσμε. Inclusos etiam Græci vocabant. Huius generis illi, ad quos non semel scribit Theodorus Studita. Cuius etiam extant non inelegantes Iambi εἰς ἔγκλειστον, quos subiiciam.

ΕΙΣ ΕΓΚΛΕΙΣΤΟΝ.

Ἐγκλειστὸς εἶπερ εἶ σὺ, πάντη ἔξω μένων,
Ὅλην ἀπόσφιγξον πρὸς Θεὸν τὴν καρδίαν.
Κλείσας λογισμοὺς τῆς γυμνῆς ὅ πλάνης.
Νοῦν ἀντιπέμπων πρὸς ἄνω θεωρίας
Ἔχων φιλοστοργίαν χαρίζεταί τοῖς δακρύων
Θρῆνον ἀπαύστως μονοτρόπως βαθῆ.
Ψυχὴν ἄδηλον ἐν χαρᾷ τοῦ ἐλπίδων,
Ἔργον τι χειρῶν, ἐν πόνῳ λιμοῦ τέως
Ὕμνων ἄπαυστον, πνεῦμα συντετριμμένον.
Οὕτως ἀσύγων ἀγγελοτρεπῆ βίον,
Ἀντιλαμπῇ τοὺς ὁρῶν τοὺς εἰσιόντας
Λέγων μὴ οὐδὲν τῶν ἀργῶν εἰς γέλων.
Ἀλλ' ὥς τις ἐστὶν ὠφελούμενοι τὸν λόγον.
Καὶ ταῦτα φεύγων μακροῤῥημοσύνης εἰς κόρον,
Ἂν οὖν δύνῃ πρὸς ταῦτα, σωτηρίαν ἔχεις.
Εἰ μὴ δ' φεύγων εἰς βίον ζώντων ἅμα,
Ἐν ᾧ πλάνητε τῶν ἀγῶνας λειμώνων.

IN INCLVSVM.

INclusus ille est, qui procul ab affectibus
Toto reclusit in Deum se pectore.
Fræno coercent mentis errores vagos,
Animumque curis erigens cœlestibus,
Precibus inhæreat, quæ perurunt dæmonas,
Et quo retrusa res patent silentio.
Spe, gaudioque nesciens fatiscere,
Labore corpus & fame exercens graui.
Hymnos gemente spiritu iuges canens,
Hic Angeli vita ore conspicuo nitens,
Dia intuentum corda collustrat face.
Nil vnquam inane faciens ad risum loqui:
Sed quo iuuari sentiant se qui audiunt:
Nec sic profusa vela dans loquentia.
Hæc assequi si potis es, in tuto est salus,
Sin, ad gregalem protinus vitam redi,
Vbi porro agonas excolas asceticos.

Ep. XLIX. *Secretarius B. Mariæ.*]Ecclesiæ Carnotensis Lib. II. epist. XIV. *S. Mariæ Capitulum* & epist XV.

AD LIBRVM V.

GValterio Thesaurario]Ecclesiæ B. Martini Turonensis, de quo mox pluribus epist. III. Epist. I.

Goffrido de Alogia.] Villæ Alogiæ, vnde Goffrido nomen, meminit Fulbertus epist. XXII.

Cum Domino Radulpho Archiepiscopo.] Turonensi de eo dictum lib. I. epist XXX. Taxatur item epistola XVII. & ab Iuone multis locis, sed præcipue epistola LXVI. & CVIII. Epist. II.

Turonorum Archiepiscopo designato.] Designatus fuerat post mortem Radulfi Archiepiscopi anno M. C. XIX. sed nõ iniit, cedere coactus Gilleberto Radul-
B fi nepoti, quem cleri pars altera diuisis suffragiis elegerat. Huius rei notitiã debemus veteri Historiæ rerum Ambasiensium, quæ totum hoc dissidium de cathedra Turonensi, cladesque locorum inde consecutas, fauente Galterii partib. Hugone Domino Ambasiæ, Gilleberti autem Archembaldo de Bresis, qui eius duxerat sororem: denique exitum controuersiæ explicat his verbis *Post obitum Radulfi, pars clericorũ Gillebertum fratrem Gilla in Pastorem & procuratorẽ Turonensis Ecclesiæ elegit: alia pars Galterium B. Martini Thesaurarium, virum genere nobilem, bonis moribus adprime imbutum, sanctæ matri Ecclesiæ Turonensi Episcopum destinauit. Galterio Episcopo totius diœcesis proceres, Turonorum omnes excepto Archembaldo de*
C *Bresis fauebant. Hugo tunc Archembaldo ex amico factus inimicus Blitiacum muniit, milites & famulos ibidem posuit, quicquid circa Blesim inuenit vastando delcuit: Larchaiacum, & Vernonum vicos Archiepiscopales cremauit. E contra Gillebertus milites & clientes multos Bresis posuit, qui Campaniã fere totam vsque ad Carum fluuium excepto Blitiaco vastauerunt. Quadã die Archembaldus Bresis & sui, Caro flumine enadato, terram Hugonis intrauerunt. Quod Hugo comperiens eadem nocte copiis suis congregatis, summo mane illos terrã sua depradantes reperit, quos inuadẽs fusos fugatosque Carum transire coegit, multisque captis reliquos vsque ad Andresium fluuium fugauit. Archembaldus vero vsque Loch aufugiens euasit. Non longo tẽpore post Hugo Bresim iterum excepto domicilio totam succendit*
D *& cremauit. Gillebertus habens secum Alaeredũ Archidiaconum, virum prudentia inter clericos illius vrbis pene singularem, persona insignem, bonitate morum per omnia pollentem, humilitate præditum, patiẽtia perlustratum, diuina & humana sapientia diuinitus sollertem, indulgentia Domini Ludouici Regis, deliberante & fauente omni populo, suffraganeis Episcopis iussu Domini Papæ manum præbentibus, omnipotentis Dei auxilio cathedram Episcopalem in pace possedit. Gillebertus tunc Hugoni ex inimico amicissimus effectus est, & cum Archembaldo Bresis firmiter concordatus est.*

Dominus Papa.]Callistus II. quo Romã ex Galliis aduentante anno M C XX. Burdinus Antipapa vrbe relicta Sutrium propinquum Hetruriæ oppidũ, pulso, vt hinc apparet, Petro Leonis, ibi se tutaturos in-
E uasit At Callistus, vt copias ad expugnandum Sutriũ compararet, in vrbe haud diu moratus, Beneuentum ad Guillelmum Apuliæ Ducẽ profectus est Sequenti anno Sutrium recepit, Bordinumq. ad Cauense monasterium relegauit quæ singula à Pandulpho, aliisq; illorum temporum scriptoribus commemorantur.

Non ei aufertur capa]non spoliatur, sed necatur. Negociatorum cappas legimus apud Lupum Ferrar. Abbatem epist CXXV sed analogia Goffridi lectionẽ cõfirmat Sic enim dicta videtur capa, vt capis poculi genus, & capullum, seu manubrium, seu feretrum, à capiendo vnde & capeda.

Stephano Decano.]Ecclesiæ S. Mauricij Andegauẽsis, vt dictum est lib. IV. ep. XI. cum de Rainaldi epis- Epist. IV.

copi electione ageretur, de qua hic etiam sermo, & in epistolis sequentibus.

Epist. vi. *Huberto Præcentori.*]Nunc Cantorem vocat, nunc Præcentorem: vt in dedicatione Vindocinēsi. *A Carnoto Arnulfus Archidiaconus, & Præcentor.* Proximus Huberto gradu, ac tempore fuit Stephanus Cātor item & Archidiaconus Andegauensis, de quo in hæc verba Kalendarium S. Mauricij. *XV. kalend. Nouembris obijt Stephanus Cantor & Archidiaconus, propter seruitium huius Ecclesiæ ab hostibus interemptus anno Domini M. C. XVI.*

Redonensem Episcopum]Marbodum, qui pro Rainaldi electione primum stetit, pro qua & captus est, vt dictum lib. III. epist. xiv. postea eidem, vt ingrato aduersari cœpit, vt declarat ipsius Marbodi epistola inter Idelbertinas XXC. Quare facilis illi tum fuit cum Goffrido, qui Rainaldi electionem præ cæteris improbabat, reconciliatio.

Epist. vii. *Iterum suscitas.*] In Rainaldo.

Huberto Archidiacono] Andegauensi. lib. III ep. III. ad Rainaldum Episcopum, *vir vitæ venerabilis Archidiaconus vester Hubertus* Elenchus Codicis Cenomanensis eundem facit cum Huberto Cantore, vt idem fuerit Archidiaconus & Cantor, quod verisimile videtur.

Epist ix. *Domni Episcopi*] Rainaldi Andegauensis.

Epist. xi. *Guarnerio Archidiacono.*]Andegauensi, ad quem cum aliis epistola iv.

Adelardum de Castro Gunterij.] De Adelardo dicemus epist xxv. quæ ad eum scripta est. Castrum Gunterij Meduanæ fluuio impositum in pago Andegauensi ad veterem vicum Basilicarum, nobilem sortitum est conditorem Fulconem III. Comitem, sed nomen ignobile à villico Fulconis Gunterio. Rem narrant antiquæ tabulæ Monasterij S. Albini de Castro firmato in Curte Basilicarum, quibus Fulco ipse subscripsit anno M XXXVII.

Earum hoc initium] *Anno ab Incarnatione Domini, M. VII. Indict. v. Goffridus Martellus natus est. Et pater eius Fulco nobilissimus Comes Andegauorū filius Goffridi, fortissimi Comitis qui cognominatus est Grisa Gonella firmauit Castellum super Meduanam fluuium, in Curte quæ vocatur Basilicas, quam ipse ante plurimos annos pro quadam Curte, quæ nuncupatur Vndanisvilla in pago Beluacensi sitæ, Rainaldo Abbati, & Monachis S. Albini commutauerat, eisque solidā & quietam cum omnibus ad ipsam pertinentibus in perpetuum possidendam tradiderat. Firmato itaque Castello, eoque vt poterat munito, ex nomine cuiusdam villici sui illud* Castrum Gunteri appellauit.

Epist xii. *Hugo Caorcinus.*] A Caortiis Cenomanensi pagi Castello, cuius & Petri de Caortiis mentio facta lib. III. epist xxviii. ad Ildebertum.

Epist xiii. *Concilium nullum ratum.*] Iulij Papæ contra Orientales, pro Athanasio. *Nec vllum ratum est aut vnquam erit Concilium, quod non fultum fuerit eius autoritate*, id est, Romanæ Ecclesiæ apud Gratianum D. XVII. c. II.

Epist. xv. G. Decano.]Goffrido, vt docet Elenchus codicis Cenomannici. Sed cuius Ecclesiæ Decanus fuerit non indicat, suspicor Cenomannensem, illum ipsum, ad quem extat epist. LII. Iuonis.

Mauricium de Credone.]Filium & successorē Rainaldi Dynastæ Credonensis, quem consanguineum etiam suum vocat epist. xxvii. Sed Mauritij Credonensis peculiaris mentio inter proceres, qui Fulconis V. Comitis castra Normannico bello, secuti sunt aduersus Henricum Regem Gesta Comitum Andeg. *Erant autem cum eo Hugo de Mutafelone, & Theobaldus filius eius, Fulco de Cundeio, Mauritius de Credone, Petrus Cumilliacensis, Iaquelinus de Mallinea cum quatuor fratribus suis, &c.*

Epist. xvi. Guillelmo.] Elenchus Cenomanuensis, *Ad Guillelmum, qui ante magister eius fuerat, in qua eum redarguit non bene sentire de confessione peccatorum.*

Beda de Euangelio.] Bedæ verba ad quæ impegit Guillelmus, extant lib. v. expositionis in Lucam cap. LXIX quæ quidem vt à Goffrido exponuntur, planam habent, & certam sententiam.

Sibi dico, quia illi qui in eius loco] Deo nimirū præcipue fit confessio, quæ fit sacerdoti. Leo Magnus epistola ad Episcopos Campaniæ. *Sufficiat illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti.* Sidonius item lib. IV epist. xiv. Sed Sidonij insignis est locus de sacra Confessione, dignusque qui ab ętatis nostræ Guillelmis attentius expendatur. Scribit iam Episcopus ad Polemium PP. Galliarum, discrimenque ostendit fori sui, hoc est Ecclesiastici & sæcularis, seu prætoriani. *At si*, inquit, *videtur humilitas nostra professionis habenda contemptui, quia Christo res humanas vitiisque medicaturo putrium conscientiarum cultro squalens vlcus aperimus: quod in nostri ordinis viris, & si adhuc aliquid de negligentia fœtet, nihil iam tamen de superbia tumet: honoris volo non vt est apud Præsulem fori, sic esse apud iudicem mundi. Namque vt is, qui propria vobis non tacuerit flagitia, damnatur: ita nobiscum qui eadem Deo fuerit confessus, absoluitur.*

Epi. xvii. *Henrico Duci Norm. & Regi.*] Guillelmi Magni Regis filio, natu omnium postremo, sed vnico in regia patris purpura progenito. Post Guillelmi Rufi fratris interitum anno M. C. regnum occupauit, absente in Hierosolymitana expeditione Roberto Duce altero fratre, cui ætatis prærogatiua debebatur. Chronicum Turonense. *Eodem anno Guillelmus Rufus Rex Angliæ in sylua venaturus progrediēs à Gualtero Terello milite pro terna sagitta percussus interiit, & ad Vvintoniam est sepultus, cui successit Henricus frater eius minor.* Nouo Regi paternum solū adepto gratulatus est Iuo Episcopus epist. CVI. Is est, quocū Fulconem V. Comitem bellasse iam diximus. Postea vero duplici cum eo matrimonij fœdere sociatus est. Nam & Matildem Fulconis filiam Guillelmo filio suo copulauit, & filiā item suam Matildem alteram, Henrici Imperat. viduam, Goffrido Fulconis filio vxorem dedit: ex qua prognatus est Henricus II.

Ep. xviii. *Guillelmo Aquitanorum Duci.*] Qui Comes Pictauensis lib. I. epist. IX. & in suis ipsius literis, quas ad epist XXII. proferemus, Aquitaniæ Dux, & Vasconiæ Comes. Ad Comitatum Pictauensem, qui Comitum Pictauiensium, quorum familiam clausit hic Guillelmus, vt dictum est lib. I. antiquissima fuit possessio, accesserunt postea coniugum beneficio primum Aquitaniæ Ducatus; deinde Vasconiæ, hoc est veteris Iulianæ cis Garumnum Aquitaniæ Comitatus.

Rainaldum Quartaldū)Sic etiam nominat epist. XXII pro eo quod lib. IV. scriptum est Cartaldo & Cartaldo. Prioratus seu Obedientiæ, quam rexerat hic Rainaldus, nomen supprimit. quo modo & Iuo epist CLXIII. Goffridi nostri consultationi de altera quadam Obedientia respondens, propriam eius appellationem reticuit. *De monacho*, inquit, *ille, quem iuramento constrinxisti ne vltra illam administrares Obedientiam, quam aliquandiu sibi vsurpauerat per inobedientiam, consilium meum est, vt vlterius eam non habeat, quod & illi esset criminosum, & cæteris fratribus ruinosum.*

Epist. xx. *Domno Abbati de S. Ioanne.*] Angeriacensi Henrico. Huc faciunt, quæ scripsit lib III. epist. XXVI. ad Ranulfum Episcopum Santonensem, de quo etiam hic sermo. Posteriorem hanc illa fuisse constat, quia Episcopum interea conuenerat, & tamen tenuem adhuc dolorem causatur, quo retentus fuerat, quo minus tum ad Episcopum iret.

Si olim in aliquo vos læsistis.] Cum Oleronensem

Ecclesiam

Ecclesiam Bernoni Abbati eripuit Goffridi decessori. Qua de re dictum lib. I. epist. IX. verum Vrbani litteras, quibus obsequens Guillelmus Ecclesiam restituit, ob alia etiam quæ de illo, eiusque Patre narrat, operæ est audire. Sic igitur habent in tabulario Vindocinensi.

VRBANI II. AD GVILLELMVM Aquitaniæ ducem.

VRbanus Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Guillelmo Pictauensium Comiti salutem & Apostolicam benedictionem. Sæpe tuam indolem commonuimus, vt egregij Principis Patris tui deuotionem atque prudentiam imiteris. Ipse Principatus sui Ecclesias deuotissime coluit, plures rebus suis ditauit, nonas B *etiam à fundamentis extruxit. De te vero miramur: qui cum aliis bonis studiis quantum ad militem polleas, in hoc à Patris tui probitate degenerare perhiberis, quod Ecclesiarum iura perturbes, & quas ille fundauit expelles. Peruenit ad nos, quod Monasterio Vindocinensi Ecclesiam Beati Georgij in Oleronis insula sitam cum quadam optima terra abstuleris. Te itaque Carissime fili præsentibus litteris admonemus, vt sicut sanctorum Apostolorum & nostram gratiam diligis, Ecclesiam illam & cætera quæ Vindocinensibus Monachis abstulisti in eorum potestatem omnino restituas. Res enim eorum Parentum tuorum Eleemosyna sunt & Apostolicæ sedis alodium. Quod si infra dies triginta visis his litteris quod mandamus adimplere contempseris, & indignationem nostram incurristi, & Apostolicæ* C *sedis anathemate te percussum indubitanter agnoscas. Monasterium Vindocinense & res ad ipsum pertinentes Apostolica auctoritate corroborata noscuntur, vt si quid inde ablatum vel distractum à quoquam fuerit, à prædecessoribus nostris excommunicatum non dubites: & quem beati illi viri excõmunicauerunt non possumus soluere, nec debemus: sed quod fecerunt, nos eadem auctoritate firmamus. Datum Romæ II. Kalendas Aprilis.*

Epist. xx. *Præpositi vestri*) Guillelmus Oleronis Præpositus, Haimericus, Asto, & alij de quibus lib. I. epist. II. lib. III. epist. XXXVIII & hoc ipso, epist sequente.

Epist. xxi. *Vos ad Clarum montem profectos*] Aruernorum vrbem primariam, quæ nomina subinde mutauit. Antiquissimum fuit, quod apud Straboné legitur [illegible]. Nemossus & si male ad Ligerim locat. Exin flexa & conflata voce, Augustonemetum post tempora Augusti: tum propria & recepta in singulis Galliæ ciuitatibus consuetudine; communi totius gentis vocabulo, Aruerni & vrbs Aruerna. Denique Clarus mons, de priscæ arcis appellatione, cum inibi post Pippinianum incendium inædificari cœpisset. Aruernorum Comes hoc tempore feudatarius fuit Ducis Aquitaniæ, multæ proinde Guillelmo suberant causæ, cur ad Aruernos proficisceretur.

Epist. xxii. *Matildi Pictauensi Comitissæ*. Guillelmi Comitis, ad quem Epistolæ superiores, coniugi. Diu nobis in Matildis huius inuestigatione hærendum fuerat, nisi oportune succurrisset vetus diploma Guillelmi mariti, cui ipsa subscripsit, de Altari S. Mariæ de Solaco, quod paternum exemplum secutus Burdigalensi S. Crucis Monasterio, vnde id scriptum est, concessit anno M. XCVI. Id ad verbum sic habet.

GVILLELMI DVCIS AQVITANIÆ priuilegium pro Monasterio S. Crucis Burdigal.

EGo Vuillelmus diuina ordinante prouidentia Aquitaniæ & Vasconiæ Dux & Comes. Notum omnibus fidelibus per hoc priuilegium nostræ autoritatis fieri volumus, quod vir venerabilis Fulco, S. Crucis Abbas, A *postulauit à nobis, vt sicut clarissimus genitor noster veneranda memoria Vuillelmus, qui & Goffridus vocatus est, Altare S. Mariæ de Solaco cum omnibus suis appenditiis, iudicio legatorum Sanctæ Rom. Ecclesiæ, Amato videlicet Elorensium Episcopo, & Hugone Diensium Pontifice, in Concilio Burdegalensi præsidentibus, Goscelino Burdegalensi Archipræsule assistente cum multis aliis Archiepiscopis, & Episcopis, & Abbatibus, Arnaudo Abbati S. Crucis iure perenni & eius successoribus concessit; ita & nos concederemus: & locum S. Crucis cum loco S. Macarij sub tutela & defensione nostra susciperemus. Cui petitioni libentissime nostrum præbuimus assensum, & Petro Decano & Archidiacono Ecclesiæ Burdigalensis, vt totum hoc scribere aut scribi præciperet, sub testimonio, & e præcipimus & sigilli nostri impressione signari. Ego Matildis* B *vxor Domini Guillelmi Ducis Aquitaniæ & Comitis Guasconiæ affui & assensum præbui. Ego Petrus Decanus sanctæ matris Ecclesiæ Burdeg. & Archidiaconus subscripsi, confirma hoc Deus. Eblo Archidiaconus, Arnaldus Simonis Cantor, Andro, & multi alij Canonici S. Andreæ interfuerunt, Hugo frater Comitis Guillelmi. Arnaldus de Blancafort. Vuillelmus Præpositus, Gumbaldus Austrini, & multi alij milites similiter. Actum est & concessum an M LXVXXVI. Incarnationis Dominicæ. VIII. Kal. April. Epact. XXIII. Concurrente II. Indict. IV. Domino Papa Vrbano II. & D. Amato Burdegalensi Archiepiscopo, Data per manum D. Guillelmi Comitis ante Altare S. Andreæ, Fulconi Abbati, VIII. Cal. April prima concessio in turre Castellari* C *XI. Cal. Aprilis.*

Maritus vester Hierusalem p.) Secundæ in Palæstinam expeditionis, quæ priorem paucis post annis secuta est anno M. C. I. princeps & coryphæus fuit Guillelmus Comes Pictauensium, & cum eo Comites alij, Stephanus Burgundiæ, Hugo Viromandensis, Stephanus item Blesensis & Carnotensis, Goffridus Vindocinensis, cum Hugone fratre Raimundi Comitis Tolosani. Militum millia LX. multo plura peditum fuisse, autor Vuillelmus Malmesburiensis, lib. IV. de gestis Regum Anglorum. De eisdem Guillelmus Tyrius lib. X. Historiæ belli sacri cap. XII. & XIX.

Rainaldus V. Quartaldus) Epist. XVIII.

D *Ermengardi Britannorum Comitissæ*] Felix Fulconis IV. Comitis Andegauensis, Fulconis V Regis sorori nupsit enim Alano Fergeoro Comiti Britannorum, Conanumque III. procreauit, qui Conanus Ermengardis à matre cognominatus est, Calendarium S. Mauricii andeg. *Kalendis Iunij obijt Ermengardis Comitissa Britanniæ, Mater Conani ducis, & soror Fulconis Regis Hierosolymitani.* De eadem conditor Gestorum Comitum Andeg. *Fulco plures duxit uxores filiam Lanceloti de Balgentiaco, ex qua edita est Comitissa Britanniæ, itaque post obitum viri sui Hierusalem in Ecclesia S. Annæ vitam monialem exercuit.* Monialem ergo post viri mortem professa est, sed consilio exinde mutato ad seculum resiliit. Quo tempore hæc ad illum scripsit Goffridus, suadens vt pri- Ep. xxiii.
E stinum institutum repetat, Quod tandem fecisse videtur. Multis siquidem post annis Ermengardi tanquam Deo deuotæ, & humili Christi ancillæ scripsit Bernardus Epist. CXVI CXVII.

Ecclesiam in qua tuus V. Pater] Ermengardis Patrem epistola superiore dictum est fuisse Fulconem IV. Comitem, qui Rechinus appellatus est. eius obitus diem annumque notant Chronicum vtrumque S. Albini Calendarium S. Sergij, & Calendarium S. Mauricii his verbis, XVIII. *Kalendas Maij obijt Fulco dulcissimus Comes Andegauensis, nepos Goffridi prioris Martelli.* Sepulturæ locum non tradunt. Ep. xxiv.

Adelardo de Castrogunterij] Ex Fulconis Nerræ litteris, quarum initium recitauimus Epist. XI. constat Epist. xxv.

illum castrum Gunterij, quod muniuerat, Raioaldo cuidam Ioonis donasse, quem optimum militem vocat. Huius Rainaldi post alios hæres; castrique Dominus fuit Adelardus, ad quem scripta hæc epistola. Huius præterea insigne monumentum extat in aotiquis tabulis Monasterij S. Albini quibus decimam portus sui S. Albino concedit. Eæ porro sunt huiusmodi. A

ADELARDI DE CASTRO GVNTERII concessio Decimatum, quas obtulit S. Albino.

RAinaldus Andegauorum Episcopus donum quod Adelardus Castriguntery Dominus per manum nostram S. Albino de decima portus Castelli sui fecit. litteris mandare curaui, quod factum est hoc modo. Anno Incarnationis Domini M. C. XXIII. Indictione I. Calendis marty feria v. ipsa scilicet de qua celeberrima B. Albini solemnitas agitur; veni ad Ecclesiam eiusdem Sancti. Et rogatu D. Hamelini Abbatis & monachorum eius, cum multis illustribus Clericorum & laicorum personis ingressus sum eorum Capitulum. Vbi veniens Adelardus Castriguntery Dominus, decimam portus Castelli sui de vino de qua paucis ante diebus Hamelinum Abbatem apud Castellum suum, concedente hoc Matilde vxore sua, & filio suo Adelardo reuestierat, tunc etiam in manus nostras in libro regulæ quem in manus meas miserat, super altare eiusdem sancti detulit. Et quia idem Adelardus hanc eleemosynam benigne faciebat, dedit ei prædictus Abbas sub nomine charitatis XXVI. libras denariorum & decem solidos, ac filio eius quinque. In testimonium huius concessionis decreuimus ant propter auctoritatem & inuiolabilem istius rei firmitatem, vt nostro sigillo, & sigillo Abbatis, atque sigillo eiusdem Adelardi præsens pagina firmaretur. Præsentibus. Petrus Abbas S. Georgii, Daniel Abbas S. Mariæ Ebronensis Rannulphus Abbas S. Mauri & plures alij. B C

Hæ tabulæ Adelardi vxorem fuisse docent Matildem, filium Adelardum. Illum fortasse, cuius & Melissendis coniugis mentio in Calendario S. Mauricij *Nonis Augusti obijt Adelardus Dominus Castriguntery, pro quo facere debemus, quantum pro vno Episcoporum nostrorum.* XVIII. *Calend. Septembris, Obiit Millessendis vxor Adelardi Domini Castriguntery.* D

Pradamque dimittas] Epist XI.

Epist XXVI. *Goffride de Meduana*] Meduana Cennomannici pagi oppidum, ad fluuium cognominem, Ducatus hodie titulum gerit. Facit autem Goffridi de Meduana ætas, quam noster affectam atque annis grauem fuisse significat, vt illum ipsum esse coniiciam, qui pro Cenomannorum libertate aduersus Normannos, eorumque principem Guillelmum diu pugnauit, vt narrat inter cæteros Ordericus Vitalis, qui Goffridum Meduanensem fortissimum Cenomannorum appellat lib. IV. Historiæ Ecclesiasticæ.

Epist XXVII *Rainaldo Consanguineo*] Domino Credonis, vt sequentia declarant, & Elenchus Cenomannensis; idem qui Rotæ in pago Andegauensi monasterium fundauit anno M. XCVI. Huius filius Mauricius de Credone, quem suum etiam consanguineum dixit Epist. XV. Credonensium Dominorum familiæ illo sæculo duæ fuerunt. Prior quam clauserunt Suhardos de Credone & Guarinus eius filius, qui Fulconis Nerræ Comitis temporibus Credone potiti sunt. Posterioris caput Robertus Burgundio, cui Goffridus Martellus Nerræ F. Castrum Credonis, quod tunc in manu sua in dominica habebat, iterato concessit. Roberti huius filius & hæres fuit Rainaldus de Credone; Mauricius vero Rainaldi: Goffridus Abbas vtriusque consanguineus. E

A *Honorem Credonensem*] Id est, dominium
pro ditione ac dominio passim in eius æui o
tis. Vidimus in pericope Fundationis Vind
IV. epist. XLIV Idem Martellus in fundation
nensi: *Cum vero Honorem Credonis in m.*
micatum haberi, sancta Trinitatis illam Ecc
di, antequam Honorem Roberto Burgund
meo donauissem. Sic Honor Vindocinensis
mitatu in litteris eiusdem Martelli, quas sc
Lib. I. produximus. Honor Andegauensis
Fulconis iunioris anno M. XCVI. *Pro animo*
tum meorum. Fulconis scilicet auunculi me
Martelli patrui mei, qui me nutriuit, per
post Deum hunc Honorem teneo.

B Radulfo] Elenchus Cenomanensis: *a*
fum de Balgentiaco; cui etiam scribit Iuc
CCXLVIII. Est autem Balgentiacum Au
agri ad Ligerim oppidum, celebris qui
sunt Episcoporum & Principum conuent
bte Nobilem ibi Ecclesiam hodie quoque
Vindocinenses, de qua Vrbanus Goffrido
Ecclesiam sancti Sepulchri de Balgentiaco,
sius Castri Domino Lancelino petente Ra
Aurelianensis Episcopus predecessori tuo O.
perno possidendam concessit. Lancellinos d
tiaco loeet fuit Fulconis Rechini Comi
Ermengardis de qua dictum est, filiæ Fulc
celi eiusdem filius, opinor, Radulfus, qua
Radulfi Patre in hac epistola dicuntur, de l
C accipienda sunt, Radulfum vero Guillel
tius inter præcipuos Hierosolymitanæ mil
numerat Lib. I. cap. XVII. Eumdem cum Ar
Monteforti & Goffrido Abbate nostro lega
douico VI. Rege missum legimus ad Fulco
mitem Rechini F. ad componendam cont
de Maioratu seu Senescalcia Franciæ, qu
proauo suo, posterisque eius hæreditario
tuo iure concessam à Roberto Rege repete
memoriæ prodidit Hugo de Cleeriis, mi
gauensis, Fulconis & ipse ad Ludouicu
eadem de causa Legatus. cuius proinde
Commentarium coronidis loco his Notis
vt hinc lucem accipiant, quæ de ea re amb
statos est vir clarissimus, & rerum nostrar
D simus Ioannes Tilius in Collectaneis suis, c
gno Franciæ Magistro. Eius ergo Comment
à Fulconis Comitis verbis exorditur, in a
Albini codicibus hoc exstat exemplum.

HVGONIS
CLEERIIS MILI
ANDEG. FVLCONIS V. CO
ad Ludouicum Regem Legat
mentarius de Maioratu & Sen
E Franciæ, Andegauorum olim
tibus hæreditaria.

CVm Deus voluit sublimare Robert
Ducis in Regem, Goffridus Gris
cum tribus millibus armatorum
Domino suo Regi Roberto. Otho siquide
lemannorum cum vniuersis copiis suis, Sa
Danorum montem Morciaci obsederat, &
risius multos assultus ignominiosè facieb
necessitate prælij Rex Robertus & parer su
tum primæ cohortis prædicto Comiti Gof
sa-gonnella tradidit, & ad persequendum

Alemaooorum Ducem & Consiliariom constituit. Persecutus est itaque Rex Robertus, Regem Alemanicum præeunte Goffrido Grisa-gonnella vsque ad fluuium Esne. Comes vero Goffridus gnarus pugnandi & assetus, tantam stragem hostium supra fluuium ediderat ante Regis Roberti aduentum, quòd stagnum putares, non fluuium. Alemannis itaque fugatis Rex Robertus congregato generali concilio, consilio Patris sui & Episcoporum, Comitum, Baronum, dedit Goffrido Comiti, quicquid Rex Lotharius in Episcopatibus suis Aodegauiæ, sribcer, & Cenomaniæ habuerat. Si quæ vero alia ipse vel successores sui acquirere possent, eadem libertate, qua ipse tenebat, sibi commendauit. Sed nequitia Comitis Tricacensis non potuit sustinere prosperitatem Roberti Regis. Sed ad eius deprimendam perfidiam, quam maiorem potuit exercitum Rex cõgregauit. Obsedit itaque Meludunum & cum ibi diu sedisset, vidit quod nihil proficeret. Vocato itaque Goffrido Grisa-gonnella cum Andegauensibus suis, sine mora ad coosuetum properauit obsequium. Goffridus autem veniens præmisit Constabularios, suos, rogaas vt ostenderet ei qua parte sederet. Illi vero reuersi nunciauerunt Domino suo, quod tantus erat exercitus, quod nullus erat eis ad obsidendum competens locus. Prædictum enim oppidum in insula Sequanæ situm, erat circumdatum vndique muro calce & arena composito. Videntes itaque Andegaui, quod nullum poterant habere hospitium, induunt arma, perrumpunt per medium exercitum, transeunt fluctus Sequanæ, dant assultum uppido, virtute consueta capiunt castrum. Quod exercitus non potuit per tres menses, illi dimidiæ diei spatio adepti sunt. Franci verò huius gentis inauditam admirantes audaciam, vbicumque locorum ipsos omni laude magnificabant. Videns autem Rex tantam Principis strenuitatem, & ipsum prævalere in regno tantum armis, quantom consilio, & quia hic & alibi bene meruerat, sibi & successorib. suis iure hæreditatio Maioratum regni & regię domus Dapiferarum cunctis applaudentib. & laudantibus exinde constituit. Hæc verba dixit Fulco Comes Tescellino Capellano soo, Audi-presbyter, cuiusmodi obseqnia præstitit Comes Goffridus Grisagonnella Domino Regi Roberto. Dauid Comes Cenomannorum, & Goffridus Comes Corbonensis dedigoabantur recipere feudum suum à prędicto rege, asserentes nullo modo se posse subiici generi Burgundionum. Audiẽs autem Rex eorum sopetbiam, & videns regni sui non paruam diminotionem, babito consilio cum Goffrido Comite, & cum primatibus regni, tempose constituto & die denominato decreuit obsidere castrum Moritoniæ. Comes vero Goffridus cognoscens aduentum exercitus Regis, mouens castra de Vindocioo, dans assultum prædicto castro virtute consueta & probitate gentis suæ, Goffridom Comitem & oppidanos suos mious timentes cepit, & Domino suo Regi tradidit. Dauid vero Comes dedignans ad colloqoium Regis venire, mandanit quod nullo modo se Regi subiiceret, & quod nullo tẽpore Rex Robertus Cenomanniram suam videre præsumeret. Audiens autem Rex arrogantiam & indignationem prædicti Comitis, ipsum dedit, & Cenomannieam suam Goffrido Grisagonnella & suis successoribus ex Regio tribuit iure possidendam. *Hucusque sunt scripta Fulconis Hieresolymitani.*

Vos autem qui ista scripta audieritis, scitote quod ego Hugo de Cleeriis vidi scripta Pulconis Comitis Hierosolymitani in Ecclesia sancti Sepulcri de Lochis, de Maioratu & Senescalcia Francorum sibi & suis antecessoribus à Rege Roberto collatis.

Inter Regem Ludouicum Philippi Regis filium, & Fulcooem, qui postea factus est Rex Hierusalem, magna erat dissensio. Fulco enim Comes nolebat ei seruire. Rex vero Ludouicus dederat Maioratum & Seoescalciam Franciæ Anselmo de Garlanda, & postea Guillelmo de Garlanda, de quibus Fulco Comes suas redibitiones & sua hominia habere non poterat. Contigit autem Regem Ludouicum maximã guerram habere cum Hẽrico Rege, filio Guillelmi acquisitoris Angliæ. Ob hoc itaque Rex Ludouicus requisiuit Fulconem Comitem, vt de guerra ista eum iuuaret: Comes vero respondit, quod nullo modo ei seruire debebat eum namque de Maioratu & Senescalcia Franciæ exhæreditabat. Tunc Rex Lodouicus per Amauricum de Montesorti, auunculum Fulconis Comitis, & per Goffridum Abbatem Vindocinensem, & Radulphum de Balgentiaco mandauit Comiti, de omnibus istis & maioribus aliis istorum consilio se versus Comitem emendaturum. Comes igitur Fulco suos consulens homines, videlicet Robertum de Blo, Salmaciom de Permina, Hugonem de Cleeriis, Gaudinum de Vegia, & multos alios, respondit Regi Ludouico, vt si hoc faceret quod mandauerat, quod hoc & alia adiutoria quæ ab eo exigebat, libenter faceret. Die autem illo, quo consilium captum est, Curia Andegauiæ erat repleta bonæ militiæ & sapientissimę. Tuoc Amauricus de Mõtesorti, aliique qui verba Regis attulerant, laudauerunt Comiti Fulconi, vt per quendam quem Rex cognosceret Regi responderet, ac super his, antequã nuntij Regis forent reuersi, festinanter grates & mercedes redderet. Consiliarores autem Comitis audientes coosilium, quod Amauricus dederat, laudauerunt illud consilium. quod cum Comitissa Aremburgis audiret consilium, laudauit quod nullus iret nisi Hugo de Cleeriis. Ego itaque Hugo de Cleeriis perrexi Parisius: dehinc ad Guenoricum inueni regem & Comitem Belli-montis. Eo itaque inuento apud Genoricum, inter Pontesium & Bellum montem, & Caluum montem, locutus sum cum Domino Rege. Primum illum salutans ex parte Comitis reddidi ei grates & mercedes super suo mãdato quod Comiti Fulcoi mandauerat Hinc ei dixi, quod Fulco Comes ei suum offerebat seruitium, aut in præsentiarum, aut post, si vellet, colloquium. Rex inde lætatus dixit se multum prius velle colloquij. Assignatus est ergo & dies & locus colloqui inter Marchesnesum & Bircium in Beaussa Inter hæc mandauit Rex Comiti, vt Gaufridum filium suum, qui nunc iacet in Ecclesia sancti Iuliani Cenomanensis, ad colloquium secum abduceret. Illum namque multum optabat videre. Cumque dies instaret colloquii Dominus Rex Ludouicus & Fulco Comes ad locum constitutum venerunt cum suis consultoribus. ibique recognita sunt iura Comitis, videlicet Maioratus & Senescalcia Franciæ. Guillelmus de Garlanda tunc Franciæ Senescallus recognouit in illo colloquio hominium se debere Comiti Fulcooi de Senescalia Franciæ; & inde fuit in voluntate Comitis. Post Guillelmum fuit Senescallus Stephanus de Garlanda, qui fecit hominium Comiti, post Stephanũ, Radulphus Perooæ Comes, qui similiter fecit hominia & seruitium. Ille enim qui Senescallus erit Franciæ, Comiti faciet hominium, & talia seruitia. Si Comes perrexerit ad Curiam Domini Regis, Senescallus præcipit Marescallis Domini Regis, vt præparẽt & liberent hospitia Comiti. Cum Comes venerit, Seoescallus ibit ei obuiam, & conducet ad suum hospitium. Tũc Senescallus ibit dicere Regi Comitem Andegauæ venisse. Si comes ad regem ire voluerit, Senescallus ad curiam eum deducet, & de curia ad suum reducet hospitium. Si vero ad coronamenta Regis Comes ire voluerit, Senescallus præparare & liberare faciet hospitiũ, quod Comes habet proprium & debitum. Cum autem die suæ coronæ ad

A mensas Rex discubuerit, scamnum pulcherrimum fulcro pallij aut tapeto coopertum Seoescallus præparabit, ibique Comes quousque fercula veniant sedebit Cum vero primum venerit ferculum, Comes se desibulans è scamno surget & de manu Senescalli ferculum accipiens, ante Regem & Reginam apponet, & Senescallo præcipiet, vt exinde per mensas seruiat: & Comes retro sedebit, donec alia veniant fercula: & quemadmodum super primo fecit, de alijs similiter faciet. Finita demum celebraoone mensarum, Comes equum ascendet, & ad suum redibit hospitium, Senescallo comitante. Deinceps equus ille, quem Comes adduxerit ad curiam, dextrarius videlicet, coquo Regis feudaliter dabitur: pallium quo in Curia affibulatus erit, dispensatori dabitur, scilicet post prandia. B Tunc Panerarius mittet Comiti duoa panes atque vini sextarium, & coquus frustum carnis & vini haustum. Hęc est enim liberatio Seoescalli illo die. Hæc fercula accipiet Senescallus Comitis, atque dabit leprosis. Insuper, cum Comes in exercitu Regis perrexerit, Senescallus Franciæ papilionem centum militum capacem ei præparabit, & sommarium ad illum portandum, & chordas & paxillos, & hominem equitantē ad conduceodum, & duos homines pedites Finito exercitu, Comes si voluerit Senescallo reddet papilionem: si non reddidit, non ideo minus in alio exercitu papilionem habebit, comes cum in exercitu Regis fuerit vel ierit, protutelam faciet ei; in reditu retutelam: & quicquid ei acciderit siue bonum siue malum, ore Domini Regis inde noo vituperabitur. C Ego Hogo de Cleeris vidi hæc seruitia reddere comiti Fulconi Regi Hierusalem in duobus exercitibus Aluerniæ, & in vno coronamento Bituri: & Comiti Gauffrido, qui est sepultus Cenomanis, vidi reddere in voo coronamento Bituri, & in alio Aureliani.

Item Galterius de Siluanecti prouincia recognouit ante Regem Ludouicum me præsente & audiente, se tenere de Comite Andegauensi quicquid habebat in villa Syluanectis extra muros, & foragia totius Arbriæ esse de feudo Comitis Andeg & omnia casamenta. Radulphus de Marrerio & Thomas frater suus solebant seruire in Andegauia de feudo suo. Et ego Hugo de Cleeris, dum loquor cum Rege Ludouico, audiui ab ipso hæc verba: D Radulphe de Marreio, vide Hugonem de Cleeris militem Comitis Andegau. Domini tui, vade seruitium feudum tuum Marescalciæ, & hospitare Hugonem, quia habes istum feudum à Comite. Tunc Radulphus hospitatus est me sub nomine Marescalciæ. & adiecit Rex: Ego Dei gratia iam som bene cum Comite Andegauensi. De cætero Comes appellatur Maior in Francia propter retutelam quam facit in exercitu Regis. Item quando erit in Francia, quod & curia sua iudicauerit, firmum erit & stabile. Si vero contentio aliqua nascetur, iudicio facto in Francia, Rex mandabit quod Comes veniat illud emendare: & si pro eo mittere noluerit, scripta vtriusque partis Comiti transmittet, & quod inde sua curia iudicabit, firmum erit & stabile. E Ego Hugo de Cleeris vidi multoties iudicia facta in Francia io Andegauia emeodari. Sic fuit de bello apud sanctum Audomarum facto, & pluribus alijs placitis & iudicijs. Hoc vidi, & multi alij mecum.

S. METHOD
EPISCOPI TY
HOMILIA IN FESTO PV
ficat. B. Virginis, per Pet. Pa
edita, eodem interprete.

Ex Bellarm. de script. Eccles.

S. METHODIVS Episcopus Ty
tuit tempore Diocletiani Impe
anno eius 20. martyrio corona
ex Hieronymo de script. Eccl
multa scripsit, sed nunc extant
fragmenta satis magna ex lib.
resurrectione aduersus Origenem, apud Epiph
resi. 64. Extant etiam alia *fragmenta apud P*
in Biblioth. Circumfertur *libellus reuelation*
nomine S. Methodij, sed suppositicius censetu

METHODII EPISCO
PATARENSIS ET MARTY
de Symeone & Anna, quo die si
templo occurrerunt, deque sa
Deipara, Sermo.

QVum olim, quantum quidem
ret licuit, quæ de virginitate di
erant, in libris Symposiacon de
rare compositis, abundè expl
mus: hodierna die eam ipsam vi
tatis solidam gloriam, coronamque immarc
lem alumnis Ecclesię, quo se oblectent, sem
D medium ecce produxit. Hodie enim concili
uinorum oraculorum aperitur: gloriosæque
diei signa præfigurata, eorumque exitus atqu
ctus à sacris præconibus Ecclesiastico cœtui rel
rur. Hodie finis antiquo illi veroque consilio
impositus, præclarè mondo manifestatur. Ho
tra vllum tegumentum, aperta facie, Domin
oæque ac veræ ipsius arcæ dignitatem conte
mur. Hodie cœlestem illam, gentibusque an
spectatam lætitiam humeris suis sanctissimus
uentus baiulans, mortalium generi impertitur
veterunt vetera; efflorverunt noua, & quæ non
rascunt. Non iam ampliùs austerum Legis dec
dominium exercet: sed gratia Domini regnum
salubri longanimitate omnes ad se conuertens
E rursus Ozan aliquis, quæ tangenda non eran
tingere audens, inuisibiliter flagellatur Deu
nos ad se inuitat, & quis adhuc præ timore cu
tur? *Venite*, clamat, *ad me omnes, qui laboratis,*
rati estis: & quis non accurret? Neque veri
quam Iudæorum veritati contradicat; ad tem
mo Abeddaræ præfiguratam respiciens. Io p
Dominus venit; palam soper viua animata qu
arca, tanquam super propitiatorio, in terra
phans. Hanc publicanus contingens iustus
huic se meretrix applicans casta redditur. H
prorsus contrectans, citra dolorem velut tec
Neminem repellit, neminem fastidit, aut ab

A tur, impertitur salubria; nihil quemquam participat noxij propitissimus enim erga homines Dominus in aa requiescit. Hæc nouæ sunt gratiæ munera. hoc recens sub Sole accidit; non olim factum, non post futurum. Quod Deus pro sua in nos misericordia præfiniuerat, venit; & pro se digna erga genus humanum propensione, ipse adimpleuit. Quamobrem iure optimo sacra illa tuba intonuit: *Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua.*

2. Cor. 5. 17.

Ac quidem quid mente concipiam, quid eloquar dignum hac die, ad ea quæ assequi non possim, enitens? Vincit enim, ac longè superat omnem sermonem Virginis huius sanctæ memoria. Quocirca deterrente vitium nostrarum imbecillitatem laudum ipsius magnitudine, ad hymnum eidem pro ingenij nostri facultate decantandum
B confugere; nosque ipsos inuicto hoc certamine victos gloriatores, vnaque cum Christi grege festi huius studioso lætitiam iungentes, choreas saltem ducere libet. Vos verò diuini in primis pijque auditores, cum silentio adeste, vt per aurium sinus intelligentiæ vestræ velut portum veritatis merces placidè subintrent. Festum agimus non ex Græcorum vanis fabulis, ridiculum attonitumque Deorum conuiuium secum adducens; sed eius Dei, cuius gloria tanta est, vt sustineri nequeat, quique rebus omnibus superior est, humilem ad nos vsque demissionem nos edocens. Age ergo altiloque præconum, ac maxime Prophetarum Esaia, gloriosi huius festi publico conuentu celebrati, Ecclesiæ edissere Sacramen-
C ta: nosque ad hoc velut epulum admissos, vt * optimos conuiuas præstantissimis quibusque exsaturari permitte: quo veritatem, quæ est apud nos, speculo, quod est apud te, vt minimè mendax interpretas, ex aduerso conferens, ob effectum oraculorum iam completum, manum manu lætus complodas.

* Sic etiam Nazianz. homilia εἰς τὰ φῶτα τῆς συνήθους ἡμῶν, τοῦτο principium, χρὴ ... ἐγὼ ... ἑστιάτορι ἡμῶν, ... ἀρίστων ... λόγων ... διαπ... ... πλουσίῳ ... φιλοτίμως.

Esa. 6. 1.

Factum est, inquit, *anno quo mortuus est Ozias Rex, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum: & plena domus gloria eius, & Seraphim stabant in circuitu eius: sex alæ vni, & sex alæ vni. Et clamabat alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth; plena omnis terra gloria eius. Et eleuatum est superliminare à voce, qua clamabant: & domus impleta est fumo. Et dixi, O miser ego, quia compunctus sum: quia homo quum sim, & immunda la-*
D *bia habeam, in medio populi immunda labia habentis habito; & Regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. Et missus est ad me vnus de Seraphim: & in manu sua habebat carbunculum, quem forcipe sumpsit ab altari; & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua circumpurgabit. Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum hunc? & dixi: Ecce ego; mitte me. & dixit: Vade, & dic populo huic: Audita audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non perspicietis.* Atque hæc quidem sunt Prophetæ per spiritum prænunciata vaticinia. Tu verò carissime mihi considera dictorum vim atque potentiam: vt sacramentorum euentum assequaris; & cuirai hic noster conuantos fiat, recognoscas. Quumque Pro-
E pheta tanto tempore antè hoc miraculum fuerit vaticinatus; age tu, summa cum festinatione animique alacritate, perspicaci intelligentiæ tuæ oculo Bethleem illam inclytam adi; manifestamque ibi tuo animo tantum imaginem effinge; prophetiam cum ipso rerum euentu componens. Neque enim multis tibi verbis opus fuerit ad cognitionem totius rei consequendam, modo factis, quæ illic geruntur, mentis oculos diligenter aduertas. *Omnia* quippe *sunt abuia intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam.*

Prou. 8. 9.

Ecce enim ibi tanquam thronus sublimis atque eleuatus, ob gloriam illius, qui ipsum est fabricatus, virgo mater Regi Domino Sabaoth palam instruitur. Super illo nunc mente tibi Dominum carne indutum pu-

A blicè prodeuntem imaginare: super illo, inquam, virginali throno eum, qui ad te nouam hanc laudibusque omnibus celebrandam profectionem adornauit, venerare. Circumspice autem fidei oculis: & inuenies in ipsius comitatu regium quoque illud Seraphicorum Spirituum Sacerdotium. Amat enim etiam huiusmodi satellitium Regis talis sequi præsentiam. Vnde etiam eo in loco laudauisse dicuntur non solùm trinam illam diuinæ vnitatis hypostasin; sed quæ nunc in terra occurrit, per Dei apparitionem, vnius in sancta Trinitate suppositi omnibus venerandam gloriam; in eo quod dicant: *Plena omnis terra gloria eius.* Credimus enim, Filio, nostra causa, ob propensam suam in nos voluntatem, carnem in-
B duto, & Patrem, qui ab ipso separari non potest secundum diuinitatem, vnà cum eiusdem essentiæ Spiritu, adesse. *Deus enim*, inquit Paulus ille sacrorum antistes, *erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans ipsis delicta ipsorum:* Patrem in Filio, propter vnam eandemque voluntatem, esse ostendens.

2. Cor. 5. 19.

Vbi verò perspexeris, festi huius studiose, hæc adeo præstantia, quæ in Bethlaem tua causa perficiuntur, libenter magnoque animo te cœlestibus illis adiunge Spiritibus, salutem hanc tuam vna tecum concelebrantibus: choreasque coram virginali hoc throno, sicut olim Dauid ante faciem arcæ, lætus ducito:

2. Reg. 6. 14.

Dominumque qui vbique & semper adest, quique è Themane, vt ait Propheta, secundum carnem hominum generi apparere voluit, benedicito. Dic vt

Habac. 3. 3.

C Moyses: *Iste Deus meus, & glorificabo eum; Deus patris mei, & exaltabo eum.*

Exod. 15. 2.

Cæterùm diuinæ huius in nos liberalitatis beneficium, fructumque potissimũ; & quænam ratio Regem illum gloriæ nobis ex Bethleem excitauerit, inuestigemus. Et quidẽ vt in Bethleem corporatus nasceretur, eum qui cogi alioqui nõ poterat, nostri nempe miseratio coegit. Verum infantulus lactens, & in tempore, qui est sine tempore, vt fieret, fasciisque, qui tamen iis coërceri natura sua non poterat, vt attineretur; inquilinus denique ac profugus redderetur, quænam ipsum necessitas compulit? Si & hæc vobis cognoscendi est animus diuina plane Deoque afflata cognitio; audite Moysem clare populo enunciantem, & ad cognitionem supernaturalis huius generationis eos velut exstimu-
D lantem, dicentemque: *Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.* O res stupenda! *O altitudo diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei!*

Exod. 34. 19.
Luc. 2. 23.
Rom. 11. 33.

Decebat videlicet Dominum Legis & Prophetarum, iuxta Legem suam omnia perficere: neque eam abrogare, sed potius implere; & de hinc ad Legis perfectionem gratiæ suæ principium adiungere. Et quidem propterea mater ipsius, supra Legem existens, se Legi submittit: quæque pura quum sit, tempus tamen quadraginta dierum in pollutas constitutum præfinitumque obseruat: sicque Legi obediens is quoque, qui à Lege liberat: & oblatio pro eo offertur, qui nos sanctificauit * par autum mundarum, in testimonium illorum qui mundi inculpatique accedebant. Quod

Luca 2. 24.

E verò impollutus hic partus, piaculisque minime obnoxius, adstruat meo sermoni Esaias fide, disertè vniuersæ terræ, quæ sub sole est, denuncians: *Antequam*, inquit, *aut parturiens pareret, aut antequam veniret labor pariendi, effugit, & peperit masculum quis tale quid audiuit? aut quis simile vidit?* effugit igitur, quæ mulieribus propria sunt, Sancta prorsus virgo mater, etiam antequam pareret. Sine viri quippe congressu quum concepisset, Spiritu sancto sibi eam iam antea desponsante & sanctificante, peperit primogenitum & vnigenitum Patris Filium; eum, qui in supernis vnigenitè absque matre, ex paterna substantia eluxit, virginitatemque naturalis vnitatis indiuisam inseparabilemque cõseruauit: quique hic in terris, ex virginis nuptiali thalamo, sponsi instar, Adami

Esa. 66. 7.

A naturam sibi firmiter adunans consociansque, indiuulsam atque incorruptam matris puritatem custodiuit, eum, inquam, qui in supernis corruptibiliter genitus, in inferioribus hisce ineffabiliter natus est. Ceterum ad institutum orationem nostram referamus. Propheta igitur ex Nazareth virginem, vt in Bethleem fœtum illum salutarem eniteretur, eduxit: quo consilio? nempe vt mundo vitæ iam suæ spem demonstraret. Eandemque ob causam ex diuersorio illo Bethleemitico Dei illa se area attollens, (soluit enim Legi quadraginta dierum debitum, non quòd eo teneretur, sed quod gratuito id facere volebat) in montibus Sion requieuit: accipiensque castissimo suo sinu, tanquam in sublimi quopiam, naturamque humanam longè excedente throno, illum omnium Regem, quique idem cum Deo & Patre solium tenet; B eiusdem, ita tamen vt ab illo nunquam discedat, Filius existeos; illic per impollutam illam castámque conceptionem exhibuit: sacrumque ad templum sacra mater ascendit; vt Legi nouum miraculum manifestum reddat, partum videlicet diu quæsitum, * virginalem vuluam aperientem, nec tamen claustra eiusdem virginitatis rumpentem. Qui quom supra Legem esset, Legem impleuit: qui quum iam antè genitus fuisset, postea rursus est genitus, & ex ipsa præter naturæ Legem, carnem assumpsit. Nam si homo quis omnis vulua ex viri priùs coniunctione aperta, & semine conspersa, principium pariendi accipit, doloribusque partui finem imponentibus fructum tandem ratione præditum naturæque consentaneum, rerum omnium Conditoris sapientia, in lucem edit; C ex præscripto illius quod Deus ait: *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Huius autem vterus neque prius apertus, neque naturali semine conspersus, fructum supra naturam, naturæ tamen congenitum, germinauit: idque citra vllum indiuulsæ vnitatis detrimentum, ad maiorem miraculi intensionem, ipsa in eadem virginitatis ratione permanente. Ascendit igitur in templum, templo ipso sublimior, duplicem gloriam induta; intemeratæ inquam virginitatis, & ineffabilis fœcunditatis; Legisque benedictionem, & granę sanctificationem. Atque ob id etiam ille Videns ait: *Et plena domus gloria eius, & Seraphim stabant in circuitu eius, & clamabat alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, plena omnis terra gloria eius.* Atque hoc ipsum D est quod beatus Propheta Abacuc lepidè modulatus ait: *In medio duorum animalium nosceris: dum appropinquauerint anni, agnosceris: dum tempus aderit, ostenderis.* Inspice mihi verò penitus accuratam hic Spiritus diligentiam. † notionem dicit, agnitionem & ostensionem quorum singula hæc declarant: illud quidem; *In medio duorum animalium nosceris*: in primis diuinæ gloriæ ipsius, quæ sub Lege erat, in adytis super arcæ propitiatorium, in medio typicorum Cherubim velut adumbrationem, (*unde* enim ad Moysem ait, *tibi innotescam*) præterea etiam obuiantem tunc nobis per Saluatoris ipsius secundum carnem, diuinam laudibusque omnibus celebrandam apparitionem, Angelorum concursum. quamuis natura illa sua, vt Esaias iam antè declarauit, sub no- E strum adspectum minimè cadat. Quod autem ait; *Dum appropinquauerint anni, agnosceris*: omnino inclytam illam, vt iam dictum est, secundum carnem, inuisibilis alioqui Dei Seruatoris nostri, agnitionem significat. vt magnus ille factorum mystes Paulus ait: *Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege: vt eos qui sub Lege erant, redimeret; vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quod autem subiungitur; *Dum tempus aderit, ostenderis*: nulla vtique expositione indiget, si quis solertes ad festum, quod nunc celebramus, oculos intenderit. *Ostenderis* enim, inquit, tan-

* Piè interpretare Lector: nempe Auctorē loqui, eo modo intelligendū, quo te Amphilochius explicat quadam *sic* *Centesima* Homilia, scilicet: quantum pertinet ad virginalem naturā, virginea claustra nullo modo aperta fuerunt. quantū ad potentiam genitii Domini, nihil clausum, omnia aperta.

Gen. 1. 28.
Esa. 6. 3.
Abacuc. 3. 2.

† *Notio*
Exod. 30. 6.

Agnitio.

Gal. 4. 4.

Ostensio.

A quam in disco quopiam, seu ferculo regio, ab metata matre tua in templo, idque cum carnis assumptæ ornamento. Quæ quidem Prophet nifestius summatim reperens, exclamauit in ha ba: *Dominus in templo sancto suo: reuereatur omnis terra.* Tremendum enim reuera, ô virgo, intelligibilis, glorificate, Deóque digne: tremendum, inquam, est, quod in te editu sacramentum. Produxisti enim cœlestibus ter busque immensum atque inusitatum prorsus culum. Cuius rei indicium argumentumque s simom est, quod ad nouum hoc genus supernat tui puerperij Angeli in terra cecinerint: *Gloria tissimis Deo, & in terra pax; in hominibus bona v tas*: triplici nimirum Cantici varietate triplicem B ctitatis rationem inducentes. Beata tu in gener oibus, inter mulieres omnes Deo maximè felix: per te impleta est terra diuina ipsius gloria. Vt Psalmis canitur: *Benedictus Dominus Deus Isra replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. E natum est*, inquit Propheta, *superliminare à voce clamabant* quo significatur, templi velum cora ea testamenti, quæ tui figuram gerebat, in umb dimotum fuisse: quo mihi ipsa rei veritas apert nifestetur; perque typos & signa, quæ præcesse ego cum reuerentia atque tremore ad sacramen quod in te editur, honorandum venerandun arudiat; ac per Legis hanc velut delineationem eo, qui vniuersa incomprehensibili quadam ra constituit, audacius impudentiusque fixo ocul C intuitu contemplando teriener. Si enim arcæ, sanctitatis tuæ imaginem tantum in se gerebat, ius à Deo honos habitus fuit, vt nemini, nisi so cerdotali dignitati ad illa, quæ in ipsa recondita cognoscenda ingressus concederetur; velo, quo dem obtendebatur, tanquam reginæ cuiuspiam stibulum distinguente, custodienteque: quis tād & qualis venerationis cultus à nobis, qui minim mus, tibi debetur? tibi, inquam, quæ verè regin quæ verè Dei Legislatoris animata arca; quæ ve pax cælum ad Deum, qui nusquam alioqui cap test, recipiendum facta? Te enim sanctissima v tanquam die clarissima mundo affulgente, iust que solem illum producente, odiosus tenebrarū ror depulsus est, tyranni potentia irrita effecta; D destructa, infernus absorptus; omnis inimicitia pacis conspectum dissoluta; morbi noxij, sanitatis neficio iam imminente, procul omnes facessere vniuersusque terrarum orbis veritatis purissima luce perfusus. Ad quæ haud dubiè alludens Sal in Canticis suis ita exorditur: *Patrueli meus mih ego illi: qui pascit in lilijs, donec aspiret dies, & d ueantur vmbra.* Quoniam igitur *Visus est Deus rum in Sion, & magnificentia decoris eius in Iern apparuit*: &, *Lux orta est iusto, & rectis corde læt* iuxta beatum Dauidem: ille eorum omnium p erendorum perfectus auctor ac Dominus, Legis ctorem atque ministrum in partem muneris, ac munium illorum quæ per Spiritum sanctum age tor, conuocauit. Quo factum, vt senex ille Syn E imbecillitatem ætatis exutus fideique robur ind ante faciem Legis, datorem Legis accipere fes uerit; auctorem, inquam, ipsum & præceptorem gis, Deum Abraham, protectorem Isaac, Sanctu rael, Moysę mystagogum, quique diuinam suan carnationem tanquam posteriora eidem se pa cturum promiserat: illum, qui in mendicitate d est; in infantia sæculis omnibus prior; in visione uisibilis; in apprehensione incomprehensibilis paruitate supra omnem magnitudinem; in ter simul, & in altissimis; in throno regio, & in vehi Cherubico; qui in supernis pariter, & in inferio continetur; in forma serui, & in forma Dei P obed

obediens, & idem Rex vniuersorum. Atque hinc bonus ille senex, totus in desiderio, totus in spe, totus in lætitia fuit: non iam amplius suus, sed totus eius, qui ab ipso spectabatur. (Simeon) Spiritus Sanctus ipsi feliciter annunciauerat; natura iam velut extinctum excitauerat: & priusquam templum ipsum attigisset intelligentiæ oculis velut extra se subuolans, vt si iam haberet quem diu desiderasset; præingenti voluptate gestit. Sicque ductus, ac per gradus celerrimè conscendens, sacrum hactenus penetrale occupat: temploque omisso, templi ipsius præsidi sacras vlnas expandit; quæ talis festi congratulationi conueniebat, festiuo sermone decantans. Te, inquit, desidero, Domine Deus patrum, Domine misericordiæ: qui sponte tua ac virtute, rerumque vniuersarum prouidentia ad nos vsque te deijcere, & humilitate illa tanta, tanquam certo fœderis pacto interueniente, inter cœlestes atque terrigenas concordem amicitiam conciliare non dedignatus fuisti. Te quæro rerum omnium Conditorem: te summa cupiditate expecto solo verbo vniuersa fouentem ac protegentem: te præstolor vitæ mortisque dominatorem: te maneo Legis datorem, eiusdemque successorem: tui fame teneor mortuorum viuificatoris: te sitio defatigatorum refrigerationem: te auidissimè concupisco mundi fabricatorem & liberatorem. Tu noster Deus; te adoramus: tu templum nostrum sanctum: in te vota faciemus: tu sanctorum rituum cerimoniarumque auctor; tibi paremus: tu Deus primus, ante te non est factus alius Deus ex Deo Patre; neque post te alius futurus est Patri consubstantialis, eiusdemque cum ipso gloriæ. Te cognoscere, solida iustitia est; tuam potentiam intelligere, radix immortalitatis. Tu salutis nostræ causa, lapis ille angularis, exquisitus ac pretiosus, Sioni iam antea prædictus. Subiecta enim tibi sunt omnia, tanquam omnium auctori; tanquã omnia, quum non essent, in rerum naturam producenti, constitutionemque firmissimam instabilibus per se, tribuenti; tanquam compactori atque custodi omnium conditorum; tanquam natiuitatum diuersarum architecto; tanquam manu tua fortissima ac sapientissima vniuersa moderanti; tanquam omnis recti ordinis conseruatori; denique tanquam vniuersę concordiæ ac pacis indissolubili connexioni. *In te* (Act. 17. 28.) *enim viuimus, & mouemur, & sumus.* Propterea Domine (Iud. 15. 2. / Esa. 25. 1.) Deus meus, glorificabo te: *Laudabo nomen tuum, quoniam fecisti res admirandas, consilium antiquum, verum, confessionem & decorem indutus.* Quid enim Regi splendidius purpurea veste, circumornata coloribus, & diademate circumfulgente? Quid (Psal. 103. 2.) porrò Deo, in homines propensissimo, amica hac hominis assumptione, quæ clarissimis suis radijs *sedentes* (Esa. 42. 7.) *in tenebris & vmbra mortis illuminat* illustratque, magnificentius? Apposité sane te Regem sæculorum temporarius ille Rex ac famulus tuus faustis iam antea congratulationibus honoribusque prosequutus (Psal. 44. 3.) est dicens: *Speciosus forma præ filiis hominum,* in hominibus Deus, & ipse homo. Circumcinxisti enim (Esa. 11. 5.), per diuinam tuam incarnationem, *iustitia* quidem *lumbos tuos, iunxisti autem & veritate latera tua:* cum reuera ipse nihil sis nisi veritas atque iustitia, omniumque exultatio. Lætetur igitur mecum hodie cœlum: quoniam misertus est Dominus populum (Esa. 45. 8.) suum. Rorent & nubes iustitiam mundo, annuncientque tuba fundamenta terræ pacem in inferno constitutis: adest enim dormientium resurrectio. Producat & terra misericordiam inhabitantibus eam. (2. Cor. 7. 4.) *Impletus enim sum consolatione, superabundo gaudio:* quòd te videam Seruatorem hominum. Gestiente autem sic sene nostro, diuinaque lætitia exultante, quæ antea per figuram Esaias vaticinatus fuerat, palam sancta Dei genitrix re ipsa com-

A pleuit. Accipiens enim ex puro immaculatoque illo altari suo carbunculum illum viuificum atque ineffabilem, carne indutum, sanctarum manuum suarum complexu, tanquam forcipe, iusto illi porrexit; huiusmodi, vt mihi quidem videtur, verbis vtens, ipsumque exhortans: Sume senex honorate, & Sacerdotum optime; sume Dominum; & spe tua, nequaquam vidua destituta, fruere. Suscipe thesaurum nunquam deficientem, diuitiasque certissimas, vir generosissime. Amplexare potentiam inenarrabilem, vimque incomprehensibilem, quæ te confirmet, vir sapientissime. Circumplectere magnitudinem infinitam, fortitudinemque inuictam, sacrorum præfecte præstantissime. Circumplicare illi, qui vera est vita, à seipso viuendi originem habens, & viue B, senex venerabilissime. Arcto complexu tibi adiunge incorruptionem, & renouare, virorum iustissime. Non audax hoc facinus, ne quid trepides, Sacerdotum pijssime. Satiare illo, quem diu exoptaueras; & delectare tibi dato, seu verius seipsum danre, Sacrificorum augustissime. Illustrare iustitiæ sole, per purissimum carnis assumptæ speculum, coruscante, mortalium religiosissime. Ne tibi hæc tranquillitas timorem incutiat, neu mansuetudo perterreat, vir beatissime. Ne obstupescas ad lenitatem; neu clementiam exhorrescas, vir modestissime. Magno animo eidem adglutinare: nec obedientiam differ. Non temeritatis est, quod tibi dicitur porrigiturque; ne igitur respuas, vir vrbanissime. Non comburit ignis gratiæ Domini mei; sed C illuminat, vir omnium æquissime. * Rubus mei figuram in se repræsentans, te subsistentiam ignis illius non subsistentis doceat, vir Legis peritissime. Caminus ille velut ventus roris susurrans, tibi œconomiæ huius sacramentum persuadeat, magister optime. Vterus denique meus tibi documento sit: in quo contentus fuit is, qui nusquam alioqui contineri potest: ex quo & carnem assumpsit Verbum illud, carnis expers. Non rursum tubæ accedentes arcent; non iterum mons fumans appropinquantes terret; non amplius Lex audacius attingentem crudeliter punit. præsentia enim, plena insignis cuiusdam in homines studij sunt: demissionis, quæ perficiuntur; bonitatis, quæ apparent. Gratè excipe D Deum ipsum ad te venientem: ipse enim auferet iniquitates tuas, & peccata tua expiabit. In te primum mundi vniuersi informetur lustratio: in te ac per te innotescat gentibus, quę secundum gratiam est iustificatio; tu viuificis hisce primitijs dignus. Vsus es Lege, vtere & gratia. fatigatus es litera? renouare nunc spiritu exue vetustatem; induere nouitatem. hæc enim te ignorare nequaquam existimo. Ex quibus dictis iustus ille fiduciam sumens, exhortationibusque Deiparæ, Deo erga homines subseruientis, obediens, senilibus suis vlnis *antiquum* illum *dierum*, in infantia existentem, suscepit; Deumque dilaudans ait: *Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium* E *populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Accepi abs te omnis tristitiæ expertem lætitiam: tu Domine me lætantem, misericordiasque tuas deprædicantem, accipe. Tu enim mihi hoc dedisti gaudium: ego gratiarum tibi munus gaudens rependo. Cognoui diuini in nos amoris potentiam. nostra enim causa Deus ex te inenarrabiliter & absque corruptione generatus, est homo nunc factus. Agnosco, ô Deus, mę erga nos sollicitudinis non dicendam magnitudinem: quoniam diuina tua viscera in nostrum auxilium emisisti; nunc demum intelligo illam Salomonis doctrinam dicentis: *Fortis vt mors dilectio.* Per eam enim (Cant. 8. 6.)

* Gregorius Nyss.
Chrysost.
Theodoret. qu. 6. in Exod.
Exod. 3. 2.
Dan. 3. 21.
Exod. 19. 16
2 Reg. 6. 6.
Dan. 7. 13.
Luc. 2. 29.
Simeonis ad Iesum oratio.

stimulos mortis contereretur: per eam mortui vitam A videbunt: per eam mors mortem experietur, imperio, quod in nos hactenus exercuerat, deinceps cessante: per eam & serpens malorum principium capietur & submergetur. *Psal 97.2.* *Notum nobis Domine fecisti salutare tuum*, propaginem nobis pacis resuscitans; neque amplius errantes erimus. Manifestum nobis Domine reddidisti, non in finem te seruos tuos despexisse; neque opera manuum tuarum, ô bone, oblitum fuisse. Misertus enim miserabilis nostræ conditionis, ingenitam tibi atque inexhaustam bonitatem copiose in nos effudisti, per vnigenitum, immotabilem, eiusdemque tecum substantiæ Filium tuum, redemptionem nostram operatus: magnitudine tua ac bonitate indignum iudicans, famulorum tuorum salutem, beneficiumque hoc tuum, ac reconciliationem eorum qui te offenderant, famulo cuipiam B tuo credere ac commendare; sed per lumen illud eiusdem tecum substantiæ Filium tuum, iis, *Esai. 9.2. & 42.7.* *qui in tenebris & vmbra mortis sedebant*, lumen donasti: vt *Psal 35 10.* *in lumine tuo*, cognitionis videant lumen: ac per Dominum, rerumque omnium conditorem, placitum tibi fuit, nos in immortalitatem reformare; & per eum ipsum, * qui nos ex paradiso deliciarum exterminauerat, reditum in paradisum nobis elargiri. ad hæc, per eum, qui habet potestatem dimittendi peccata, *chirographum contra nos factum delevisti*: denique per eum, qui tibi perpetuò assidet, quique à diuina tua natura discedere non potest, firmam nobis ad te adeundi fiduciam, amicamque reconcilia- C tionem tribuisti, vt per Dominum, in quem nulli imperium est, Deumque verum, & absolutæ potentiæ, tantorum bonorum velut sanctio subscripta, misericordiam iam consequutis certa atque indubitata beneficij in nos sui iura constituat. Cuius rei & *Esa 63.9.* Propheta iam antea meminerat dicens: *Non Legatus, non Angelus; sed ipse Dominus seruauit eos, propterea quòd amaret eos, & parceret ipsis: & suscepit & exaltauit eos.* atque hæc omnia non ex operibus nostris in iustitia, neque quod nos te amauerimus, (primus enim parens ille noster ex terra genitus, præstantissimisque paradisi delicijs atque habitatione dignus habitus, diuinum tuum ac salutare vilipendens D præceptum, indignus vitali illo loco est iudicatus: atque ita omnem suam progeniem, spurijs peccati propaginibus ipsam immiscens, in summam debilitatem præcipitauit) sed propter teipsum, ineffabilemque erga figmentum tuum amorem, misericordiam in nos tuam, Domine, corroborasti; nostramque abs te separationem dolens, teipsum super nostra corruptione placans, miserationum tuarum dono accumulasti. Vnde nobis Adæ soboli festa deinceps cum plausu aguntur: quod qui Adamum illum formauerat, sponte sua nouus Adam factus est; Splendorque Domini Dei nostri nobiscum habitauit: vt iam videntes Deum facie ad faciem, conseruemur. Hanc ob causam, ô Domine, vt in pace dimittar, abs te peto quæroque. Vidi salutare tuum; ab- E soluar ergo nunc literæ inentuo iugo. Vidi Regem sempiternum, quique successore caret, absoluar ponderoso hoc seruilique collari. Vidi Dominum natura sua omni dominio superiorem, liberatorem nostrum; consequar igitur libertatis meæ ab ipso decretum. Solue me Domine iugo condemnationis, & subde me iugo iustificationis. Solue me iugo maledictionis literæque occidentis, & insere me numero benedictionis, eorum qui in filiorum ius sunt adscripti, beneficio veri eiusdemque tecum gloriæ, ac potentiæ Filij. Sint porrò, inquit, hæc diuinis in nos muneribus breuissimè hactenus celebrandis commemorata. *Ad Mariã.* Ad te verò quid dicam, ô mater virgo, & virgo mater? Cuius enim opus non hu-

*Chrysost. λόγῳ εἰς τὴν μεγάλην [illegible] *Colos. 2.14.*

A manum est, eius nempe laus quoque hominem e
cedit. Quamobrem paupertatis hic meæ obscuri
tem donis muneribusque, quę in te Spiritus con
lit, illustrabo: quæque tua sunt tibi offerens, ex
mortalibus pratis factum tuum & à Deo coronat
caput dilaudabo: teque, ô Dauid filia, & Domin
Dei Dauid mater, patrijs ac peculiaribus tibi hy
nis prædicabo. Turpe enim fuerit, atque adeò
auspicatum, alienis te ornamentis exornari, prop
gloria præcellentem. Accipe igitur, ô benign
ma, dona pretiosa, tibique vni conuenientia, ô c
nibus generationibus excelsior, omnibusque vis
libus atque inuisibilibus operibus longè præstan
declarata. Felix radix Iesse, & ter beata domus
uid, in qua tu germinasti. *Deus in medio tui, &*
B *commoueberis. Sanctificauit enim te tabernacu*
suum Altissimus. In te quippe fœdera ac Dei t
menta ad patres nostros finem gloriosissimum a
petunt: quia ex te natus est Dominum Deus ille
titurum nobiscum. Atque hoc est, quod rubus ill
tactus ab incendio, atque illæsus, tui figuram d
cuiuspiam maiestatis plenam iam tum velut
neans, Deum in se gestauit, Prophetæ, quando
ipso videretur, ei placitum fuit, conspicuum fa
Dura autem rursus ac prærupta petra, quod ea
vniuersum orbem beneficium refrigerationie
manauit, & ipsa diu antè exprimens præfiguran
populo ex siccis terræ hiatibus in deserto defic
copiosum gratumque produxit auxilium. Qu
C Sacerdotis virga non obscuram significatione
pernaturalis tui partus exhibuit; in fructum ex
iam culturam efflorescens, Sacerdotis videlice
ennis arrhabonem. Quid? nonne idem Moys
magnus luculentè declarauit, propter figuras
lectu difficiles, quæ te tangebant, diutius in
te commoratus, vt ignota de te, ô casta, sacran
edoceretur, ad rei enim huius significationem
litudinemque exprimendam, arcam fabricar
sus, non obiter, velutque aliud agens, manda
temperare aggressus est; quamquam ipso d
dente tragica quædam accidissent; sed in qu
atque dimidium cubitos, arcam illam suscept
Legis, Cherubim coopertam, te Dei suscept
D apertissimè repræsentantem, postquam const
set, in medium protulit: te inquam repræsenta
quæ sine corruptione cócepisti; & ineffabiliter
qui incorruptionis est auctor ac firmamentu
peristi, idque in fine quinque & dimidio ci
rum mundi. Propter te ac intemeratam Dei
ex te incarnationem, semper immutabiliter
indiuisè in ipso permanentem, vrna illa aur
quam typus certissimus, manna, quod antea n
inuertebatur ac immutabatur, in se minimè
tum, sed in secula permanens conseruabat. F
tis etiam tuæ Elias Propheta præscius atque
tot in spiritu quum esset, vitæ illius * ignife
coronam colligauit; in hunc vsque diem diu
E fragio morte superior declaratus. Te quoq
dem successor Elisæus, à sapiente magistro h
initiatus, tanquam iam existentem, quæ tam
dum existebas, præfigurans; supra naturan
quibusdam, rerum earum, quę postea futur
veris indicibus, auxilium medicinamque in
bus attulit; nunc per nouam hydriam saluta
sal continentem, aquas exitiabiles sanans: ad
dendum, mundum per sacramentum in te is
tum esse recreandum: partim verò farina azy
tus tui, satu immunis, typo respondente,
acerbitatem à cibis profligans: nonnunqua
que virtute supernaturali res naturales, vt i
ne, superans; ac per hoc ipsum descensione
mini nostri ad inferos, inopinatamque co

in corruptione detinebantur, liberationem præsignans. Omnia enim hæc, licet longè inferiora, diuinæ tuæ imagini exprimendæ subseruierunt. Et quid variis hisce figuris adserendis orationis meæ cursum inuoluens implicansque, vlterius me extendo: quum rem ipsam in te confirmatam ante oculos intueamur? in qua velut eluxuriari longè vtilius commodiusque fuerit. Quare Sanctorum, qui per omnes generationes fuerunt, spiritualibus narrationibus factisque prodigiosis valere iussis, ad te gaudij huiusce mei sermonisque velut clauum dirigo, prædicatu dignissima. Benedicta tu, prorsus benedicta, omnibusque desiderabilis. In benedictionibus Domini nomen tuum, diuina gratia plenissimum, Dei mater, fidelibusque tuo lumine præ-

B

lucens. Tu circumscriptio, vt ita dicam, eius, qui circumscribi non potest; † radix floris speciosissimi; *Esa. 11. 1. Heb. 1. 3.* mater Plasmatoris, nutrix altoris, complexio eius, qui cætera complectitur; portans eum, † qui verbo *Ezech. 44. 4* portat omnia; † porta, per quam Deus in carne *Esa. 6. 6.* exoritur, † forceps carbunculi illius purgatorij; *Iud. 6. 37.* sinus exiguus immensi illius sinus, omnia in se concludentis; † vellus imperceptibilis roris; desiderij † Dauid in Bethleem ille viuificus lacus, ex quo po- *2 Reg. 23. 15.* culum immortalitatis scaturiuit; † propitiatorium, *Exod. 25. 17.* ex quo Deus hominibus in forma humana innotuit; *Psal. 103. 2.* vestis absque macula erat, *qui induit lumen sicut vestimentum*; Deo nullius alioqui indigenti, quam ante non habuerat, carnem fœnerans; qua omni-

C

potens ille Deus, quod ipsi decretum fuerat, homo *Ierem. 23. 24.* appareret. Quid hoc splendidius? quid hoc sublimius? qui cœlum terramque implet, cuius sunt omnes rerum possessiones, tui indigus efficitur: quippe quum fœnerauetis Deo diuinam incarnationem, quam non habebat. Tu armasti potentem illum decora corporis armatura, per quam oculis nostris conspicuus redditur; vtque eum libero deinceps accessu mihi intueri liceat, conceditur. qua etiam *Ephes. 6. 16.* armatura omnia Malignitatis tela extinguentur. Euge, euge mater Dei atque ancilla: euge, euge, quæ tibi obnoxium habes illum omnium fœneratorem. Omnes namque Deo debitores quum simus; tibi ipse est debitor. Qui enim dixit; *Honora patrem* *Exod. 20. 12.* *tuum & matrem*; longè præ cæteris in hoc ipso pro-

D

bari volens gratiam habebit; præceptumque ipse suum erga eam, quæ ipsi spontaneam ex se generationem subministrauit, conseruabit: glorificabitque diuino quodam decore, quam sibi ille patris expers matrem absque viri interuentu adscripsit. Erunt hæc ita, erunt, inquam, ita, neque enim ad inutilem tantùm verborum ornatum seruiunt hymni, qui à nobis tibi offeruntur, sanctissimum admirabilissimumque Dei habitaculum: neque rursus mundanæ cuiuspiam nugacitatis, falsæque oblectationis eructamenta, spiritalis hæc de te laudatio est, à Deo approbata, Deumque mortalibus generationis principium tribuentem, vberibus tuis subiectum habens; sed certissimę cuiusdam manifestæque veritatis. Deficiet enim nos, quæque post nos futuræ sunt genera-

E

tiones, tempus, si tibi matri Regis sæculorum, dignam tuæ beatitudinis prædicationem tribuere nitamur: vt celeberrimus quodam loco Propheta ait, quàm prorsus incomprehensibilis sis, nos erudiens: *Quam magna*, inquit, *domus Dei, & ingens locus* *Baruch. 3. 24.* *possessionis eius! magnus, & non habet finem, sublimis atque immensus.* Certè enim, certè inquam, propheticum oraculum, mendaciique expers sermo de magnificatione tui accipiendus est: propterea quod sola simul cum Deo, eorum quæ Dei sunt, partem habere digna fuisti; sola Deum generans carne indutum, ex Deo Patre vnigenè ac sempiternè generatum; vt veraciter sentiunt qui fidem sinceram amplectuntur. Cæterum quod reliquum est, discendi

A

studiosa concio, senem nostrum Dei susceptorem, piumque Doctorem, huc salubriter ex virginalium laudum pelago adnauigantem suscipiamus; ac requiescere faciamus desiderio illo suo diuino iam exsaturatum, opulentissimamque hanc de rebus diuinis doctrinam nobis suppeditantem, & ad ea, quæ restãt huiusce sermonis, progrediamur; sine errore ad præstitutum nobis scopum, Dei optimi ductu, cursum dirigentes, ne prorsus ad ea, quæ nobis ex officio incumbunt, velut infructiferi inutilesque reperiamur. Ad sacra igitur hæc piè casteque perficienda, Sacerdotium & Prophetia aduocatus fuere; gloriosoque Virginis throno biga hæc à Deo excitorum iustorũ Symeonis & Annæ adstitit: qui duo duorum popu- *Symeon & Anna, typus duorũ populorũ.*

B

lorum apertissimas imagines in se gestauerunt. Nam & senex populum Israeliticum, Legemque iam velut effœtam; vidua autem ex Gentibus Ecclesiam, quæ catenus vidua fuerat, præ se ferebant & ille quidem, tanquam sub Legis persona loquens, dimissionem quæsiuit: hęc autem, Ecclesiæ personam induta, confessionem contra adferebat, expectantibusque liberationem in Ierusalem, ea quæ de Christo erant, edicebat: sicut bene atque apposité ac valde egregié, & festo huic in primis conuenientia ab vtroque dicta, conscripta sunt. Oportebat enim, ac planè necessarium erat, senem quidem, qui Legis decretum, præceptumque sciebat, quod ait: *Ipsum audite: & omnis* *Deut. 18. 15.* *anima, quæ ipsum non audierit, ex populo exterminabi-*

C

tur: pacificam a legali illa institutione dimissionem efflagitare. Iniuria enim est, atque temeritas, Rege præsente ac verba publicè faciẽte, satellitem aliquem contra obloqui, huicque potius, quam illi, subditos aures accommodare. Oportebat etiam viduam, ea, quæ rationem omnem excedebant, iam consequutã, Deo pro tanto beneficio lætè gratias reddere: vtpote quum Legi consona essent, quæ ita gerebantur. Cæterum, quum Propheticæ figuræ, quæ præcesserant, ad eximias hasce festorum celebritates ratiõe haud dubie relationemque habuerint, vt dictum est, quomodo domus fumo impleta fuisse referatur; idque non leuiter, ac velut perfunctoriè, sed valde significanter, à voce ter Sanctus ingeminata, vt qua, Propheta ait, clamabant cœlestium mystę, necessario nũc nobis inquirendum: si repetas igitur, studiose audi-

D

tor, quod historiæ adiungitur, causam nimirum huiusce rei inuenies. *Auditu enim*, inquit, *audietis, &* *Esa. 6. 9.* *non intelligetis: & videntes videbitis & nõ perspicietis.* *Act. 28. 26.* Postquam enim vesani Iudæorum filij prodigia gloriosa, *quæ Deus ponebat super terram*, sicut Dauid ce- *Psal. 45. 9.* cinerat, conspexissent; vidissent etiã signum ex profundo atque ex sublimi simul concurrẽs inconfusum prorsus atque indiuisum, quemadmodum etiam E- *Esa. 7. 11.* saias prædixerat; nempe matrem supra naturam, & fœtum supra omnem rationem; matrem terrestrem, & filium cœlestem; nouam inquam Dei humanitaté, puerperiumque nuptiarum expers (quibus quid fieri possit gloriosius? quid erga creaturam præstantius?) Hæc inquam illi quum vidissent, perinde ac si non vidissent, se gerebant, eleuantes omnia, ac velut oscitã-

E

tes ad debitam illis laudem tribuendam ac propterea impleta est domus exultationis eorum fumo. Ac rursus quum audiuissent atque etiam vidissent rem, quàm quæ videri soleat, superiorem; Senem iustissimum, virum fide dignissimum, virũ meritò suspiciendum, ob id quo ferebatur hic studio; virum S. Spiritu incitatum, virum Legis doctorem, Sacerdotio honoratum, prophetia refulgentem, spe, quam de Christo conceperat, vitæ limites extendentem, mortisque debitum differẽtem: talem inquam quum vidissent exilientem, bene ominantem, præ animi lætitia in aliam formam transmutatum, totum præclara quadam mentis commotione extra se ad Deum elatum, pulcraque conuersione in Angelum quempiam trans-

latum, præqoe immensitate gaudij, ob tantum be- A
Luc.2.32. neficium, gratias decantantem, *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel* annuociantem; & tamen ne sic quidem animum inducerent, vt audita, quæque ipsis superis venerationi erant auscultarent: propterea impleta est domus
Fumus. exultationis eorum fumo. Fumus autem iræ signum atque argumentum; sicut scriptum est: *Ascendit fu-*
Psal 17.9. *mus in ira eius, & ignis à facie eius exardescet.* & alibi: *In gente incredibili exardescet ignis.* Quod etiam
Eccl 16.7. significans Dominus in venerandis Euangelijs, di-
Matt.23.38. cebat Iudæis: *Ecce relinquitur domus vestra deserta.*
Matt.22 7. Præterea: mittens exercitus suos Rex, perdidit homicidas istos, & ciuitatem eorum succendit igni.
Atque huiusmodi quidem sunt Iudaicæ infidelitatis, qua gloriam Trinitati debitam deferre recusant, aduersissima præmia. Postquam enim sanctificati B
suot termini terræ; & gloria Domini plena reddita fuit, maxima Ecclesiæ domus è ter sancto præconio, tanquam aqua multa cooperiens maria: euenerunt quidem ipsis, quæ antea fuerant prænuociata; prophetiæ autem principium antè significatæ ipso rerum eoentu, vt diximus, est confirmatum: veritatis præcone per spiritum, velut digito, teterrimam, quæ ipsis futura erat, subuersionem demonstrante, vbi ait: *Anno quo mortuus est Ozias Rex, vi-*
Esa 6.1. *di Dominum.* Ozias quippe apostata velut in exem-
Ozias. plar totius apostatici corporis, & tamquam pro capite eius accipitur, qui etiam pœnam debitam suæ
temeritatis luens, in fronte, tamquam in ænea qua- C
piam statua, insculptam diuinæ vltionis potentiam, lepreque fœditate fœdissimæ impietatis retributio-
2 Paralip. 26 19. nem omnibus ostendit. Sapienter autem ac planè diuinitus ille eorum, quæ iam perfecta sunt, præsciuis, ingratæ synagogæ eiectioni, gratæ illius viduæ Annæ inductionem opposuit, cuius etiam nomen Ecclesiam nunc in baptismo secundum Christi Dei
Anna. gratiam iustificatam significat. Anna enim gratiam sonat. Ceterùm hic nauem oostri sermonis, et ueis signaculo insignitam, tamquam in portum appellentes, vt modus iam ratioqoe eius postulat, velis contractis quiescere sinamus, tantum pauculis verbis lætitiæ, vt par est, indicibus, ciuitatem magni
illius Regis, simul cùm Ecclesiastico populo, cum- D
que præstantissimis Patribus ac fratribus illic degentibus, tanquã spiritu animoque præsentes, vna cum ipsis celebremus salutemusque. Salue ciuitas magni Regis, in qua salutis nostræ perfecta fuere mysteria.
Psal.47 1. Salue terrestre quoddam cælum Sion, *ciuitas* deinceps *fidelis* Domino. Salue atque *illuminare Jeru-*
Esa.5 26. *salem: venit enim lumen tuum,* lumen sempiternum; lumen numquam non duraturum; lumen immate-
Esa 60.1. riale; lumen eiusdem cum Deo & Patre essentiæ; lumen quod est in Spiritu, & in quo est Pater; lumen illuminans sæcula; lumen illustrans ea, quæ supra mundum & in mundo sunt, Christos verus Deus noster. Salue ciuitas sancta, atque electa Domino:
Psal 86 3. age in lætitia dies festos tuos, qui non sinunt te ve- E
Psal.131.16. terascere. Salue ciuitas felicissima. *Quam gloriosa*
Ibid 15. *dicta sunt de te!* *Sacerdotes* enim *tui induentur iustitiam, & Sancti tui exultatione exultabunt,* & mendici † saturabuntur panibus. Salue & lætare Jeru-
Esa.12.6. salem: quoniam regnauit Dominus in medio tui; Dominus inquam ille, qoi nuda atque immateriali diuinitate naturam nostram ingressus, ex virginali vtero ineffabiliter carnem induit: ille Dominus, qui ex nullius præterea rei communicatione homo factus est, quàm ex mistura illa Adami, à serpente supplantati. Neque enim Angelos apprehendens Dominus, eos inquam Angelos, qui celeberrimum ordinem statumque ipsis ab initio assignatum minimè deseruerant, suam ad eos vsque demissionem obiuit ille semper in Deo Patre existens Deus Ver-

A bum: neque rursus eos, qui luce deciderant,
ratos dæmones restaurans (aut etiam, † secu
quosdam impiissimos teterrimi diaboli patron
stauraturus aliquando) in mundum venit: s
men Abrahæ apprehendens, ioara diuinissin
Paulum, ac per id etiam vniuersum genus h
num, homo incommutabiliter factus est, fa
tor & plastes vniuersorum: vt ea ipsius nob
communicatione, nostraq; vicissim ad ipsum:
fiooe, peccatum, quod in nos intrauerat, iste
penè dissolutum consumptumque, ceræ instar
uinu illo igne, † quem veniens Seruator m
terram nostram. Salue porro & tu Ecclesia C
lica, quæ in toto es terrarum orbe, & vna nob
exulta. *Ne timeas grex pusille* maximas inimic
pestates: *quia complacuit Patri dare tibi regna*
B te super collum hostium tuorum ambulare.
& lætare quondam sterilis & absque liberis ad
tem; nunc verò multos fidei liberos habens.
tu quoque Dei popule; *popule acceptè, regale sa*
tium, gens sancta, popule in acquisitionem, en
virtutes eius, qui te vocauit ex tenebris in ad
bile suum lumen: super misericordia autem su
rifica eum. Salue in æternum indesinens nost
titia, Dei genitrix virgo: ad te enim rursus ac
mus. Tu festi nostri principium, tu medium,
nis, pretiosissima regni margarita: tu verè om
enficij pinguedo, tu animatum panis istius vita
te. Salue, amoris Dei Patris thesaure; salue Fi
C ga genus humanum fons propensionis; salue
Spiritus mons inumbrate. Fulgorasti, ô ge
suauia nobis dona producens; fulgurasti lumi
latis ardentissimis facibus, feruentissimæ nem
lectionis æstu; quod ante principium conce
fuerat, in fine pariens: palam faciens occul
eatenus sacramentum; ineffabilem inuisibilis
Filium, pacis sequestrum, & admirabili qu
modo omni breuitate minorem factum. Pro
te deprecamur præstantissimam omnium, i
que honore libere gloriantem, memoriam i
nentem nostri retine, sanctissima Dei genitr
stri, inquam, qui in te oroantur; hymnisque
D nis memoriam tui nullo tempore desituram
perpetuò victuram, celebramus. Tu etiam
honorate Symeon, piæ nostræ religionis prim
ceptor, resurrectionisque fideliom enarrator
tercede pro nobis apod Deum & seruatorem, c
vlnis tois excipere dignus fuisti. Concinimus
vna tecum & nos Christo, vitæ ac mortis po
tem habenti, dicentes: Tu lumen es verum,
mine vero, Deus, ex Deo vero: vnus Dominu
te humanitatem assumptam, & post eam, omnip
eatione prosequendam, idem Dominus: ex te
& noo secundum gratiam Deus; propter nos a
etiam perfectus homo: ex teipso qoidem om
Rex, superiorem te Regem non agnoscens; pr
nos verò & propter nostram salutem etiam in
E forma; immaculatè tamen atque impollutè exi
quum enim ipsa sis incorruptibilitas, venisti so
corruptionem; vt incorrupta omnia redderes.
niam tua est gloria, & potestas, magnificenti
maiestas, cum Patre & sancto Spiritu, in secu
culorum. Amen!

METHODII PATARENSIS EPISCOPI

& Martyris, de rebus quæ ab initio mundi contigerunt, quæque deinceps contingere debent, Reuelationes, per Paraphrasin translatæ, incerto authore.

De præuaricatione Angelicæ naturæ, & illius de cœlo deiectione.



Omo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis. Psal. 48. cum autem Lucifer inter omnes Angelos esset excelsior à Deo creatus, ac speciosissimus, vt de eo scribitur Ezechielis 21. *Omne lignum paradisi non est assimilatum pulchritudini eius, quoniam speciosum eum fecit*: etiam inter stantes Angelos non fuit eo dignior. Eminentiam suæ naturæ & profunditatem suæ scientiæ perpendens, in suum creatorem superbiuit in tantum, quod Deo voluit se æquare, vt patet secundo sententiarum distin. 6. dixit enim in corde suo illud Esaiæ 9. *Ascendam in cœlum.* Vbi magister in supradicto sententiarum libro præfato: cœlum vocat æqualitatem diuinã: Deo enim se parificare volebat in illa parua morola in qua creatus fuit, vna cum aliis angelicis creaturis. mox ergo vt creati fuerunt Angeli, quidã Deo adhæserunt per charitatem, quidam vero cum Lucifero, Deo restiterunt per superbiæ prauitatem: & sic inter vtrosque, hoc est, inter rationales Dei creaturas & substantias primum bellum factum est in cœlo. Vnde scribitur in Apoc 12 cap *Factum est praliũ magnum in cælo: Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius, & non præualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo.* Et sequitur: *Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt in abyssum.*

De iniqua Serpentis persuasione, & primorum parentum transgressione.

VIdens autem Diabolus, se expulsum è cœlo, in magna tamen potestate relictũ, cogitauit quomodo posset displicere Deo, & in omnibus sibi contrariari, & quia vidit primum hominem, Adam scilicet cum sua vxore in terrestri paradiso collocatum, scilicet in loco voluptatis, innocentia decoratum, ac omnium bestiarum, volatilium & piscium dominũ, nec non possessurum in cœlo sedes, quas ipse cũ sibi adhærentib per superbiã amiserat, doluit vehementer: & inuidens eius fœlicitati, proposuit ipsum debellare & totaliter interficere, cognoscens quod ex putrida radice non possunt nisi poma vermiculosa generari. Mouit primum bellom super terram cum primo homine per medium mulieris; & licet miser homo esset fortior dæmone per innocentiam, proiectis tamen armis innocentiæ suæ, vt mulieri complaceret, relicto Deo. & tradito paradisi castro sibi commisso, inimico Dei, vt puta diabolo, negata obediẽtia regi supremo, videlicet Deo, libere se tradidit, proditor factus in manibus diaboli. Et sic habita victoria de homine primo, indignatus Deus propter proditionem, & quia sic armis innocentiæ proiectis captiuum se fecerat cum posteritate sua, Deus eiecit ipsum de terrestri paradiso, vt patet Genesis 1 & misit eum in exilium, locum bestiarum & lachrymatũ vallem. Quare sanctus Dauid memorans exilium primi protoplasti nostri, prorupit in verba thematis: *Homo cum in honore esset*, loco & capitulo vbi suprà, &c.

De primorum parentum præuaricatione & ex paradiso expulsione.

SCiendum namque est, exeuntes Adam & Euam de paradiso virgines fuisse. Anno autem tricesimo expulsionis eorum de Paradiso, genuerunt Cain primogenitum & sororem eius Chalmanan, & post tricesimum alium annum, pepererunt Abel & sororem eius Debborram. Anno autem tricesimo centesimo vitæ Adæ occidit Cain fratrem suum Abel, & fecerunt planctum super eum. Adam quoque & Eua annis centum. Ducentesimo autem tricesimo anno, primi millenarij, quod est primum seculum natus est Seth vir gygas in similitudine Adæ Quingentesimo vero anno in eadem prima Chyliade, filij Cain abutebantur vxoribus fratrum suorum in fornicationibus nimiis. Sexcentesimo autem anno ipsius millenarij, viri magno stupro amoris & fornicationis & istorum mulieres collapsæ sunt, vel diffusæ, & in vesaniam versæ sunt: nam suis viris tanquam pecudes mulieres supergressæ vtebantur, & facti sunt homines in vita sua feręvt clarius dicam inuerecundi apparentes omnino, & in fornicatione omnibus confusio magna. Octogesimo vero anno vitæ Adæ, dilatatum est super terram fornicationis inquinamentum à filiis fratricidæ Cain. Mortuus est autẽ Adam nongentesimo & tricesimo vitæ suæ in primo millenario, & tunc distinctæ sunt generationes ab inuicẽ: vt pura generatio Seth à cognatione Cain, & abstulit Seth suam cognationem sursum in quẽdam montem qui erat proximus paradiso. Porrò Cain & huius cognatio in campo habitabant, in quo & nefandum fratris homicidium perpetrauit. Quadringentesimo autem anno temporibus Iareth, pertransiit primum millenarium seu prima generatio.

Quo tempore inceperint malarum artium inuentiones & exercitia.

ANno autem trecentesimo quadragesimo Iareth, secundi millenarij, surrexerunt viri malæ artis inuentores, iniqui, & omni nequitia ple[illegible], ex filiis Cain; vt Ioberh, Tholocel filij Lamech, qui fuit cæcus, qui & Cain interfecit: qoos dominatus diabolus conuertit eos postea in omnem Magicam artem, & omnem speciem Musicam componendi. Anno autem quingentesimo secundi millenarij adhuc etiam exarserunt in nefandam fornicationem omnes homines in Castris Cain peiores que sunt facti priori generatione, qui & more animalium in alterutrum conuenientes, insurgebant; quidam in virilem sexum, & muliebris in muliebrem peruertentes naturam, & similiter eisdem turpissimis & incestis actibus, hi qui erant de cognatione Cain vtebantur. Septuagesimo autem anno temporis Iareth, scilicet vitæ suæ, id est in secunda Chiliade, apposuit malignus & infestus diabolus, bellum fornicationis adiungere filiis Seth, vt concupiscerent filias Cain, & perfusi apparuerunt Gygantes super terram de Seth, qui peccati in foueam lapsi, atrocissimi facti sunt. Gigantes.

Quomodo Deus propter peccata hominum, inundationem vniuersalem, & diluuium immiserit, & omnia animantia peremerit.

ET iratus Dominus Deus, in expletione secundi millenarij, factum est diluuium aquarũ. Et om-

nis creatura prima deleta est vel absorpta, & deperiit generatio primi hominis figmenti. Et sexcentesimo duodecimo anno à principio vitæ Adæ, iam trium *Gen. 8.* millium annorum, postquam exiuit Noe de arca, ædificauerunt filij Noe nouam possessionem in exteriora terræ, & appellauerunt nomen regionis illius Tamna, secundum nuncupationem filiorum Noe, & numerum illoinm qui exierunt de arca.

Quomodo post diluuium homines, turrim Babylonis contra Deum ædificare conati fuerint.

CEntesimo autem oono de tertia Chiliade, natus est filius quartus Noe, secundum ipsius similitudinem, & vocauit nomen eius Ionithum. Trecentesimo verò anno de tempore trium millium anootū, dedit Noe donationes filio suo Ionitho, & dimisit eum in terram Etham. Et post obitum Noe, sexcentesimo & nonagesimo anno, in eisdem trium milliū *Genes. 11.* annorum ascenderunt filij Noe de terra Orientali Etham, & ædificauerunt sibi turrim in terra seu campo Sennaar, & ibi facta est diuisio linguarum, & ex hoc dispersi sunt homines super faciem terræ totius. Ionithus autem filius Noe, tenuit introitum in Ethā vsque ad mare, quod vocatur Eliochota, id est, Regio solis, in quo solis ortus fit, & habitauit ibidem. Hic Ionithus accepit à Deo donum sapientiæ ad omnes artes, qui non solum literarum & aliquarum artium, verum etiam omnis astronomię primus fuit inuentor. Ad hunc descendens Nemroth, qui erat vir Gygas, & in multis eruditus à Deo, accepit à Ionitho consilium, in quibus influentiis astrorum inci- *Nemroth.* piendum esset ei regnare super terram. Hic autem Nemroth natus fuit ex filiis Chus, cui erat pater Cham, & ipse primus regnauit super terram. Septuagesimo verò anno & nonagesimo tertiæ Chiliadis, in quo agebatur nonus annus, de iam dicta Chiliade, ædificata est Babylon magna, & regnauit in ea Nemroth. Et post hæc fecerunt sibi filij Cham, regem ex ipsis, cui nomen Pontipius. Et septuagesimo & nonagesimo temporis trium millium annorum anno tertio regni Nemroth, miserunt viros potentes, ex filiis Iaphet, omnis sapientes & artifices in arte tectoria constructores, & descenderunt in terram Etham ad Ionithum filium Noe, & ædificauerunt ei ciuitatem, iuxta nominis illius nuncupationem, & pax multa erat in terra Ionithi & Nemroth, vsque in præsentem diem. Regnum autem Nemroth & filij Sem & Pontipij filij Cham & Iaphet, contra se inuicem rebellabat. Scripsit autem Ionithus Epistolā ad Nemroth ita dicens: Quia regnum filiorum Iaphet ipsum incipiet delere regnum Cham. Hæc autem regna primum apparuerunt in terra, & post hęc didicerunt omnes gentes constituere sibi regnum. Post regnum Nemroth, expleta tertia Chiliade annorum.

De bello inter Cosdron Nemrothiten, contra filios Cham, & destructione regni Cham.

ANno igitur octauo quarta Chiliade, semper pugnabant adinuicem vtrorumque regna. Et deuictum est regnum Ægyptiorū à regno Nemroth, & obtinuit potentiam Babylonis in semine Nemroth, vsque ad Cusunisden: hic accepit sibi vxorem de filiis Cham. Defuncto autē Cusuniside, Nemroth sumpsit aliam nomine Eledem, huius neptis suam materteram in vxorem, hæc genuit Elisdem, Elisdem verò genuit Cosdron. Iste congregauit sibi virtutes multas, & surrexit aduersum Cham, & captiuauit & concremauit omnes regiones quæ erant occidentales. In secundo autem anno regni Cosdri filij Elisdem, congregati sunt filij Cham, & descenderunt in
terram Etham, vt præliarent cum rege Cosdro
tuor autem trecenta & viginti millia peditum,
los solummodo in manibus continentes: audit
tem de eis Cosdrum, subiisit & dimisit eos
dum transierunt flumen Tygrim, illuc mitter
tra eum exercitum suum super Elephantes asce
tes, omnes eos interfecit, & non est relictus
quisquam: & amplius non apposuerunt filij
vt pugnarent cum eis, & ex tunc amaricata f
gna contra inuicem. Et in fine quatuor milli
norum, siue in vigesimoquinto anno de supr
Chiliade, descendit Samsabus in Etham, qui
cognatione Ionithi filij Noe, & depopulatus
Eufrate fluuio, vsque ad Edroësan flumen sex
octo ciuitates ac regiones earum, & petrant
tribus regnis Indorum, & incendit & desola
nino, & exiuit in desertum Saba, & concidi
filiorum Ismael, filij Agar Ægyptiæ ancillę Sa
ris Abrahæ, & expulsi sunt & fugerunt omne
litudinem, qui erant de tribu Agar.

*Quomodo Ismaelitæ enutriti in montibus, inn
bili multitudine egressi de nemoribus, domin
sunt super regna gentium in terra
promissionis.*

CVm autem in prædicta eremo in gener
bus suis multiplicati fuerunt, innumerab
xima que multitudine annis ducentis & septu
ex Domini Dei permissione, filij Ismaël exie
rabicum desertum, & introierunt terram h
lem, & pugnauerunt cum regibus gentium &
uauerunt homines, & dominati sunt super re
tium, qui erant in terra promissionis, & reple
ipsis & de castris eorum. Erant autem quasi
& incedebant nudo corpore, & edebant ca
melorum compositas in vtribus, & bibebant
nein iumentorum lacte mixto. Cumque igit
nuissent filij Ismael vniuersam terram, & de
vrbes & regiones earum, & dominati essent
nibus insulis, tunc illo quoque tempore, co
runt sibi nauigia, & in modum volucrum, his
bus, aduolabant super aquas maris. Ascender
tur, & in regionibus occidentalibus, vsque ad
Romam, & Illyricum & Ægyptum & The
cam & Sardiniæ magnæ, quę est trans illam R
& dominati sunt terræ in annis sexaginta, & f
in ea quæcunque voluerunt.

*Quomodo Gedeon fortissimus pugnator, lib
filios Israel de seruitute Ismaelitarum*

POst verò hebdomadas septem & dimidia
tum potentiæ, per quam obtinuerunt
sum regnum gentium, superexaltatum est cor
dum se viderunt obtinuisse & damnasse om
tempore autem illo facti sunt eis Tyranni, p
militię quatuor, qui fuerunt filij Humeæ, q
sic vocabantur, quorum nomina sunt hæc: C
Zeb, Zebeæ & Salmana, hi pugnauerunt
raeliticis. Et quemadmodum fecit eis Deus
ptionem de manibus Ægyptiorum per Mo
mulum suum, eodem vero modo, & tunc i
pore, operatus est cum eis misericordiam, &
eos ab illis per Gedeon, & liberatus est Israe
uitute filiorum Ismaël. Hic enim Gedeon d
castra eorum, persequens eiecit eos de terra
bili in solitudinem & desertum ex quo proc
& illi qui relicti sunt, dederunt fœdera pacis
rael, & exierunt in desertum exteriorem no
bis.

Quomodo filij Ismael exibunt de deserto, & obtinebunt totum orbem.

FVturi sunt autem, vt exeant semel, & deuastent terram, & obtineant orbem terræ & regiones in introitu pacis à terra Ægypti vsque ad Æthiopiam, & à flumine Eufrate, vsque ad Indiam, & à Tygrim, vsque ad introitum Naboth regni Ionithi, filij Noe, & ab Aquilone vsque ad Romam & Illyricum, Ægyptum & Thessalonicam & Alduniam, & vsque ad mare Ponticum: & in duplum erit iugum illorum, super colla vniuersarum gentium, & non erit gens aut regnum sub cælo, quod possit enim eis in prælio, confligendo superare eos vsque ad numerum temporis B octo Septimanarum annorum.

Quomodo regnum Romanorum & Christianorum supprimet Ismaelitas, hoc est, Turcas.

ET post hæc deuincentur à regno cælesti & Romanorum, quod est Christianorum & subiicientur ei, etenim hoc regnum magnificabitur super omnia regna gentium totius mundi, & nequaquam delebitur ab vllo in æternum. Habet enim arma inexpugnabilia contra omnes aduersarios suos, hoc ergo regnum desiderate, à circumgyrantium temporum regnantium regnorum, & hæc est veritas rerum, quæ se ipsa clarius ostendet, absque vllo errore caliginis, vel aliqua seductione, à Nemroth enim qui fuit Gygas & primus fundator Babyloniæ, & à Meradach C rege eiusdem, vsque ad Baltasar filium Nabuchodonosor, qui & Neiher nuncupatur, super omnia regna gentium obtinuit regnum Babyloniæ primatum, quoniam primum regnum super terram. Ex tempore Meradach regis Babyloniæ, regnum Assyriorum in Assadaron Senacherim filium successit, quoniam accepit Senacherim vxorem Gernac, filiam Theglacphalasar regis Assyriorum, quæ peperit ei Ardemelech & Hatalar, & hi interfecerunt patrem suum, & fugerunt in terram Ararat, & vnus eorum regnauit illic, cui nomen Assadaron, etiam filius eiusdem Babylone pro patre suo Senacherib, cum Nabuchodonosor, qui erat ex patre Lacedæmonio, & matre regina Saba. Cumque Assadaron egressus fuisset ad pugnandum cum rege Indiæ, & vsque Saba, & de- D solasset quam plurimas regiones, egressus est cum eo Nabuchodonosor. Illo videlicet educente secum, constituit eum principem militiæ suæ, & propter sapientiam quæ in illo erat, datum est ei regnum Babyloniæ, & sumpsit sibi vxorem de Medis, nomine Erusdam, & post obitum Nabuchodonosor & Balrasar filij eius, regnauit Darius Medus, habens iam annos sexaginta duos. Darius autem duxit vxorem Choran nomine, Persam genere, de qua natus est Choris Persa. Audi igitur quomodo commixti sunt hi reges sibi inuicem; siquidem Babyloni Medis, & Medi Persis, & obtinuit, & potentius factum est regnum Babylonis quam Æthiopiæ & Saba, & omnia regna gentium, à mare vsque ad Euphratem flumen. E Adhuc autem & Dauidicum regnum, & Arabum & Ægyptiorum per Nabuchodonosor deuictum est. Darius ergo Medus supergressus regnum Chaldæorum, seu Babyloniæ dominatus est regum Medorum, cum hoc & Æthiopum. Choris autem Persa, qui & Cyrus & Spartacus dictus obtinuit Thraces, & redemit filios Israel de captiuitate ipsorum, & remisit eos in terram promissionis, & Hierusalem, cum multis mulieribus & vasa aureis & argenteis, reddẽs eis quæ detulerat inde Nabuchodonosor rex Chaldæorum, præcipiensque eis reædificare Templum Dei, quod destructum erat ab eodem Nabuchodonosor, Cyrusque remisit omnes ad redeundum in Iudæam, &

A propter hoc factum est secundum imperium Choris regis Persarum.

Quomodo quatuor Monarchia Assyriorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum coniuncta fuerunt.

AVdi igitur nunc certissimè, quomodo hæc quatuor regna conuenerunt in simul. Æthiopes enim Macedonis, & Romani Græcis, Hi sunt quatuor venti commouentes mare magnum. Philippus namque pater Alexandri Magni, cum esset Macedo accepit in coniugem Chuset filiam regis Æthiopiæ nomine Phool; de qua natus est Alexander Græcorum tyrannus. Hic magnam condidit Alexandriam Ægypti, & regnauit in ea annis duodecim. Iste descendens in B Erhan occidit Darium regem Persarum, & dominatus est multarum regionum & ciuitatum, & demultauit terram, & descendit vsque ad mare quod vocatur Regio solis, vbi conspexit gentes immundas & aspectu horribiles. Sunt autem ex filiis Iaphet nepotes, quorum immundiciem videns, exhorruit: comedebant enim hi omnem canticorum speciem, omne coinquinabile, id est, canes, mures, serpentes, morticinorum carnes, abortiua, infirmabilia corpora, & ea quæ in aluo nondum per lineamenta coagulata sunt, vel ex aliqua parte membrorum producta. Compago formam figmenti possit perficere, formam vel figuram exprimere iumẽtorum, necnon etiam & omnem speciem ferarum immundarum, mortuos autem nequaquam sepeliunt; sed sæpe comedunt illos.

Quomodo Alexander Magnus, Gog & Magog propter eorum turpitudinem in Caspiæ montibus inclusérit.

HÆc vero vniuersa contemplatus Alexander Magnus, ab eis immunditer & sceleriter fieri, timens; ne quando exilientes in terram sanctam, & illam contaminent à pollutionibus & iniquissimis affectionibus, deprecatus est Dominum Deum, vt coniungeret montes, & præcipiens congregauit eos, omnesque mulieres eorum & filios, & omnia scilicet castra eorum, & eduxit eos de terra Orientali, & conclusit, minans eos donec introissent in finibus Aquilonis, & non est introitus, nec exitus ab Oriente vs- D que in Occidentem, per quem aliquis possit ad eos transire, vel ipsi exire. Continuo ergo supplicatus est Dominum Deum Alexander, & exaudiuit eius obsecrationes, & præcepit Dominus Deus duobus montibus quibus est vocabulum, Vbera Aquilonis, & adiuncti proximauerunt ad inuicem vsque ad duodecim cubitos, & construxit portas æreas inter illas, & superinduxit eis Assurim, vt si voluerint eas patefacere cum ferro, vt non possint, aut dissoluere per ignem, nec valeant vtrumque; sed statim ignis omnis extinguitur. Talis est enim natura Assurim, quia neque ignis suscepit resolutionem. Vniuersas enim adinuentiones dæmonum, & callidnates mortiferas, & superuacaneas operantur hæc obscœnissimæ, difformes & E sordidæ gentes, vnctas magicas artes malorum vtuntur, immundè etiam viuunt in his, in quibus sordida & inhumana pollutio est, (magis enim & competenter dicitur) Deo odibilis. Destructa sunt maleficia eorum, ita vt non possint, neque cum ferro, neque per ignem, vel cum qualibet alia astutia, easdem reserare vel aperire portas, & fugere.

Quomodo Gog & Magog, exeuntes de Caspiis montibus obtinebunt terram Israel.

IN nouissimis verò temporibus, secundum Ezechielis Prophetiam quæ dicit: *In nouissimo die consummationis mundi exiet Gog & Magog in terram Is-* Ezech. 39.

nael, qui sunt gentes & reges quos reclusit Alexander Magnus in finibus aquilonis, & in finibus septentrionis, Gog & Magog, Mosach, & Thubal, & Anog, & Ageg, & Athenal, & Cephar, & Pothim, Hei. & Libij, & Cunei, & Pharilei, & Ceblei, & Lamatchiani, & Chachamij, & Amaharræ, & Agrimardi, & Alan, & Anufagi, qui dicuntur Cinocephali, & Caribei, & Thasbei, & Phisolonici, & Arceni, & Saltarei. Hi viginti quatuor reges consistunt reclusi intrinsecus portarum, in reditu verò de istis gentibus, Alexander à pueris suis extinctos est veneno.

Quomodo mater Alexandri Aethiopissa, cuidam Regi Constantinopolitana desponsata fuerit.

DEfuncto igitur Alexandro Magno, qui fuit primus Rex Græcorum, regnauerunt quatuor pueri eius, non enim coniunctus est aliquando matrimonio. Chuseth verò mater eius regressa est in patriam suam in Æthiopiam: Bisas igitur, qui & Bisantium condidit, misit per mare ad Phool regem Æthiopiæ, Germanicum sui exercitus principem, & pacificantur cum eo, scribens ei de Chuseth matre Alexandri qualiter eam sibi accipiat in vxorem, & regnare faciat eam: Suscipiens ergo Phool Rex litteras à Germanico, & videns quia detulerat largissima dona, accipiés, nimis lætatus est: Surrexit igitur, & ipse congregás ex omnibus speciebus Æthiopiæ, sumensque pariter & filiam suam Chuseth, profectus est in Bisantium, habens secum triginta millia Æthiopum in comitatu, & susceptus est à Bysa, protinus foris transmare, in Calcedonia, cum multa nimiaque alacritate animi, dedit autem & dona copiosa valde, his qui cum eo fuerant. Et introiuit Phool iubilanter, & dedit munera magna, & dona maxima, secundum regiam magnanimitatem.

Quomodo Romulo primo Romanorum Regi, vxor à Constantinopoli per mare nauibus adducta fuerit.

ET accepit Rex Bisas Chuseth filiam Phool regis Æthiopiæ, ex qua nata est filia, quam & nuncupauit nomine ciuitatis Bisantiam, cum qua nuptus est Romulus, qui & Armaeleus dictus, Rex Romæ, propter nimiam pulchritudinem eius, dilexit eam valde. Erat quippe & ipse simplex nimis, & magnanimus, vnde & in dotalibus eius, vt sunt matrimonialia, donauit ei Romam. Audientes autem optimates eius, indignati sunt contra eum. Peperit verò ei Bisantia filios tres, quos & nuncupauit, primogenitum quidem secundum appellationem patris Armaelum, secundum verò Vrbanum, tertium denominauit Claudium. Regnauerunt igitur hi tres, Armaelus quidem in Roma, pro patre suo Armaeleo, Vrbanus vero in Bisante ciuitate matris suæ, Claudius autem in Alexandria: Obtinuit autem semen Chuseth filia Phool regis Æthiopiæ regnum Macedonum & Romanorum, & semen Æthiopiæ præueniet manus eius Deo, secundum Prophetiæ expositionem. Prouidens autem beatus Dauid spiritualibus oculis, & prænoscens quod Chuseth filia Phool regis Æthiopiæ, inciperet suscitare regnum Romanorum, præfatus est, dicens: *Ab Aethiopia praeueniet manus eius Deo.*

Quomodo à sancta cruce in Hierosolymis suspensa, totus muniatur orbis.

QVidam igitur inconsultè considerauerunt, dicentes: Quia propter Æthiopum regnum compulsus sanctus Dauid hæc diceret; sed mentiti sunt veritati, qui hæc ita æstimant. Etenim ex fæmina Æthiopissa consistente regno, hoc constructum est magnum

A atque venerabile lignum, sanctæ & honorificentissimæ & viuificatoriæ crucis, & in medio terræ confixum est, vnde fortassis (vt competit) ipse effatus est antiquus pater Dauid, ita prænuntians: Æthiopia præueniet manus eius Deo. Non est autem gens atque regnum sub cælo, quod præualere posset, aut superare regnum Christianorum, sicut iam præfati sumus superius, quod in medio terræ, viuificans confixa & solidata est crux sancta, sub qua & orbis terræ munitur, & fines mundi, quare valdè sapienter scribitur, constare secundum latitudinem & altitudinem & profundum. Qualis vel quis posset eius virtutem superare, aut vnquam sanctæ crucis apprehendere potentiam? Sic enim obtinet venerationem Romani imperij dignitas pollens per eum, qui in ea pe-
B pendit Dominum nostrum Iesum Christum.

Quid beatus Paulus, de nouissima die, & Romanorum imperio senserit.

AVdiamus igitur quid prædicator diuinorum, qui in cælum raptus fuerat, Paulus edocuit, significans de nouissimo die & Romanorum imperio: quibusdam enim in secunda ad Thessalonicenses epistola, ita inquit: *Rogamus vos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & vero conuentu in ipsum, vt non cito moueamini à sensu vestro, nec terreamini, neque per Spiritum, neque per Verbum, neque per Epistolam tamquam per nos missam, quasi instet aduentus Domini. Ne quis vos seducat vllo modo. Quia nisi* 2. Thess. 2.
C *venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo iniquitatis, filius qui est perditionis, aduersarius & extollens se super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita quod in templo Dei sedeat, ostendens se quasi sit Deus.* Et post pusillum: *Solummodo nunc* (inquit) *qui tenet teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur iniquus.* Quid igitur est de medio tolli, nisi Romanorum imperium? Omnis enim principatus & potestas destruetur absque hoc. Nam ab hoc expugnantur & superantur omnia regna, quia & omnes gentes quæ cum eo confligunt, conterentur, & consumentur ab eo, & obtinebit donec vltima eius hora præueniet manus eius Deo. Etiam secundum Apostolum dicentem; cumque destruetur omnis principatus & potestas, &
D ipse rex Romanorum tradiderit regnum Deo patri. Quale regnum? scilicet Christianorum, vbi enim vnquam fuit, vel erit, aut est regnum siue alia potentia, quæ super hoc emineat? certe numquam. Si volueris enim mecū quod certum est pertractare, accipe, quæso te, Mosaycam plebē quæ tantis signis & portentis, & in profundum maris Ægyptios etiam excutientem, vide & Iosue, sub quo etiam sol circa Gabaoth stetit, & luna circa vallem Hierico, & alia quàm plura, quædam stupenda potius quam admiranda miracula, quæ facta sunt ipsis, & pene omnem considera Hebræorum fortitudinem, quomodo sub Romanorum imperio dilata & contrita sit, Titus & Vespasianus conciderunt vniuersos illos. Nunquid templum in aratra expugnans Adrianos non aruit? quod igitur fuit vel
E erit aliud regnum? Sed nullum videlicet inuenimus. Pro veritate memoriter curā habeamus: nonne mille annis regnauerunt Hebræi, & abscissum est regnum eorum? Ægyptij autem trium millium annorum, & ipsi nihilominus perierunt. Babylonij quatuor millium annorum regnum habuerunt; sed & ipsi similiter abscissi sunt. Conciso igitur Macedoniorum regno siue Ægyptiorum conflixerunt armis aduersus regnum Romanorū, seu Barbarorum, id est, Thuscorum, & ab annis qui simul vniuersi absorpti ab eo sunt. Ita postquam absorptum fuerit regnum Persarum, consurgent prælis aduersus regnum Romanorum. Imperium filij Ismael, filij Agar, quos scriptura commemorans australe brachium appellauit. Daniel quoque hos prædicens,

prædicens, & contradicunt regno Romanorum in numero circumeuntium temporum. In septimo ipso tempore annorum, hoc est in septimo millenario mundi, eo quod appropinquabit consummatio sæculi, & non erit longitudo temporum amplius. In nouissimo enim millenario, seu septimo, tunc agente in ipso eradicabitur regnum Persarum, & in ipso septimo millenario incipiet exire semen Ismael de deserto, & cùm exierint, congregabuntur vnanimes in magnam Gabaath, & illic complebitur quod dictum est (Ezech. 39.) per Ezechielem Prophetam: *Fili hominis*, inquit, *voca bestias agri, & volatilia cæli, & exhortare illa dicens: congregamini & venite, eo quod magnum sacrificium immolo vobis, manducate carnes fortium, & bibite sanguinem excelsorum.* In hac itaque Gabaath cadent in ore gladij à semine Ismaelis, qui appellatus est Onager, eo quod in ira & in furore mittuntur super faciem terræ totius. Super homines quoque & iumenta & bestias siluæ & super omnem saltum & plantariam, & super omne nemus, & in omnem speciem fructiferam, & erit aduentus eorum castigatio sine misericordia, & ibunt cum eis super terram, quatuor istæ plagæ, scilicet captiuitas, interitus, perditio quoque & desolatio. Dicit enim Deus Israel per Moseo: Non quia vos diligit Dominus Deus, introducet vos in terram promissionis, vt hæreditemini in ea, sed propter peccata habitantium in ea. Sic enim filiis Ismael, non quod eos diligat Dominus Deus, dabit eis potentiam hanc, vt obtineant terram Christianorum; sed propter peccatum & iniquitates quæ ab eis committuntur, similia eis non fuit facta, & neque fient in omnibus generationibus. Nam induentur viri tunicis adulterarum mulicularum & meretricum viri cum viris, quemadmodum cum mulieribus, & feminæ cum feminabus se ipsas componentes, & stantes in plateis, & foras ciuitatum palam omnibus, & immutant naturalē vsum, in eū qui est contra naturā, etiā feminibus abutentes, sicut beatus quoque & sanctissimus Apostolus inquit: Similiter & mulieres quod & viri agentes. Similiter & viri dimittentes naturalem vsum in eum qui est contra naturam. Conuenerunt itaque vni mulieri pater simul & filius illius, & frater, & vniuersi qui cognatione adiuncti sunt: ignorabantur enim hæc à meretricibus.

Quomodo Turca & Saraceni sortem mittent super captiuos Christianos.

ET propter quod sapientissimus Paulus ante temporum seriem fortassis exclamans ait: *propter hoc enim tradidit illos Deus in passionem ignominiæ. Nam feminæ eorum commutant naturalem vsum, in eum qui est contra naturam, similiter autem & masculi dimittentes naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Viri contra naturam exarserunt in desideriis suis inuicem, & masculi in masculos turpiter operantes,* & feminæ in feminabus, similiter & retributionem *ac mercedem erroris sui in seipsos recipientes.* Propter hoc igitur tradentur à Deo in manibus barbarorum, è quibus cadent in omni immunditia & fœtore pollutionis, & contaminabuntur mulieres eorum è pollutis barbaris, & mittent sortes filij Ismael, super filios & filias eorum, & tradetur terra Persarum in corruptione & perditione, & habitatores eius in captiuitatem & occisionem adducentur. Armeniæ quoque, & illi qui habitant in ea, in captiuitate & gladio corruent. (Orbis captiuitas sub Saracenis.) Cappadocia in corruptione & desolatione erit, & eius habitatores in captiuitate, & iugulatione absorbebuntur. Cilicia in tribulatione erit, terra Syriæ erit in solitudine, & eius habitatores captiui ducentur. Ægyptus quoque, Oriens & Asia sub graui tributo auri & argenti erit. Hispania gladio peribit, captiui ducentur habitatores eius. Græcia tota in occisione gladij & perditione & corruptione ducetur. Galliæ, Germania, & Agathonia variis prælijs erunt deuoratæ, & multi ex eis ducentur captiui. Sicilia similiter & habitatores eius in gladio peribunt. Romani corrumpentur, in occisioneque gladij erunt, & conuertentur in fugam, in illa Romenia. Insulæ maris erunt in desolatione, & qui in eis habitant in gladio & captiuitate ducentur. Hominesque in tribulationes immensas coartabuntur, eritque tribulatio super Christianos, qualis antea non fuit. Angariabuntur enim sine mensura & misericordia, & appetentur super vires animarum suarum pondus auri vel argenti, & erunt habitatores Ægypti & Syriæ, in afflictione temporum maximè. Et replebitur Hierusalem à gentibus & terra promissionis à fæce hominum qui captiui ducentur à quatuor ventis qui sub cælo sunt. Et erunt tamquam locustæ in multitudine quæ congregabuntur à vento, & erit in eis pestilentia & fames, & exaltabitur cor exterminatorum, & in superbiam elabentur, & loquetur excelsa vsque ad tempus constitutum eis, & obtinebunt introitum & exitum aquilonis Et Etham, vsque ad occasum & meridiem, & erit Christianorum tribulatio maxima, & erunt omnia sub iugo eorum.

Quomodo Turca & infideles destruent Ecclesias, & altaria, facientes abominabilia in locis sacratis.

HOmines quoque & iumenta, & volatilia, & pisces, & natantia in aquis, & etiam aquæ maris obaudient eis, & destitutæ ciuitates quæ ab habitatoribus populosæ fuerunt, viduatæ erunt illorum Et scribent sibi terminos per solitudines & ligna siluarum, & puluis terræ, & lapides, & vbertas terræ, & pisces maris erunt in introitu eorum, & labores vel sudores agricolarum terræ, & hæreditas diuitum, & quæ fuerunt in Ecclesiis sanctorum, siue aurum vel argentum, siue lapides pretiosi, & omnia ornamenta eorum & indumenta etiam sacrata, vel præclara, & ferrum, & metalla, & escæ omnes, & quicquid pretiosum est, illorum erit, & distribuent mysteria Dei, & exaltabitur cor eorum vsque adeo, vt mortuos appetant, secundum æqualitatem virorum. Similiter autem ea pupillis & viduis, & ex sacratis locis escas exigentes, & non miserabuntur inopi & pauperi.

Quomodo Christiani deducti ad viam angustiæ & tribulationis, irridebuntur per infideles & deludentur.

OMnem enim maiorem natu inhonorant & affligunt egenos, & non habebunt viscera misericordiæ, neque super imbecillos & infirmos, sed illudent illos, & derident omnes, qui in sapientia fulgebant, & eos qui rebus reipublicæ magnificabantur & conticescent vniuersi silentio, ex timore non valentes arguere eur proloqui. Quid est hoc vel illud? & obstupescunt omnes præ timore qui habitant terram, & erit sapientiæ eorum & disciplina prodens nulli, nec semetipsis, & non suberescens aliquod, neque addendum, vel adiiciendum, ad eam quicquam, & non erit qui possit immutare aut querulare sermones eorum, & erit iter eorum à mare vsque ad mare, & ab ortu solis vsque ad occasum, & ab aquilone vsque ad desertum, & vocabitur iter eorum via angustiæ, & gradiuntur in ea senes & seniores, inopes & diuites, esurientes, sitientes, compedibus vincti, & manicis ligati, & beatificant eos qui iam mortui sunt.

Quomodo onagri & capra à deserto exeuntes, omnem speciem bestiarum supergredientur rabie, & bestia siluarum fame interibunt.

DIsciplina enim cum increpationibus quæ à Paulo dicta est hæc: ait enim: Quia nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius qui est perditionis. Siquidem discessio est disciplina vel correptio, qua corripientur vniuersi habitatores terræ. Et quomodo onagrum vocauit Dominus Deus Ismaelem patrem illorum. Propter hoc onagri & capræ à deserto exeuntes, omnem speciem bestiarum supergredientur rabie, & ab eis mansueti conterentur, & pausitabunt sub eis, & persequentur omnes, & bestiæ omnes siluarum fame interibunt, eo quod discussæ sunt regiones terræ. Et abscindent omne lignorum saltus, & species montium disperdent, quia desolabuntur vrbes, & erunt regiones sine via, eo quod diminuta est humanitas, & polluetur terra à sanguine rotetfectorum, & continebit fructus suos. Non enim sunt homines qui tyrannico more ac barbarico nationes simpliciter obtineant, sed filij sunt solitudinis à deserto exilientes, & ideo in desolationem prodeunt, corrupti sunt, & in corruptionem mittuntur, & odibiles sunt atque abominabiles omnibus hominibus, & ideo odium ipsis complectuntur

Quomodo mulieres Christiano habentes partus in vtero, perfodientur cum infantibus suis gladio, ab infidelibus & Turcis, & corpora proiecta in plateis erunt volatilibus in escam & canibus.

ET in principio exitum eorum incipientes ab eremo, mulieres habentes partus in vteris, gladio perforabunt, & fœtum pungent simul cum matribus, & infantes ab humeris nutricum rapiunt & necant, & multa corpora proiicientur in plateis, eo quod non sit qui sepeliat. Sapientes interficientur, erunt bestiis in escam. Sacerdotes autem intrinsecus sanctorum locorum occiduntur, & concumbent in eisdem cum mulieribus in fornicationibus pessimis, Virgines stuprant, atque mulieres Deo datas turpant, & violant in Ecclesiis in quibus perficitur mysticum sacramentum, & contaminant sacrificium celebrandum, & ex sacris vasis & calicibus comedent & bibent, sacras stolas induentur, & ex ornamentis Ecclesiarum & lapidibus pretiosis adornabant se & vxores, & mulieres eorum, & super filios suos imponunt, & super filias suas, & in equis suis, & super lectos suos expandunt ea. Et iumenta sua ad sepulchra sanctorum alligabant, tamquam ad præsepia, & reliquias eorum dispergunt, & erunt homicidæ & corruptores, & ignis probationis generi Christianorum. Etenim sacratissimus Apostolus inquit: Non enim omnes qui ex Israele sunt, & hi Israelitæ: ita non omnes qui dicuntur Christiani, hi sunt Christiani. Septem enim millia, sicut scriptum est, saluati sunt filiorum Israel, qui non curuauerunt genua sua ante Baal, & omnis populus per eos saluus factus est. Et in ipso tempore dissensionis & persecutionis filiorum Ismael, pauci inuenientur Christiani veri, quemadmodum ipse Saluator noster in sanctis Euangeliis dicit: Vtique veniens filius hominis putas inueniet fidem in terra?

Quomodo Christiani abnegabunt fidem, & Clerici & Monachi res diuinas prophanabunt.

MInuetur in tempore illo Spiritus perfectorum, & multi abnegabunt veram fidem & viuificatoriam crucem Christi, & sancta mysteria etiam sine aliqua vi, vel tormento, aut flagellis abnegant Christum & assistunt transgressoribus. Præuidens autem sanctus Apostolus prædicauit dicens: Quia in temporibus illis recedent quidā à fide attendentes spiritibus erroris & dæmoniorum doctrinis, in infidelitate & dolo, mendacibus sermonibus attendentes, & cautherizantium suam conscientiam, & continuo adiiciens idem dicit: In nouissimis diebus insurgent tempora periculosa, & erunt homines semetipsos amantes, amatores pecuniæ, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, inutiles, immundi, sine affectione, absque fœdere, delatores, incontinentes, immoderati, malorum amatores, proditores, susurrones, inflati, luxuriosi, amatores mundi, magis quam amatores Dei, ingrati, scelesti, sine pace, criminatores, adulteri, immites, sine benignitate, proditores, proterui, timidi, voluptatum amatores omnes, imbecilles, & infideles, sacrilegi, excommunicati, nulla correctione meliorati, & semetipsos segregabunt ab Ecclesiis sanctorum, etiam propria voluntate. Idem enim tempus aduocat eos in errorem. Humiliter vero sentientes, & quieti, suauesque & verissimi cultores Dei, sapientes etiam & conscientiosi scientificique & iusti, boni, morigerati, & electi, non quærentur in tempore illo: sed pro his inquirentur quicumque tales sunt, semetipsos amantes, cupidi pecuniæ, elati, superbi, blasphematores, raptores, plurium possessores, circumuentores, ebriosi, immisericordes, trāsgressores sine affectione, sine vinculo charitatis, insuaues, immundi, vt dixi damnatores, incontinentes, immansueti, inuerecundi, proditores, susurrones, adulatores, proterui, inflati, luxuriosi, fornicatores adulteri, lenones, amatores sæculi, fures, periuriosi, falsarij, mendaces, plagiarij vt prædiximus: habentes quidem pietatis speciem, virtutem eius abnegantes.

Quomodo ex transgressione Cleri vulgus in eos prater modum sauiet.

TAles ministri, contra præcepta Dei erunt dictum illorum, & omnia quæ ab ipsis imperantur, facile perficiuntur. Timentes verò Dominum in nullo, sed & omnia mala reputabuntur in conspectu oculorum eorum pro nihilo, sed in vituperatione illorum sunt, quemadmodum stercora sub vestigio conculcata. Erunt enim homines in illa correctione filiorum Ismael, & venient in necessitatibus, vsque dum desperent de vita sua in captiuitatibus & calamitatibus suis. Et tollitur honor à sacerdotibus & supprimitur mysterium Dei, & quiescet omne sacrificium ab Ecclesiis, & erunt sacerdotes sicut & populus in eodem tempore, seu in septimo hebdomatico tempore.

Quomodo ex fame & pestilentia plurima pars viuentium morietur.

CVmque igitur complebitur numerus annorum potentiæ eorum, quod obtinuerunt terram, multiplicabitur etiam & tribulatio super homines, & super iumenta, & erit fames & pestilentia, & corrumpentur omnes, & proiicientur homines super faciem terræ sicut puluis, & per singulos dies in tempore isto, adhuc plaga vna adiicietur hominibus, etiam dormiens accubabit homo ad vesperam, & exurgens mane reperiet ad limen ianuæ domus suæ, qui ab eo exigat pondus auri & argenti angariantes se. Expeditur omnis acceptio auri & argenti, & venundabit homo omnia vtensilia sua, & ferramenta & operatoria & vestimenta, & in ipso hebdomatico tempore vendent homines natos suos. Cuius itaque rei gratia despexerit Dominus Deus fideles, vt sufferant has tribulationes, vt monstrentur qui sunt fidelissimi, vel infideles, & vt separentur paleæ à tritico mundo,

eo quod

eo quod ignis probationis est tempus illud, & longanimitatem fert Deus super tribulationes iustorum fidelium, vt manifesti appareant electi. Prædixit enim nobis Saluator noster inquiens: Beati estis cum exprobrauerint vos, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne verbum malum aduersum vos, propter me mentientes; gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Sic enim persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos: qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit.

Quomodo Turcæ post victoriam læti existentes, & conuiuantes, à Romano Rege inter epulas opprimentur.

ET post tribulationem, quæ fit à filiis Israel, cumque periclitati fuerint homines à tribulationis pressura, non habentes spem salutis aut redemptionis alicuius de manibus eorum, persecuti & tribulati ab eis afflictique fuerint, in fame, siti & nuditate: Barbarorum verò nationes erunt hæc comedentes & bibentes, & iocundantes, in victoriis eorum gloriantes & in desolationibus quibus desolauerunt Persidem & Syriam, quoque & Cappadociam & Isauriam, Affricam quoque & Siciliam, & eos qui habitant proximè Romam, & insulas circumamicti quemadmodum sponsi, & blasphemantes dicunt: Ecce vicimus terram in fortitudine nostra, & omnes qui habitant in ea, & nequaquam habebunt Christiani ereptionem de manibus nostris. Tunc subito insurget super eos rex Græcorum siue Romanorum in furore magno, & expergiscetur tamquam homo à somno vini, quem æstimabant homines tamquam mortuum esse, & in nihilo vtilem profecisse: hic exiet super eos à mari Æthiopum, & mittet gladium & desolationem in tribu quæ est in eorum patria, & captiuabit mulieres eorum & Filios illorum.

Quomodo quidam filius Regis Romanorum, Turcos & eorum vxores & pueros captiuos abducet & variis pœnis afficiet.

SVper habitantes autem terram Promissionis, descendet filius regis cum gladio, & concidet omnes à terra, & cadent super eos timor & tremor vndique, & ipsi & vxores & filij eorum lugebunt infantes suos, flentes super eos & omnia castra eorum quæ sunt in terra patrum illorum, in manu Regis Romanorum tradentur in gladio & captiuitate, & morte & corruptione, & erit Rex Romanorum imponens iugum suum super eos, septies vltra quam erat iugum eorum super terram, & comprehendet eos angustia magna, fames, sitis, & tribulationes, & erunt seruientes ipsi & mulieres & filij eorum, & seruientes his qui sibi seruiebant, & erit seruitus eorum amarissima centuplum, & durissima vltra hanc quam Christianis imposuerunt, & tunc pacificabuntur terræ quæ ab eis fuerant destructæ, & redibit vnusquisque in terram suam, & in hæreditatem patrum suorum. Armenia, Cilicia, Isauria, Africa, Græcia, Silicia, & omnis qui de captiuitate relictus est, reuertetur in propria, & in paterna sua, & multiplicabuntur homines super terram quæ desolata fuerat sicut locustæ in multitudine.

Quomodo rex Romanorum, post gloriosam Christianorum victoriam, eos condemnabit & puniet qui veram fidem abnegauerunt.

ÆGyptus vero desolabitur, Arabia igni concremabitur, & maritimæ pacificabuntur, & omnis indignatio & furor regis Romanorum super eos qui abnegauerunt Dominum nostrum Iesum Christum exardescet. Et sedebit terra in pace, & erit pax &

A tranquillitas magna super terram, qualis nondum est facta, neque fiet similis illi, eo quod nouissima est & in fine sæculorum. Erit enim lætitia super terram, & commorabuntur homines in pace & reædificabunt ciuitates & mansiones hominum, liberabuntur sacerdotes de necessitatibus suis & requiescent homines in tempore illo à tribulationibus suis.

Quomodo Christiani nimium gaudentes de victoria & obliti beneficiorum Dei, à repente superuenientibus Gog & Magog opprimentur.

ET hæc est pax, quam beatus Apostolus exposuit dicens, *Cum autem dixerint pax & securitas, tunc* B *eis superueniet interitus.* Et continuo Dominus in Euangelio sic inquiens: *Sicut enim in diebus Noe erant homines manducantes & bibentes & nubentes, & nuptias contrahentes, ita erit in nouissimo die.* In hac igitur pace sedebunt homines super terram, cum gaudio & lætitia comedentes, & sese portantes, nubentes, & dantes ad nuptias, exultantes & gaudentes, & ædificantes, construentes, & non erit timor eorum vel solicitudo: tunc reserabuntur portæ Aquilonis, & ingredientur virtutes gentium illarum quas conclusit intos Alexander Magnus, & concutietur omnis terra à conspectu eorum, & expauescent homines, & fugientes conterrit, abscondent se in montibus, & speluncis, & in monumentis, & mortificabuntur à ti- C more, & corripientur præ pauore quamplurimi, & non erit qui corpora sepeliat.

Gentes namque qui exient ab Aquilone, comedent carnes hominum, & bibēt sanguinem bestiarum sicut aquam, & comedent immunda, serpentes, Scorpiones & vniuersa abominabilia & horribilia bestiarum, & reptilia quæ reptant super terram, iumentorum etiam & corpora mortuorum, & abortiua mulierum, & necabunt pueros & largientur eos matribus suis vt comedant eos, & corrumpent terram, & contaminabunt eam, & nullus erit qui possit stare contra eos. Tartari.

De natiuitate Antichristi.

D POst hebdomadam vero temporis cum comprehenderint ciuitatem Ioppen, mittet Dominus Deus vnum ex principibus militiæ suæ, & percutiet eos in vno momento temporis. Et post hæc descendet rex Romanorum, & demorabitur in Hierusalem septimana temporum & dimidia, quod est 10. anni & dimidium. Et cum complebuntur 10. anni, & dimidius, & apparebit filius perditionis. Hic nascetur Chorosain, & nutrietur in Bethsaide, & regnabit Capharnaom. Et lætabitur Chorosain eo quod in eo est, & Bethsaida propter quod nutritus est in ea, & Capharnaum eo quod regnauerit in ea. Propter hanc causam in Euangelio Dominus tertio sententiam dedit dicens: Væ tibi Chorosaim, Væ tibi Bethsaida, & tibi Capharnaum, si vsque in cælum exalta- E beris, vsque ad infernum descendes.

Quomodo vltimus Rex Romanorum in monte Oliueti, coronam & regnum offerte Deo, & illic morietur.

ET tùm apparuerit filius perditionis, ascendet tunc rex Romanorum sursum in Golgata, in quo confixum est lignum sanctæ crucis, in quo loco pro nobis Dominus mortem sustinuit, & tollet rex coronam de capite suo, & ponet eam super crucem, & expandet manus suas in cælum, & tradet regnum Christianorum Deo Patri, & assumetur crux in cælum, simul cum corona regis, propter quod sospēsus est in ea

Dominus noster Iesus Chistus, propter communem A omnium salutem, ipsa crux incipiet apparere ante eum in adoentu ipsius, ad arguendam perfidiam infidelium, & complebitur Prophetia Dauid dicentis; In nouissimis diebus Æthiopia præueniet manus eius Deo, ex eo quod ex semine filiorum Chuseth, filiæ Phool regis Æthiopiæ ipse nouissimè præuenit manus suas Deo, & cum exaltata fuerit crux in cælum sursum, etiam tradet continuo Spiritum suum Romanorum Rex, tunc destruetur omnis principatus & potestas, cùm apparuerit filius perditionis. Est autem hic de tribu Dan, secundum Prophetiam Patriarchæ Iacob; quæ dicit: *Dan cerastes in via, & coluber, accubans in semita, mordens calcaneum equi, & cadet ascensor eius retrorsum, salutare tuum sustinens.* (Genes. 49.) Equus igitur est veritas, & pietas iustorum, calcaneum vero nouissima dies, & sancti hi qui in illo B tempore super equum, id est super veram fidem ascendent. & pijssimè equitabunt, persequentur à serpente siue filio perditionis, in calcaneo, id est, in nouissimo die, in omnibus enim phantasiis & mendacibus sermonibus, & operibus suis quæ fiunt ab eo.

De miraculis factis per Antichristum.

FAciet enim tunc signa & prodigia molia, super terram inertia: vel imbecilla, sophistica & falsa. Cæci enim respicient, claudi ambulabunt, surdi audient, & dæmoniaci curabuntur, conuertet solem in tenebras, & lunam in sanguinem apparenter. In omnibus suis signis fallacissimus, & fallissimus deceptionum prodigiis seduces, si potest fieri etiam electos, C sicut & Dominus explanauit in Euangelio. Aspiciens ergo Patriarcha Iacob cordis oculis, considerauit quæ ventura essent in nouissimis diebus, à venenoso serpente, vel filio perditionis facienda, quoniam etiam in hominibus tribulatio & angustia per eum fieret. Exposuit sicut ex persona generis humani condolens & vocem emittens dixit: Raro expectabo salutare tuum Domine. Dominus autem de Antichristo præfatus est dicens: Si fieri potest etiam in errorem inducet electos. Ingredietur enim hic filius perditionis in Ierusalem, & sedebit in templo Dei sicut Deus, cum homo sit carnalis, ex semine viri & vtero mulieris de tribu Dan, nam & Iudas Scariotis, qui & traditor Domini exitit, de tribu Dan descendit. D

De prædicatione Enoch & Heliæ contra Antichristum.

CVmque multiplicata fuerit tribulatio dictum illorum à filio perditionis, non finet diuinitas aspicere perditionem generis humani quod redemit proprio sanguine, continuo mittet suos famulos sincerissimos atque charissimos, Enoch & Heliam, ad redarguendum eum, & palam omnibus gentibus corripient eius seductionem, & ostendent eum mendacem coram omni homine, & nihil esse. Et quia propter interitum & perditionem multorum exiit de templo: gentes ergo videntes eum confusum, seductionemque eius obiurgationibus multis increpatam à famulis E Dei, dimittent eum, & fugient ab illo, & adhærebunt iustis illis. Videns ergo seductor sese durissimè increpatum, ab vniuersis contemptum, furore & iracundia calescens, interficiet illos sanctos Dei.

De extremo vniuersali Iudicio.

TVnc apparebit signum aduentus filij hominis, & veniet in nubibus cæli cum gloria cælesti, & interficiet eum Deus Spiritu oris sui, secundum expositionem Apostolicam. Tunc fulgebunt iusti tamquam stellæ in mundo, verbum vitæ in se continentes. Impij autem proijcientur in infernum,
eripiamur per gratiam & humanitatem Dom
& Saluatoris nostri Iesu Christi, in quo est P
cum Spiritu sancto, omnis honor, & gloria
gnitudo, & imperium, nunc & in sempitern
in sæcula sæculorum, Amen.

PIO ET CANDI
LECTORI.

Raphael Bagata Archipresbyt. Eccles. SS. A
lorum, & Baptista Perettus Rector Ec-
clesiæ S. Teuteriæ S.

SAnctus Zeno Veronæ Episcopus, & Pa
difficillimis temporibus in magnis tem
bus admirabili constantia Veronensem
Ecclesiam, ac Galieni Imperatoris tempore
rio coronatus est. Floruit non solum vitæ sa
te, & pastorali vigilantia, sed doctrina, &
laude: quod eius sermones summa grauitate
postolico quodam illius sæculi spiritu consc
bunde testantur. Est idem sanctus Zeno in
tustissimos Ecclesiæ scriptores connumerandi
doctissimo viro Origeni, & gloriosissimo
Cypriano æqualis fuerit. Is Veronæ patre pa
minatus est, & Doctor insignis, quo Docto
C mine in Ecclesia etiam Mediolanensi decor
Græcia etiam Christi Euangelium prædicau
tant apud nos huius sancti Zenonis sermone
tusto ex membranis manoscripto codice.
Guarino litteris Græcis, & Latinis erudito,
quissimo volumine Episcopatus fuerunt repe
Bibliopola quodam anno M. D. V I I I. tu
mendosis admodum typis Venetus fuerunt
Zenonis nomine, vt de eorum authore nullo
sit dubitandum. Nunc verò politioribus form
ctè recogniti, emendati, & expurgati Augus
lerij Veronæ item Episcopi, & sanctæ Roma
clesiæ Cardinalis Illustrissimi & Reuerendissi
pro solerti eius, vigili, & solita pastorali cura
si sunt, & distributi iuxta eruditum illum or
D quem vir eximiæ doctrinæ, & iudicij F. Fœlix
nalis de Monte alto, nunc S. D. N. Sixtus V.
operum sancti Ambrosij editione secutus est: p
enim locus iis sermonibus attributus est. qui
testamenti locos explanant: proximus illis, q
ni: postremo loco ij, qui de virtutibus, & vit
ctant, collati sunt. Neque vero reprehendat qu
martyris nomen huic editioni additum, quo
illa caret: oportuit enim sancto sermonum a
tribuere martyrij gloriam, quam illi (vt omn
vetustissima beati Gregorij Papæ, Venerab.
Vsuardi & aliorum testimonia) recentissimum
tyrologium iussu Gregorij XIII. Pont. Ma
tum attribuit. Obijciet fortasse aliquis hos ser
E alterius Zenonis esse martyre posterioris, V
item Episcopi, cuius mentio fit à S. Ambrosi
stola prima ad Syagrium: At ille locus primum
habet, vnde probetur ille Zeno horum auth
sermonum. Deinde non ita probat eum esse
næ Episcopum, vt conuincat: cum enim
Ambrosius aggressus fuisset prædicare (vt legi
vita sancti Eusebij Bononiæ Episcopi lib. 1. d
scopis Bononiensibus) sacratam Deo virgini
Bononienses eius prædicatione permoti eod
sebio authore virgines ipsi suas passim Medio
velandas mittebant: cuius rei etiam idem
Ambrosius meminit lib. 1. de Virginibus: vb
testatur virgines, vel ab ipsa Mauritania M

num vt velarentur, & sacrarentur, venisse: eadem ratione credendum est, virginem illam Indiciam nomine, de qua ibi sit mentio, Mediolani à S. Ambrosio eidem Zenoni viro sanctæ memoriæ probandam, & benedicendam traditam fuisse: id enim facilè ex eadem epistola colligitur: Soror enim ipsa S. Ambrosij, cum esset Mediolani, testatur Indiciam Romæ domi suæ Ambrosio absente habitasse; Quædam vero Paterna nomine S. Ambrosij (ille ipsam appellat) filio nunquam ab Indicia discesserat: Indicia autem Veronæ, quo cum sorore sua noua nupta profecta fuerat, apud eam, patiente tamen intellecto, paruo videtor tempore habitasse; vnde apparet Indiciam alibi, quam Veronæ sacrata virginali benedictione insignitam fuisse, præsertim cum post tot annos à benedictione (vt inquit S. Ambrosius) nota corruptionis inureretur. Accedit præterea Ecclesiæ Veronensis perpetua traditio, quam certis rationibus firmam ex canonum præscripto tueri debemus, quæ præter Zenonem episcopum, & Martyrem, qua de re in libello de Sanctis Veronensibus Episcopis vberius tractatum est, nullum alium Zenonem agnouit Episcopum: quam quidem traditionem testatur etiam Episcoporum Veronensium series in aula Episcopali depicta: in qua vnus tantum Zeno VIII. Episcopus cernitur. Dicet alius ab authore horum sermonum confutatos esse errores Arrij, qui viuo Zenone martyre non erat. Respondemus, cum Epiphanius scribat patrem Arrij fuisse Origenem, & S. Thomas fontem eiusdem extitisse, errores qui ab Arrio disseminati sunt, fuisse antequam Arrius nasceretur: vt errores Lutheri antequam pestiferam illam hæresim Lutherus disseminasset, conuicti fuerunt. Quod si is contendat errores illos Origeni falso tributos, vt Pamphilus martyr, & alij alibi nobiles scriptores putauerunt, non conuincit causam non fuisse, vt S. Zenoni necesse non fuerit illam pestem, quod Filius non sit coæternus Patri, refellere. Quod obiicitur sermonem de continentia non esse S. Zenonis martyris, cum in eo legatur author abfuisse à S. Pauli doctrina diuulgata annis quadringentis, & eo amplius: & totus penè orbis tunc fuisse Christianus. Dicimus textum, sicut multis in locis est mendosus, ita vt sæpe fit in numeris ibi esse depravatum. Iam vero cum disseminatum per omnes prouincias esset Euangelium à multis receptum, eo in loco author ponit, vt fit totum pro parte. Antiquissimi authoris est indicium cum sæpe ad Iudæos sermones habuerit: catechumenos ad immergendum se to sacrum fontem inuitauerit, reprehenderit Græcos tunc ad fidem Christi conuersos, quod vana sua sapientia etiam in Ecclesiam Dei vana quædam de Deo introducerent, vt serm. 1. de Psalm. 130. Idem ostenditur, eum in serm. de spirituali ædificatione domus Dei author demonstrat tunc non fuisse iam templa Christianis constructa, sed nouum populum, & minimum numero extitisse. Ad Neophytos porro serm. 4. cum de iis mentionem facit, qui vniuersam rem familiarem pauperibus erogarent, quippe Dei templum esse, cum templum idololatriæ antea extitisset. Ipsum præterea licet perspicere ad Neophytos serm. 4. cum eos hortatur author, vt idololatriam fugiant, & ne captent amplius auguria. Quid? nonne id clarè patet ex serm. 1. de Pascha & serm. de patientia? quorum altero iocet preterea autom... sui temporis martyres significare, patientiam in altero coronam martyrum appellat quotidianam? B. Thecla, S. Pauli Apostoli discipula, & prima illius sexus martyr in sermone de timore, in exemplum timoris Domini adducitur. Quosdam meminit in sermone de resurrectione in idololatria suo tempore obiisse: & Christianos quosdam arguit corporum resurrectionem non credentes. Ab eo præterea descripta est S. Ar-

A chadij martyris vita, suo tempore, vt Petrus Episcopus Equilinus testatur, martyrio in Mauritania coronati. His profecto, & huiusmodi alijs quamplurimis antiquissimus horum sermonum author demonstratur. Quod autem tres, siue quatuor sermones in his reperiantur, quos S. Zenoni aliqui putant ascribi non posse, nempè qui inscribitur, de præcepto, attende tibi: Sermo de Euangelio secundum Lucam, de duplici tentationum Specie: Sermo de liuore, & inuidia, & sermo de ieiunio: qui inter S. Basilij homilias Græcè scripti reperiuntur. Quamuis argumenta non desint, quibus probare liceret eos quoque sermones ad S. Zenonem nostrum pertinere, cum etiam plurimos summo studio, & grauissimis laboribus in Græcia multo ante S. Basilium prædicando ad fi-
B dem Christi conuerteret, tamen ea in re contentiosi esse nolumus. Ad id vero, quod author bibliothecæ sanctæ scribit, nempe septem sermones in Psal. quos enumerauit, esse descriptos ex S. Hilarij commentarijs, dicimus illum quoad numerum errasse: sermones enim in Psalm. 79. & in Psalm. 100. in commentarijs S. Hilarij non reperiuntur. Quoad reliquos quinque, cum duo sermones de Psal. 130. in his sermonibus legantur, secundus vero sit certis quibusdam vocabulis, & iisdem fere sententijs similis priori, qui equidem prior in commentarijs S. Hilarij non reperitur, cum etiam secundum scilicet dicimus à Zenone more suo fuisse aliqua ratione receptum; & propterea ad illum pertinere: sed in commentarijs S. Hilarij ab aliquo fuisse insertum, quem-
C admodum videmus inter opera Hieronymi, Augustini, & aliquorum sanctorum patrum conciones, & libellos non ignobilium authorum irrepsisse. An vero reliqui quatuor eadem ratione fuerint in iisdem commentarijs inserti, necne, aliorum sit iudicium. Nos vero, qui in eodem vetusto codice manuscripto hos etiam sermones simul cum quatuor, quos vt iam diximus, apud S. Basilium Græcè descriptos reperimus, defraudare S. Zenonem debita suæ laudis possessione non sumus ausi. Neque lectorem debuimus tam vtili & iocunda lectione priuare. De stylo quod obiicitur vario dicendi modo sermones conscriptos: si quis rectè eos perpenderit, paucissimis exceptis eiusdem styli comperiet: insunt enim eadem sæpe
D vocabula, eadem verborum dispositio, & connexio. Neque tutum est semper ex styli varietate in paucis maximè de authore fieri iudicium: non enim quilibet author scripta sua eadem dicendi phrasi semper contexuit: hoc namque & Augustino, & Hieronymo & alijs sanctis patribus, quin imo & S. Paulo Apost. contigisse, vt tomo 2. vitarum sanctorum in præfatione ad lectorem ait Aloysius Lipomanus huius Ecclesiæ Veron. Episcopus quandoque reperimus, vt pro locorum, temporum, & personarum qualitate modo altius, modo demissius loquantur. Imperfecti sermones, quos S. Zenonem diuersis temporibus scripsisse probabile est, ab aliquo eius discipulo fideliter collecti sunt; cum præsertim quædam in eis sint, quæ eadem fere sunt, quod author minime fecisset;
E neque quispiam alius, qui eos ex diuersis authoribus colligere voluisset. Ex his igitur licet cognoscere, quanta iniuria Doctor eximius S. Zeno eodem bibliothecæ loco honore suo defraudatus fuerit, scriptis suis luculentissimis spoliatus: cui opinioni, & iudicio in hac re non satis oculato refragatur Blondus Flauius de illustrata Italia regione nona: Petrus Episcopus Equilinus in vita S. Zenonis, & Ioannes Stœffler Iustingensis Mathematicus in Calendario Romano: qui prius superiori seculo, quam typis fuissent excusi, sermones, S. Zenoni attribuunt. Nostra vero ætate præter F. Leandrum Albertum Bononiensem Ord. Præd. in descriptione Italiæ, & Onuphrium Panuinium in chronico manuscripto,

vanam illius trutinam, & iudicium refellit idem A Aloysius Lipomanus & Laurentius Surius Carthusianus, viri iudicio, pietate & varia, & recondita eruditione insignes, & sacrarum historiarũ inprimis scientissimi: qui non modo ratione, sed etiam visu ipsa S. Zenonis esse docuerunt: quorum alter in suam catenam commentatorum in Genesim sententias ex hisce sermonibus quasi flosculos decerptos nomine Zenonis intexuit: vterque verò inter sanctorum vitas prudentia summa, laboreque incredibili collectas sermones integros B. Zenonis nomine insignitos inseruerunt. His grauissimis authoribus accedit vita S. Zenonis, quæ iam multis seculis fuit conscripta, in qua membra aliquot horum sermonum, de quibus est disputatio, leguntur. Monemus autem prætermissum esse S. Gaudentij Episcopi Brixiensis sermonem, qui excusis sermonibus S. Zenonis fuerat additus, quod in vetusto codice manuscripto nõ reperitur. Hæc de S. Zenonis sermonibus, ve piissimi, & benignissimi pastoris, ac patris nostri mandato, qua debuimus obseruantia pateremus. Fruere igitur, candide lector, his sermonibus Martyris Episcopi: qui magno Dei munere nobis relicti sunt: quos cum attentè legeris, senties te ad virtutis, & pietatis studium mirabiliter excitari, & hominem in quo Christus loquebatur, planè agnosces. Veronæ M. D LXXXVI. Cæterum his pro assertione sermonum S. Zenonis prudenter & eruditè adductis non obstantibus magnis coniecturis existimat Baronius in not. ad Rom. Martyr. 12 Aprilis nonnullos C ex subiectis sermonibus non esse posse S. Zenonis Veronensis Episcopi, qui sub Galieno martyr occubuit, eos præsertim in quibus Arriana hæresis confutatur. Tu ipsum consule; nam multas rationes & optimas coniecturas ad id probandum se habere profitetur.

DE DIVO HIPPOLITO EPISCOPO ET MARTYRE.

EX IOANNIS PICI, PARISIENSIS Senatus Præsidis, & orationis huius interpretis Præfatione, ad Illustriss. Principem Cardinalem Carolum à Lotharingia.

D

HAC in Oratione nemo speret diem vel horam illius secundi Aduentus siue Iudicij, designatam iri quam nemo (dempto solo Patre, vt Christus inquit in Euangelio) exploratam habet, verum quæ strictim & concisè de iudicijs diem illam antecessuris, à Domino dicta sunt, ea ipsa verbosius & more prope declamatorio lepidius explicari, allatis Prophetarum atque Apostolorum confirmantibus propositum testimonijs. Quicunque tamen accedet ad lectionem huius Orationis, duo potissimum attendet & summopere cauebit, in quibus peculiarem & alienam ab E *Ecclesiastica doctrina tuetur Hippolytus opinionem. Primò, dum censet Ioannem Euangelistam quasi minimè mortuum, cum duobus Prophetis Enoch & Elia venturum ad prædicandum verbum Dei paulò ante quam reueletur Antichristus: cum tamen & beatum Ioannem obijsse mortem asserat Ecclesia, & ille ipse Ioannes, Apocalypseos vndecimo capite, duorum duntaxat Prophetarum Antichristo præuntium faciat mentionem. Alterum est in eo quod existimat Antichristum non futurum verum hominem, sed Dæmonem qui corpus tantum phantasticum ostentet; contra Diui Pauli sententiam vocantis illum, hominem peccati filiumque perditionis. Quæ ne fallant imprudentem Lectorem, sunt ad marginem annotata.*

EX BELLARMINO, DE scriptoribus Ecclesiasticis.

S. Hyppolytus Episcopus Portuensis, & martyr, Clementis Alexandrini discipulus, sub Alexandro Seuero martyrium consummauit.

Multa scripsit, quæ enumerantur ab Eusebio lib. 6. hist. cap. 16. & S. Hieronymo in lib. de scriptorib. Ecclesiasticis. Nunc solum exstant, *Oratio de consummatione Mundi, de Antichristo, & secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi*, item *excerpta quadam ex li-* B *bris S. Hippolyti de Theologia & Incarnatione.*

S. HIPPOLITI MARTYRIS HOMILIA.

DE DEO TRINO, ET VNO. ET DE mysterio incarnationis, contra hæresim Noeti.

ALij quidam aliam doctrinam introducunt, facti discipuli cuiusdam Noëti, qui genere quidem Smyrnæus fuit non multo ante. C Hic initiatus in elationem prouectus est, alieni spiritus existimatione elatus. Dixit hic Christum esse eundem patrem, ipsumque patrem genitum esse & passum. Videte quanta elatio cordis, & inflatio spiritus alieni in eum subiit. Iam igitur ex aliis actibus deprehensum est quod non loquebatur Spiritu mundo. Qui enim in Spiritum sanctum blasphemus est, ea diuina sorte eiectus est. Aiebat hic se esse Moysen, & fratrem suum esse Aaron. Hæc cum beati presbyteri audirent, accersitum coram Ecclesia examinauerunt. Ille vero negabat principio sic se sentire; postea vero in quibusdam delitescens, & collectis aliis qui in eodem errore erant, volebat aperè dogma suum defendere. Quem rursus accersitum presbyteri redarguerunt. Ille verò resistebat, inquiens: Quid igitur mali facio si D Christum honoro? Huic presbyteri responderunt: Et nos vnum Deum verè scimus; scimus Christum, scimus filium passum, sicut passus est, mortuum, sicut mortuus est; & suscitatum tertia die, & sedentem ad dexteram patris, venturumque ad iudicandum viuos & mortuos. Atque hæc dicimus, quæ didicimus. Tunc istum conuictum eiecerunt ex Ecclesia, qui eo inflationis venit, vt docere instituerit. Volunt autem dogma suum constituere & confirmare quia est in lege: *Ego sum Deus patrum vestrorum: non erunt vobis alij dij præter me.* Et in alio loco: *Ego sum* Exod. 20. *primus, & ego nouissimus; & post me non est alius.* Sic Esa. 44 aiunt se probare vnum esse Deum: & respondent: si & 45. Christum confitemur Deum, igitur ipse est pater, si est Deus: passus verò est Christus Deus, passus igitur E est Pater; Pater enim erat ipse. At non sic est: non enim sic Scripturæ exponunt. Vtuntur præterea aliis testimoniis: sic enim scriptum esse: *Hic Deus noster, non reputabitur alius ad eum, adinuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israeli di-* Baruch 3. *lecto suo: post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Vides igitur, inquit, quòd *hic* est Deus, qui solus est, & postea in terris visus, & cum hominibus conuersatus est? Et in alio loco ait: *Laborauit Ægyptus, & mercatura Æthiopum, & Sabaim viri celsi in te transibunt, & tui serui erunt; & ibunt* Esa. 45. *post te vincti vinculis manuum, & in te adorabunt; quia in te est Deus, & interpretabuntur, quia non est Deus præter te: tu enim es Deus, & nesciuimus, Deus Israel*

Israel Saluator. Vides, inquit, quomodo Scripturæ vnum Deum prædicant? Cùm hoc apertè declaratum sit, cùm hæc sic contestata sint, necesse est, vno per confessionem constituto, hunc passioni subiicere. Christus enim erat Deus, & propter nos passus est, cùm esset pater, vt posset saluos nos facere. Aliud enim (inquit) dicere non possumus; siquidem Apostolus vnum Deum confitetur, cùm ait: *Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in sæcula.* Sic volunt ista recitare, & vti mutilatis, sicut fecit Theodotus, cùm vellet probare Christum esse hominem nudum. Sed nec illi, nec isti quidquam intellexerunt; vt ipsæ scripturæ inscitiam eorum redarguunt, quæ testimonium veritati tribuunt. Videte fratres, quomodo præceps & audax dogma introduxerunt, cùm impudenter aiunt, Ipse Christus est pater, ipse filius; ipse passus est, ipse se exsitauit à mortuis. At non sic est: rectè enim dicunt Scripturæ, sed alia Noëtus intelligit. At non quia Noëtus non intelligit, idcirco Scripturæ repudiandæ sunt. Quis enim non dicet vnum Deum esse? non tamen continuò œconomiam, id est, incarnationem, negabit. Primum igitur oportet confutare quidem hæc capita secundum sensum illorum; declarare vero ea secundum veritatem. Primum enim re vera est exponere patrem esse vnum Deum, *ex quo omnis paternitas, per quem omnia, & ex quo omnia, & nos in ipso.* Videamus, vt dixi, confutationem, deinde veritatem exponemus. Ait enim: *Laborauit Ægyptus, & mercatura Æthiopum, & Sabaim,* & quæ sequuntur vsque ad eum locum, vbi dicit: *Tu es Deus Israel, & Saluator.* Hæc recitat, non intelligens quod prius dictum est. Cùm enim volunt malitiosè ac dolo malo agere, circumcidunt scripturas. Recitet autem integrè, & reperiet causam propter quam hæc dicuntur, paulò enim supra, principium capitis est, vnde oportet incipere ad docendum cui & de quo dicit. Superius enim principium capitis sic habet: *Interrogate me de filiis meis, & de filiabus meis; & de operibus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram, & hominem super eam, ego manu mea firmaui cœlum, ego mandaui astris, ego excitaui eum. & omnes viæ eius rectæ. Hic ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem reducet non cum precio, neque cum donis, dixit Dominus Sabaoth. Sic dixit* Dominus *Sabaoth: Laborauit Ægyptus, & mercatura Æthiopum, & Sabaim; viri celsi in te transibunt, & tibi erunt serui, & post te sequentur ligati vinculis manuum, & in te adorabunt, & in te precabuntur; quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te. tu enim es Deus, & nesciuimus; Deus Israel Saluator. In te igitur,* inquit, *est Deus.* In quo autem est Deus, nisi in Christo Iesu verbo patris, & mysterio œconomiæ, id est, incarnationis? De quo rursus docens, carnem eius significat cum ait: *Ego excitaui eum cum iustitia, & omnes viæ eius rectæ.* Quid igitur? de quo testatur hoc loco pater? de filio dicit pater *Ego excitaui eum cum iustitia.* Quod autem pater suscitauit filium in iustitia, testatur Paulus Apostolus, cum ait: *Si autem Spiritus qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in vobis; qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, viuificabit etiam mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum eius in vobis.* Ecce comprobauit quod dictum est per Prophetam: *Ego suscitaui eum in iustitia.* Quod autem dixit: *In te est Deus;* ostendit mysterium œconomiæ, id est, incarnationis, quod incarnato verbo & facto homine pater erat in filio, & filius in patre, conuersante filio cum hominibus. Hoc igitur, fratres, significabatur, quod verè mysterium incarnationis ex Spiritu sancto & ex Virgine erat hoc verbum, quod (1) operatum est Deo filium vnum. Hoc autem non ego dico, sed ipse testatur qui de cœlo descendit. Sic enim ait: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cælo.* Quid igitur quæret iste præter hoc quod dictum est? Nunquid dicturus est quod caro erat in cœlo? Est igitur caro, quæ à verbo patris oblata est dono, caro inquam ex Spiritu sancto & Virgine ostensa, perfectus filius Dei. Manifestum igitur est, quod se ipse obtulit patri, antea vero non erat in cœlo caro. Quis ergo erat in cœlo, nisi verbum sine carne, quod missum est vt ostenderet se, qui in terra erat, esse etiam in cœlo? Verbum enim erat, Spiritus erat, virtus erat. Vous commune nomen, & in vsu apud homines sibi sumpsit, vocatus à principio filius hominis, propter futurum, quamuis nondum esset homo, sicut Daniel testatur inquiens: *Vidi, & ecce in nubibus cœli venientem tanquam filium hominis.* Rectè igitur dixit, eum qui in cœlo erat verbum Dei, hoc nomine à principio vocari. Sed quid mihi, inquit, dicit scriptura in alio loco: *Hic est Deus, non reputabitur alius ad eum?* Rectè dixit. Quis enim reputabitur ad patrem? *Hic,* inquit, *Deus noster, non reputabitur alius ad eum. Inuenit omnem viam scientiæ, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo.* Benedicit. Quis enim est Iacob puer eius, & Israel dilectus eius, nisi hic de quo clamat, inquiens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite?* Qui omnem scientiam à patre accepit, perfectus Israel, & verus Iacob. *Post hæc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Quis autem est Israel, nisi homo videns Deum? Videns autem Deum, nemo nisi solus puer & perfectus homo, & qui solus enarrat consilium patris. Ait enim Ioannes: *Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* & rursus. *Qui de cælo descendit, quod audiuit & vidit, testatur.* Hic igitur est, cui omnem scientiam dedit pater: qui *in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Quod autem dicit Apostolus: *Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula:* pulchrè enarrat & dilucidè mysterium veritatis. Hic qui est super omnia, Deus est (sic enim audet dicere: *Omnia mihi tradita sunt à patre; qui est super omnia Deus benedictus.*) genitus est, & factus homo, Deus est in sæcula. Sic enim Ioannes ait: (a) *Qui est, & qui erat, & qui venturus est, Deus omnipotens.* Rectè vocauit omnipotentem Christum. Hoc enim dixit, quod quidem Christus testabitur. Tribuens enim testimonium, *Omnia,* inquit, *mihi tradita sunt à patre:* & omnium dominatum tenet; omnipotens à patre constitutus est Christus. Imo & Paulus docens omnia ei data esse, sic dixit: *Primitiæ Christus, deinde, qui sunt Christi in aduentu eius; postea finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri; cum euacuauerit omnem principatum, & omnem potestatem & virtutem. Oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimè autem inimica destruetur mors; omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat Omnia subiecta sunt ei, sine dubio, præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.* Si igitur omnia subiecta sunt ei præter eum qui subiecit omnia, omnium tenet dominatum; ipsius verò dominatum tenet pater, vt in omnibus vnus Deus reperiatur, cui omnia subiecta sunt, simul cum Christo, cui omnia pater subiecit præter seipsum. Hoc enim Christus dixit, sicut in Euangelio & patrem suum & Deum confessus est, Ait enim sic. *Vado ad patrem meum & patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum.* Si ergo Noetus audet dicere, ipsum esse patrem; ad quem patrem dicet ire Christum secundum vocem Euangelij: Si vero vult vt relicto Euangelio, amentiæ eius credamus, frustra laborat: oportet enim obedire magis Deo, quam hominibus. Si autem dicat: Ipse dixit: *Ego & pater vnum sumus;*

Marginal notes (left): Rom 9. — Theodotus hereticus Christum faciebat nudum hominem, sicut Paulus Samosatenus. — Ephes 3. 1.Cor 8. Esa. 45. — Quandoque confutatio falsæ sententiæ intercedit explicationem veri, vt hic: quandoque explicatio veræ confutationem falsæ. — Ibidem. — Ibidem. Rom. 8. — Ioan. 3.

Marginal notes (right): Verbum Dei vocatur in scriptura filius hominis antequam carnem sumeret. — Dan 7. — Baruch 3. — Math 3. — Ioan. 1. Ioan. 3. — Rom 9. — Math. 11. — Apo. 1. — Math. 11. — 1.Cor. 15. — Ioan 20. — Acto. 5. Ioan. 10.

aduertat animum, & intelligat quod non dixit: Ego & pater vnum sum sed vnum sumus. Illud enim, sumos, oon dicitur, de vno, sed sic dixit, quia duas personas demonstrauit, vnam autem poteotiam, siue virtutem. Ipse hoc explicauit, cum dixit de discipulis ad patrem: *Gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint perfecti in vnum, vt cognoscat mundus quod tu me misisti.* Quid ad hæc dicere possunt Noetani? Núquid omnes vnom corpus suot secundum substantiam? ao vero *potestate & affectione consensioois & concordiæ vnom efficimur? Ad eundem modum puer missus, & ab iis qui in mundo erant, non cognitus, (3) confessus est se esse in patre potestate, & affectione consensionis, vna (4) enim mens patris est puer. Qui autem mentem patris habemus, sic credimus: qui vero non habent, filiom negauerunt. Si autem velint dicere, quod Philippus de Patre interrogans, *ostende*, inquit *nobis patrem & sufficit nobis:* cui respondit Dominus, inquiens; *Tanto tempore vobiscum sum Philippe, & non cognouisti me? Qui vidit me vidit & patrem. Non credis quia ego in patre, & pater in me est?* Et voluot dicere quod his verbis eorum dogma coofirmatur, ipso confitente se esse patrem; sciant maximam repugnantiam in seipsos inducere, scriptura eos coarguente & conuincente. Cum enim Christus in omnibus se filium dixisset & demonstrasset, non tameo cognouerant eum, neque virtutem eius intelligere, aut intueri poterant, & hoc Philippus eum capere non posset, quoad videre licebat, volebat videre patrem. cui Dominus dixit: *Philippe, tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me? qui vidit me, vidit patrem*, id est, si me vidisti, per me potes patrem cognoscere, per imaginem enim quæ similis est, potest facile pater cogoosci. Sin vero imaginem, quæ est filius, non cognouisti, quomodo vis patrem videre? Quod autem hæc ita sint, quæ in ipso capite adiecta & subiecta sunt, explicant, quæ significant, filium propositum missum esse à patre, & ad patrem ire. Multa alia, immo omnia huic veritati astipulantur. Necesse ergo est, vt quamuis nolit, confiteatur patrem Dei omnipotentem, & Christum Iesum filium Dei, Deum factum hominem cui omnia pater subiecit præter se, & Spiritum sanctum, & hos esse vere tres. Quod si vult scire quomodo vnus Deus demonstratur, sciat voam esse virtutem siue potentiam huius: & quantum ad virtutem pertinet, vnus est Deus; quantum verò ad incarnationem pertinet, tertia est ostensio; vt paulò pòst docebimus, cum reddemus rationem de veritate Hæc igitur fratres, dicta nobis sunt, de quibus inter omnes conuenit. Vnus enim est Deus, cui credere oportet, sed ingenitus, impatibilis, immortalis, qui omnia facit quæ vult, sicut vult, & quando vult. Quid igitur ad hæc audebit dicere Noetus, non intelligens veritatem? Quandoquidem igitur hactenus Noetus confutatus est, veniamus ad demonstrationem veritatis; vt confirmemus veritatem, contra quam tot & tantæ hæreses ortæ sunt, quæ nihil dicere potuerunt.

Ioan 17.

* Ἀνάμενῃ διαθέσει ὁμοφρονίας.

Ioan. 14.

Rom. 3.

Demonstratio veritatis, de Deo trino, & vno.

Vnus Deus est, quem noo aliunde, fratres, agnoscimos, quàm ex sanctis Scripturis. Quemadmodum enim si quis vellet sapientiam huius sæculi exercere, noo aliter hoc consequi poterit, nisi dogmata Philosophorum legat: sic quicumque volumus pietatem in Deum exercere, non aliunde discemus, quam ex Scripturis diuinis. Quæcumque ergo sanctæ Scripturæ prædicant, sciamus: & quæcunque docent, cognoscamus; & sicut vult pater credi, sic credamus; & sicut vult filium glorificari, sic glorificemus; & sicut vult donari Spiritum sanctum, sic accipiamus non secundum propriam voluntatem, neque secundum proprium sensum, neque vim inferentes in ea, quæ ab eo data sunt; sed quomodo ipse per sanctas Scripturas docere voluit, sic intelligamus.

Quomodo oporteat cognoscere ex scripturis, vnum Deum esse.

Non esse scripturas secundum proprium sensum nostrum intelligendas.

A Deus solus cum esset, nihilque sibi coæuum haberet, voluit mundum efficere, & mundum cogitans, ac volens, & dicens effecit; continuoque extitit ei factus sicut voluit. & sicut voluit perfecit. Satis igitur nobis est scire solum, nihil esse Deo coæuum. Nihil erat præter ipsum; ipse solus multus erat. Nec enim erat sine ratione, sine sapientia; sine potentia, sine consilio. Omnia erant in eo, ipse erat omnia. Quando voluit, & quomodo voluit, ostendit verbum suum temporibus apud eum definitis; per quem omnia fecit. Qui cum vult, facit; quando *a* cogitat, perficit, quando *b* loquitur, ostendit, quando *c* format, sapientiam edit. Omnia enim quæ facta sunt, ratione & sapientia fabrefecit, ratione quidem creat, sapientia verò ornat. Fecit igitur sicut voluit: Deus enim erat. Eorum *d* autem quæ facta sunt, ducem, consiliarium &

B operarium generabat verbum: quod verbum cum in se haberet, essetque mundo creato inaspectabile, fecit aspectabile, (5) emittens priorem vocem, & lumen ex lumine generans, deprompsit ipsi creaturæ dominum, *e* sensum suum, & qui prius ipsi tantum erat visibilis, mundo autem inuisibilis, hunc visibilem facit, vt mundus eum eum qui apparuit, videret, saluus *fieri posset. Atque ita adstitit ei alius. Cum alium dico, non duos deos dico; sed tanquam lumen ex lumine, & aquam ex fonte, aut radium à sole. vna enim virtus ex toto: totum verò pater, ex quo virtus verbum: hoc verò mens, siue sensus, qui prodiens in mundum, ostensus est puer Dei. *Omnia* igitur *per eum facta sunt*. ipse solus ex patre genitus. Quis ergo profert

C multitudinem deorum, quæ per curricula temporum appulsa fuit? Omnes enim eò redacti sunt inuiti, vt dicant omnia ad vnum recurrere, etiam secundum Valentinum, & Marcionem, & Cerinthum, & omnem illorum nugacitatem, & huc nolentes reciderunt vt vnam omnium causam confiteantur. Igitur veritati volentes consentiunt, esse scilicet vnum Deum, qui fecit omnia sicut voluit. Hic autem dedit legem & Prophetas, & dando (6) coëgit hos per Spiritum sanctum loqui, vt accipientes virtutis paternæ inspirationem, consilium & voluntatem patris nunciarent. In his igitur verbum versabatur, loquens de seipso. iam enim ipse suus præco erat; ostendebatque futurum esse, vt verbum in hominibus appareret. Id-

D circo sic clamabat: *Factus sum manifestus iis qui non quærebant me; inuentus sum ab iis qui non interrogabant me.* Quis verò est qui factus est manifestus, nisi verbum patris? quod cum pater misit, potestatem suam ostendit hominibus. *Sic* igitur factum est manifestum verbum, sicut ait beatus Ioannes. repetit enim summatim, quæ à Prophetis dicta sunt, demonstrans hoc esse verbum, per quod omnia facta sunt. sic enim ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & infra, ait. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. *Si mundus* (inquit) *per ipsum factus est*, sicut ait Propheta: *Verbo Domini cæli firmati sunt*, igitur hoc est ver-

E bum quod factum est manifestum. Ergo verbum incarnatum cernimus, patrem per eum intelligimus, filio credimus, Spiritum sanctum adoramus. Videamus igitur quæ scripta suot, quod prædicabatur quidem verbum futurum manifestum. Hieremias etiam dicit: *Quis stetit in hypostasi Domini, & vidit verbum eius?* Verbum autem Dei solum est visibile; verbum verò hominis audibile. Quando dicit videre verbum, necesse est mihi vt credam, hunc visibilem missum esse, missus autem noo est alius, quam verbum. Quod autem missum fuit, testatur Petrus, cum dixit Cornelio centurioni: *Misit Deus verbum suum filiis Israel per prædicationem Iesu Christi Hic est* Deus omnium Dominus. Si ergo verbum mittitur

per

a Gen. 1. 6. Cogitauit Deus quod fecit hominem.

b Dixit fiat lux, & facta est lux, hoc est loqui, id est, ostendere.

c Formauit igitur hominem de limo terræ, maximam sapientiam ostendit Deus in formatione hominis.

d quis est, sicut Apostolus ait, primogenitus omnis creaturæ.

e id est mens, siue sensus patris.

Absolutissima Theologia Dei patris & verbi Dei.

Esai. 65.

Quomodo in Prophetis verbum Dei versabatur, loquens de seipso quod futurum appareret hominibus quod factum est carne assumpta.

Ioan. 1.

Act. 10.

Locus Actorum de Verbo incarnato prædicato per Apostolos.

per Iesum Christum voluntas patris est Iesus Christus. Hæc igitur, fratres, significant nobis scripturæ. Hanc œconomiam, id est, incarnationem tradit nobis Ioannes in Euangelio, testimonio suo; & hoc verbum confitetur Deum, sic inquiens: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum.* Si ergo *verbum erat apud Deum, & Deus erat,* quid ergo? diceretne aliquis dicere Ioannem duos deos? Duos quidem non dicam, sed vnum; personas vero duas, (7) œconomiam tertiam, (8) gratiam dico sancti Spiritus. Pater quidem vnus, personæ verò duæ, quia filius; tertia autem Spiritus sanctus. Pater mandat, verbum perficit, filius autem ostenditur, per quem pater creditur. Oeconomia * consensionis redigitur ad vnum Deum, vnus enim est Deus, qui mandat, pater; qui obedit, filius; qui docet scientiam, Spiritus sanctus, pater qui (9) est super omnia, filius per omnia, Spiritus sanctus in omnibus. Aliter Deum vnum intelligere non possumus, nisi verè patri & filio & Spiritui sancto credamus. Etenim Iudæi patrem glorificauerunt, sed non egerunt gratias; siquidem non agnouerunt filium, discipuli agnouerunt filium, sed non in Spiritu sancto, idcirco * negauerunt. Sciens igitur verbum patris œconomiam & voluntatem patris, quod non vult aliter pater glorificari, nisi sic; cum resurrexisset, tradidit hoc discipulis: *Euntes,* quit, *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Docuit hic, quod quicumque vnum quid horum omiserit, is perfectè Deum non glorificauit. Per hanc enim Trinitatem Pater glorificatur. Pater enim voluit, filius fecit, Spiritus sanctus manifestum fecit: omnes igitur Scripturæ de hoc prædicant. Sed dicet mihi aliquis: Nouum verbum mihi affers, cum filium vocas. Ioannes enim verbum quidem dicit, sed aliter per allegoriam interpretatur. Immo non aliter (10) per allegoriam interpretatur: sic enim ostendens hoc verbum Dei quod ab initio erat, & nunc missum est, dixit postea in Apocalypsi: *Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus; & qui sedebat in eo, fidelis & verax, & in iustitia iudicat & pugnat. Oculi eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptũ quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatum est nomen eius, Verbum Dei.* Videte igitur fratres, quomodo vestis sanguine aspersa in symbolo significauit carnem, qua venit, ad subeundam passionem impatibile Dei verbum, sicut mihi Prophetæ testantur. sic enim ait beatus Michæas: *Domus Iacob irritauit, Spiritum Domini. hæc sunt eorum studia, non boni sermones eius, & rectè cum ipsis ambulant, & ipsi suscitauerunt inimicitiam contra pacem eius, (11) gloriam eius detraxerunt,* id est, fecerunt eum pati in carne. Similiter beatus Paulus ait: *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati, damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis ostenderetur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.* Qualem igitur filium suum Deus per carnem misit, nisi verbum, quod à principio scilicet filium vocauit, quia futurum erat vt ortum caperet? & cum filius vocatur, (12) commune nomen amoris erga homines sumit. Nec enim verbum per se & sine carne (13) perfectus filius erat, cum tamen esset perfectum verbum, vnigenitus, neque caro per se sine verbo subsistere poterat, quia in verbo habebat τὴν σύστασιν, id est, in verbo subsistebat. Sic ergo vnus filius Dei perfectus, manifestatus est. Atque hæc quidem sunt de incarnatione verbi testimonia, & alia plurima. Videamus nunc quod propositum nobis est, quod verè, fratres, virtutis patris, quod est verbum Dei, è cœlo descendit, & non ipse Pater. sic enim ait: *Ego ex Patre exiui, & venio.* Quid est autem quod *ex Patre exiuit,* nisi verbum? Quid est quod ex ipso genitum est, nisi Spiritus, id est, verbum? Sed dicet mihi: Quomodo genitum est? Explicationem, quomodo tu genitus es, non potes expromere, quamuis quotidie vides causam humanam, & modum generationis, non potes perfectè efferre. non enim licet tibi cognoscere artem eius qui creauit, in experientia & vsu positam, & non enarrabilem: sed solum videndo intelligere & credere quod opus Dei est homo. De verbi autem generationis ratione, qua Deus Pater generare voluit; generauit sicut voluit. Non satis est tibi scire quod Deus mundum condidit, nisi audeas inquirere, quomodo condidit? Non sufficit tibi cognoscere, quod filius Dei tibi apparuit ad salutem, si tamen id credis; sed insuper quomodo genitus est secundum Spiritum, curiosè indagas? Atqui generationem eius secundum carnem enarrare non pluribus quam duobus concreditum est; & tu audes generationem secundum Spiritum scrutari, quam apud se Pater seruat, reuelaturus tunc sanctis, qui vt faciem eius videant digni erunt? Satis habe quod à Christo dictum est: *Quod natum est ex Spiritu, Spiritus est.* sicut per Prophetam significat verbi generationem quòd genitus est: quomodo vero reseruat apud se in tempus certum ac præfinitum, cum illud reuelaturus est. Sic enim ait: Ex vtero ante luciferum genuite. Sufficiunt hæc testimonia fidelibus veritatis studiosis infideles enim nulli credunt. Etenim Spiritus sanctus vt terreret, in persona Apostolorum testatus est: *Domine, quis credidit auditui nostro?* Quamobrem ne simus infideles, ne quando in nobis, quod dictum est, impleatur. Credamus igitur fratres, secundum traditionem Apostolorum, quod Deus verbum è cœlis descendit in sanctam virginem Mariam, vt ex ea incarnatus sumpta anima humana, rationis inquam participe, factus omnia quæcunque homo est, excepto peccato, saluaret Adam qui ceciderat, & immortalitatem hominibus largiretur iis, qui crederent in nomine eius. In omnibus igitur demonstratum est nobis verbum veritatis, quod vnus est Pater, cuius adest verbum, per quod omnia fecit, quod posterioribus temporibus, sicut superius diximus, misit Pater ad salutem hominum. Hoc per legem & Prophetas prædicatum est venturum esse in mundum. Sicut ergo prædicatum est, sic præsens se ipsum manifestum fecit ex Virgine & Spiritu sancto nouus homo factus, habens cœleste quod paternum erat, tanquam verbum; terreum verò tanquam ex vetere Adam per Virginem incarnatus. Sic in mundum egressus, Deus corporatus apparuit, egressus perfectus homo. non enim per fictionem aut mutationem, sed vere factus est homo. Sic igitur humana sua non recusat qui demonstrabatur esse Deus, cùm esurit & laborat, & defatigatus sitit; cum formidans fugit, & super puluinum dormit, qui naturam habet insomnem vt Deus: cum calicem passionis refugit, qui propter hoc in mundum aduenerat: cum in anxietate sudat, & ab Angelo roboratur, qui eos qui in eum credunt, roborat; & opere docuit mortem contemnere: cum à Iuda proditur, qui cognoscebat Iudam quis esset; & Caipha inhonoratur, qui erat ab eo sacerdotio fungente, paulò ante (14) tanquam Deus honoratus, cum ab Herode spernitur, qui totam terram iudicaturus est; & verberatur à Pilato is qui infirmitates nostras suscepit: & à militibus illuditur is, cui adstant millia millium, & decies centena millia Angelorum & Archangelorum: & à Iudæis in ligno figitur, qui tanquam cameram cœlum fixit: & clamans ad Patrem Spiritum commendat, qui est à Patre inseparabilis: & inclinato capite expirat, qui dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* quod autem non dominabatur ei mors qui vita erat, significauit cum dixit: *Ego à me ipso pono*

Ioan. 1.

* Quia in mysterium incarnationis vno cōsensu & operatione concurrerunt pater & filius & Spiritus sãctus vnus Deus.

* Hoc dicit propter Petrum quem legimus in Euangelio negasse.

Matt. 28.

Apoc. 19.

Mich. 2.

Rom. 8.

Ioan. 16.

Si ratio generationis humanæ non est enarrabilis quanto minus erit generationis diuinæ? Matthæo & cæ

Ioan. 3.

Psal. 109.

Ioan. 12.

Rom. 10.

Matth. 4.

Ioan. 4.

Ioan. 8. & 10.

Luc. 22.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Dan. 7.

Esaia 40.

Ioan. 10.

Ibidem.

Ioan. 19.

cam, & latus lancea apetitur ei, qui vitam omnibus A
largitur: & linteo inuolutus in monumento ponitur,
Ioan. 11. qui mortuos suscitat? & tertio die à parte excitatur,
Esaiæ 53. qui est ipse *resurrectio & vita*, Hæc enim omnia no-
bis operatus est, qui propter nos factus est sicut nos,
Ipse enim *infirmitates nostras suscepit, & languores no-
stros portauit; & pro nobis dolet*, sicut dixit Esaias Pro-
Luc. 2. pheta Ab Angelis laudatus, à pastoribus visus, à Sy-
Matth. 2. meone expectatus, ab Anna testatus, à Magis quæsi-
tus, ab stella significatus, in domo patris versatus, à
Ioanne digito ostensus, cui pater supernè testimo-
Ioan. 1. nium dedit dicens: *Hic est filius meus dilectus, ipsum
Matth. 17. audito.* hic coronatur contra diabolum. Hic est Iesus
Ioan. 2. Nazaræus, qui in Cana Galilææ ad nuptias vocatus
Matth. 8. & 14. aquam in vinum mutauit; & mare vi ventorum agi-
tatum, increpauit, & super mare tanquam super ter- B
ram siccã ambulauit; cæcum à natiuitate videre fecit;
Ioan. 9. Lazarum iam quatriduo mortuum excitauit; varia
Ioan. 11. 12. miracula edidit; peccata remisit; dedit Apostolis po-
Ioan. 10. testatem; lancea ictus sanguinem & aquam ex latere
Ioan. 19. fudit. Propter hunc sol obtenebrescit, dies non illu-
Matth. 27. minatur, rumpuntur petræ, scinditur velum, funda-
menta terræ quatiuntur, aperiuntur sepulchra, & re-
Matth. 27. surgunt mortui; & principes pudore afficiuntur cum
vident in cruce eum qui vniuersum ornauit, clauden-
Ibidem. tem oculos, & tradentem spiritum. Hæc cum crea-
tura videret turbabatur. & cum gloriam illius capere
Ioan. 20. non posset, tenebras sibi obducebat. Hic insufflans
dat discipulis Spiritum, & ianuis clausis ingreditur.
Act. 2. Hic videntibus Apostolis à nube in cœlum susceptus
est, sedetque ad dexteram patris, venturus iudex vi- C
1. Cor. 15. uorum & mortuorum. Hic Deus & homo propter
nos factus, cui omnia subiecit pater. Ipsi gloria &
imperium cum Patre & Sancto Spiritu, in sancta
Ecclesia, & nunc & in sæcula sæculorum, Amen.

SANCTI AMPHILOCII ICONII EPISCOPI OPVSCVLA,

quæ reperiri potuerunt, omnia.

Ex Bellarmino de Scriptoribus Ecclesiasticis.

AMPHILOCHIVS *Iconij Episcopus S. Gre-* D
*gorij Nysseni æqualis, quem S. Hieron. in
Epist. ad Magnum, parem doctrina sacra, &
prophana facere videtur Basilio, & Gregorio Nazian-
zeno, cum de his tribus viris dicit, non facile iudicari
posse, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem
sæculi, an scientiam scripturarum.*

Scripsit librum de Spiritu Sancto, & homilias non
paucas *de priore libro testis est S. Hieron. in lib. de
Script. Eccles. De homilijs testis est Theodoretus, qui eas
in dialogis frequenter citat.*

*An hoc tempore extent liber de Spiritu Sancto &
homiliæ, quas Theodoretus citat, equidem certò scire
non potui.*

*Extat quidem sub nomine Amphilochij vita S. Basilij
Magni, sed haud dubie falsa, vel supposititia. Primum* E
*enim narrat ille auctor Basilium factum Episcopum an-
te mortem Iuliani. Quod repugnat historiis & ipsi S.
Gregor. Nazianzeno in orat. de S. Basilio. Deinde nar-
rat auctor, S. Basilium ostensum fuisse per reuelationem
Eusebio Cæsariensi, cum antea eum non nosset. Quod
etiam falsum esse certum est, ex eo, quod Nazianzen.
scribit, Eusebium cum Basilio de Episcopatu conten-
disse, ea de causa inimicum Basilio factum. Tertio,
constat, sanctum Basilium obiisse anno vltimo Valentis
Imper. & octo annis Episcopatum administrasse, ex Gre-
gor. Nazianzeno, & aliis: proinde Episcopum factum
anno sexto Valentis: at iuxta supposititium Amphilo-* A
*chium, Basilius, vel sedisset annis quindecim, vel ante
mortuus esset, quam Episcopus fieret, si viuente Iuliano
iam episcopus erat.*

*Omitto multa alia quæ perperam narrantur in illa
vita, tum de Libano, tum de aliis.*

Ex Magist. Sac. Palatij.

*Habetur S. Amphilochius inscriptus inter reliquos
Sanctos Romano Martyrologio, & Græcorum Menolo-
gio 21. Nouemb. cuius cum res præclarè gestas multi,
magnique scriptores prodiderint, eorum indicem exhi-
bent. Nota ad Rom. Martyrolog. quas si libuerit, consu-
les. Cæterum scias ita hoc Indice diuinorum librorum
omitti librum Tobiæ, Iudith, Ecclesiastici, libros Ma-* B
*chabæorum, & Esther atque Apocalypsim, duasque Ioan-
nis, & vnam Petri reuocari indubium. Sic enim olim
nonnulli Patres de hisce dubitasse reperiuntur: at nunc
omnes prædictos libros & Epistolas esse Canonicos, & di-
uina auctoritate, dictante Spiritu sancto, conscriptos, si-
ne fidei dispendio ambigi non potest. Consule post alios
Coccinum tomo 1. thesauri, & Bellarminum libro 1. de
Verbo Dei.*

SANCTI AMPHILOCII EPISCOPI ICONII, EX IAMBIS

ad Seleucum, quinam scripturæ libri sunt legendi. C

SED maxime illud tibi scire conuenit,
Quod omnis haud est scilicet tutus liber,
Qui venerandum scriptura nomen tenet.
Falsum est enim nomen quibusdam impositum.
Quibusdam libri sunt medij: atque proximi
(Vt dixerit quis) veritatis eloquiis.
Adulterini sunt alij, ac certi parum.
Vt sunt multæ notæ & reproba numismata,
Inscriptionem regiam quæ præferunt,
Adulterina sed materiæ indicant:
Idcirco libros, quos Dei inspiratio.
Dedit sigillatim aperiam; vt notis sent.
Vetus quos Testamentum habet prius proferam:
Nam Pantateuchus; Genesio, dein Exodum, D
Leuiticumque intermedium librum tenet,
Post Numeros, dein Deuteronomium:
Eis Iesum adiicias, & Iudices,
Deinde Ruth, atque libros Regum quatuor.
Quin etiam Paralipomenon libros duos;
Et post eos Esdræ sequuntur gemini,
Dein versibus scriptos quinque afferam libros:
Qui multa passus est, coronatus Iob,
Psalmos, medelam qui ægris animis ferunt:
Tresque Solomonis; Prouerbia, Sapientis,
Ecclesiastes, Canticorum Cantica.
Istis Prophetas addito duodecim:
Oseæ primum, deinceps secundum Amos;
Michaelem, Ioel, Abdiamque; & typum, E
Ionam, Ipsius quod triduo Christo accidit:
Et post eos Naum, Abbacuc; non loco
Sophoniam, Aggeumque, & Zachariam;
Atque inclitum valde Angelum Malachiam.
Post quos Prophetas quatuor intelligas:
Esaiam magnum, loquitur qui liberè:
Hieremiamque misericordem & mysticum:
Ezechiel, Danielque omnium vltimum
Qui rebus & verbis est sapientissimus.
Adiiciunt istis deinde, Hester, aliqui.
Nouæ libros Legis opus nunc dicere.
Euangelistas quatuor solos tene;
Matthæumque Marcum, Lucamque tertium:

Adiicias

Aducias ei Ioannam; qui, tempore
Quartus, sed aliis sensibus primas tenet.
Nam iuta dico filium hunc tonitrui,
Sermone qui diuino valde insonuit.
Suscipias secundum quoque Lucæ librum,
Actus Apostolorum qui complectitur.
Electionis vas ais adiicias;
Qui gentium est prædicator & Apostolus
Qui sapienter scripsit ad Ecclesias;
Epistolas septem: vnam ad Romæ incolas;
Queis, ad Corinthios, adiiciuntur duæ;
Ad Galatas vna, & vna ad Ephesios;
Postquam ad Philippos quæ transmissa extitit;
Et quæ ad Colossenses: duæ ad Thessalonicam,
Duæ ad Timotheum: ad Titum, & Philemona;
Ad singulos vna; & ad Hebræos itidem.
Quæ verò ad Hebræos, notha esse dicitur
Plerisque sed malè: nam germana gratia est.
Quid verò cæteras Catholicas Epistolas?
Septem esse quidem dicunt; alij verò tres
Suscipiendas: nempe Iacobi vnicam,
Vnamque Petri, Ioannes quoque vnicam.
Ad tres eas; quidam, duas adiiciunt.
Duas quidem, sed Iudæ septimam.
Ast Apocalypsin Ioannis, aliqui
Iis iosetune; rursus, sed longe plurimi
Adulterinam dicunt. Hic verissimus
Diuinitus datarum est Scripturarum Canon.

Est in antiquissimis græc. manuscr. Vatican. Cryptoferrat. & Cardinal Sirleti, adscribiturque S. Amphilochio Iconii Episcopo.

ANONYMVM DE MVLIERE, QVÆ PECCATA SVA IN CHARTA

conscripserat: & pro venia suorum peccatorum, ad S. Basilium magnum, & ad S. Ephrem Syrum recurrebat.

MVlier quædam opibus & generis nobilitate clara, reliquaque inanis huius vitæ affluentia, cunctis prælata, indecenter suis facultatibus abutebatur, gulæ & lasciuiæ seipsam amancipans, nihilque ad beneplacitum Dei sibi vendicans; sed porcorum instar in sordibus peccatorum volutans, tandem secundum dispensationem Dei dicentis: (*Viuo ego: quia nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat ipse.* mente illustrata atque illuminata, dum * separatim quieti vacaret, expendit secum multitudinem suorum peccatorum, multosque lacrymarum riuos profundens, ac dolenter plorans, aiebat: Hei mihi peccatrici, * prodigæ atque lasciuæ; quomodo de immensis peccatis ac delictis à me commissis respondebo? Templum * corporis mei corrupi, & animam quæ in corpore meo habitat, contaminaui, hei mei, abiecta sum & animo fracta. Numquid dicam sicut peccatrix illa, vel vt Publicanus *peccaui*? at nemo * in talibus tantisque peccauit, & maximè post sanctum baptisma delinquens. Quo pacto etiam certior efficiar, quod pœnitentem me suscipiet Deus? Quæ, dum ipsa animo secum complecteretur, atque deploraret; *omnes vult saluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire*, in memoriam ei adducit delicta iuuentutis suæ. Illa autem sedens, quæcunque à iuuentute sua, vsque ad senectutem admiserat peccata, conscripsit in charta. Postremo autem omnium scripsit & magnum quod patrarat peccatum, cautaque plumbo bullam illam sinam obsignat, opportunam obseruauit horam, quando Sanctus Basilius ad consuetas preces in Ecclesiam venturus asset. Quo iam adueniente, illa mox occultè accurrens chartam in qua peccata descripserat, ad pedes

Ezech 18. 33.

*al. dum sola esset, ac se recolligeret.

*al. intemperanti.

*al. Templum Spiritus Sancti violaui, &c.

Luc. 7. & 18.

*al. tragrauiter peccaui ve ego.

1 Tim 2.

Mulier autem peccata sua conscripsit in charta, eamque S. Basilio obtulit.

†al. in facie instans.

A Sancti Basilij proiecit, seipsamque * prosternens, ac pedes ipsius deosculans, clamabat, dicens: Miserere mei sancte Dei, quæ præ cunctis magis sum peccatrix. Stans vero Beatus Christi seruus sciscitabatur ab ea causam * cur istud fecisset? At illa dixit: Ecce Domina, cuncta mea peccata in hac conscripsi charta ac bulla. Tu autem sancte Dei, * bullas hasce ne repuleris; at sola oratione tua, contenta in us dele. Qui enim talem mihi cogitationem suggessit ac dedit, omnino pro me deprecationem tuam exaudiet. Sanctus verò Basilius, arrepta charta in cœlum respexit, & dixit; Domine, tui solius hoc opus est: nam qui mundi peccata tollit, vnius quoque animæ errata facilius delere poterit: cuncta, quippe nostra delicta apud te numerata, tua vero misericordia Domine infinita est, B imperuestigabilis. Et hæc dicens, ingressus est in Ecclesiam, tenens chartam, & seipsum ad altara proiiciens; vbi sic per * totam in oratione permansit noctem; ac postero die per totum sanctum mysterium exorans placansque Deum; persolutis tandem sacris mysteriis accersendam curat mulierem, traditaque ipsi charta, dixit ad eam: Audisti mulier, quod nemo dimittere possit peccata, nisi solus Deus? Cui illa: intelleai, inquit, * pater & idrò permoui te ad deprecandum misericordissimum Deum. Et * hæc dicens, reserauit chartam, eamque totam expunctam ac sine scriptura tanquam lucam inuenit; solum autem * magnum quoddam factum eius impium, indeletum remansit. Quod cum cerneret mulier, pusillanimis effecta est, percutiensque pectus manibus, procidit ad C pedes sancti Basilij, clamans ac dicens: Miserere mei, serue Dei altissimi: & sicut pro omnibus aliis iniquitatibus meis decertasti, & exauditus es; ita & pro hoc Deum deprecare, &, omnino delebitur. Archiepiscopus vero illacrymans præ compassione, aiebat: Surge mulier; nam & ego homo peccator sum, venia ac remissione indigens. Qui * delet, deleuit tua peccata quæcumque voluit, & potens est etiam hoc à te auferre: ipse enim omnis peccati est expers; quin & peccata mundi tollit, expiatque ac delet, quando vult, ac cupit. Si porrò ea tempore, te à non peccando custodieris, & vias Domini ambulaueris; non solum venia tibi peccatorum concedetur; sed & gloriam in futurum promereberis. Vade ergo in eremum, & in- D uenies ibi virum sanctum ac celebrem inter omnes sanctos, cui nomen ast Ephræm: Illi chartam tuam trade, & ipse Deum pro te placatum reddet. mulier autem morem gerens sancto Episcopo, studiosè ad eremum cucurrit; confectoque longo viæ interuallo, deuenit tandem ad locum ei designatum, vbi magnus erat Ephrem eremita, pulsansque ipsius fores, clamabat dicens: miserere mei sancte Dei. Ille autem Spiritu præscius, quam ob causam adesset, dixit ad eam: Recede à me mulier, quoniam & ego homo peccator sum, indigens & ipse auxilio: At illa proiecit chartam, dicens: Archiepiscopus Basilius me misit ad te, vt fusis ad Deum precibus, deleas iniquitatem meam, quæ in hac charta reposita continetur: nam reliqua peccata ipse sanctus precando deleuit: tu vero pro vno saltem E ne detrectes interpellare Deum; nam ad te sum remissa. Cui sanctus: non (inquit) filia, non. Qui enim pro multis reconciliare valuit Deum, etiam pro vno peccato plura atque maiora, quam ego præstare poterit. Vade ergo, & ne tardes, vt peruenias ad ipsum, antequam migret ex corpore. Mulier autem assentiens viro sancto, reuersa est Cæsaream: atque in ciuitatem ingredienti, obuiam prodiit funus, quod efferebatur Sancti Basilij. Quod cernens ipsa, cœpit vociferari, humi prouoluta, impugnansque Sanctum, dicebat: Hei mihi miseræ: hei mihi peccatrici, hei mihi, sancte Dei: Ideonè ad eremum misisti me; vt vacuus ab omni molestia hinc emigrares? Et ecce iam re infecta redij, frustra tanto viæ pelago confecto. Nouit Deus,

* al. curfam plorarus atque eiulatus.

*al. bullam hanc ne reieceris, sed sola eam oratione expunge.

S. Basilii ad Deum præcatio.

*al. per totam noctem vigiliam in oratione remansit.

*al. Domine.

* ἔχαρον.

*al. magnū peccati nefariū opus.

*al. Qui deleuit peccata tua quæcunque voluit, potest & istud a te tollere.

S Basilius mulierem resipiscentem, in eremum ad S. Ephrem remittit.

*al. aduenisset.

Mulieris ad S Ephrem recursus.

*al absit. ô filia, inquit, absit id a me al ante sua ex hac vita emigrationem.

al. vt nulla amplius à me molestia afficeretis.
al. iudicat
Charta è feretro sublata, miraculose agrapha ac sine scriptura est excepta.

qui iudicet inter me & te, quod cum posses Deum A pro me placatum reddere, ad alium me misisti: Et hæc clamans, chartam proiecit super feretrum, minutim rem omnem enarrans cuncto populo. Vnus porro ex clero, cupiens videre ac nosse peccatum quod in charta scriptum continebatur, ac cuiusmodi illud esset, eleuans ac referans chartam, eam totam omni scriptura vacuam deprehendit, exclamauitque magna voce, dicens ad mulierem: Deletum quodcunque scriptum in tua charta reperitur, ô mulier; quid laboras atque tumultuaris, ignorans Dei benignitatem, quæ in te facta est? Dum ergo populi multitudo rem illam adeò admirandam conspiceret, glorificarunt Deum *qui habet potestatem in terra dimittendi peccata hominibus*, deditque gratiam seruis suis; ac post mortem sanandi omnem morbum, & quemcunque lan- B guorem atque aduersam valetudinem. Ipsi gloria in sæculorum sæcula. Amen.

Matt. 9. 10. Marc. 2. 3. Luc. 5. 6. 7. &c.

Nota Gerardi Vossi Doct.

Reperitur istud, de Muliere illa pœnitente, & ad SS. Basilium, & Ephræm Syrum pro venia peccatorum suorum recurrente, Anonymum, græcè in antiquissimis græc. manuscriptis, Cryptaferrat. Vatic. & Cardinal. Sirleti, hodie Columnæ, ex quorum collatione hic illud ipsum latine reddidimus, & illustrauimus, adscribiturque S. Amphilochio Iconiensi Episcopo: sub cuius etiam nomino circumfertur *σύγκρισις* illa siue comparatio inter sanctum Basilium & Ephræm Syrum, in principio Tomi Primi operum sancti Pa- C tris nostri Ephræm Syri, inter Prologomena, & Testimonia sanctorum Patrum à nobis reposita. Continet autem præsens istud scriptum dignam lectu narrationem, memorabilisque exemplum mulieris pœnitentis.

AMPHILOCHII
EPISCOPI ICONII,
IN DIEM S. SABBATI, Sermo.

Sepulchrale festum Seruatoris nostri hodie frequentamus, & ipse quidem apud inferos mortis vincula dissoluit; luce sua infernum implet, & dormientes à somno excitat: nos vero læti exultamus super terrā, resurrectionem ipsius nobis cogitatione ob oculos statuentes, neque corruptionem iam meruimus; ne ea, quam incorruptibilitas, plus possit. *Non dabis* enim, inquit, Scriptura, *sanctum tuum videre corruptionem*. Et fortassis philosophiam hanc nostram Iudæi & Græci irrident; illi quidem alium Christum expectantes, hi vero sepulchris spes suas includentes, de quibus apposite Propheta ait: *Sepulchra eorum, domus ipsorum in seculum*. Cæterum isti nunc irridentes, gement aliquando; gement, inquam, *aspicientes in quem confixerunt*, & iniuriis affecerunt: nos vero lachrymantes, passionem hanc lætitia temperabimus. Rapuit mors Dominum nostrum Christum; sed non retinebit apud se vitam: deuorauit ipsum inscia; sed euomuit multos cum ipso. Volens nunc detinetur: sed crastino die, spoliato inferno, resurget. Heri crucifixus solem obscurauit, & die adhuc media nox incubuit: hodie mors vim suam amittit, nouum quendam in se mortuum suscipiens. Heri rerum fabrica luxit, Iudæorum furorem videns, & mœstitiæ vestimentum sibi tenebras induit: hodie po- A *pulus in tenebris sedens, vidit lucem magnam*. Heri terra commota, velut de fuga, consilium iniit; dehiscere inhabitantibus comminata: montes abscissi, petræ scissæ, nudum templum conspectum, quod perinde, ac si viuum esset, vestem dirupit; per ea, quæ sibi accidebant, sacra contemerata esse ostendens. Et animæ quidem vitæque expertia tantum facinus senserunt: at qui id ausi, animas omni sensu carentes habuerunt, dolebant elementa, & parum aberat, quin ordinem stationemque suam deserentes, confusionem inducerent vniuersi; nisi conditoris voluntatem percepissent, videl. ipsum non inuitum pati. Ores nouas atque inopinatas, ligno extenditur, qui verbo cœlum tetenderat; vinculis circundatur, qui mare arenis alligauerat; felle potatur, qui mellis fontes fuerat largi- B tus; spinis coronatur, qui terram floribus coronauerat; calamo caput verberatur, qui * Ægyptum decem plagis olim percusserat, caputque Pharaonis vndis operuerat: conspuitur eius vultus, quem Cherubim intueri non sustinent. Atque hæc talia quum patiatur, pro se crucifigentibus comprecatur, dicens: *Pater dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt*. bonitate malitiam vincit defensionem instituit Christus pro Christi homicidis, salutem illorum studiose captans, diluit crimen, ignorantiam causatus, non acerbe fert vesaniæ ipsorum ludibrium factus, tolerat temulentiam, suaque in genus humanum propensione, eosdem ad resipiscendum vocat: Quid pluribus?* Nullo è bonitate ipsius fructu percepto, sepulchro includunt, quem nulla rerum vniuersarum, quæ existunt, C in se continere queat. Signacula apponunt, nostram liberationem custodientes: & resurrectionem metuentes, ad sepulchrum milites custodes statuunt. Quis vnquam vidit mortuum * custoditum? aut potius, quis vidit mortuū bello impetitum? quis audiuit vitæ exitum cuipiam inductum, & timore auctores afficientem? quis non de inimico solicitus esse desiit postquam animam ipsius abstulit? quis non inimicitiam dissoluit, morte aduersarij satiatus? Quid quem de medio sustulisti, adhuc horres Iudæe? quid metuis quem occidisti? quid formidas è viuis egressum? quid times enectum? quid te discruciat quem crucifixisti? cædes ipsa tibi securitatem promittit, bono animo esto; si * nudus homo, qui mortuus est, * non vtique D resurgit, si nudus homo, recte in crucem egisti, si nudus homo, non verum præstat quod dixit: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, si nudus homo, morte detinetur, si nudus homo, quid stulte sepulchrum consignas? expecta diē tertium, & videbis insaniæ tuæ confutationem, desine frustra laborare, & videbis rerum euentum, desine contra veritatem furere, desine Deo bellum inferre, inferensque te ipsum vulnerare, desine solem iustitiæ iniuriis afficere, existimans te eius radios exstinguere, desine, inquam; nec fontem vitæ obstruere contendas, desine præfectos * fatigare, desine de custodia verba facere, desine mendacium tibi * commercari, & armatos commouere, ne frustra nitaris: ne ad impietatem impensam facias: ne contra Deum tibi victoriam fingas: E ne militibus, vt alia pro aliis referant, mercedem tribuas: ne turbam ad sepulchrum excubare facias: ne in armis tuis fiduciam habeas, armis resurrectio non prohibetur; non impeditur signaculis; non coercetur militibus; non surripitur pecuniis, sed fide obtinetur. Non vidisti Lazarum nuper mortem instar somni excutientem? non vidisti quomodo cum fasciis ipsis gradiebatur, vocem, VENI *foras*, simul audiuisset? non vidisti quomodo mortuus vocantis iussum fuerit sequutus; vinculorum neau minime ipsum prohibente? non vidisti quomodo morte iam solutum vox restaurauit? Qui illa potuit; & hæc poterit, qui seruum suscitauit, ipse multo magis suscitatur, qui in vitam restituit * iam putrefactum, nequaquam se ipsum mortuum

Psal. 15. 10.
Gentes.
Psal. 48. 12.
Zach. 12. 10.
Esai. 35.
Esai. 53. Psal. 103. Hieron. 5. Exod. 15. Psal. 80. Exod. 7. 14. 9. & deinceps. 1. Petr. 1. 12. Luc. 23. 34. Rom. 12. Nimirum vincit in bono malum
* Nihil illi beneficentiæ fructus referentes.
* obseruationi custodiendi suspectus apud Arbitrum Petronium.
* Qui inimicitias non deponit, sed eum occisum.
* Purus
* Omnino vtique resurget.
Ioan. 2. 19.
* Obtundere & custodiam vocem inculcare desiste.
* stuere.
Ioan. 11. 43.

Fœtentem iam / *Psal 113 5.* / *2 Cor 4* / *Ioan 20.13*

mortuum finet. Cæterum Iudæorum cæcitas iminens-A sa, quæ videns ms scula, minime videt: *Oculos enim habent & non vident; aures habent, & non audiunt.* Princeps enim huius seculi corda eorum excæcauit; vt non illucescat illis Euangelium iustitiæ. Sed miseros illos deinceps suæ incredulitati relinquamus: nos vero cum fideli Maria in animo nobis Seruatoris nostri sepulchrum effingẽtes, dicamus: *Tulerunt Dominũ nostrum, & nescimus quid de eo fecerint.* Ipsi gloria, cum intemerato Patre, & sancto Spiritu, nunc & semper, & in secula, Amen.

EVSEBII EPISCOPI VERCELLENSIS EPISTOLA, dum esset in exilio, ad presbyteros & ad plebes quasdam Italiæ transmissa, qua de statu suo & vita illos commonefacit.

B

Dilectissimis fratribus, & satis desideratissimis presbyteris, sed & sanctis in fide consistentibus Plebibus Vercellensibus, Nouariensibus, Hipporegiensibus, nec non etiam Dertonensibus, Eusebius Episcopus in Domino æternam salutem.

Habetur in libro antiquissimo Mediolani ...pitencu...

LIcet nos multis Dominus noster à vobis corpore separatos foueret bonis, & vestram admodum, in aduentu & visitatione plurimorum fratrum nobis præsentiam exhiberet, tamen mœsti ac tristes, & sine lachrymis non eramus, quia longo temporis interuallo vestræ sanctitatis non accipientes scripta, verebamur ne qua vos aut accepisset diabolica subtilitas, aut potestas humana infidelibus subiugasset. His ergo dũ afficimur cogitationibus, & omnem consolationem fratrum, qui ad nos è diuersis veniebant prouinciis, ad dolorem magis absentiæ vestræ, quam ad lætitiam verteremus: hoc præstare dignatus est Dominus, vt id de quo eram sollicitus, non solum litteris sinceritatis vestræ, sed & præsentia charorum nostrorum Syri diaconi, & Victorini exorcistæ, cognoscere potuerim. D Agnoui itaque fratres charissimi, vos, vt desiderabam esse incolumes. Et quasi subito raptum omni longinquitate terrarum (vt Abacuc factum est, qui per Angelum portatus fuit, vsque ad Danielem) sic me rudicsui ad vos peruenisse. Dum autem singulorum litteras accipio, dumque sanctos animos vestros, & amorem in scriptis vestris percurro miscebantur mihi cum gaudio lachrymæ, & auidus ad legendum animus occupatione lachrymarum tenebatur. Et erant vtraque necessaria, vt singuli sensus in hoc complementum desiderij sua dilectionis officia cuperent præuenire. Sic per dies in occupatione hac vobiscum me famulari iudicans, præteritos labores obliuiscebar. Ita enim vndique circumdabant E me gaudia; hinc stabilem fidem, hinc dilectionem, hinc fructum porrigentia, vt in tot & tantis constitutus bonis, subito me (vt superius dixi) non in exilio, sed vobiscum esse iudicarem. Gaudeo itaque, fratres charissimi, de fide vestra: gaudeo de salute quæ fidem sequitur: gaudeo de fructibus, quod non solum illic constituti, sed & longe pergitis. Vt enim agricola arbori bonæ inseruit illi, quæ fructuum causa non securim patitur, non ignibus mancipatur, ita & nos vestræ sanctitati non solum seruitium secundum carnem volumus & cupimus exhibere, sed animas nostras pro vestra salute impendere. Extendistis (vt dixi) firmos fructu ramos, & per tam longa terra-

A rum spatia ad me pertingere laborastis. Gaudeo agricola & libens nostri laboris poma decerpo, quia tantum facere voluistis: nec solum ego, vel qui mecum sunt sanctissimi nostri presbyteri, & diaconi, vel cæteri fratres, sed & omnes qui desiderantes sumus. Repleftis enim (vt Apostolus beatissimus dicit) viscera mea cum complestis mandata diuina, quæ complere Christianos in Episcopum vel Ecclesiasticos viros decet, quos in exilio fidei causa nostis laborare. Complestis quæ oportebat, fratres fratribus facere, & patri filios exhibere. Sed cum nos secundum mandata diuina, vobis volentes de terrenis cœlestes, de caducis stabiles, de fragilibus sempiternos fructus facere, cœpimus per necessitatem patientes quotidie B seminare. Gaudebant de vestris fructibus pauperes: glorificabant Deum non solum ciuitatis ipsius homines, sed & omnes: qui autem videre potuerunt, quam in eum dilectionem haberetis, ex ipsis fructibus videntes glorificabant Deum, & omni nos honore cum vestra benedictione nominabant. Videns hoc diabolus innocentium hostis, iustitiæ inimicus, contrarius fidei, quia in hoc opere benedicebatur Deus, inflammauit aduersum nos Ariomanitas suos (qui tam longo tempore suspirabant) non solum de hoc opere, sed & de sua infidelitate, ad quam nos persuadere non poterant, vt existerent violenti, more hoc quo semper est vsus, vt quos persuadere non poterat, vi & potestate terreret. Congregauit itaque suorum multitudinem, qui nos ad officinam infideli-C tatis suæ rapiunt & eludunt: & totam hanc potestatem traditam sibi ab Imperatore dicunt. His ergo multa dicentibus & de sua potestate gloriantibus, in hoc illis ostendere volui, quia nihil erant, nec poterant, dum tacent vt carnificibus corpus tradidi, quod Dominus dicebant posse in persecutionibus tradi. Quam libero autem fuerim animo, dum ab ipsis patior, & recludor, & per quatriduum seruor, & diuersorum increpationes & persuasiones audio, in hoc ostendi, quia nec vnum sermonem dixi. Addere voluerunt ad malitiam suam, vt à me cessarem fratres, id est presbyteri & diacones, sed & cæteros dicebant se esse prohibituros, ne ad me accederent, ego ne ab infidelium manibus, vel potius transgressorum, quod deterius est, infidelium (vt Apostolus dicit) mandu-D carem cibum, libellum ad ipsos hoc more feci.

EXEMPLAR LIBELLI FACTI ad Patrophilum cum suis.

Seruus Dei Eusebius cum conseruis suis, qui mecum fidei causa laborant, Patrophilo custodi cum suis.

QVi me in multorum furore non solum tractum per terram, sed interdum nudato corpore supinum portastis, de hoc hospitio, quod mihi per vestros E agentes in rebus dedistis, me nunquam nisi cum vestra violentia egredi passi fuistis. Et Deus scit, & ciuitas nouit, nec vos hic & in futuro negare potestis. Ideo Deo causam reseruo, vt quemadmodum ipse ordinauerit, finem possit accipere.

Interim hoc me decreuisse sciatis, (vt ratio nunc & in futuro, & hic possit stare) in hospitio quo me clausum tenetis, in quo me post primam portationem retrudentes crudelius ausi fuistis inde eodem modo portare, & in vnam cellam reficere, non panem manducaturum, neque aquam bibiturum, nisi ante singuli professi fueritis, non solum verbo, sed & manu, vos non prohibituros fratres meos, qui mecum

A hæc fidei causa libenter patiuntur, de hospitio quo manent necessarias escas offerre, nec eos qui me dignati fuerint requirere. Oportuerat quidem exire de corpore, ne tantum scelus quod contra ius diuinum & publicum commisistis, sæpe scire volentibus cogerer dicere. Sed nequis de infidelibus vos in nobis crudeles appellet, & ignorantea diuina præcepta putet, nos confusionem potius vitæ noluisse quam Domino parere, ideo hoc voluisse præsumere: iterum dico quod nisi professi, & verbo & conscriptione fueritis, eritis homicidæ prohibendo. Nouit hoc omnipotens Deus: nouit & eius vnigenitus inenarrabiliter de ipso natus filius, qui salutis nostræ causa Deus sempiternæ virtutis hominem perfectum induit, pati voluit, morte triumphata, tertia die resurrexit, ad dexteram patris sedet, venturus iudicare viuos & mortuos: B nouit & Spiritus sanctus: testis est Ecclesia Catholica, quæ sic confitetur: quia non ego in me reus ero: sed vos, qui conseruos meos necessaria ministraturos prohibere voluistis. Et si hoc putaueritis vos debere contemnere; ne quis si mortem timentem, sed ne post excessum meum dicatis me voluntaria morte exire voluisse, & quandam vobis nebulam excusationis inueniatis, conuenturum me scitote Ecclesias, quas clausus interim literis possim pertingere, conuenturum & Dei seruos, vt ipsis concurrentibus, orbis terrarum, quod fides integra, quæ ab vniuersis Catholicis Episcopis comprobata est, ab Arriomanitis patiatur, quos ante damnauit, possit agnoscere. Item subscripsi ego Eusebius Episcopus.

C Adiuro te, qui has literas legeris, per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, vt non supprimas, sed aliis legendas tradas.

Hi ergo vix quarta die ad hunc libellum mitigati, ieiunos ad hospitium in quo manseramus, reuertere nos compulerunt. Viderunt in terra, quemadmodum nos reuertentes populi cum gaudio susceperunt. Lucernis nostrum hospitium circumdederunt. Cœpimus annuente Domino iterum egentibus ministrare. Non hoc sustinuit ipsorum inhumanitas, & nostrum amorem in suum odium peruiderunt. Vix fere viginti & quinque tolerare potuerunt dies. Erumpunt denuo, & cum perdita multorum manu ad nostrum hospitium veniunt, armati fustibus, per aliena claustra parietem rumpunt, & ad nos violenter perueniunt. Iterum rapiunt & arctiore custodia D cum solo charissimo Tegrino presbytero recludunt. Nostros quoque fratres, id est, presbyteros, diaconos, & omnes rapiunt & includunt. Post triduum potestate sua per loca diuersa in exilium mittunt. Alios fratres qui ad nos venerant visitandos, in carcere publico mittunt, per plurimos dies reclusos tenent. Aduolantes iterum ad hospitium, omnia quæ aut in sumptu, aut pauperibus fuerant comparata, diruunt. Sed quia hoc publicum ipsorum facinus ab omnibus ciuibus notabatur, argumento hoc visi sunt, vt aliqua redderent leuiora, & se nobis nostra reddidisse iactarent. Sumptus vero apud se tenuerunt: & post tantum scelus quærebant, si fieri posset, sic negare, vt nullum de meis ad me venire permitterent, qui escas E corpori necessarias afferret: Vix sexta die clamantibus sibi diuersis, vnum venire permiserunt, quantum ad se fuit ostenderunt homicidæ animos, quem primum (ne à malignitate cessarent) quarta die dimiserunt. Postmodum sexta vix deficientibus nobis olim cum victu venire permiserunt. Hæc itaque sunt Arriomanitarum opera.

Videte sanctissimi fratres, si non est persecutio dum hæc patimur, qui fidem Catholicam custodimus: & altius cogitate num valde etiam deterior sit quam illa quæ fiebat per hos, qui idolis seruiebant, illi mittebant in carcerem, non tamen prohibebant ad se venire suos. Quantum ergo Sathanas Ecclesiam vulnerauit per Arriomanitarum crudelitatem? In custodia publica mittunt qui liberare debent. Violentiam faciunt, qui vt patiantur iustitiæ causa discunt. Aliena diripiunt, qui sua direpta ne repetant, de diuina lege docentur. Præterea quanta illos inuasit crudelitas, dum facultatibus temporalibus gaudent? in carcere latronibus clausis à quæstionariis vel à iudicibus non denegatur facultas visendi suos, à nobis & nostri prohibentur: & deuoti fratres ne veniant, non solum ab hospitio arcentur, quo tenemus, sed ne adsint, carcerum comminatione terrentur. Sic cunctos subiugauerunt, vt manifestissime agnouerim, ab Episcopis incipiam, dum honorem quidam timent amittere, ipsos fidem perdidisse; dumque facultates terrenas, & immunitates nolunt perdere, cœlestes thesauros & veram securitatem nullam iudicasse. Sic quoque ducti cæteri, dum Episcopos hæc timentes perdere vident, amare cœperunt, quæ semper habere non possunt. Sic Arriomanitæ diuites terrent, dum his proscriptionem minantur: sic pauperes dum potestatem in carcere secludendi habent. Et quanta insania est? In loco quo tenemur, non solum viros qui nobis seruiunt in carcerem mittunt, sed & puellas sanctimoniales sine vllo diuino timore in custodia publica recludunt. Sed vt gauisi non sunt seniores mali, qui pudicitiam Susannæ violare quærebant, ita nec hi gaudebunt semper, qui Ecclesiam persecutione varia, & depressione nimia suæ infidelitati conantur subiicere. Dixit enim Sanctus Daniel ad illos: Sic timentes filiæ Israel concumbebant vobiscum. Sed recedat, sanctissimi, humanus timor à vestris animis, cum habeatis Domini consolationem, qui dicit: Nolite timere illos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt. Tempus est probationis, tempus est, vt probati innotescant manifesti. Ideo acceperunt humanum adiutorium, quia diuinum non habent, quod si haberent, nunquam potestate terrena innocentium sibi animas subiugarent.

Multa de istorum malis, quibus non solus ego, sed plurimi deprimimur, debueramus scribere, sed ne possemus hoc facere, & ipsorum crudelitatem literis intimare arctissima custodia seruamur ab ipsis. Ideo & nos & alij, & nostri amici prohibentur accedere. Sed concessit Dominus mihi hanc epistolam per charissimum nostrum ad vos Syrum diaconem mittere, quem in potestate mittendi habui, quia prouidentia Domini nostri eo tempore ad 1. videnda loca sancta accesserat, & cum cæteris fratribus inuentus non est. Cæterum vis hanc Epistolam quomodocunque conscripsimus, Deum semper postulantes, vt custodes in horas refrenaret, & concederet, ne ad vos Diaconus nuncium magis laboris nostri, quam qualescunque salutationis literas ferret.

1. Vide peregrinationes ad loca sancta antiquis temporibus fuisse in vsu.

Propter quod satis vos peto, vt cum omni vigilantia custodiatis fidem, seruetis concordiam, orationibus 2. incumbatis, nostri memores sine intermissione sitis: vt dignetur Dominus 3 Ecclesiam suam liberare, quæ super vniuersum orbem laborat, & vt nos qui deprimimur, possimus vobiscum libertate gaudere, quod præstare dignabitur Dominus, petentibus vobis, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est secum benedictus à sæculis & in omnia sæcula sæculorum, Amen.

2. Orationibus incumbatis.

3 Persecutione hic, desiderabat sanctus vir libertatem Ecclesiam restitui, id est, hos, qui tunc persequebantur, compescendos.

Iterum peto, & vos per misericordiam Dei rogo, vt vnusquisque in hac Epistola salutationem suam nuncupet, quia singulis, vt solebam faciente necessitate, scribere non potui: iis in hac vos omnes, fratres, sed & sanctæ sorores, filij, & filiæ omnem sexum appello, omnem ætatem peto, vt hac contenti salutatione, nostro obsequio, etiam hos qui foris sunt, & nos

dignantur

dignantur diligere, salutare dignemini. Salutant vos, fratres nostri, qui mecum sunt, Presbyteri & Diacones, sed & omnes nostri, qui vna mecum satis petunt, vt nostri memores omnes vestros nostro dignemini obsequio salutare. Transmisi praeterea literas, quas ad Patrophilum custodem meum feci, vt ex his agnoscatis, nos Arriomanitarum, nec minis posse terreri, neque ipsorum serpentina blanda subtilitate posse ad ipsorum societatem perduci. Diuinitas vos protegat, florentesq; viuere, & hic & in futuro faciat cum omnibus vestris, Fratres charissimi, & satis desideratissimi.

S. PACHOMII ABBATIS REGVLA

A SANCTO HIERONYMO in Latinum sermonem conuersa.

Ex Bellarmino de Script. Eccles.

S. Pachomius ex milite gentili Monachus probatissimus electus, S. Athony aequalis & forte discipulus, scripsit regulam Monachorum Angelo dictante.

PRÆFATIO S. HIERONYMI.

Elegans similitudo.

QVamuis acutus gladius & leuigatus, si diu in vagina conditus fuerit, sordescit rubigine, & splendorem pristini decoris amittit. Vnde ego moerens super dormitione sanctae & venerabilis Paulae (non quo contra praeceptum Apostoli, sed quo multorum incisa illius morte refrigeria suspirarem) accepi libros ab homine Dei Siluano presbytero mihi directos, quos ille Alexandria missos susceperat, vt mihi iniungeret transferendos. Aiebat enim quod in Thebaide; & in Monasterio Metanoae, quod de Tanabo in poenitentiam felici nominis conuersione mutatum est, habitarent plurimi Latinorum, qui ignorant Ægyptiacum, Graecumque sermonem, quo Pachomij & Theodori, & Orsiesis praecepta conscripta sunt: qui per Thebaidem, & Ægyptum Coenobiorum fundamenta iecerunt iuxta praeceptum Dei, & Angeli, qui à Deo sub hanc ipsam institutionem missus fuerit. Itaque quia diu tacueram, & dolorem meum silentio deuoraram; vrgebant autẽ missi ad me ob hanc ipsam causam Leontinus presbyter, & caeteri cum eo fratres, acciro notario, vt erant de Ægyptiaca in Graecam linguam versa, nostro sermone dictaui: vt & tãtis viris imperantibus, ne dicam rogantibus obedirem, & bono, vt aiunt, auspicio longum silentium rumperem, reddens me pristinis studijs, & sanctae feminae refrigerans animam, quae Monasteriorum semper amore flagrauit, & quod visura erat in caelo, hoc in terris meditata est. Venerabilis quoque virgo Christi, Eustochium haberet, quod sororibus legendum tribueret, nostrique fratres Ægyptiorum, hoc est, Tabennensium Monachorum exempla sequerentur, qui habent per singula Monasteria Patres, & dispensatores, & hebdomadarios, ac ministros, & singularum domorum praepositos, ita vt in vna domo quadraginta plus minusve Fratres habitent, qui obediant praeposito, sintque pro numero fratrum triginta, vel quadraginta domus in vno Monasterio, & ternae, vel quaternae domus in vnam tribum foederentur, vt vel ad opera simul vadant; vel in hebdomadarum ministerio sibi succedant per ordinem. Quicunque autem monasterium primus ingreditur, primus sedet, primus ambulat, primus psalmum dicit, primus in mensa manum extendit, prior in Ecclesia communicat; nec aetas inter eos quaeritur, sed professio. Nihil habent in cellulis praeter Psiathium, & duo lebitonaria, (quod Ægyptius monachis genus vestimenti esse sine manicis) & vnum iam attritum ad dormiendum, vel operandum; & amictum lineum, cucullasque duas, & caprinam pelliculam, quam melotem vocant, balteolum lineum & caligas; ac baculum itineris socium. Ægrotantes miris sustentantur obsequiis, & ad omnem copiam praeparatis cibis: sani maiori pollent abstinentia. Bis in hebdomada, die quarta, & sexta sabbathi ab omnibus ieiunatur, excepta Pentecoste. Alijs diebus comedunt, qui volunt, post meridiem; & in coena similiter mensa ponitur propter laborantes, senes, & pueros, aestusque grauissimos. Sunt qui secundo parum comedunt, alij qui prandij siue coenę vno tantum cibo contenti sunt, nonnulli gustato paululum pane egrediuntur. Omnes pariter comedunt: qui ad mensam ire noluerit, cellula sua panem tantum, & aquam, ac sal accipit, siue vno die voluerit, siue biduo. Cumque maior, vel stans Prior in gradu, manu percusserit, de scripturis quidpiam reuoluens memoriter, vt oratio finitur, nullus consurgit tardius, sed omnes pariter eleuantur, nemo aspicit alterum operantem, sed deiectis luminibus vnusquisque in suo opere intentus est, &c.

Officia monasteriorũ antiqua.

Opus manuum. Hebdomadarij seruitores.

Ordo congregationis.

Professio. Vestes monachorum.

Infirmorũ cura Ieiunium feriae quartae & sextae.

Veterum monachorum abstinentia. Mensa cõmunis.

Silentium.

1. Thess. 4

INCIPIT REGVLA S. PACHOMII.

HÆc sunt praecepta vitalia, tribus à maioribus tradita.

1 Si acciderit vt psallendi tempore, vel orandi, aut in medio lectionis aliquis loquatur, aut rideat: soluet cingulum, & inclinata ceruice, manibus ad inferiora depressis, stabit ante altare, & à principe monasterij increpabitur. Hoc idem faciet & in cõuentu fratrum, cum ad vescendum pariter conuenerint.

2 Quando ad collectam tuba insonuerit per diem, qui vna oratione tardius venerit, superioris increpationis ordine increpabitur, & stabit in loco conuiuij. Noctu vero quia corporis infirmitati plus aliquid conceditur, qui post tres orationes venerit, eodem in collecta, & in vescendi loco, ordine corripietur.

3 Quando in collecta orant fratres, nemo egrediatur absque iussione maiorum; nisi interrogauerit, concessumque ei fuerit exire pro naturae necessitate.

4 Omnes memoriter reteaent, quae sibi fuerint imperata, de quibus si quis oblitus aliquid fuerit, aut haesitauerit in dicendo; negligentiae, & obliuionis increpabitur.

5 In die Dominicâ, in collectâ, in qua offerenda est oblatio, absque Praeposito domus, & maioribus monasterij, qui alicuius nominis sunt, nemo psallendi habeat potestatem. Psallente autem quolibet de maioribus, id est, dicente responsorium, si quis defuerit, statim ante altare poenitentiae, & increpationis ordinem sustinebit.

6 De collecta, in qua offerenda est oblatio, qui sine praecepto maioris exierit, statim increpabitur.

7 Mane per singulas domos finitis orationibus, non statim ad suas cellas reuertentur, sed conferent inter se, quae Praepositos audierint disputantes, & intrabunt cubicula sua. Disputatio autem à Praepositis domorum per singulas hebdomadas tertiò fiet, & in ipsa disputatione sedentes, siue stantes fratres suum ordinem non mutabunt, iuxta domorum ordinem, & hominum singulorum.

8 Si quis dormitauerit sedens. Praeposito domus, vel monasterij principis disputante, surgere statim cõpelletur, & tandiu stabit, donec ei videbunt, vt sedeat.

9 Quando signum insonuerit vt conueniant & audiant praecepta maiorum, nullus remanebit; nec succendetur focus, antequam disputatio compleatur. Qui vnum mandatum de his praeterierit, praedictae correptioni subiacebit.

10 Dimissa collecta singuli egredientes vsque ad

cellulas suas, & vsque ad vescendi locum, de scripturis aliquid meditabuntur, nullusque habebit opertum caput meditationis tempore.

11 Cum autem ad vescendum venerint, sedebunt per ordinem statutis locis & operient capita. Statim vt tibi à maiore fuerit imperatum, vt de alia mensa ad aliam transeas, ire debebis, in nullo penitus contradicens. Nec ante Præpositum domus tuæ manum in mensa extendas; nec circumspicias vescentes alios. Vnusquisque Præpositorum docebit in domo sua quomodo debeant cum disciplina & mãsuetudine comedere. Quod si quis vel locutus fuerit, vel riserit in vescendi tẽpore, aget pœnitẽtiam, & in eodem loco mox increpabitur, & stabit, donec surgant alij de vescendo.

12 Si quis ad comedendum tardius aduenerit, excepto maioris imperio, similiter aget pœnitentiam, aut ad domum ieiunus reuertetur.

13 Si aliquid necessarium fuerit ad mensam, nemo audebit loqui, sed ministrantibus signi sonitum dabit.

14 Si egressus fueris à cibo, ne loquaris in redeundo, donec ad locum tuum perueneris.

15 Ministri absque his, quæ in commune fratribus præparata sunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos sibi audeant præparare.

16 Qui percutit ad vescendum, dum congregantur fratres, meditetur aliquid in percutiendo.

17 Qui ante fores conuiuij egredientibus erogat fratribus dulciamina, in tribuendo meditetur aliquid de scripturis.

18 Qui suscipit ea quæ dantur, non in cuculla, sed pelle accipiat, neque gustabit de his, quæ acceperit, donec ad domum peruenerit. Ipse autem qui cæteris diuidit, suam partem à Præposito accipiat. Quod & cæteri ministri faciant accipientes ab alio, & nil sibi suo arbitrio vendicantes. Nemini plus alteri dabit, quam alter acceperit; quod si obtenditur infirmitas, Præpositus domus perget ad ministros ægrotantium, & ab his quæ necessaria sunt, accipiet.

19 Si de ipsis ministris aliquis ægrotauerit, non habebit licentiam introeundi in coquinam, vel cellarium, & sibi aliquid auferendi; sed ei cæteri ministri id quod necessarium viderint, dabunt, nec permittetur coquere sibi quod desiderabit; sed Præpositi domorũ, quę necessaria viderint ei, & ab aliis ministris accipiẽt.

20 Nullus introeat locum ægrotantium, qui non ægrotat. Qui ægrotauerit, à Præposito domus ducetur in triclinium ægrotantium; quod si opus habuerit palliolo, aut tunica, aut cæteris quæ ad operiendum, vel ad vescendum necessaria sunt, ipse Præpositus accipiet à ministris, & dabit ægrotanti. Nec poterit languidus ingredi cellam vescentium, & comedere, quæ desiderat, nisi à ministro, qui huic rei Præpositus est, ducatur ad vescendum. Non ei licebit de his, quæ acceperit in loco ægrotantium, ferre ad cellulam suam, nec pomum quidem.

21 Qui pulmentaria coquunt, ipsi nihil gustantes edentibus ministrabunt.

22 Vinum & liquamẽn, absque loco ægrotantium, nullus attingat.

23 Si aliquis eorum, qui peregrè mittuntur, in itinere, vel in via ægrotauerit, & habuerit necessitatem, siue desiderium comedendi liquamen de piscibus, vel aliquid eorum, quæ comedere non consueuerunt, non manducabit cum fratribus cæteris; sed separabitur, & dabitur ei à ministris ad omnem abundantiam, vt in nullo frater languidus contristetur.

24 Ægrotantem absque concessu curatoris, nullus audeat visitare, nec propinquus quidem, atque germanus, sine imperio Præpositi domus, ministrandi habebunt potestatem.

25 Si vnum ex his, ab aliquo fuerit prætermissum, atque neglectum, increpatione solita emendabitur.

26 Si quis accesserit ad ostium Monasterij volens sæculo renuntiare, & fratrum congregari numero, non habebit intrandi potestatem, sed prius nuntiabitur patri Monasterij, & manebit paucis diebus foris ante ianuam, & docebitur orationem dominicam, & Psalmos quantos potuerit discere, & diligenter sui experimentum dabit, ne fortè aliquid fecerit, & turbatus ad horam discesserit, aut sub aliqua potestate sit, & vtrum possit renuntiare parentibus suis, & propriam facultatem contemnere. Si eum viderint aptum ad omnia, tunc docebitur & reliquas Monasterij disciplinas, quas facere debeat, quibusque seruire, siue in collecta omnium fratrum, siue in domo, cui tradendus est, siue in vescendi ordine; & instructus, atque perfectus in omni opere bono fratribus copuletur. Tunc nudabunt eum vestimentis sæcularibus, & induent habitum Monachorum, tradent ostiario, vt orationis tempore adducat eum in conspectu omnium fratrum, sedebit in eo loco, in quo ei præceptum fuerit. Vestimenta quæ secum detulerat, accipient, qui huic rei præpositi sunt, & inferentur in repositorio, & erunt in potestate principis Monasterij.

27 Nemo manens in Monasterio suscipiendi quempiam ad vescendum habeat potestatem, sed mittet eum ad ostium xenodochij, & suscipiatur ab iis, qui huic rei præpositi sunt.

28 Quando ad ostium Monasterij aliqui venerint, si clerici fuerint, aut Monachi, maiori honore suscipiantur; lauabunt pedes eorum; seruabunt Euangelij præcepta, & deducent ad locum xenodochij, præbebunt omnia, quæ apta sunt vsui Monachorum. Quod si voluerint orationis tempore, atque collectæ venire ad conuentum fratrum, si eiusdem fidei fuerint, minister xenodochij nuntiabit Patri Monasterij, & sic deducentur ad orandum.

29 Si sæculares homines, aut debiles, aut vasa infirmiora, id est, mulierculæ venerint ad ostium, suscipient singulos in diuersis locis, iuxta ordinem Præpositi & sexus sui, præcipuè feminas maiori honore & diligentia curabunt, cum omni timore Dei, & locum separatum ab omni virorum vicinia eis tribuent: vt nulla sit occasio blasphemandi. Quod si ad Vesperas venerint, abiicere eas nefas est, sed accipient, vt diximus, separatum locum, & clausum cum omni disciplina, atque cautela, vt grex fratrum liberè suo officio seruiat, & nulli detur offendiculum detrahendi.

30 Si quis ante ostium steterit Monasterij dicens se velle videre fratrem suum, vel propinquum, ianitor nuntiabit patri Monasterij, & ille accitum interrogabit Præpositum domus, si apud eum sit, & permittente eo, accipiet comitem egressionis suæ, cuius fides probata est; & sic mittetur ad fratrem videndum, vel ad proximum. Si forte aliquid attulerit ciborum, quibus in monasterio vesci licitum est, suscipere ipse non poterit; sed vocabit ianitorem, & ille allata suscipiet; quæ si talia fuerint, quæ cum pane vescenda sint, nihil horum ij, quibus allata sunt, accipient; sed cuncta ad loca ægrotantium deferentur.

31 Si fuerit nuntiatum, quod de propinquis quis ægrotet, ianitor primus nuntiabit patri Monasterij, & ille accitum interrogabit Præpositum domus. Videbunt virum cuius fides & disciplina probata sit, & mittent cum eo, vt visitet ęgrotantem; tantum accipiet viatici, quantum Præpositus domus eius decreuerit.

32 Quod si necessitas impulerit, vt foris maneat, & vescatur in paterna, aut propinquorum domo; hoc non faciet, sed manebit in dominico, vel in Monasterio eiusdem fidei. Quod si ei affines vel cognati præparauerint cibos, & apposuerint, nec accipiẽt omnino, nec vescentur nisi his quæ in Monasterio edere consueuerunt: non gustabunt liquamen, nec vinum bibent, nec aliud quidpiam, quorum edendi non habent consuetudinem. Si à parentibus quidpiam acceperint, tantum comedent, quantum in via sufficit:

cætera

cætera quæ remanserint, dabunt Præposito domus suæ, & ille portabit in cellam languentium.

33 Si propinquus alicuius aut consanguineus mortuus fuerit, prosequendi funus non habebit potestatem, nisi pater Monasterij præceperit.

34 Nullus solus mittatur foras ad aliquod negotium, nisi iuncto ei altero. Quando autem reuersi fuerint in Monasterium, si viderint ante ostium quærentem aliquem notum affinium de his, qui in Monasterio commorantur, non audebunt ire ad eum, & nunciare, vel vocare, & omnino quidquid foris gesserint, aut audierint, in Monasterio narrare non poterunt.

35 Si signum datum fuerit vt egrediantur ad opus, Præpositus antecedat eos, & nullus in Monasterio remanebit, nisi is cui pater præceperit; & hi qui vadunt, quò pergant non interrogabunt, sed vnusquisque de scripturis aliquid meditabitur. Si fortè aliquis eis occurrerit, vel voluerit cum aliquo eorum loqui, Præpositus cui hoc iniunctum fuerit, occurrentibus respondebit: Operantes nihil loquantur sæculare; sed aut meditentur quæ sancta sunt, aut certè silebunt. Nemo palliolum tollat secum vadens ad operandum, nisi concessione maioris. Operans non sedebit sine maioris imperio. Omnia autem ferramenta post operationem ad domum reportabuntur.

36 Absque Præpositi iussione nemo fratrum, si necessarium habuerit, aliquem mittere poterit, quod si ipse qui maior est, cogitur necessitate ire ad aliquem locum, officium suum ei, qui post se est in ordine, delegabit.

37 Si quis lauare voluerit vestimentum, commonebit Præpositum suum, & ille mittet cum eo alium, & lota veste reuertentur domum, & siccatam reponit ille cui hoc iniunctum est.

38 Nullus de horto tollat olera, nisi ab hortolano acceperit.

39 Palmarum folia, vnde texuntur sportæ, nemo suo iure tollat, absque eo cui palmæ sunt creditæ.

40 Nullus vuas, aut spicas adhuc immaturas comedere audeat præter ordinem disciplinæ, & omnino de omnibus, quæ in agro sunt vel in pomario, nemo comedet separatim, antequam cunctis fratribus pater exhibeat.

41 Qui coquent, antequam fratres comedant, non audebunt edere.

42 Qui super arbores pomarias, & super vineas sunt, non comedent de fructibus earum, nisi fratres prius comederint. Si iussi fuerint pomorum vel vinearum fructus colligere, Præpositus colligentium dabit in eodem loco singulis ad vescendum modica: & cum ad Monasterium venerint, inter cæteros fratres partes suas accipient. Si autem inuenerint sub arboribus poma cecidisse, comedere non audebunt; sed inuenta in transitu, iuxta radices arborum collocabunt. Ipse quoque qui cæteris colligentibus distribuit, gustare non poterit; sed portabit ad dispensatorem: qui cum cæteris dederit, & ipsi tribuat partem suam.

43 Nullus in cella sua reponat aliquid ad vescendum, absque his quæ à dispensatore acceperit.

44 Qui nolunt in commune vesci cum cæteris, quasi maiori abstinentiæ se dicantes, quando edere debuerint, quod eis vna die sufficiat, panem & sal accipiant tantum. Præter Monasterij autem coquinam, nulli coquendi cibos habeant potestatem.

45 Nemo in cella sua habeat præter ea, quæ Monasterij lege præcepta sunt, nec paucos nummos, nec proprium aliquid; extra habitum suum si quid inueneris, absque contradictione auferes.

46 Si quis transfertur de domo in alteram domum, excepto ea quæ vsui quotidiano ad habitum necessaria sunt, secum transferre nihil poterit.

47 Nullus neque ambulandi in Monasterio, neque extra murum Monasterij procedendi habeat facultatem, nisi interrogauerit Præpositum, & ille côcesserit.

48 Cauendum est autem, ne quis de domo in alteram domum verba transferat, nec de Monasterio in Monasterium, nec de Monasterio in agrum, nec de agro in Monasterium.

49 Si quis ambulauerit in via, vel nauigauerit, aut operatus fuerit foris, non loquatur in Monasterio, quæ ibi geri viderit.

50 Non dormiat quis præter recluuam cellulam: Cumque ad dormiendum se collocauerit, alteri non loquatur: postquam obdormierit, si post somnum nocte euigilauerit, oret.

51 Si ieiunij instat dies, & sitire cœperit, bibere non audebit.

52 Nemo lauare alterum poterit aut vngere; nisi ei fuerit imperatum.

53 Nemo in tenebris alteri loquatur. Nullus cum altero dormiat; manum alterius nemo teneat, siue ambulauerit, siue sederit, aut steterit, vno cubito distet ab altero.

54 Nullus attondeat caput, absque maioris arbitrio.

55 Mutare de his, quæ à Præposito acceperit, cum altero nemo audebit; nec accipiet melius, & dabit deterius: aut è contrario dans melius, deterius accipiet, & in vestimento, & in habitu suo nihil noui, præter cæteros, causa decoris, inueniet.

56 Nemo vadens in congregationem ad vescendum, dimittat codicem non ligatum. Codicet post nonam attendat, ad quem pertinet.

57 Si quis fratrum læsus fuerit, aut percussus; tamen lectulo non decumbit, sed ambulat inualidus, & aliqua re indigebit, vestimento vel palliolo, & cæteris vtensilibus, Præpositus accipiet & dabit. Cumque sanus fuerit, reponabit sine mora vlla.

58 Nemo ab altero accipiet quidpiam, nisi Præpositus iusserit.

59 In villam nullus vadat, nisi missus; super nudum dorsum asini duo pariter non sedebunt, nec super temonem plaustri.

60 Ad officinas diuersarum artium soli pergent Præpositi, vt accipiant quod necessarium est.

61 Ad alterius cellulam intrare nullus audebit.

62 Commendatum aliquid, etiam à germano fratre, nullus accipiat.

63 Nihil in cella sua absque Præpositi iussione quidpiam condet, nec poma quidem.

64 Si Præpositus profectus fuerit, aut alter Præpositus, aut qui secundus est, curam proficiscentis exerceat, vel quem ipse Præpositus elegerit de fratribus, & curam ei suam iniunxerit.

65 Quando farinam conspergunt aqua, & massam subigunt, neque alteri loquatur: Et quando tabulis ad furnum deportant panes, simile silentium habebunt; tantum de Psalmis, aut de scripturis aliquid meditabuntur, donec opus impleant. Si quid necessarium fuerit, non loquantur, sed dent signum his qui possunt afferre, quæ necessaria sunt. Quando ad miscendam farinam vocati fuerint, nullus resideat in loco panes coquentium, exceptis iis, qui coctioni sufficient, & quibus iussum fuerit.

66 In nauibus similis disciplina est. Nemo à terra soluit nauigij funiculum, nec mouet nauigium, absque iussione patris. In interiore parte nauis cæteris fratribus super transtra & tabulata quiescentibus, nullus dormiat; & sæculares homines dormire secum nullus patiatur. Vasa infirmiora cum eis non nauigabunt, nisi forte pater Monasterij præceperit.

67 Nullus in domo sua audebit focum facere, nisi in commune omnibus succendatur.

68 Qui vna oratione tardius venerit, vel qui mussitauerit, aut locutus fuerit ad alterum, vel qui riserit in reliquis orationibus, constituto ordine aget pœnitentiam.

69 Quando domi resident, non ais liceat loqui aliquid sæculare; sed si quis præpositus de scripturis docuerit, vicissim inter se rumineot & referent quæ audierint, vel quas memoriter teneant.

70 Qui vas fictile fregerit, vel aliquam vtilem rem ad vsus Monasterij, aget pœnitentiam.

71 Si frater dormierit, omnis eum fraternitas prosequatur.

72 Nemo exeat foras, nemo loquatur, nemo remaneat, excepto maioris imperio.

73 Audito signo excitantis, aut voce psallentis, omnes surgant, currentes ad orationes. Nullus ante psallat, nisi ei iussum fuerit, nec completo Psalmo, alterum sine præpositi iussione audeat iungere.

74 Nemo ante præpositum suum, & ducem suum ambulet. Nullus remaneat de ordine suo.

75 Si quis aliquid perdiderit, ante altare publicè corripietur. Si vero de proprijs vesticulis fuerit quod perditum est tribus hebdomadibus non accipiet, & in quarta acta pœnitentia dabitur ei quod amisit.

76 Qui inuenerit aliquid per tres dies ante collectam Fratrum, suspendat, vt tollat qui cognouerit.

77 Lotum in domo nemo faciat, absque præposito, & omne quod nouum est, illius sententia disponetur.

78 Omnis correptio ita fiet, vt disiuncti sint qui corripiuntur, & demissis manibus, & humiliato capite emendaturos se promittentes vitia, in quibus arguuntur, veniam deprecentur.

79 Qui absque ordine Fratrum recesserit, & postea acta pœnitentia redierit, non erit in ordine suo, absque maioris imperio.

80 Qui rudis in Monasterio fuerit ingressus, docebitur prius quæ debeat obseruare, & cum doctus ad vniuersa consenserit, dabunt ei viginti Psalmos, aut duas epistolas Apostoli, aut alterius scripturæ partem. Et si litteras ignorauerit, hora prima, tertia & sexta vadat ad eum, qui docere potest, & qui ei fuerit delegatus, & stabit ante eum, & discet studiosissimè cum omni gratiarum actione. Postea scribentur ei elementa, syllabæ, verba, ac nomina; & etiam nolens, legere compellatur: & omnino nullus erit in monasterio, qui non discat litteras, & de scripturis aliquid teneat, quod minimum est, vsque ad nouum testamentum, & Psalterium. Omne quod in conuentu Fratrum audierint disputatum, cogentur inter se vt recolant.

81 Ad psallendum & ad orandum nullus sibi occasiones inueniat, quibus se dicat occupatum, quasi ire non possit, & si in naui fuerit, & in agro, & in itinere, vel in Monasterio, quolibet ministerio detentus, orandi & psallendi tempora non prætermittat.

De puellarum disciplina.

82 NEmo ad eas vadat visitandas, nisi qui habet ibi matrem, vel sororem, aut propinquas, & consobrinas, seu matrem filiorum suorum; si autem & ante conuersionem paterna eis debetur hæreditas, aut aliqua causa manifesta est, mittent eum his probatæ ætatis virum, ac vitæ, & videbunt eas, & pariter reuertentur. Nemo vadat ad illas nisi hi, quos supra diximus: Ita vt primum faciant renuntiari patri Monasterij, & ille mittet ad seniores, qui Monasterio Virginum delegati sunt, qui occurrens eis, & cum ipsis videbunt eas, quas necesse habebunt cum omni disciplina, & timore Dei. Non eis loquentur de rebus sæcularibus.

83 Quicumque de his mandatis aliquid prætererit, absque vlla dubitatione, negligentiæ atque contemptus, aget pœnitentiam, vt possidere valeamus regna cælorum.

¶ Præcepta & instituta Patris nostri Pachomij hominis Dei, qui fundauit ab exordio sanctæ vitæ communionem iuxta imperium Dei. Plenitudo legis charitas; scientes tempus, quod instet hora, vt de somno consurgamus, quod vicinior sit salus nostra, quàm eo tempore cum credimus Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Deponamus opera tenebrarum, quæ sunt; contentiones, detractiones, odia, & tumentis animi superbia.

84 Qui facilis est ad detrahendum, & dicit quod non est, qui in hoc peccato fuerit deprehensus, monebunt eum secundò; & si audire contempserit, separabunt eum extra conuentum Fratrum septem diebus, & panem tantum cum aqua accipiet, donec polliceatur, atque confirmet se ab hoc vitio recessurum, & sic dimittetur ei.

85 Si quis iracundus, & furiosus frequenter irascitur sine causa, & propter rem inanem & vacuam, per sex vices commonebitur, & in septima facient eum surgere de ordine sessionis suæ, & inter vltimos collocabitur, docebuntque eum, vt in hac mentis perturbatione mundetur. Cumque tres testes dignos testimonio adduxerit, qui pro eo polliceantur nequaquam simile quid esse facturum, recipiet sessionem suam; alioqui si permanserit in vitio, moretur inter vltimos, perdito priore loco.

86 Qui falsum cupit probare contra alterum, vt opprimat innocentem, tertio commonebitur, & postea reus erit iniquitatis, siue de priori loco fuerit, siue de inferioribus.

87 Qui habet pessimam consuetudinem, vt fratres suo sermone sollicitet, & peruertat animos simpliciorum, tertio commonebitur: si contempserit, & obstinato animo in duritia perseuerauerit, separabunt eum extra Monasterium, & verberabunt eum ante fores, triginta nouem, dabuntque ei ad vescendum panem solum & aquam, donec mundetur à sordibus.

88 Qui habet pessimam consuetudinem murmurandi, & quasi graui opere se opprimi queritur, docebunt eum quotquies quod sine causa murmuret, & ostendent perspicuè veritatem; si post hæc inobediens fuerit, & est perfectæ ætatis, ita eum habebunt, vt vnum de ægrotantibus, & ponetur in loco infirmorum, ibique aletur otiosus, donec redeat ad veritatem. Si autem iusta est illius querela, & à maiore iniquè opprimitur, qui eum scandalizauit, eidem sententiæ subiacebit.

89 Si inobediens quis fuerit, aut contentiosus, aut contradictor, aut mendax, & est perfectæ ætatis, decies commonebitur vt desistat à vitiis. Si autem audire noluerit; Monasterij legibus increpabitur. Quod si alterius culpa ad hæc vitia deuoluitur, & hoc fuerit comprobatum, ille qui causa extitit, reus erit vltionis.

90 Si deprehensus fuerit aliquis de Fratribus libenter cum pueris ridere, & ludere; & habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commonebitur; vt recedat ab eorum necessitudine, & memor sit honestatis ac timoris Dei. Si non cessauerit, corripietur, vt dignus est correptione seuerissima.

91 Qui contemnunt præcepta maiorum, & regulas Monasterij, quæ Dei præcepto constitutæ sunt, & paruipendunt seniorum consilia, corripientur iuxta ordinem constitutum, donec corrigantur.

92 Qui iudex est omnium peccatorum, & peruersitate mentis ac negligentia reliquerit veritatem, viginti viri sancti, & timentes Deum, siue decem, & vsque ad quinque, de quibus omnes dent testimonium, sedebunt, & iudicabunt eum, & degradabunt in vltimum gradum, donec corrigatur.

93 Qui conturbat Fratrum animos, & facilis est ad detrahendum, lites serens, & iurgia, decies commonebitur, & si non fuerit emendatus, corripietur ordine monasterij donec corrigatur.

94 Qui viderit de maioribus, & præpoſitus Fratrum ſuorum tribulationem, & noluerit cauſam tribulationis inquirere, eamque contempſerit, quæretur cauſa à ſupradictis iudicibus inter fratrem, atque præpoſitum, & ſi deprehenderint negligentia præpoſiti, vel ſuperbia coangustatum fratrem; & iudicaſſe eum non ſecundum veritatem, ſed ſecundum perſonam, degradabitur de ſolio ſuo, donec corrigatur, & ab iniuſtitiæ ſordibus emendetur, quia non conſiderauit veritatem, ſed perſonas, & ſeruiuit prauitati animæ ſuæ, & non Dei iudicio.

95 Si quis promiſerit obſeruare regulas Monaſterij, & facere cœperit, eaſque dimiſerit, poſtea autem reuerſus egerit pœnitentiam, obtendens infirmitatem corpuſculi, per quam non poſſit implere quod dixerat, faciant eum inter languentes commorari, & paſcetur inter otioſos; donec acta pœnitentia impleat quod promiſit.

96 Pueri in domo, ſi fuerint dediti luſibus & otio, & correpti non potuerint emendari, debet præpoſitus vſque ad dies triginta ipſe eos monere, & corripere. Si viderit in prauitate perſiſtere, & non nuntiauerit patri Monaſterij, & aliquod peccatum in eis fuerit deprehenſum, ipſe pro eis culpæ ſubiacebit, iuxta quod peccatum fuerit inuentum.

97 Omnes autem pueri, qui non timent confundi pro peccato, & per impudentiam iudicium Dei non cogitant, & correpti verbo non emendauerint, verberentur quamdiu diſciplinam accipiant, & timorem.

98 Qui iniuſtè iudicauerit, iuſtè ab aliis condemnabitur.

99 Qui conſenſerit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione ſeueriſſima. Quod ſi per ignorantiam deceptus eſt, & non ita putauit, vt verum eſt, ignoſcetur ei: & omnis qui per ignorantiam peccat, facilè accipiet veniam. Qui autem ſciens peccauerit, ſuſtinebit increpationem iuxta menſuram, opuſque peccati.

100 Præcepta & leges Pachomij. Ne plus fratres facere compellantur; ſed moderatus labor omnes ad laborandum prouocet Sit inter eos pax & concordia, & libenter maioribus ſubiiciantur: Sedentes & ambulantes, & ſtantes inuicem de humilitate decertent.

101 Si quis peccatum fecerit, patres Monaſteriorum emendare poterunt, & conſtituere quid ſequi debeat.

102 Præpoſitus autem domus, & qui ſecundus ab eo eſt, hoc tantum iuris habebunt, vt compellant Fratres in punctis ſingulis, vel collecta domus, ſiue in collecta maiore, hoc eſt, omnium Fratrum ſubiacere pœnitentiæ.

103 Quod ſi præpoſitus peregrè fuerit, qui ſecundus eſt, locum eius implebit, tam in præſentia Fratrum recipienda, quàm in quocumque alio eorum, quæ in domo neceſſaria ſunt.

104 Si quis abſque conſcientia duorum ierit ad alteram domum, vel alterius domus fratrem codicem ad legendum mutuum poſtulauerit, vel quodlibet aliud, Monaſterij ordine increpabitur.

105 Qui vult ſine macula, & contemptu in domo cui deputatus eſt, viuere, omnia quæ præcepta ſunt, coram Deo obſeruare debebit.

106 Quidquid neceſſarium eſt, ſiue in agro, ſiue in Monaſterio, præpoſitus etiam nō poſtulatus impleat.

107 Sex orationes faciant veſpertinas, iuxta exemplum maioris collectæ, in qua omnes Fratres pariter congregantur.

108 Summæ dilectionis eſt, etiam ſi difficile fuerit, vt nullum onus habeant, nec ex onere naſcatur tædiū.

109 Si quis deforis venerit, & æſtu laborauerit, aliique Fratres orationem celebrauerint, ſi ire non poteſt, non cogatur.

110 Quando præpoſiti domorum Fratres de conuerſione ſanctæ vitæ docebunt, abſque grauiſſima ægritudine nullus aberit.

111 Maiores quicumq; è fratribus mittuntur foras, quamdiu ibi fuerint habebunt ius præpoſitorum, cūcta gerentur arbitrio eorum, docebunt fratres per conſtitutos dies, & ſi fortè aliquid inter eos ortum fuerit ſimultatis, audient ipſi maiores, & iudicabunt cauſam, & dignum culpa increpabūt, & ad imperium eorum ſtatim ad pacem pleno corde conſentient.

112 Si quis de Fratribus contra præpoſitum domus ſuæ triſtitiam habuerit, aut ipſe præpoſitus contra fratrem aliquam querimoniam, Fratres probatæ conuerſationis & fidei audire eos debebunt, & iudicabunt inter eos. Si tamen abſens eſt pater Monaſterij, vel aliquo profectus, primum quidem expectabunt eum; ſi autem diutius commorari viderint, tunc audient inter præpoſitum & fratrem, ne de ſuſpenſo iudicio maior triſtitia oriatur. & ille qui præpoſitus eſt, & ille qui ſubiectus eſt, & hi qui audiunt, iuxta timorem Dei cuncta faciant, & in nullo dent occaſionem.

De veſtibus Monachorum.

113 SI quis de his, quæ præcepta ſunt, amplius habuerit abſque conceſſione maioris, deferentur ad cuſtodem veſtium, & introëundi illuc, vel poſtulandi non habebit poteſtatem, ſed erunt ſub præpoſiti arbitrio, aut qui ſecundus eſt ab eo.

¶ Præcepta Pachomij de collecta Fratrum, quomodo collecta fieri debeat, & fratres ſint congregandi ad audiendum verbum Dei, iuxta præcepta maiorum, & doctrinam ſanctarum ſcripturarum, vt liberentur de errore animæ conuerſorum, & glorificent Deum in luce viuentium: vt ſciant quomodo oporteat in domo Dei conuerſari ſine ruina, & ſcandalo, & non inebrientur aliqua paſſione; ſed ſtent in menſura veritatis, & traditionibus Apoſtolorum & Prophetarum, & ſolemnitatum ordinem teneant, imitantes conuerſationem eorum in domo Dei, & ieiunia, atque orationes ex more complentes. Qui enim benè miniſtrant, ſequuntur regulam ſcripturarum.

114 Hoc eſt ergo miniſterium, quod miniſtri Eccleſiæ implere debebunt. Congregent fratres orationis tempore, & omnia faciant quæ ritè complenda ſunt, vt nullam occaſionem detractioni tribuant, nec ſinant quempiam ambulare contra ritum diſciplinæ. Si codicem poſtulauerint, deferant eis.

115 Si quis deforis venerit veſperi & non occurrerit accipere opus, quod poſtera die facturus eſt, manè tribuant; ſi defecerit opus quod habebat in manibus, referat ad maioris ſententiam, & quod ille præceperit faciat.

116 Qui miniſter eſt, habeat ſtudium, ne quid operis pereat in Monaſterio, in nulla omnino arte, quæ exercetur à fratribus. Quod ſi quid perierit, & negligentia fuerit diſſipatum, increpabitur à Patre miniſter operum ſingulorum, & ipſe increpabit alterum, qui opus perdiderit, dumtaxat iuxta voluntatem, & ſententiam principis; abſque qua nullus increpandi fratrem habebit poteſtatem.

117 Si veſtimentum ad ſolem expanſum tertia inuenerit dies, dominus veſtimenti pro eo increpabitur, & aget pœnitentiam publicè in collecta, ſtabitque in veſcendi loco.

118 Si inuentus fuerit vnus è Fratribus aliquid per contentionem agens, vel contradicens maioris imperio, increpabitur, iuxta menſuram peccati ſui.

119 Qui mentitur, aut odio aliquem habere fuerit deprehenſus, aut inobediens, aut plus ioco, quā honeſtum eſt, deditus, aut otioſus, aut durè reſpondens, aut conſuetudinem habens fratribus detrahendi, vel his qui foris ſunt, & omnino quidquid contra regulam

ſcripturarum eſt, & monaſterij diſciplinam, audiet pater Monaſterij, & vindicabit iuxta menſuram, opuſque peccati.

120 Pellicula caligæ, & cingulum, & ſi quid aliud perierit, qui perdiderit, increpabitur.

121 Si quis tulerit rem non ſuam, ponetur ſuper humeros eius, & aget pœnitentiam publicè in collectâ, ſtabitque in vaſcendi loco. Si autem in furto fuerit deprehenſus, triginta nouem verberabunt eum, & foris dabunt ei edere panem, & aquam tantum, & opertum cilicio, & cinere per ſingula orationum tempora cogent eum agere pœnitentiam. Eademque lex in fugitiuis obſeruabitur.

122 Præpoſitus domus increpationi ſubiacebit, ſi ante tres dies non nuntiauerit patri, ſiue in via, ſiue in agro, ſiue in monaſterio quid patierit, & aget pœnitentiam iuxta ordinem conſtitutum.

123 Quod ſi homo fuerit, & intra tres horas non nuntiauerit patri, reus erit perditionis eius, niſi eum iterum inuenerit.

124 Hæc eſt vltio in eum qui fratrem de domo perdiderit; tribus diebus aget publicam pœnitentiam. Quod ſi eadem hora, qua fugerit, non nuntiauerit patri, reus erit peccati.

125 Si in domo ſua præpoſitus viderit delinquentem, & non nuntiauerit patri monaſterij, ipſe increpationis ordini ſubiacebit.

126 Per domos ſingulas Veſperi ſex Orationes, Pſalmoſque complebunt, iuxta ordinem maioris Collectæ, quæ à cunctis Fratribus in commune celebratur. Per ſingulas hebdomadas diſpoſitiones a præpoſitis complebuntur. Nullus in domo quidpiam faciet, niſi quod præpoſitus iuſſerit.

127 Si omnes Fratres, qui in domo ſunt, viderint præpoſitum nimium negligentem, & menſuram monaſterij cacedentem, referent ad patrem, & ab eo increpabitur. Ipſe autem præpoſitus nihil faciat præter id quod pater iuſſerit, maximè in re noua, nam quæ ex more deſcendit, obſeruabit regulas monaſterij.

128 Præpoſitus non inebriabitur, nec ſedeat in humilioribus locis, iuxta vaſa Monaſterij, ne rumpat vincula, quæ Deus in cælo condidit, vt obſeruentur in terris: ne lugeat in die feſto Domini Saluatoris. Dominetur carni ſuæ, iuxta menſuram ſanctorum. Non inueniatur in excelſis cubilibus imitatus morem gentilium. Non ſit duplici fidei. Non ſequatur cogitationes cordis ſui: & ſublimioribus non reſiſtat timenti animo poteſtatibus, non fremat, nec irruat ſuper humiliores, non transferat terminos, non ſit fraudulentus; nec in cogitationibus verſet dolos, non negligat peccatum animæ ſuæ extirpare, nec vincatur carnis luxuria, non ambulet negligenter; non loquatur verbum otioſum, non ponat ſcandalum ante pedes cæci, dum doceat voluptates animam ſuam, non ſoluatur ſtultorum riſu, ac ioco, non rapiatur cor eius ab his, qui inepta loquuntur, aut dulcia, non vincatur muneribus, non paruulorum ſermone ducatur; non affligatur in tribulatione, non timeat mortem, ſed Deum, nec præuaricator ſit propter eminentem timorem; ne relinquat verum lumen propter modicos cibos, non vacillet, nec fluctuet in operibus ſuis, non mutet ſententiam veram, ſed firmus ſit, ſolidique decreti, iuſta cuncta conſiderans, iudicans in veritate abſque appetitu gloriæ, manifeſtus Deo & hominibus, & alongans ſe à fraude, non ignoret conuerſationem ſanctorum, nec ad eorum ſcientiam cæcus exiſtat, nulli noceat per ſuperbiam; ne ſequatur concupiſcentias oculorum ſuorum, non enim ſuperent incentiua vitiorum, veritatem numquam prætereat, oderit iniuſtitiam & perſonam, numquam iudicat pro muneribus, nec condemnet innocentem per ſuperbiam, non rideat inter pueros, non deſerat veritatem timore ſuperatus, non comedat panem de fraudulentia, non

A deſideret alienam terram, non opprimat animã propter aliorum ſpolia, non deſpiciat eos, qui indigent miſericordia, nec falſum teſtimonium dicat ſeductus lucro; nec mentiatur propter ſuperbiam, nec contendat contra veritatem ob tumorem animi, nec deſerat iuſtitiam propter laſſitudinem, nec perdat animam ſuam propter verecundiam, nec reſpiciat dapes lautioris menſæ, nec pulchra veſtimenta deſideret, ne ſenes negligat, ſemper diiudicat cogitationes ſuas, ne inebrietur vino, ad humilitatem iunctam habeat veritati, quando iudicat. Sequatur præcepta maiorum, & legem Dei, quæ toto orbe prædicata eſt. Si quidquam de his prætereiarit, reddetur ei menſura, iuxta quam menſus eſt, & recipiet ſecundum opera ſua, quia mœchatus eſt in ligno & lapide, & propter ful- *Hier. 3.*
B gorem auri & ſplendorem, animi dimiſit iudicium, & deſideriis temporalibus lucri, laqueis ſe induit iniquorum, & eueniet ei contritio Heli, & filiorum eius, *1 Reg. 4.* maledictio Dei quam imprecatus eſt Cain; perditio *Gen. 4.* qua peccatores terræ hiatus abſorbuit. Et interitus *Num. 16.* Chananeorum, & contritio Hydriæ ad fontem, & *Eccl. 12.* ranarum comminutio in littoribus, quæ falſis fluctibus verberantur; & confractio virgæ glorioſæ, vt ſit *Hier. 48.* quaſi cæcus palpans manu parietem. Hæc omnia *Eſaiæ 36.* euenient ei, quia non ſeruauit veritatem in iudicio & iniquè egit in omnibus quæ ei credita ſunt.

C EIVSDEM S. PACHOMII REGVLA PROVT A PALLADIO eſt relata: extat infra in eodem Palladio.

INCIPIVNT MONITA SANCTI PACHOMII,

Ex codem manuſcripto Palladij.

Par D. Gerardum Voſſium edita.

HOnora Deum & valebis. Memor eſto gemituum, quos perpeſſi ſunt ſancti. Efficiamur vnanimes, permanentes, in quo vocati ſumus, præ omnibus curam gerentes, vt in hac quam arripuimus, vitam perficere valeamus, & curſum inſtitutionis noſtræ Deo placitum perficere mereamur:
D vt ne ſimiles inueniamur, qui in vanis & caducis rebus lætantur. Ne quando mens noſtra recti itineris lineam derelinquens, in peccatum corruat, & ſpe æterna fraudetur. Intellectum namque eſt optimum cognoſcere voluntatem Dei. Omnium enim ſuperior efficitur homo, qui obedierit veritati. Omnium enim malorum peius eſt, legi * Dei iuſiſtere, & acquieſcere propriæ voluntati. Qui enim ſuam perficit voluntatem, à diuina cognitione fraudabitur: nec poterit perficiendo propriam voluntatem, per viam Sanctorum incedere; & in nouiſſimis interitum & planctum inueniet. Nunc igitur tempus placendi Domino; quia ſalus in tempore tribulationis acquiritur. Ne ergo tantummodo credulitatem fidei in tempore lætitiæ teneamus, & in tempora tribulationis ab eadem recedamus. Scriptum eſt
E enim: Si voueris votum Domino, moram ne feceris reddere illud: & in tribulatione ne deficias; ſed patiens eſto, & obſecra Dominum. Immobilis enim fidei plenitudo tribuatur à Deo, quam per Spiritum ſanctum acquiſiuerunt Prophetæ: in qua & Apoſtoli confirmati ſunt, qui propter fidem diuerſas tribulationũ * perſecutiones excipientes, ad promiſſa præmia peruenerunt. Hæc ergo ſcientes, ne circumferamur errorum ſeductione decepti; ſed potius firmi & immobiles permaneamus: vt cogitationũ peruagationes, quæ velut aquæ efferuaſcunt, diuinæ legis aſſidua memoria refrænemus, per quam carnalis concupiſcentiæ legem deſtruentes, omnia quod Deo placitum eſt, exqui-

al. legi Dei velle inſiſtere, & c. Eſaiæ 33.

Deut. 23. Eccleſ. 5.

al. tribulationum perſecutionum.

exquirere valeamus, & custodiamur illæsi à curis sæcularibus, omnique elatione, quæ est insania pessima, peior omnium malorum. Dominum semper præ oculis habentes, reminiscamur passionis crucis ipsius ac mortis, per quem redempti ac viuificati sumus. Odio ergo habeamus mundum, & omnia quæ in eo sunt: oderimus quoque omnem requiem corporalem. Abrenuntiemus huic vitæ, vt Deo viuere valeamus. Memores ergo simus, charissimi, professionis nostræ, quemadmodum Deo sumus polliciti deseruire. Hoc ipsum enim exquiretur à nobis in die iudicij: esuriamus, sitiamus, nuditatem perferamus. Vigilemus, & in Psalmis atque orationibus positi ex intimo corde ingemiscentes, lachrymas effundamus; nosmetipsos cauta discussione probantes, si vel in aliquo digni Deo pro eius immensa clementia inueniri mereamur. Tribulationis angustiam non refugiamus, vt consolationis dominicæ requiem consequamur, & immortalis vitæ ac sempiternæ requiem percipere promereamur, Amen.

Abrenuntiatio.

INCIPIT REGVLA A SANCTO TETRADIO PRESBYTERO, NEPOTE BEATÆ

memoriæ sancti Cæsarij Episcopi Arelatensis Abbati, mea persona parua rogante transmissa, quam à suo memorato domno Cæsario dixit ipse dictatam, quam dum esset Sacerdos ipse per diuersa monasteria transmittebat. Quicumque Deum expeterent, discerent regulariter viam tenere regiam, non declinantes ad dexteram, neque ad sinistram, nec vnusquisque quod vult, sed quod iubetur faciat.

In Christi nomine regula qualis debeat esse in Monasterio vbi Abbas est quicumque fuerit.

In primis si quis ad conuersionem venerit, ea conditione excipiatur, vt vsque ad mortem suam ibi perseueret, vestimenta verò laica non ei mutentur, nisi antea de facultate sua chartas venditionis esse sicut Dominus præcepit, dicens: *si vis perfectus esse; vade: vende omnia quæ habes; da pauperibus, & veni, sequere me*: certè si non vult vendere, donationis chartas aut parentibus, aut monasterio faciat, dummodo liber sit, & nihil habeat proprium. Si vero pater eius, aut mater viuat, & non habet potestatem faciendi, quando illi migrauerint, tunc cogatur facere, quæcumq; se cũ exhibuit Abbati tradat, nihil sibi reseruet: & si ei aliquis de propinquis aliquid transmiserit, offerat Abbati. Si ipsi est necessarium, ipso iubente habeat: si illi necesse non est, in commune redactum, cui opus est tribuatur.

2 Sint vobis omnia communia.

3 Cellam peculiarem aut armariolum, vel quamlibet clausuram nullus habeat, in vna schola omnes maneant.

4 Non iurent, quia Dominus dixit, *nolite iurare omnino, sed sit sermo vester, est est, non non.*

5 Mentiri qui inuentus fuerit, disciplinam legitimam accipiat, *quia os quod mentitur occidit animam, & perdes eos qui loquuntur mendacium.*

6 Non maledicant, quia scriptum est, *neque maledici regnum Dei possidebunt.*

7 Operam non quam vnusquisque voluerit, sed quæ eis ordinata fuerint faciant.

8 Dum psallitur nullus loqui præsumat.

9 Ad mensam dum manducant nullus loquatur, sed vnus legat quemcumque librum; vt sicut corpus reficitur tantum cibo, ita anima reficiatur Dei verbo. Sic dicit Dominus; *non in solo pane viuit homo, sed ex omni verbo Dei.* Qualis est terra sine pluuia, & caro sine cibo; talis est anima, si non reficiatur Dei verbo. Filium de baptismo nullus excipiat.

10 Mulieres in monasterio numquam ingrediantur.

Qui in remoto loco est signo tacto ad omne opus Dei, nullus tardius veniat. Si tardius venerit, statim de ferula in manus accipiat, arguente Abbate, aut præposito, aut quolibet seniore respondere penitus non præsumat.

11 Lites inter vos non habeatis, sic enim dicit Apostolus, *seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse*; certè si excesserit, vt est humana fragilitas, vt se sermonibus duris extimulent, sol non occidat super iracundiam vestram.

12 Sed nec se vllus præsumat iratum culpare; sed qui se sciunt fecisse quod non debuerunt, inuicem sibi veniam petant, implentes illud Dei mandatum, vbi dicit, *dimittite & dimittetur vobis, si vos non dimiseritis, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra.* Ira viri iustitiam Dei non operatur. *Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aduersum te, vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum*, certum est, quia dum iratus es contra alium, oratio tua non recipitur, nec irato licet communicare. Et ideo implete quod Dominus dicit; *pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. In hoc cognoscent homines quod mei discipuli estis, si vos inuicem diligitis*: dixit Apostolus Ioannes, *qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat. Qui odit fratrem suum, homicida est. Charitas Deus est. Qui manet in charitate, Deus in eo manet.* Et qui inimicos iubemur diligere & benè eis facere, quasi non te fratres odimus.

13 Omni tempore vsque ad Tertiam legant. Post Tertiam vnusquisque sibi opera iniuncta faciat.

14 Nullus nihil occultè aliquid accipiat, præcipuè epistolas sine scientia Abbatis nullus accipiat, nec transmittat.

15 Victum & vestimenta Abbas ministret, quia sicut sanctum est vt nihil proprium habeant, ita iustum est vt * nullis quæ necessaria fuerint à sancto Abbate accipiant.

* Omnis vel si leges multis loca accipiant lege dene gentur.

16 Infirmi sic tractentur, vt citius conualescant.

17 Omne ministerium cum bona voluntate facite, vt impleatis illud, *voluntariè sacrificabo tibi*, quia satis alta merces erit illius qui voluntariè, quam illius qui inuitus facit quod iubetur.

18 *Contendite intrare per angustam portam, quia arcta & laboriosa est via, quæ ducit ad vitam, lata & spatiosa quæ ducit ad mortem.* Vos verò sicut certamen habituri eratis, si in pugna contra gentem aliquam ambulassetis, vt non ibi mortem faceretis, Quanto magis in isto spiritale certamen pugnare, vt non vos aduersarij animæ percutiant. Quanta vitia habueritis, tantos habebitis aduersarios. Et ideo certate sicut milites Christi, vt cum ipso regnetis in cælis, qui dixit, *si quis tulerit crucem suam, & secutus me fuerit. Si quis reliquerit patrem, matrem, vxorem, filios, & facultates, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.* Hoc certamen habere inter vos, qui alterum vincat per humilitatem, per charitatem, qui sit minor, qui sit in opus Dei vigilantior, qui patientiam habeat maiorem, qui sit tacitus, mitis, blandus, compunctus, vt lætetur Deus & Angeli eius de vestra sancta conuersatione, & confundatur diabolus hostis antiquus, qui semper cogit miserum hominem contra Dei facere voluntatem, ne sit ibi vnde ille pro sua præsumptione iactatus est, *sic currite vt apprehendatis*, & possitis dicere, *viã mandatorũ tuorum cucurri. Videte, fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt*

sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Patri; & Deo, subiecti inuicem in timore Christi.

19 Vigilias à mense Octobre vsque ad Pascha, duos Nocturnos faciant, & tres Missas, ab vna Missa legat frater folia tria & orate, legat alia tria, & orate, legat alia tria & leuet se.

20 Dicite Antiphona, Responsorium & alia antiphona, antiphonas ipsas de ordine Psalterij. Post hoc dicant Matutinos directaneum, *Exaltabo te Deus meus, & rex meus*. Deinde in ordine totus Matutinarius in antiphonas dicatur, omni Dominica sex Missas facite. Prima Missa semper resurrectio legatur. Dum resurrectio legitur, nullus sedeat, perfectas Missas, dicite Matutinos directaneo, *Exaltabo te Deus meus, & rex meus*. Deinde, *Confitemini*. Inde, *Cantemus Domino. Lauda anima mea Dominum*. Benedictionem, *Laudate Dominum de cælis. Te Deum laudamus. Gloria in excelsis Deo*. Et capitello omni Dominica sic dicatur à sancto Pascha vsque mense Septembre, quarta & sexta tantum ieiunandum, à mense Septembre vsque Domini natale, quotidie ieiunandum: iterum ante duas hebdomadas ante Quadragesimam, quotidie ieiunandum, excepto Dominica in qua non licet penitus ieiunare propter resurrectionem Domini. Si quis die Dominico ieiunauerit, peccat. A Domini natale vsque ad duas hebdomadas de Quadragesima, secunda, quarta & sexta. Inde postea vsque Pascha, omni die ieiunandum absque die Dominico, qui Dominica ieiunat, peccat. Missas vero in ieiunio tres: in prandio vero & in cæna, duo tantum præparentur; in prandio binas biberis, & in cœna accipiant, in ieiunio ternas. Ad lectum suum nullus præsumat habere quod manducetur aut bibatur. Qui pro aliqua culpa excommunicatus fuerit, in vna cella recludatur, & cum vno seniore ibi legat, donec iubeatur ad veniam venire. Pulli & carnes numquam sani accipiant, infirmis quicquid necesse fuerit, ministretur. Omni Sabbato, & omni Dominica, vel diebus festis, duodecim Psalmos, tres Antiphonas, tres Lectiones, vna de Prophetis, alia de Apostolo, & tertia de Euangelio dicantur. * Et licet minus idonei bellatores arma vobis spiritualia contra* ignotas diaboli, prouidemus. Gaudete & exultate in Domino, venerabiles filij, & gratias illi iugiter vberes agite, qui vos de tenebrosa sæculi huius conuersatione ad portum quietis & religionis adtrahere & prouocare dignatus est. Cogitate iugiter vnde existis & vbi peruenire metuistis, reliquistis fideliter mundi tenebras, & lucem Christi feliciter videre cœpistis, contempsistis libidinis incendium, & ad castitatis refrigerium peruenistis, respuistis gulam, & abstinentiam elegistis, repudiastis auaritiam atque luxuriam, & charitatem vel misericordiam tenuistis. Et quamuis vobis vsque ad exitum vitæ non deerit pugna, tamen Deo donante securi sumus de vestra victoria. Sed rogo vos, venerabiles filij, vt quantum estis securi de præteritis, tantùm sitis solliciti de futuris. Omnia enim crimina, vel peccata citò ad nos reuertuntur, si non quotidie bonis operibus expugnantur. Audite Apostolum Petrum dicentem: *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tamquam leo rugiens, aliquid deuorans quærens, circuit.* Quamdiu in hoc corpore viuimus, die noctuque Christo adiutore, vel duce, contra diabolum repugnemus. Sunt enim aliqui quod peius est negligentes & tepidi, qui de solo Christianitatis vocabulo gloriantur, & putant quod illis sufficiat vestem mutasse, & religionis tantum habitu m suscepisse: nescientes illud Propheticum, *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem*: nec sententiam Psalmistæ considerantes, *propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras*; & illud quod Apostolus dixit: *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum*: vestes enim sæculares deponere, & religiosas assumere, vnius horæ momento possumus. Mores verò bonos iugiter retinere, vel contra malè dulces voluptates sæculi huius quamdiu viuimus, Christo adiutore, laborare debemus, quia, *non qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*.

* Hæc.

* Ignitas diaboli tædas vel fasces vel sagittas.

F I N I S.

Eiusdem S. Cæsarij Testamentum extat apud Baronium in Annalibus.

S. PATRITII

LEGATIO, A COELESTINO

PRIMO PAPA, AD CONVERSIONEM Hiberniæ directi, siue, Epistola sancti Patritij Apostoli Hiberniæ, ex Bibliotheca Monasterij Glastoniæ, in quo ipse Abbas fuit, antequam esset Episcopus Hiberniæ. Fuit autem Romæ, Anno Domini CCCCXXX.

Ante hæc, antiquam, quod scire est tacula. Ex Ger Vossii miscellaneis.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Ego Patritius humilis seruunculus Dei, Anno Incarnationis eiusdem 430. in Hiberniam à sanctissimo Papa Cœlestino Legatus, Dei gratia Hibernicos ad fidem veritatis conuerti: & cùm eos in fide Catholica solidassem, tandem in Britanniam sum reuersus ad Insulam Aualoniæ, & ibi duodecim fratres inueni Eremiticam vitam ducentes: & quoniam inueni eos humiles, ac quietos; elegi potius cum illis abiectus esse, quàm in Regalibus curiis habitare. Sicque licet inuitum in Pastorem me sibi prætulerunt: vbi in scriptis recentioribus inueni, quod sanctus Phaganus, & Deruuianus ab Eleutherio Papa qui eos miserat, decem annos indulgentiæ impetrarunt: & ego Frater Patritius à piæ memoriæ Cœlestino Papa, duodecim annos acquisiui. Post hæc in cacumine montis antiquum inuenimus Oratorium & ferè dirutum, vbi ego & Frater quidam tribus mensibus ieiunauimus, orationibus & vigiliis vacantes: quadam autem nocte, cùm sopori membra mea dedissem, apparuit mihi Dominus Iesu in visu, dicens: Patrici, serue meus, scias me elegisse locum istum ad honorem nominis mei, & Michaelis Archangeli mei, & hoc tibi signum: Brachium tuum sinistrum arescet, donec quæ vidisti adnunciaueris fratribus tuis, & denuo huc redieris. Et factum est ita.

NOTÆ GERARDI VOSSII.

HAnc Legationis sancti Patritij Epistolam ante aliquot annos inter collectanea manuscript. Mariani Victorij Episcopi Reatini piæ memoriæ, reperimus; qui illam olim, dum Reginaldo Polo Cardinali Legato in Anglia adesset, ex vetustissimo M. S. exemplari Bibliothecæ Monasterij Glastoniæ fideliter transcriptam accepit.

S. ORIENTII EPISCOPI ILLIBERITANI Commonitorium.

Nunc primum typis excusum; emendatum & Notulis illustratum

A MARTINO DELRIO Societatis IESV Presbytero.

AD LECTOREM DE SCRIPTORE.

DIFFICILE sanè definire, quis iste siue *Orontius*, siue *Orientius*; nam promiscuè vsurpatum hoc nomen ex Martyrologij Romani & Vsuardi diuersis exemplaribus patet; nec etiam conueniunt Fortunati & Sigiberti codices, sed modò hi vnum, alij modò alterum exhibent. Plures hoc nomine fuere. Vnus xxiv. Ionij in Ecclesiasticis tabulis colitur anniuersaria commemoratione *Orientius Armenus Martyr.* Kalend autem Maij, Oscæ *Natalis SS. Orientij & Patientia Martyrum*, quos Ecclesiæ illius monumenta parentes dant B. Laurentio Leuitæ & Martyri. eodem die Auscij, Narbonensis Galliæ oppido, traditur memoria celebris *S. Orientij*, (haud dubie alterius) quem Vsuardus scribit virtutibus ornatū sancto fine quieuisse; etsi eo loco M S. codex bonus & vetustus Collegij Societatis nostræ hunc vltimum, non *Orientium*, sed *Orientem* appellet, minùs vt arbitror rectè. Videntur enim Christiani (à Christi illo prophetico nomine Zachar. 3. *vers.* 8. & 6 *vers.* 12. VIR ORIENS) libenter *Orientij* nomen deduxisse, & aliquando contraxisse in *Orentium*, vnde facilis deprauatio fuit (felix hæc coniectura doctissimo & Illustriss. Baronio priùs incidit) apud Sidonij librarios, in * *Oresium*. magna enim minuti *r.* & *e.* affinitas: facilis quoque & pronus librariorum lapsus, subscriptionibus Conciliorum Hispanicorum, in, *Oronntium*, vel, *Orontium*; non quidem in subscriptione Concilij Toletani 7 & 8 nec in laudatione illa Concilij Emeritensis *cap.* 8. quæ sincera sunt, nam Emeritensem illum Antistitem verè vocatum *Oronesium* arbitror; & famam nominis illius in causa fuisse, cur alterius nostri nomen corrumperetur. Sed vitium irrepsit in subscriptiones Concilij Tarraconensis, & Gerundensis, ex quibus patet *Orientium* nostrum anno Domini DXVI. & DXVII. Illiberitanum Episcopum fuisse; qui Episcopatus tum suberat Metropolitano Archiepisc. Narbonensi. Hæc enim Metropolis vsque in Hispaniæ Tarraconensis eam partem, quæ Pyrenæo proxima, porrigebatur, vt & Vuisigorrhicum sceptrum. Crediderim Ecclesiam hanc vocandam non, *Eliberim*, sed *Illiberim*: gnarus non *Eliberim* illam Boëticam esse, quæ ad Eluitam montem sita; sed *Cance Illiberim*, ad radices Pyrenes, qua vergit in mare Tyrrhenum, quæ hodie *Collybre* nuncupatur. Illum Auscitanum inuenio à P. Mariana lib. 9. de rebus Hispan cap. 17. nescio quamobrem, *Aurantium* vocari. Nostrum sanè Hispanum fuisse *Orientium*, etiam Fortunatus non multo recentior indicat; qui, *in Carmine de vita B. Martini Turonēsis*, illum non inuogit modò, sed & medium inserit Aur. Prudentio, & Iuuenco Presbytero, vt contemraneis, & eum scriptorem vocat *florentis oris.* Consentit apertius & locupletius testimonium Sidonij Apollinaris, viri ea ætate doctrinæ, sapientiæ, & sanctitatis laude florentis, *lib 9. epist* his verbis perscriptum: *Venit in nostras à te profecta pagina manus; quæ trahit multam similitudinem de sale Hispano in iugis caeso Tarraconensibus. Nam recensenti lucida & salsa est: nec tamen propter hoc ipsum mellea minus, sed sermo dulcis, & propositionibus acer.*] Sanè carmē, quod nunc damus, lucidum & salsum est, sermone dulci, facili, nec tamen diffluente aut languido; sed acri & neruosa breuitate (eloquentia Latinitatis limā trahit nonnihil, sed de æuo) duriusculum, sed locis pauculis, & fortè culpa malæ manus alienæ, vel electione, & quadam ornatum respuente pietate. Nec *Auscium*, vbi celebris memoria huius viri, abest procul: nec patriam necesse est esse, vbicunque sanctitas Deo in cælo conregnantis colitur. Sigebertus deniq; Gemblacensis, ab ipsis Scriptoribus Hispanis Isidoro & Alphonso siue Ildefonso, sed & à Gennadio, prætermissum; & nouit, & huius ipsius opusculi meminit, dum in Catalogo virorum Illustr. cap. 34. * *Orentius* (ait) *Commonitorium fidelibus scripsit metro Heroico, vt mulceat legentem suaui breuiloquio*] Omnino mihi persuadeo, de his ipsum versibus sensisse: nam & *Monita* vocat non vno loco, & sanè suauissimum eius est breuiloquium, aptum vitæ melioris amatorē legendo mulcere. Quòd verò dicit *Heroico metro* scriptum, dicit, quia Hexametri Pentametris mixti; & Heroicum imæ illi ætati ac Latinitati, quicquid Lyricum, Ropalicum, vel Leoninum ex professo non erat. Quem modò laudaui nunquam satis laudatum Cęsar Baronius dolet. *Nobilis ingenij omnia perisse monumenta, imò & nomen ipsum penè obliuione sepultum, quod vix tandem eruderatum, obtectaque rubigine purgatum reddere liceat.*] Amplectere igitur Lector monimentum illius vnicū, quod laudat Sigisbertus, & de reliquis amissis doloris aliquam partem minue: inuentum id diligentia Heriberti Rosuueydi nostri, impetratumque à Reuerendo admodum Patre N. Priore Aquicinctensis Monasterij, mihique commodatum, quàm potui optima fide transcripsi, nihil mutans eorum quæ in contextu inueni mendorum, ortographiæ quoque priscæ vestigiis relictis, quæ poterant Auctoris æuo in vsu fuisse, coniecturas emendationum in marginem reieci, & libello Notulas lucis aliquid allaturas subieci, cauens ne nimis audaci diuinationi tribuerem, præstat quædam intacta relinqui, quàm noua vulnera infligi, hæc te latere nolui. Vale Louanij, IIX. Kalend. Februar. ∞Iↄ. XCIX.

* al. Oresiū.

Qui Oriē. tum nō solū interfuisse Concil. Tarracon. tum Synodū habitā vocant, anno 517.

Corruptè inscriptio præfert Oresio, vt monuit Baron.

* leg Orientius.

Tom 6. Annal. anno 434.

S. ORIENTII VERSVS

EX

M. S. membranaceo veteri Albatia Aquicinctina.

QVisquis, ad æternæ festinus præmia vitæ,
Perpetuanda magis quàm peritura cupis;
Quæ cælum referet, mortem fuget, aspera vincat,
Felici currat tramite, disce viam.
Nam nos, & carnis viris, & tempore victi,
Terrenum gradimur, sine doloris iter:
Solaqoe permixris hæc sunt modo gaodia votis,
Si, quod non facimus, saltem alij faciant:
Vt quia nunc istud, quod protinùs effugit, æuum
Infidis capti degimus illecebris,
Lasciuuum, miserum, fallax, breue, mobile, vanum

Talis hic lacuna in codice, nullo literulæ alsuius vestigio.

Ceu . . . . .

A Omnibus his, raptim qoæ sunt moritura, relictis,
Tu forti teneas non moritura fide.
Ergo age da pronas aures sensumque vacantem,
Vita docenda mihi est, vita petenda tibi.
Sed, quo sit melior nostri doctrioa libelli,
Et teneat rectas carminis ordo vias;
Te Deus omnipotens & corde, & voce rogare,

a scribe, nec.

Te sine *a* ne linguam soluere Christe placet:
Demere qui tenebras reuocato lumine cæcis,
Auditum surdis auribus inserere,
Corporis & mentis sæuos depellere morbos,
Soluere mutorum qui pius ora soles:
Te penes officium nostri est & cordis, & oris,
Da sentire mihi, da mibi posse loqui:
Nimirum vt nostram vegetet tua munera linguam.
Ac per te de te sit mihi sermo placens.

b scrib. cum iussa.

Mandato *b* conuissa tuo superauerit omnem
Naturam nostra voce fruens asina,
Et stimulis propria subigentem terga Balaam
Terruerit miro quadrupes alloquio;
Qui, magno Regis trepidi crebroque rogatu,
Dira super sanctuio verba parans populum,

c for. propere.

Non potuit *c* propriè motam sibi subdere linguam,
Ore aliud dicens, corde aliud cupiens.
Nam maledicturus niuiè benedicere cœpit,
Impendens aliis ora parata aliis.
Ergo nisi eloquium, sensum nisi Christe ministres,
Conatus animæ tu nisi Christe regas;
Ora homines omnes & mutæ, & bruta tenebunt;
Quodque etiam possunt, hoc quoque non poterũt.

PRincipio geminam debes cognoscere vitam
A Domino indultam cum ratione homini:
Vt; quoniam brutum terreno est pondere corpus,

d posset est deleri: sed solẽt huius ætatis scriptores sic repetere.

Ast anima afflatu *d* est viuificata Dei;
Nullum sentirent animæ dispendia finem,
Esset in hoc fragili corpore vita breuis.
Vnica nascendi ratio *e* prius omnibus affert,
Hanc cura & propriis consequitur meritis.
Nasci non nostrum, nec longum viuere nostrum:

e mendam aliquod latet in hoc disticho: quale nescio

Vitam quæ sequitur vita parare potest
At licet arbitrio Domini sumamus vtramque,
Et neutra obueniat, ni Deus hoc iubeat:
Prima tamen celeri fertur per prona rotatu,

f Lipsius, cursu.

Quæ sequitur *f* runs est data temporibus,
In primam ignari nulla mercede venimus,
Altera de summo parta labore venit,
Nascimur vt Dominum cœli, terræque marisque
Quæramus toto peruigiles studio.
Quærimus; vt, quis sit, qualis vel quantus agat quid,
Possimus vero noscere iudicio.
Noscimus; vt digna compertum laude colamus.
Vt vitam tribuat perpetuam; colimus.

g scrib. ture.

Et colimus non *g* rure dato, non sanguine fuso,
Non vino madidi, non epulis grauidi.
Aurum, vestis, odor, pecudes, libamina, gemmæ,

h Lips. lauta.

Et quæ *h* tanta homines, vel *i* pretiosa putant;
Ante Deum, vt viles terreno è pondere moles,
Vt cœnum, vt sordes, sic inhonora iacent.

i Aeg. Schondonchus, ficta.

Omnia sunt eius, cuius nos esse fatemur.
Nil proprium est nobis, ipse habet, ipse dedit.
Ecce etenim sancto proclamat in ore Prophetæ
Nolo tuos hircos, nolo tuos vitulos.
Et species igitur mecum est & gloria cæli

k for. Et meus est orbis.

k Orbis & meus est, & quod in orbe meum.
Debita soluantur sancto mihi pectore vota,
Hostia me laudis; puraque vox celebret.
Ergo nihil noster poterit prætendere lector

l an ergo libro e tulus? Monita.

Istis quod tibi sit difficile in *l* monitis.
Non longè positum, non est aliunde petendum,
Non re, non sumptu, non opus est pretio.
Sufficit vt Dominum mundi, rerumque parentem;

A Cuius in arbitrio vel bona vel mala sunt;

m f. Consu.

m Sensu maiore vincentem verba loquentis,

n Schondonchus opinor, perpetuumque factum.

Vnum, incorporeum, *n* perperubique factum,
Omnia complexum, vel semper in omnibus vnum,

o idẽ, sonas, sic confessio ore ad salutem quid sit probes.

Corde pio credas, credulus ore *o* roges
Sed quid sic nudis tantum sermonibus vtor,
Tanquam nulla Dei sint super hoc monita?
Nam primum veteri cautum sub lege memento,
Quæ dudum in solidis scripta fuit tabulis,
Quod nunc per Dominum renouat data gratia Christum,
Atque Euangelij vox veneranda sonat:
Vt, quod saxa priùs, modò pectora nostra tenerent,

p for. Esset.

p Cesset & vberior bis repetita fides.
B Affectu toto Dominum, totisque medullis,
Atque tuo toto dilige corde Deum.
Et rectè, quid enim poteris tu iustius vnquam
Obstrictus tantis soluere muneribus?
Qui tibi, cùm limus terrena in fęce iaceres,
Dempsit perpetui temporis esse lutum:
Qui tibi, quod membris constas, quod mente moueris,
Quod lingua loqueris, quod ratione sapis.
Quod manibus tangis, graderis pede, lumine cernis,
Aure audis, sentis naribus, ore probas,
Ante aliquod meritum, propria pietare ministrat,
Corporis ac animæ se Pater vt Dominus:
Et non hoc solo contentus munere, quo te
Instruxit membris, sensibus excoluit:

q for. muneris.

r cor. suspendit.

C Qui *q* tribuat vitam largitor, commoda vitæ,
Omnibus vt tibi sit prædita delitiis.

s for. Aer. libratur, Schond.

Ecce tibi cælum pendet, tibi terra *r* recedit,
s Aera librantur, fluctuat oceanus:
Noctibus atque dies succedunt, mensibus anni,
Sol splendet, lucent sidera, luna rubet.

t Lips. ver varia blandus Schõd. ver varium blando

t Ver varios blandus perfundit germine flores,
Æstas iam grauida fructibus arua coquit,
Autumnus musto madidus, pręipinguis oliua est,

u iam muniquatur.

Ignibus *u* amotis frigora nescit hyems:
Imbribus arcendis confirmas pendula tecta;
Ignoras ventus ædibus oppositis;

x for. admota.

Hirtaque lanigeræ depectens terga bidentis

x Schond. Mollibus amictus algida membra tegis: nihil muto propter dist. 130.

x Mollibus inuolucris algida membra tegis:
Lenia nec desunt niuei velamina lini,
D Sunt etiam Eois pallia velleribus:

y for iacta e semina.

Illa verax *y* iacta reddat tibi semina tellus,
Hæc celsis carpent Seres in arboribus.
Denique per totum, qui circumuoluitur, annum
Quicquid babes, totum dat tibi cura Dei.
Campus messe viret, vestitur palmite collis,
Arbore diuersa mitia poma metis,
Et studium impendens fœcundo prouidus horto,
Vtile quo libuit tempore sumis olus.
Accendis pinguem quæcumque in lumina pinum,
Nobilibus mensis cerea flamma micat.
Nec modo terreno tantum seruire iubetur
Per varios vsus subdita terra homini?

z con. nobile.

Ipsa etiam quicquid fertur prope *z* nubile, quicquid
E Alto subductum voluitur in pelago,
Nunc fallente cibo, nunc texto in retia lino

a for. petis.

Artibus innumeris inde vel inde *a* petes:
Et tibi nunc imo trahitur de gurgite piscis,
Aere nunc summo decipiuntur aues,
Agmina venanti procumbunt densa ferarum
Icta procul iaculis, vel laqueata plagis.
Prona petis ferro, canibus fugientia sistis,
Contundis frenis ora ferocis equi:
Ad iuga panda boues cogis, ad mulctra capellas,
Distillant crispis dulcia mella fauis:
De saxis gemmas, aurum producis arenis,
Lentaque de terris igne metalla coquis:
Gramina discernens tristes medicantia morbos,

Pellis

Pellis letiferum sedulus arte malum,
Quinetiam vt mercem peregrino à litore sumas,
Et tua des aliis, atque aliena petas;
Flumina remigio percurris, & æquora velo,
Ibis longinquas absque labore vias:
Aut si formidas pelagus, carpenta mouebis,
a Déque tuis sternet terra notanda rotis.
Tunc si lassatum quatit blanda oria corpus,
Humida puluereum balnea suscipient:
Atque cauu tota *b* spoliatur veste lauacro,
Marcida per domitis membra fouebis aquis.
Tot tantisque bonis Domini tibi munere partis
Quid tandem dignum reddis amore pio?
Aut quibus hæc opibus, quibus & persoluere donis,
Vel quanto poteris pendere seruitio?
Nec tamen hæc Dominus, cuius sunt omnia, quærit:
Sufficit vt Dominum seruus amatus ames.
Hæc quoque mandati succedit forma secundi
Proximus vt tibi sit sic, velut ipse tibi es.
Nusco saluiferam mansuro munere legem,
Vno quæ cunctis prospicit officio.
Nam cùm aliena mihi mandatur cura, necesse est
Vt mea mandetur sic quoque cura alij.
Ecce pecus pecudem fœcunda ad pabula ducit,
Ammugit proprio buccula læta gregi;
Murmure respondent: qua possunt voce loquuntur,
Inque vicem docilis lambere lingua *c* solent.
Non caret affectu quod fluctibus occulit æquor,
Et volucris volucri est, & *d* blanda fera feræ.
Tum si quando venit quocumque ex agmine præda,
Fortior inualidos vngue vel ore premens;
Seu volucrum res est, seu res est illa ferarum,
Vndique collectis tenditur auxiliis,
Captiuam comitem cursu, grege, voce, volatu,
Et si non possunt eripuisse volunt.
Cumque hase solo naturæ munere seruent,
Quæ nec consilio, nec ratione vigent:
Quid mirum Domini si iussa verenda secutum
Mutua *e* constringet cura hominis hominem,
Atque vsu, ingenio, rebus, ratione peritus
Vt sua quæ tua sunt commoda frater agat?
Hinc venit illa placens meritò sententia, nectens
Humanum parili conditione genus:
Nec faciat aliis, quicquid fieri tibi non vis;
Idque aliis facias, quod tibi vis fieri.
Quod genus est hominum, quis sexus, ritus, & ætas,
Quis neget hoc rectum, *e* quis neget esse probum?
Quid non mandatum latè complectitur artum?
Plenius hac *f* breuitate tradi quid potest?
Namq; ea quæ mala sunt, fieri modo sic mihi nolim
Vt rursum cupiam quę bona sunt fieri;
Indice non opus est, doctor nec quæritur vllus.
De nobis scimus quæ bona, quæ mala sunt.
g Gaudebit certè si quis te nocte viantem
Blandus vicinum ducat in hospitium:
Tu quoque sollicitus prouisis excipe tectis
Illum, qui sera nocte viator erit.
Veste tegi nudus, sitiens ad pocla vocari,
Esuriens optas vt satiere cibis:
Te quoque permoueat proprij par causa laboris,
Diuide cum miseris pallia, pocla, cibos.
Ecce manum poscis lapsus, solatia mœstus,
Auxilium trepidus, consilium dubius:
Id mœstis, dubiis, trepidis, labentibus *h* offers:
In simili causa fac vt ameris amans.
Certè incusari falso de crimine non vis,
Crimine falso alios *i* instimulare time.
Odisti forem, furtum caue, perdere non vis
Per vim quę tua sunt: nil violenter agas.
Pacta tibi dubio non vis mutare paratu:

a for. Seque.
b corr. spoliatus.
c cor. solet.
d corr. & fera blanda feræ.
e corr. constringat.
e for. qui, vtroque loco.
f cor. tradi quid breu. potest?
g corrige Gaudebis.
h corr. offer.
i f. insimulare.

A Commissam certo tempore redde fidem.
Quæ tibi detraxit velles succidere linguam:
Cura sit vt nullum liuida verba notent.
Mutua cumque *k* petas vis sumere protinùs æra:
Mutua poscentem dextera prompta iuuet.
Elatos fastu damnas: depone tumorem,
Quod fugis in celsis nesciat inferior.
l Certè tibi soror est, vel mater, carave coniunx;
Quarum ne vitam fama grauis maculet,
Perpetui curam cauta pietate pudoris
Filius, aut frater, siue maritus agis:
Hæc veneranda tibi si nomina temptat adulter,
Ferrum in vindictam non satis esse putas.
Nonne eadem pœna reus es; si tu quoque furtim
Aggrederis castos sollicitare toros?
B Hoc fuit vt Dominus prima sub lege iuberet
Pensari paribus crimina suppliciis;
Pro damno damnum, vulnus pro vulnere, dentem
Pro dente, atque luis lumina luminibus;
Nec minùs vt propriam sub iudice redderet audax,
Alterius cuperet qui rapuisse, animam:
Iudiciumque reus *m* non posset dicere prauum,
Paruis decreta est vltio criminibus.
Et licet hæc meliùs mutarit gratia Christi,
Mitia quæ potiùs quam violenta docet:
Ast tamen est rectum, quicquid iubet ista vel illa,
Seu citò restituas, seu patienter agas.
Hoc tamen est melior qui Christo vindice gaudet,
Seruet *n* se Domino quod dedit ille sibi.
Ergo pius votis & sanctis perfice rebus
C Vita quod hęc præsens, quodque futura probet.
Vitæ quem rectæ fugiens commendat honestas
Perpes post obitum gloria suscipiat.
Nam nostris certus monitis, mansura memento
Omnia, nunc stulti quæ peritura putant:
Atque animas, iisdem membris redeuntibus, ipsum
Crede recepturas corporis inuolucrum.
Ora, color, sanguis, venæ, cutis, ossa, capilli,
Vt nunc labuntur, sic iterum venient;
Non modò quæ tumulis benè condita saxa reseruant,
Aut *o* aruum solidans puluis, odorque tenet:
Sed, dicto citiùs, firmanda in membra redibit
Portio de tumulis, portio de fluuiis;
D Quod ventus flatu minuit, quod bestia morsu,
Flamma quod *p* excussit, quodque ruina premit,
Totum aderit, totum diuersa ex parte coibit,
Pars volucri, aut pisci, pars laniata feris.
Et quod nunc ætas sensim longæua resoluit,
Id raptim Domini buccina restituet.
Vt, pro factotum meritis, in corpore eodem,
In quo gesserunt seu bona, siue mala;
Scilicet, ad motus animorum carne reuersa,
Pœna reos, iustos gloria suscipiat.
Cur autem dubites, cùm præcedentia monstrent,
Vt tibi venturi sit manifesta fides?
Respice nudatas brumali frigore siluas
Iam desperatis luxuriare comis.
Quæ stabat mœrens decusso palmite vitis,
E Vestitur foliis, fructibus induitur.
q Apiceus densis calamus flauescit aristis,
In terra granum quod modò putre fuit:
Et quæ nunc tristi squallebant arua veterno,
Lęta nouo rident germine, flore vireot,
Ipse etiam, varus conclusus mensibus, annus
Tempore mutato, mortis habet speciem:
Cùm Ver Autumno, frigus depellitur æstu;
Vtque hominum res est, hoc abit, *r* illud venit,
Hoc tamen æterno, donec Deus annuit, vsu,
Inque vicem alterno voluitur officio,
Et dum se longi sequitur rota mobilis anni,
Nascitur & moritur, succidit atque redit.

k Schond. potes.
l Schond. certo tibi, vel certa, vel si qua, ego nihil muto, nam in Ecclesiasticis scriptoribus multa sæpe contra legẽ pedariam, vt qui Obilio manum subtraxerát.
m Schond. ne posset, puto sic interpretandā phrasim illius æui.
n Lips. si mallem sic.
o mendosus versus. Lips. Aut carnem.
p f. exussit.
q Lipsius. Spiceus en. for. Adspice vt.
r corr. illo venit. f. qsi.

Da studium, *h* curans & semper prouidus opta,
Vt tibi sit nulla femina iuncta nimis.
Amittent vires, si non sint obuia, *i* ventis:
Pabula si desint, irritus ignis erit.

h Lipſ. *curas*, ſed nihil muto. *i* cor. *vētis*.

Ac ne mandaris tantum pars vna putetur
Ad vitæ tectas sollicitata vias:
Si qua viri discunt, credat sibi femina dici,
Et meritum & pœnas hic quoque sexus habet.
Oderit *k* ignotos audax attollere vultus,
Séque tamen notis addere luminibus.

k corr. *ignotis*.

Nam, malè permixto ludentia lumina visu,
Blandè sæpè solent ore tacente loqui.
Atque amor, vt lacrymæ quas fundi iniuria cogit,
Ex oculis surgit, pectoris ima petit,
Ergo *l* ea quæ iuuenes præcepta lege monentur,
Hac fugiat cunctos femina casta viros.

l Schond. *Ergo quâ ius.*

Iam si corporeas calcaris corpore casto
Illecebras, reliquum discute cordis onus.

Contra inuidiam

Namque subire solet nigri de felle veneni,
Multiplicis mater criminis inuidia.
Inuidia infelix mortem moritura parauit:
Angelus hac celsi decidit arce poli;
Dumque hominem properat cælesti pellere regno,
Detrudi in tenebras ipse prior meruit.
Hinc Domini in cunctos vindex sententia venit:
Omnibus hæc reliquis morbibus vna rea est.
Hæc belli rabies, hæc est discordia pacis,
Plus sibi, quàm cui vult fæua nocere, nocens.
Hæc Ioseph fratrum * * * sub crimine causa
Primùm seruitij, mox fuit imperij.
Hæc iusti fratrem maculauit sanguine Cain.
Hæc Dauid mortis quam propè causa fuit?
Cùm, iam confecto solius robore bello,
Extolli nollet laude socer generum.
Hac primę cogente gemens operarius horæ
Vincere sossorem nititur vndecimæ.
Hæc & postremò dedit ad ludibria Christum,
Dum peragit liuor, crudelitatis opus,
Et præceps populus signa & miracula rerum
Obtutu cernit, pectore non recipit.
In tantum studiis furialibus improba cunctos
A vero in facinus verterat inuidia:
Vt non nescirent, sed nollent credere, quod tunc
Esset per Dominum glorificandus homo.

In auaritiā

Nec cura leuiore deinc vitare memento
Vnius innumerum crimen auaritię.
Omnibus in terris *m* quos sol videt, æquora claudunt,
Quasque dies adeunt, quasque tegunt tenebræ,

m corr. *quas.*

Ignoto nobis quicquid diffunditur orbe
Omnibus in regnis, omnibus in populis,
Infectis morbo multorum mentibus, hęc est
Radix, causa, caput, fons & origo mali.
Innocuos quicquid Dominus formarat in vsus,
Hęc malè mutatis perdidit officiis.
Quid quereris diros portus, ventosque furentes,
Tristia famosis æquora naufragiis?
Tu cæsam siluis annoso robore quercum,
Si lignis non est vtilis, adde focis.
Contentusque tuo, submotum si qua per orbem
Nascuntur, patiens crede negata tibi.
Et pelagi motus, *n* fæuas flare procellas
Securus tuto littore perspicies.

n f. *&* *fæuas.*

Vsum naturæ vitium fecistis auari,
Nata bona & prauis vsibus esse mala.
E terra genitum terrena in munera ferrum,
Falcibus incuruum, vomeribus rigidum.
In cædem, & diras, bellorum crimina, mortes
Armamus contis, missilibus, gladiis.
Pellerer vt frigus violentum accepimus ignem,
• Pelleret vt tenebras, discoqueretque dapes:
Cœpimus insani flammas immittere tectis,
Atque exorendis subdere corporibus;

o inter lineas manu alia scriptū in v. l. *Vinceret.*

A Tanquam esset paruum prædandi in crimine crimē,
Ni ferret sparsas sanguine raptor opes;
Et miseros pœnis variis vis vltima cogat,
Cùm quod habent perdant, dicere si qua lateot.
Fratribus inuisos fratres, vitámque parentum
Exosam natis fecit auaritia:
De vero falsum, de falso fingere verum
Sæua per innumeras hæc docet insidias.
Hac faciente reus dum partem subtrahit auri,
In mortem totius transiit Ananias.
Nec solus, sociam nam *a* fœdi in crimine falsi
Coniunxit misero par quoque pœna viro.

a f. *redā.*

Hæc miseros homines mortis sub tempore fecit
Non benè postremis fidere iudiciis.
Subduntur tabulę, conquiritur vndique testis
B Ore ferens falsum, pectore vera premens:
Sealpuntur gemmæ similes, manus improba discit
Heu malè mentitas assimilare manus:
Vt pater alterius factus credatur, & heres
Non possit proprij filius esse patris,
Hac duce custodes inter securus adulter
Peruenit ad castos muneribus talamos.
Itur in omne nefas animis manibusque paratis,
Aurum si precium constituas *b* sceleris.
Dic rogo *c* quid miserum tantus furor laxat habenas;
Vt tibi sat non sit, quod tibi iam satis est?
Immensis properas terris coniungere terras,
Claudendus parui marmore sarcofagi?
Alterius damno fieri locupletior ambis?
C Quod rapis ex aliis, mox erit alterius,
Et cursu celeri post sic amissa dolebis,
Vt doluere illi, qui tenuere prius.

b Schond *sceleri*, ſed eodem res recidit *c* Sic v. l. corrupte planè f. *quo furor, ô, misero tibi laxat habenas.*

Ceu non casuras immensas construis arces,
Ipse tamen raptim qui moriturus eris?
Cur *d* itur in somnos tenuato lucida vitro,
Marmoribus variis lubrica, cella tibi:
Tanquam non adeat tectis coëuntia lignis
In benè securo pectore tuta quies.

d f *nitet*. melius Lipſ. *Quaratur.*

Certè non aliter sitientia *e* proluis ora,
Quem palmæ obtulerint, quem caua gemma liquor:

e cor *proluit.*

Et sic suscipient tabidi ieiunia ventris
Quos cristalla dabunt, quosque patella cibos.
D An non *f* pellendo glacialis frigora brumæ
Hirta tibi melius pallia præbet ouis;

f f. *pellendo glacialis frigore bruma.*

Quàm quę, lentato per lubrica fila metallo,
Alternos frangit vestis onusta gradus?
Quo tibi perlucens habitus, qui tegmine raro
Offerat ignotis membra tegenda oculis?
Argentum, & auri moles, & gemma coruscans,
E mundo, & mundi est, hinc venit, hic residet.
Venisti in mundum nudus, nudusque redibis:
Nil tecum attuleras, ferre nihil poteris.
Ferre tamen poteris contempta hic munera mundi,
Mitte securus quæ dupliceotur opes.

De eleemosyna.

Nam seruata nimis, quæ mox bona, non tua fient;
Si tibi non serues, fie *g* etis vt tua sint.

g cor. *eris*

Munera quæ donat moriens, hæc munera non sunt,
E Donat enim quod iam desinit esse suum.
Qui sanus, metuénsque nihil, qui mente quieta,
Qui sibi dum viuit, dempserit, ille dedit:
Et sibi quod dempsit melius reparabitur illi,
Integra mox capiet qui peritura dabit.
Condita nam cœlo non fur, non auferet hostis,
Non tinea aut pluuiæ, flammaque carpet edax:
Cælo autem condes, quicquid pro nomine Christi,
Christum respiciens, pauperibus tribues,
Qui post assumptę carnis mysteria dicit:
Vestior in nudis, subleuor in miseris,
Visitor inclausis, curor confotus in ægris,
Adiuuor in paruis, protegor in viduis,
Et quodcumque facis miseris, vel non facis, illud

Crede mihi fieri, vel mihi non fieri.
Ac ne pauperiem pauper prætendere possis,
Vt color iniustæ detur auaritiæ;
Si tibi non fuerint sumptus, quos quærit egenus,
Non cibus, aut calida qua foueatur aqua;
Cùm poscit gelidas sitiens sub nomine Christi
Oblatus poterit præmia ferre calix.
Hoc; qoo qoisque potes, miserum solare rogantem,
Et si defuerint munera, vota dabis.
Ipsa etenim ante Deum non est peritura voluntas,
Si benè non poterit, quæ benè velle cupit.
b Hinc fuit vt Dominus monitis fœlicibus omnes
Coniungi vellet pacis amore homines:
Et i qui per sanctos prædixerat ante Prophetas,
Discipulis proprio traderet ore suis:
Dum nihil iniustum, nil durum, nil violentum,
Nil leue, nil cupidum, nil graue, nil varium,
Vel facere in rebus vel verbis dicere posset
Casto seruatus pectore pacis amor.
Hinc cohibet totum pacis concordia mundum,
Quæ brutis etiam cō rōne datur;
Et cum flammiferis frigentia, mollia duris,
Siccis cùm pugnent humida, lenta citis;
Omne per ignutas tacito moderamine causas
Voo consociat fœdere pacis opus.
Sic modo; si paruis cupias componere magna;
Corporeum k premit pacis amor populum,
Vt sub terreno sociatus principe discat
Regi cælorum soluere vota simul.
Ergo mei similis peccatot, me minor immo.
(Omnes criminibus namque ego vinco meis)
Pacem placatus, pacem quoque læsus amato,
Pax in visceribus, pax sit in ore tuo
Pelle odium, contemne minas, depone rigorem,
Offensam teneant tempora nulla tuam:
Vt te Sol blandæ seruantem vincula pacis
Deserat abscedens, inueniat rediens.

b rectè D. Fabr. suspicatur hic deesse Monita contra Iran. quibus optimè subiungitur LAVS PACIS.
i for. quæ.
k Lips. præsit, vereor ne quid desit

Non videtur hic esse finis libri: non tamen plura in M. S. habebantur, arbitror deesse vt minimum, de cæteris peccatis, Gula, Acedia, Superbia; fors & plura.

NOTÆ BREVES
MARTINI DELRII.

VERSVS] Sigisbertus vocat, *Commonitorium.* Auctor ipse non semel, *Monita.*

Disticho 6 *Cen*] comparatio erat in lacuna: fortè fluuij defluentis. nam solet S. S. vitam hominum comparare fluctibus, vel aquis labentibus: & opus hoc totum selectum ex sacris libris.

10. *Ne linguam*] scio veteres; *ne*, pro, *non* vsurpasse, sed non Orientij æuo. ideo mallem; *nec*, breuiter autem quædam enumerat Christi miracula.

16. *Propria*] licentia vtitur in syllabæ quantitate, vt & alias nonnunquam, ait; *propria terga*, pro *sua terga* historiam habes *Numer.* XXII. & XXIII & de hoc Balaam multa Nyssen. lib. de vita Mosis sub fin. E Cyrillus lib. 6. de Adorat. Theodoret q 40. S. Ambros. epist. 37. ad Chromat. Augustin serm 103. de temp. Gregor. 3. p. Pastoral. admonit. 13. Procop. Raban. Ruper in Nom. Quòd verò *Balaam* media producta scripserit, patitur id Hebræus sermo. nam nomen scribitur per ע, quæ vim habet geminæ aspirationis בלעם *Bilbham.*

18. *Propriè motam*] mendosum esse nequit negari. quid si castiges? *propero*. initiò enim nequiuit, sed postea tantum cum capit. XXIII. sponte protulit, quæ Deus iubebat. possit etiam castigari; *proprio motu.* subdidit enim postea illam sibi, cum se Deo.

A 21. *Quodque etiam possunt*] quod concursu tuo adiuti nunc possunt; id ipsum non poterunt, si iuuare illos desinas. loquitur de actionibus etiam naturalibus, qua tales sunt; vt stare, sedere, loqui, spuere, manum vertere. Nam quo ad has quoque Pelagium errasse, & censuisse in us hominem adeo liberum, vt Dei concursu non egeat; S. Hieron. docuit blasphemiæ & sacrilegij notam hoc illi nomine inurens. *Ep. ad Ctesiphon. circa med. & lib. 1. contra Pelagian. in princip.*

22. *Geminam*] vnam fragilem & caducam, quæ corporis alteram perpetuam & incorruptibilem, quæ animæ.

25. *Vnica nascendi*] Iustus Lipsius V. Cl. censuit hiatum esse non paruum, & fuisse in hunc sensum;

B *Vnica nascendi ratio, non vnica vita*
* * * * *
*Illam * * * prius omnibus affert*
Hanc cura & propriis consequitur meritis.

Fortassis enim hoc voluit: Vnam eandemque omnibus esse nascendi rationem: viuendi duplicem, quibusdam animalem: quam ipsa nos natura abundè docet etiam otiosos: aliis verò spiritualem, quæ studio comparanda & virtutum meritis à Deo obtinenda. Potius tamen arbitror vitas illom comparare dúntaxat, hanc quam in hoc mundo degimus breuem, cum alia, quæ nos manet, æterna. Et breuem quidem illam priorem sola nos natiuitate consequi, posteriorem verò hanc durabilem cura & meritis sibi vnumquemque comparare debere. Constabit probè tota series orationis hoc sensu. si castiges:

C *Vnica nascendi ratio primam omnibus affert:*
Hanc cura & propriis consequitur meritis.

Primam vocat vitam illam breuē, quæ præcedit. *Hanc* dicit, quæ propria est animæ afflatu Dei viuificatæ & illam subsequitur. Sanè tunc omnia cohærēt, nec quidquam defuerit, placet idem Schondoncho nostro, sed censet, *consequimur* emendandum. Sequitur enim

Nasci non nostrum, nec longum viuere nostrum.

26. *Vita parare potest*] benè viuendo mereri possumus (ait) æternam vitam. quod contra Nouatores est, merita operum repudiantes.

28. *Tutis*] non volubilibus, sed solidis, mutari nescius, & periculi infortuniique expertibus sæculis, sic Apostolus *spem* vocauit *anchoram animæ tutam &* D *firmam, Ad Hebræos* VI. prope finem,

29. *De summo*] cælitus, desuper à patre luminū. Notanda hic gradatio egregia, finem hominis creati, (*Deum nosse & colere*) & modum cultus Deo placiti, & præmium mercedémque breuiter docens.

34. *Et qua tanta*] conijcit Schondonch. noster; *Et quæ tanti hom. & speciosa putant.*

37. *Ore Propheta*] *Psalmo* XLIX. *à v.* IX.

38. *Et species igitur*] suspicor scripsisse; *Et species agri mecum est.* nam in Psalmo habetur; *pulchritudo agri mecum est.* זיז significat splendorem, speciem, pulchritudinē, (vt rectè LXX. ὡραιότης) vel omnium animantium collectionem. Et notacùm hoc nomen ter tantum in sacris litteris occurrat, dicto loco Psalmi, & Esaiæ vlt. v. 11. apud Isaiam noster verE tit, *omnimodam*, LXX. *introitum*, εἰσόδου. Symmachus, *pinguedinem*; Theodotion, *multitudinem*, retinens Hebraismum quē vulgatus clare interpretatur. Denique Psalm. 80. v. 14. noster, *singularem ferum* cum LXX. qui μονιὸς ἄγριος soliuagus. Verisimilius mihi videtur hoc vltimo loco numerum singularem exponendum per pluralem, vt voluerit Dauid significare, ab omnibus & apris siluestribus & ab vniuersis feris, etiam maximè soliuagis ac truculentis, vineam illam exterminandam. Cum itaque dicit Orientius *species agri*, significat vniuersam agri pulchritudinem Dei dominio subiacere, & ideo addit idem de cæli gloria.

45. *Sensu*]

43. *Senſu*] hoc eſt ſapientia, ſed malim; *Cenſu*, potentia, diuitiis inexplicabilibus. Si *Senſu retines*, non ad nomen Dei ineffabile, ſed ad myſteriorum in lege & ſcriptura tota latitantium retulerim abyſſum.

46. *Veteri*] lata per Moſem. *Solidis*] lapideis *Deuter*. 6. v. 5. vnde ſumptum promit præceptum primum.

47. *Renouat*] *Matth* 44. v. 37. *Luc*. 10. *verſ* 47. deinde ſubdit elegantem beneficiorum in hominem collatorum catalogum, vt ſic ad amandum toto corde Deum impellat.

71. *Fallente cibo*] hamo eſcario.

74. *Prona*] incauta, & paſcentia.

76. *Aurum producit arenis*] fodiendo. nam de liquatione, ſequitur quod verò præceſſit, de ſaxis gemmas produci; eum habet ſenſum, vt homo inter ſaxa & rupes ſedulitate ſua gemmas reperiat: ſicut in Occidentali India ſmaragdorum vis tanta, vt miraculo ſit, effoditur. & videntur ſaxa in gemmas illas mutari. Inuenias (& videre Madriti multi) ſmaragdos, partim adhuc rude ſaxum, partim iam ſplendentes, virentéſque.

80. *Déque ſuis*] poteſt ſubaudiri; *ſe*. ſed malim caſtigare; *Seque suis*.

86. *Proximus vt*] ſecundum mandatum, quod eleganti mutuò pecudum amore, & beſtiarum omnium exemplis inculcat. Porro, *ſic*, more ſuo pro *aquè* vſurpat, vt ſupra;

Corporis vt animæ ſic Pater vt Dominus.

93. *Res*] periculum, cauſa. *Tenditur*] militare vocabulum aptiſſimè vſurpatum.

99. *Nec facias aliis*] Negatiuum hoc habes *Tobiæ* 4. v. 16. ſequens affirmatiuum *Matth*. 7. v. 12. & *Luc*. 6. v. 31. Mirè hoc placuiſſe Alexandro Seuero Imp. legimus.

101. *Quid non*] quia tota legis adimpletio hoc vno comprehenſa præcepto *d. v*. 12. & *Rom*. 13. v. 8. *Galat*. 5. v. 14. Mox fuſe diſſerit explicans praxim præcepti huius; *Quod tibi vis fieri, fac aliis: quod non vis, ne fac*.

120. *Hinc fuit*] habetur lex iſta talionis, *Exodi* 21. v. 23.

124. *Melius*] legem talionis vult à Chriſto mutatam in melius. *Matth*. 5. v. 38 eò quod talionis lex ſolo metu pœnæ hominem ab iniuria deterrebat: ipſe autem iuſſit nos vt filios adoptionis amore benefacere; & non modò non quærere vltionem, ſed iniurias patienter tolerare; neque id tantum, ſed optare quoque & illis gloriari. vide Chryſoſt. & Hilar. in Matthæum.

Gratia Chriſti] lex tantùm ramos, Euangelium radices vitiorum exſcindit. S. Hieron. *In lege retributio eſt, in Euangelio gratia. Ibi culpa emendatur: hic peccatorum auferuntur exordia*.

125. *Reſtituas*] retribuas pœnam ex lege veteri iudicis auctoritate.

Patienter agas] perferas & remittas pœnam ex lege noua.

126. *Vindice*] ſi Chriſto vindictam permittas, vt ipſe retribuat. in ſequenti verſu puto legendum; *ſic Domino*. ſeoſus: ideo melior eſt, quia hac ratione Domino refert & permittit, quod Dominus ipſi permiſerat & deſiderat: nempe iudicio contra inuicem experiri.

128. *Vita quem recta*] an hypallage eſt? pro quem rectæ vitæ fugientis (h. tranſactæ) honeſtas commendat. Sequentibus verſibus aſtruit animæ immortalitatem & fidem reſurrectionis.

132. *Aut arunm ſolidans*) mihi locus adhuc mendoſus videtur poſt viri magni emendationem. ſuſpicabar; *arunm ſolidum, puluis, odorvé* hoc eſt ſiue in ſolidam terram humumque, ſiue in leuem puluerem; ſiue in nudam putredinis graueolentiam abierit. Sed Exim. M. N. Fabricius cenſuit nihil mutandum, aruum etiam ſignificari, vt ſolet puluere; ſic inhumatorum cadauerum putredine in cineres reſoluta terram reddi ſolidiorem, fœtidam tamen eadem ex cauſa.

138. *Motus*) ad informationem, & motum vitalem actus ſui.

142. *Apicem denſis*) corrigebam; *Aſpicis vt*, pro; *Apicens*.

145. *Vtque hominum res eſt*) vt poſtulat hominum vtilitas.

148. *Perpetuo moritur*) hoc eſt, mors noſtra, perpetua quæ ſuccedit vita, abſorbetur, alludit ad illud Oſeæ; *Ero mors tua ô mors*. Ne quis hæc detorqueat ad Stoicorum deliria, de quibus actum Commentar. noſtro in Herc. Oetæum ver. 114. fol 339.

149. *Viuit homo*) legendum puto, *Viuet homo*.

Viuet homo? ſiet ne aſt hic mea, &c.

A vitæ æternæ bonis, ad malorum æterna trãſit ſupplicia, & reſpiciẽs ad dictum Saluatoris de Iuda proditore *Matth*. 26. v. 24. ait; feliciores futuros malos, ſi tanta criminum licentia graſſante, vna cum vitæ corporeæ amiſſione, ſenſum quoque pœnarum anima amitteret, perinde vt ſenſu carent qui vitam nunquam adepti, nunquam nati fuere. Nam acerbius eſſe, mori gloriæ, & tamen ſupplicus viuere, quàm plane nullum, nec gloriæ nec ſupplicus reſeruari. Hoc præmiſſo, apta tranſitione ſe confert ad damnatorũ immortales pœnas deſcribendas. probat exemplo Ætnæ, Liparæ, Veſuuij & ſimilium montium, quorum, quæ vomunt, incendia non conſumuntur, &c.

151 *Dira ad comp*.) ſenſus: Ne exiſtimes tradi incendiis vt citò conſumpti finem dolorum conſequãtur non facit ad compendium ſupplicij flamma, ſed ad iugem cruciatus renouationem.

156. *Pabula*) alludit ad illud, *Sicut oues in inferno poſiti ſunt; mors depaſcet eos. Pſalm*. 48. v. 15. vt oues conſtipatæ in caulis, non vt paſtor eas paſcat, ſed vt auidus helluo depaſcatur mors ſemper renaſcente carne. finxere id poëtæ de Promethei iecore.

157. *Hæc ſi falſa*) mihi & Schondoncho videtur nihil hoc loco corrigendum. Sententia huiuſmodi eſt: Si hic degens falſa putaris, poſt vera eſſe doceberis experientia: ſi verò nunc credideris eſſe vera, non magis illis lædêre, quàm ſi falſa & nulla forent, nimirum quia tu illa euades, vitando culpam, effugies pœnam.

158. *Quare*) vt vitemus æterna ſupplicia, ſuadet nos mundum calcare, & vitia fugere: & præcipua quæ in mundo regnant, enumerans, ab iis nos, propoſitis eorum damnis dehortatur, primum à concupiſcentia oculorum, & cultus ornatuſque ſuperbia.

163. *Non metet*) tandem volet carpere & detondere, cuius diu odore delectatus, floſculum. Conſidera quàm eleganter & ingenioſe deſcribat gradus quibus ad libidinem flagitiumque, de caſtitatis ſolio, deſcenditur. Et quot malorum quammultis cauſa fuerit laſciuus amor, multis exemplis confirmat. Eſt locus communis contra luxuriam pro laude cælibatus virginitatiſque.

167. *Concipiunt flammas*) Aſclepiades: Τὸ κῦμα ὁ ... Vide quę ſcripſi Comment. in Sen. Oedipum v. 956.

166. *Prima*) mater communis Eua. Lege *Geneſ*. c. 3. Egregiè Sedulius lib. 2. Paſchal carm.

* * * *heu noxia coniux*,
Noxia tu coniux magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco: ſed tu quoque noxia coniux,
Proh dolor, &c.

170 *Tu citò decepta, tu citò decipiens*.) aliter decepta, quia verè credidit ſerpenti decipere volenti: aliter decipiens, quia decipere maritum non volebat, noxia tamen & fraudis fuit ignara. ſic interpretandi

Patres, qoi videntur etiam Adamum dicere deceptum, & conciliandi com B. Paulo 1. *Timoth* 2. qoi negat Adamum seductum, de ea quæstione fusè & accuratè disserit Bened. Perer. libr. 6. in Genes. integra disputatione. addo quædam ex veteribus poëtis. Paulinus *in precat. matutina:*

Sit satis antiquam serpens quòd perdidit Heuam,
Deceptumque adiunxit Adam * *

Hilarius *in Genesi:*

Postquam primus homo vetito se pascere ligno
Non timuit, captusque dolis se prabuit angui.

Cl. Marius Victor *lib.* 1.

* * * *credula postquam*
Rupit sacrilegis præscriptum morsibus Eua
Expertis iam docta malis, consortia culpæ
Quæris, & incautum fraudis malè gnara maritũ
Qua perijt prior, arte petit: sic hoste subactus
A gemino, cedit sceleri miserabilis Adam.

Alchimus Auitus *lib.* 2.

Porrigit infausto coniux male sana marito:
Accipit infelix malesuadi verba susurri,
Demisitque suos ad noxiæ crimina sensus.

cautius certè quàm ceteri. cautè quoque Prudentius *in Tetrast.*

Heua columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta, per anguinum malesuada fraude venenũ.
Tinxit & innocuum maculis sordentibus Adam,

& *in Hamartigeniâ.*

Traxerat Heua virum dira ad consortia culpa.

174. *Et raptim*] lego; *Et raptu*, Sabinarum ac Lucretiæ. Lipsius, *raptum* de illis, vel, *raptam*, de hac.

178. *Te Dinæ species*] de stupro Dinæ & vltione crudeli fratrum, lege *Genes. cap.* 34. sed quomodo, *pia cura*? cura & zelus pudicitiæ sororis proba, sed vltio & pacis violatio, & ira pertinax improba, sic etiam laodat factum *SS Iudith* 9. *v.* 2. & 3.

180. *Dauid*] adulterium Bethsabee & homicidiũ Vriæ narrantur 2. *Reg.* 11. inde pete; pœnitentiam Dauidis, ex *cap.* 12. de incestu Thamar oppressæ ab Amnon, & fratre parricidali vltione Absalonis necato, *cap.* 13.

183. *Vnus*] Amnon *Corruptam*] Thamar. *Alter*] Absalon. *Iusta*] quia oppressor sororis morte dignus: *Desinit esse pia*] quia parricidio & fraude vitiata, ideo impia vltio.

184. *Salomon*] de apostasia hac agitur 3. *Reg.* 11. & *Ecclesiastici* 47. *v.* 21. & dicam fusè q. an damnatus Solomon, Comment in Cant. Canticorum.

187. *Forma placens*] eò quòd Assuerus putaret Aman voluisse Reginæ Estheræ vim inferre; *Esther* 7. *v* 8 hoc ergo ait: Non verus, sed putatitius tantùm amor Estheræ Amanum perdidit. qoo modo? quia mariti zelotypiam acuens, morti Aman addixit: Fateor longe quæsitum.

Oloferne] confirmat hoc ipsa, quæ & forma cœpit, & gladio necauit, *Iudith.* 16. *v.* 8.

188. *Samson*] *Iudic.* 16. *Forma decens*] Dalilæ pulchritudo.

189. *Sanctus & victor*] puto loqui de fraude Moabitidarum & Madianitidarum, quæ iuxta consilium Balaam se eo via cõptas & ornatas Israelitis transeũtibus exhibuerunt, eosque ad lasciuiam prouocatos ad idololatriam perduxere; & sic hostibus terga dedere Israelitæ, donec Leuitæ expianere scelus multorum cæde *Numer.* 25. & 31. *v* 16.

190 *Vitam polluitur*] forrè, *Vetitam.* nempe initiatione idololatrica.

191. *Leuitis tantum dilecta*] hoc ait quia concubina, seu vxor solum secundaria historiam habes *Iudic.* 19. & 20.

192. *Totas vel bella*) *totas*, hoc est, *omnes.* deinde scriptum erat *ad*; inde facilis deprauatio in, *vel*, ductis characteribus. A *Gabaat* sic Hebr. GABAATH גבעת. lege; *Gabat.*

195. *Apostolus* [1. *Cor.* 7 *v.* 32. & 38.

199. *Semper ouans*] hoc est gaudens & exultans vt solent ouantes.

201 *Tonso*] scribe, *tunso.*

203. *Omnia perpessus*] sic Apostolus, sic ceteri Sancti soliti se graues peccatores fateri. μεταμελεῖν.

207. *Propheten*] *Esai.* 40 *v.* 6. & 7. *Omnis caro fænum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum,* &c.

210. *Quandoque*] pro, quandocunque, vt, *Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.*

215. *Et quod nunc omnibus horret*] fortassis legẽd. B *Et qua n. o. horrent.* quæ omnes olim flore suo alliciebant, nunc situ & squallore & deformitate horrorem incutiunt.

217 *Respice quod paucis*] Lipsius; *Despice quod paucis*, vel; *Respice quàm paucis.* Nihil muto. sensus est: Vt voles ista contemplator, videntem effugiunt caduca & interitura: nihilominus ab hoc momento pendet æternitas. Voluptas breuicula, sed supplicium sempiternum.

218. *Aut verso aut merso*] aut in tergum reflexo, aut in pectus demisso.

224 *Oderit ignotos*] hoc puto velle, fœmina oculos & ab ignotis & à notis diu vel temere adspiciendis contineat. quare corrigo;

C *Oderit ignotis audax attollere vultus.*
Seque etiam notis abdere luminibus.

Angelus hac] voluit ergo lapsus Angelorum caussam fuisse peccatum Inuidiæ, & fuit sanè; sed cum superbia coniunctum, quæ natura tantùm prior inuidiæ verò caussam duplicem Patres tradũt, vel quòd homini vnionem hypostaticam, vel quòd Deo diuinitatis beatitudinem inuiderit. Puto nostrum potiùs ad priorem allusisse. qoa de re legendi Lud. Molina, & Greg. de Valentia in 1. p. S. Tho qu. 63. a. 2. Noster respexit ad *Sap.* 2. *vers.* 25. *Inuidia autem Diaboli mors introiuit in orbem terrarum.*

234. *Fratrum*] Historiam habes *Genes.* 37. *v.* 11. de inuidia; *v. vlt.* de venditione; *cap.* 41. *v.* 40. de impe- D rio. Non imperasset, nisi seruiuisset; nec seruiuisset, nisi fratres ei inuidissent. Lacunam Iustus Lipsius V. Cl. supplet, verbulo; *falso.* Fuit Ioseph bis falso accusatus, semel à Putipharis vxore, sed de hoc crimine non puto nunc loqui: semel à fratribus. apud patrem, si sequamur lxx lectionem; nam illi verterant d. c. 37. *v.* 2. κατήνεγκαν δὲ κατ' Ἰωσὴφ, detulerunt autem contra Iosephum. vbi ipsi fratres accusatores statuũtur: & sic legêre Cyrillus, Theodoretus, Chrysostomus, Theodorus, Diodorus, & Isidiorus Pelusiota, & fortassis B. Orientius hanc lectionem fuit secutus. Alioqui fons Hebræus, Aquila, (fallitur de eo Procopius) Symmachus, & noster, illi quidem κατήνεγκε δὲ κατ' Ἰωσὴφ, noster, *accusauitque fratres suos* E *apud patrem*; volunt à Iosepho fratres vero pulsatos crimine. Quare mallem aliud aliquid, vt, *turpi*, aut *fœdo*, aut *summo.* h pessimo, quod ait scriptura, vel; *gemino*, nempe odij, plagiique, aut quid simile.

235. *Iusti*] Abel, hoc epitheto à Christo donan, *Matth.* 23. *v* 35.

Dauid] est casus tertij, hoc est, *Dauidi*: loquitur de periculo confixionis. 1. *Reg.* 19. *v.* 10.

236. *Solius robore*] nam monomachia victor Goliam necarat, qui spes & murus Philisthæorum. 1. *Reg.* 17. *v* 50. & 51.

Laude] Percussit Saul mille, & Dauid decem millia 1. *Reg.* 18. *v.* 16.

Socer) Saulis gener per Michol. *d. c.* 18. *v.* 27.

237 *Prima operarius*) ex parabola *Mat.* 20. *v* 11. & 12.

238. *Cru-*

238. *Credulitatis*]lege *credulitatis*, sic fidem appellat. Nam crux opus fidei nostræ Metonymicôs, & hoc opus tribuitur Liuoti, quia Liuor Iudæorum mortem Christi fidei Christianæ fundamenta iacit, & saluti nostræ ignari sunt cooperati perfidi ædificantes, qui lapidem reiecerunt angularem.

239. *Praeceps populus*]maiorum more in proprium exitium & quam foderant foueam ruentes.

242. *Innumerum*] multiforme.

248 *Lignis*]nempe dolatis & deasciatis ad fabricam nauium.

260. *Totus*] anima & corpore perit cum vxore, lege *Act* 5.

261. *Non benè*]non tutò, nec securè.

263. *Subduntur*] describit eorum conatus, qui contra legem Corneliam, alienis hæreditatibus insidiantur, *Postrema indicia* vocat testamenta,

264 *Sculpuntur gemma*] effinguntur assimilanturque sigilla.

265. *Alterius*] vt pater credatur filio exherede facto, alienum præoptasse & instituisse.

282 *Mitte secuturus*] *Matth* 19. *v*.41. & 29. hoc ait: præmitte eleemosynas, vt postea moriens eas in cælis duplicatas inuenias, & quasi sortem tollas cum fœnore. Caue, *secuturas*, reponere; quæ præcedunt

287. *Conditu num cælo*) *Matth*.6. *à v*. 19.

289. *Vestior*, &c.) sumpta ex *Matt*.25. *à v*. 34. & *Matt*.10. *v* 40.

293. *Cui da qua*) potest per penthemimerim excusari correctum in M. S. sed manu alia, *calida*, an ergo legendum: *calidu quo fon aqua*. *quo*, pro vt.

294. *Oblatus*) *Matth* 10 *v* 42.

297. Hinc fuit] concludit, vt cœperat, ad Pacem & Concordiam inuitans: & redit ad id vnde digressus, vt inueheretur in vitia charitatem & mutuam pacem lædentia, luxuriam, inuidiam, auaritiam.

301. *Cō rōne*.) sic perspicue V.L. quid hoc monstri? an? *cum ratione*. videntur tum temporis dixisse, *cum ratione* quod Hispani dicunt, *con mucha razon*; meritò, iustè, non sine causa. dicit ergo, merito etiam bruta inter se concordia colligitur: vel sane rationem brutis tribuit, quod quo sensu recipi possit, petc ex iis quæ fuse scripta sunt nobis lib. 2. Disquisitionum Magicarum cap 20.

Sed hæc qualiacunque, S. A. C. & Romanæ Ecclesiæ censuræ subijcio.

MARTINVS DELRIVS.

PROCLI HOMILIA

DE DOMINI NOSTRI IESV Christi Natiuitate: Quod Deipara sit Beata Virgo Maria, & ex ea natus, neque Deus tantum, neque purus homo, sed Emanuel inconfusè & incommutabiliter Deus & homo.

Interprete Theodoro Peltano.

Virginea panegyris frequensque ac celebris hic conuentus, fratres, festa hac luce linguā ad laudem prouocat, præsensque solennitas præsenti cœtui vtilitatis rationem optimo iure conciliat. Continet enim castimoniæ sanctitatisque materiam, iustamque fœminei generis gloriationem.
Neque enim vulgaris muliebri sexui per virginem, &
matrem in tempore accessit gloria. Desiderabilis sa-
nè planéque inaudita est hæc virginis & matris co-
pula. Ecce enim & terra & mare virginem honorāt,
& obsequij causa tanquam satellites stipantur; hoc
quidem initia nauigantibus dorsa substernens, illa
verò viatorum vestigia inoffensè dirigens. Exultet
natura; honorantur fœminæ? choros humana ducat
natura, & carmina canter; glorificantur virgines.
Vbi enim abundauit delictum, superabundauit & Rom. 5.
gratia. Sacta Deipara Maria in vnum nos coēgit.
Hæc illibatæ virginitatis purus ille thesaurus, decus-
que & ornamentum: hæc spiritalis secundi Adami
paradisus: hæc vnitarum inter se naturarum officina:
hæc salutaris reconciliationis panegyris: hæc thala-
mus, in quo Verbum humanam carnem sibi despon-
sauit: hæc animatus naturæ rubus, quem diuini par- Exod 3.
tus ignis non combussit: hæc verè leuis illa nubes,
quę super Cherubim sedentem in corpore suo gesta- Isa 19.
uit: hæc vellus mundissimum cœlesti pluuia madēs, Iudic 6.
ex quo pastor ouem induit: hæc ancilla est & mater,
virgo & cœlum: hæc sola pons est, per quem Deus
ad homines descendit: hæc admirandæ illius œco-
nomiæ tela, in qua ineffabili quodammodo admira-
bilis illius vnionis tunica confecta est. cuius quidem
textor extitit Spiritus sanctus; netria, virtus ex alto Luc. 1.
obumbrans; lana vetusta Adami pellis; trama, im-
polluta virginis caro; radius textorius, immensa ge-
stantis gratia; artifex, verbum per auditum illapsum.
Quis vidit, quis audiuit talia? Incircumscriptus Deus
vterum inhabitat, quem cœli non capiunt, venter
complectus est virginis.

2 Attamen, qui ex virgine nascitur, nec solus Deus
est, nec purus rursum homo, idemque natus mulie-
rem, quę quondam peccati ianua extiterat, salutis
ostium reddidit. Nam vbi serpens per inobedientiā Gen. 3.
virus suum infuderat, ibi verbum per obedientiam
ingressum, viuum sibi templum exædificauit: vnde
peccator Cain primus emersit, inde generis nostri as- Gen 4.
sertor Christus sine semine prodiit. Clemens Deus
ex muliere nasci non erubuit quod enim agebatur,
vita erat. Nullam inde ille contraxit labem, quod in-
tra viscera, quæ citra omnem dedecoris notam con-
diderat, inhabitat. Quod si ea, quę genuit, virgo non
permansit. neque is qui natus est aliud quàm purus
homo extitit. atque ita partus ille nihil admiratione
dignum habebit. Quod si illa etiam post partum vir-
ginitatem illæsam retinuit, is citra omnem contro-
uersiam arcano modo ex ea ortus est, quem, cùm per
clausas ianuas ingressus esset, Apostolus Thomas in
gemina natura subsistentem agnouit, agnitumque nō
absque ingenti stupore huiuscemodi voce compella-
uit: Dominus meus & Deus meus

3 Ne igitur, ô homo, partum hunc erubescendū
censeas. Hic enim solus salutis antidotum nobis at-
tulit. Nam si ex muliere natus non esset, mortem
vtique non oppetiuisset. Quod si mortuos non esset, Hebr. 2.
neque illum quoque per mortem destruxisset, qui
mortis habebat imperium, hoc est, diabolum. Porro
autem, vt architecto nullam maculam aspergit, si do-
mum, quam fortè extruxerat, incolat; neque lutum
figulum inficit, dum vasculum, quod finxerat, ex eo
refingit: ita ex vtero virgineo prodiisse, purissimum
illud numen nihil quidquam polluit. Quam enim
citra vllam sui labem formauerat, ex hac quoque,
nulla macula contracta, processit. O venter, in quo
communis libertatis syngrapha confecta est: ô vtere,
in quo arma aduersus mortem fabrefacta sunt: O ar-
uum, ex quo naturę colonus sine semine exortus est: Psal 109.
ô templum, in quo Deus naturam non demutans, sed
eum, qui est sacerdos secundum ordinem Melchise-
dec, induens, nostri misericordia Verbum caro factū
est, etsi Iudæi Domino id asseueranti non credant:

Deus hominis formam induit, tametsi gentes miraculum hoc subsannent Vnde Apostolus: [1. Cor. 1.] Prędicamus Christum, Iudæis quidem scandalum, gentibus verò stultitiam quandoquidem mysterij huius vim, vt quod omnem humanam rationem excedat, non cognouerunt. Si enim cognouissent, nunquam gloriæ [1. Cor. 2.] Dominum crucifixissent. Si Verbum vterum non inhabitasset, neque caro quoque illius sacrum illum thronum occupasset. Quod si ignominiosum est Deo in vterum, quem ipse formarat, illabi; erit ergo & angelis quoque probrosum homini ministrare.

4 Qui itaque secundum propriam naturam impatibilis est, is propter meram erga nos misericordiá pluribus perpessionibus obnoxius est factus. Neque Christus per succedentia virtutum increméta factus est Deus, absit: verùm, vt fides nostra prædicat, Deus misericordia permotus, factus est homo. Neque hominem rursum deificatum prædicamus, sed Deum incarnatum confitemur: siquidem qui secundùm propriam naturam matrem nescit, nullumque secundum carnis dispensationem patrem in terra agnoscit, is propriam ancillam sibi in matrem adsciuit. [Hebr. 7.] Nam quomodo iuxta Paulum sine patre & matre est; si enim purus homo est, vtique non sine matre est. Matrem enim habet. Rursum si purus Deus est, haud dubiè non sine patre est. Habet enim patrem. Nunc verò vnus idemque sine matre est, vt rerum conditor est, sine patre rursum est, vt homo est. Quin & ipsa quoque Archangeli virginem salutantis appellatio obseruanda hic venit. Ille namque, qui lætum illud nuncium Marię detulit, Gabrielis nomé sortiebatur.

[Luc. 1. d] 5 Et quid quæso Gabriel interpretatum sonat? audi & disce, idem vtique sonat quod Deus & homo. Quia ergo ille, quem annunciabat, Deus erat & homo, quo dispensationis mysterium facilius persuadeat, rei miraculum nominis ratione anticipat. Aduentus causam primùm disce, & tunc incarnati virtutem laudibus euehe. Humana natura propter peccata multis obstricta debitis tenebatur; neque quod debebat, vlla ratione dependere poterat. Per Adamum namque omnes peccato quasi chirographum dederamus, omnesque diabolus in seruitutem redegerat. Etenim corpore nostro permultis passionibus subiecto, veluti charta vsus, nostræ venditionis pretia ostentabat, passionumque debitum malignus ille falsarius, minitabundus ob oculos nobis ponebat, ac nos vniuersos ad supplicium condemnationemq; deposcebat. Erat itaque alterutrum duorum necessarium, aut vt omnes propter condemnationem præcipites abirent in mortem (omnes enim peccauerát) aut certè vt talis in pretium daretur, cui omnis suppetebat iustificatio ad recusandum. Atqui homo, quod peccati debito subiaceret, saluare non poterat: Angelus v. quod tantum redemptionis precium ipsi nó suppeteret, humanum genus redimere nequibat. supererat igitur, vt Deus pro omnium peccatis moreretur, qui nulli peccato obnoxius erat. atque vnica hæc restabat mali solutio. Ille itaque qui vniuersam naturam ex nihilo produxerat, cuique nulla ad erogandum facultas deerat, vitã morti condemnatonique addictis reperit tutissimam, mortisque solutioné decentissimam, dum nimirum ex virgine, modo qué solus ipse nouit (nulla enim oratio miraculum hoc assequi valet) humanam naturam assumit, assumptamque in mortem contradit, cumque in modum [Ephes. 1.] redemptionis pretium dissoluit, iuxta illud Pauli: In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, peccatorumque remissionem. O rem stupendam! immortalitatem, quam ipse habebat, per suam mortem aliis conciliat Eiusmodi nullus vnquam fuit, nec est, nec erit, quàm vnus & solus ille, qui secundum dispensationem ex virgine natus est Deus simul & homo; non solum id precium habens, quo reorum multitudini redimendæ par esset, sed eiusmodi, quod multis partibus excelleret. Nam vt filius est, indiuisam cum patre vnionem retinet; vt verò rerum opifex, nullius virtutis indiget: vt autem misericors, immensa inexhaustaque misericordia atque sympathia pollet: denique vt pontifex dignissimus est, qui apud patrem intercedat. Horum autem omnium nihil vnquam simile, nihil æquale in alio quopiam comperias, Considera immensam illius benignitatem, vltrò ad mortem condemnatus, mortem, quæ crucifixoribus debebatur, destruxit, deicidorumque iniquitatem in sceleratorum salutem conuertit. Posse itaque saluare, vitium puri hominis non erat, nam ipse quoque saluatore egebat, iuxta illud Pauli: Omnes, inquit, peccauerunt, & egent gloria Dei. [Rom. 3.] Quia v. peccatum peccatorem diabolo obstringebat, obstrictumque diabolus in mortem præcipitem agebat, res humanæ in summum discrimen adductæ cernebantur nec vlla liberationis spes sese offerebat. Quare prophetæ, qui animarum medici destinati fuerát, concionabantur quidem, & incusabant; verùm vbi inflictú vulnus humana industria maius esse animaduertebant, cœlestis medici opem implorabant; & hic quidem aiebat: Inclina cœlos, & descende. [Psal. 143.] alius, sana me Domine, & sanabor. [Hier. 17.] alius, Excita potentiam tuam, & veni ad saluandum nos. [Psal. 79.] alius. Nunquid verè Deus verè habitabit inter homines? [3. Reg. 8.] alius, Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti [Psal. 78.] sumus nimis: [Mich. 7.] alius, Heu me, periit pius à terra, & non est inter homines, qui æquitati studeat: [Psal. 69.] alius, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina: [Habac. 2.] alius, Adhuc pusillum & qui venturus est, veniet, & non tardabit: alius, Erraui sicut [Psal. 118.] ouis, quæ periit: quære seruum tuum Domine spe tantiem in te alius, Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit. [Psal. 49.] Ille igitur, qui suapte natura rex est, humanam naturam tyrannide oppressam non despexit, neque permisit misericors Deus, vt perpetuò obligata diabolo teneretur: sed venit ille, qui semper præsens adest, propriumque sanguinem nostri causa in redemptionis precium profundens, & carnem, quam è virgine susceperat, in commutationem morti dedens, mundum à legis maledicto redemit, mortem destruxit. Atque huc illud Pauli tendit: [Galat. 3.] Christus ait, nos redemit de maledictu legis. Qui itaque nos redemit, ô Iudæe, non purus est homo; humana enim natura peccati seruitute oppressa tenebatur: sed neque tantùm quoque Deus erat humana natura destitutus, corpus enim habebat, ô Manichæe, nisi enim me induisset, me non saluasset. Verùm qui ex virgine prodiit, ille me condemnationi obnoxium assumpsit.

Quo fit, vt admiranda quædam commutatio hic interuenerit. dato namque spiritu accepit carnem; idem cum virgine, & ex virgine. [Luc. 1.] Et hic quidem ipsam obumbrauit, ille verò ex illa carnem induit. Si alius est Christus, & alius item Dei verbum, iam non Trinitas in diuinis erit, sed quaternitas. nam & Christus quoque Deitatis expers non est Noli dispensationis tunicam desuper contextam scindere, [Ioan. 19.] noli discipulus esse Arrij. Ille enim impiè essentiam scerat; tu noli diuidere coniunctionem, ne diuidaris à Deo. Sed dic, obsecro, ecquisnam apparuit iis, qui [Luc. 1.] in tenebris & in vmbra mortis sedebant? Homone? At quomodo homo in tenebris diuersans præualuit? nam iuxta Pauli doctrinam de potestate tenebrarum nos eripuit: [Col. 1.] Eramus enim aliquando tenebræ, sicut [Ephes. 5.] scriptum est. Ecquis ergo ille, qui apparuit nobis? [Psal. 117.] Dauid ad hoc tibi respondet. Scribit autem: Benedictus qui venit in nomine Domini. At clarius dic [Psal. 98.] Dauid, quisnam sit ille; exclama quantum viribus potes, nec cesses: exalta quasi tuba vocem tuam, &

Psal. 117. Ioan. 3. edicto, quisnam ille sit: Dominus Deus (inquit) virtutum, Deus Dominus & illuxit nobis. Verbū enim caro factum est, duæque in vnum simul coierunt naturæ: at id citra vllam omnino confusionem. Venit quidem ad saluandum, sed & pati quoque illū oportuit. At quomodo vtraque hæc fieri potuerunt? Homo purus saluare non poterat, Deus solus pati nequibat. Quid igitur? Ipse Emmanuel Deus factus est homo, & id quidem quod erat, saluauit; quod vero factum est, passiones subiit. Vnde enim Ecclesia synagogam cerneret spinis illum coronantem, lugens tantum facinus aiebat: *Cant. 3.* Filiæ Ierusalem exite & videte coronam, qua coronauit eum mater sua. *Ioan. 19. Gen. 3. Ioan. 1. Psal. 103. Matth. 9. Ezech. 10. Ioan. 18. Matth. 27. Psal. 104. Matt. 17.* Ipse etenim spineam coronam portauit & spinarum sententiam euertit. Idem erat in sinu patris & in vtero virginis. Item detinebatur inter matris brachia, & ferebatur super ventorum pennas. Idem ab Angelis adorabatur, & cum publicanis mensæ accumbebat. Vix Cherubim aspicere audebant & Pilatus interrogabat. Seruus colaphis cædebat, & ipsa creatura horrebat. Crucifigebatur, & throno gloriæ non deserebatur. In sepulchro concludebatur, & cœlum vti pellem extendebat. Inter mortuos reputabatur, & infernum despoliabat. Hic vt deceptor calumniis afficiebatur, ibi vt sanctus glorificabatur. O mysterij magnitudinem! miracula video, & diuinitatem prædico: cerno passiones, & humanitatem non nego. Naturæ portas reserauit Emmanuel vt homo; sed virginitatis claustra non violauit neque perrupit, vt Deus. Ita enim ex vtero est egressus, sicut per aurem ingressus. Ita natus, sicut conceptus: qui impatibiliter fuerat illapsus, incorruptibiliter est elapsus. Inde *Ezech. 44.* Propheta Ezechiel aiebat: Conuertit me Dominus ad viam portæ Sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam: sed Dominus Deus Israël solus ipse ingredietur & egredietur, & erit porta clausa. En euidens demonstratio sacræ deiparæ virginis Mariæ. Dirimatur proinde omnis contradictio, scripturarumque illuminemur scientia, quo regnum cœlorum consequamur in sæcula, sæculorum, Amen.

PROCLI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, Sermo in sacrosanctam Trāsfigurationem Domini Dei ac Seruatoris nostri Iesu Christi.

AGite ô amici, hodierno quoque die thesauros Euangelicos apprehendamus, vt hinc more solito diuitias, quæ cunctis copiose suppeditantur, nec vllo vnquam tempore deficiunt, promamus. Age, iterum Lucam, qui & sapiētes, & præclare nos ducit sequamur, vt Christum excelsum in montem ascendentem, & Petrum, Iacobum & Ioannem diuinæ istius transfigurationis testes asciscentem spectemus. *Luc. 9. v. 28.* *Assumptis enim*, inquit, *Petro, & Iacobo, & Ioanne, ascendit Dominus in mōtem excelsum.* In montem excelsum ascendit, in quo Moyses & Elias colloquebantur cum Christo. *Exod. 12. 3 Reg. 18.* In montem excelsum, vbi lex & prophetę cum gratia conuersabantur: In montem excelsum, in quo Moyses (olim) mactato agno paschali postes Hebræorum sanguine aspersit: montem excelsum, vbi Elias, qui bouem per membra in frusta diuisit, & sacrificium aqua perfusum igne consumpsit: montem excelsum, vbi Moyses qui rubri maris compagem aperuit & clausit: montem excelsum, in quo Elias qui *3 Reg. 17. & 18.* aquarum agmina inhibuit & produxit, in montem denique excelsum (ascendit) vt discerent Petrus, Iacobus, Ioannes, & qui cum illis erant, quod ipse esset is, cui omne genu (se) flectat cœlestium ac terrestrium, & subterraneorum. *Phil. 2. v. 10.* Tribus enim duntaxat assumptis ascendit Dominus, non omnes assumens, neque omnes relinquens, non quod cæteris istis gloriam inuideret, aut viliores eos iudicaret; neque vt nouem istos contristaret: (cum enim iustus sit omnia iuste dispensat, vnius instar omnes æstimans, nec eorum, quos coniunxerat, mutuum amorem diuellens) sed cum Iudas, qui ipsum erat proditurus, indignus esset, qui diuinum hoc spectaculum, & tremendam visionem spectaret, hac de causa ipsum & reliquum Apostolorum chorum [infra] reliquit, vt hac ratione illi tāquam non soli derelicto, omnem in posterum excusationis prætextum præriperet, & hosce tres sufficientes secundum legem transfigurationis produceret testes, reliquos secum animo circumferentes. *Deut. 19. v. 15.* Ipse enim dicit: *Pater iuste, serua eos, vt & ipsi vnum sint, prout & nos vnum sumus.* *Matth. 18. v. 16.* Etenim enim videat Iudas circa montem Andream, Thomam, Philippum, & reliquos ipsi adiunctos, non murmurantes, *Ioan. 17. v. 11.* neque conquerentes, neque conuiciantes, sed gaudio gaudentes, & suffragium illud cœlitus datum & lætitiam communem cum absentibus reportantes, minime excusasi potuit, cum in nullo antea neglectus esset miraculo: sed qui habebat marsupium, & Mariæ vnguento inungenti (Christi pedes) absque causa succensebat, & magistrum ausu plane temerario hostibus prodidit. *Ioan. 12. v. 6 & 13. v. 29.* Quid porro ait Euangelista? *Transformatusque est coram eis*, inquit, *& conspecti sunt* [eis] *Moyses & Elias cum eo colloquentes.* At Petrus, more suo semper præceps, quos mentis oculis nunquam antea vsurpasset, conspicatus colloquentes cum ipso, magnitudinem miraculi haud perpendens, neque considerans diuini splendoris insolentiā & nouitatem, locum istum desertum bonum vocat, ex piscatore factus tabernaculorum fabricator dum seruatorem his compellat verbis: *Faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum,* *Matth. 17. v. 4. Luc. 9. v. 33.* nesciens quid diceret, quemadmodum optime ipsum sapientissimus Lucas excusat, *nesciens*, inquit, *quid diceret.* Verum, ô Petre, discipulorum caput & antesignane, quid humili intellectu & humana cogitatione res diuinas infamas, & tria tabernacula te excitaturum in deserto dicis. Seruos pari cum Domino constituis dignitate & honore, & Christo tabernaculum vnum & duobus istis ex æquo ædificare conaris? Num ex Spiritu sancto quemadmodum hic conceptus est Moysis? Num virgo mater peperit Eliam quemadmodum hunc sanctissima Virgo? num infans in vtero cognouit Moysen, quemadmodum hunc præcursor [Ioannes?] Num cœlum indicauit Eliæ natiuitatem? num Magi cunabula Moysis adorarunt? num Moyses & Elias talia ediderunt miracula? aut legiones Dæmonum ex hominibus eiecerunt? *Exo. 8. v. 12. Exo. 14. v. 21.* Moyses aliquando iratus est, & baculo percutiens mare diuisit: tuus vero Magister Deus super mare ambulans tibi Petro profundum peruium fecit. *Ioan. 6. v. 19. Matth. 14. v. 25.* Elias precatus farinam viduæ multiplicauit, eiusdemque filium à mortuis resuscitauit: *3 Reg. 17. v. 14 & 22.* Hic vero postquam à piscatione te auocasset, quinque chiliadas satiauit, & ad inferos vsque penetrauit, omnes qui captiui ibi tenebantur vincti somno longe eduxit. Ne igitur dicas *faciamus tria tabernacula*, neque hoc, *bonum est nos hic esse*. Nihil humanum, nihil humile, nihil terrenum, nihil humi serpens, sed superna sape, superna quære, quemadmodum Paulus docuit, non terrestria. *Coloss. 3. v. 1. 2.* Quomodo enim bonum est nos illic esse vbi serpens Adamum verborum lenocinijs

Genes. 3. v. 19. Cap 4 v. 12. deceptum in extremum adduxit discrimen, & Para- A disi aditu exclusit; vbi in sudore vultus panem comedendum esse audiuimus, vbi suspirare & tremere super terram Cain, didicimus: vbi nihil stabile, nihil firmum, sed omnia momento transibunt. Quomodo igitur bonum est nos hic esse? si Christus nos illic dereliquit, cuius gratia cœlos inclinauit, & descendit? Psal. 17. v. si Christus nos illic dereliquit, cuius gratia vnà descendit cum lapso, & iacentem excitauit? si bonum est in terra commorari, frustra vocatus es cœlorum clauicularius; quem enim vsum tibi imposterũ præstabunt claues regni cœlestis, si huius montis desiderio teneris; cœli curam imposterum depone, si ædificare tabernacula cupis, sepone titulum & nomen Math. 16. vers. 18. fundamenti Ecclesiæ. Non temere enim transformatus est Christus, sed vt nobis repræsentaret futuram naturæ transformationem, & futurum alterum Psal 103. vers. 2. Act. 10. v. 42. aduentum cœlestem cum Angelis in nubibus & igne, de ipso dicitur, quod sit amictus lumine tanquam vestimento, quod sit iudex viuorum & mortuorum. Quocirca Moysen & Eliam antiquarum visionum sistens produxit sigilla. Quid porro dicit magnus ille Euangeliorum scriptor: *Hoc autem ipso dicente, oborta est nubes quæ inumbrauit eos, & ecce vox extitit è nube dicens: Hic est Filius ille meus dilectus, in quo acquiesco, ipsum audite.* Adhuc ait ipso Petro loquente è cœlo quasi ex aduerso Pater in hæc verba prorumpit: Quidnam Petre? quid tandem doces? bonum esse locum ais? ruinæ ipsius oblitus es? generi tuo iniuriam facis, siccine edoctus es, necdum solidam co- C gnitionem filiationis percepisti? Nonne tu eras ille Math. 16 vers. 16. qui dicebat, *Tu es Christus filius ille Dei viuentis?* tanta miracula coram vidisti, tu autem Bar Iona & Simon adhuc es constitutus te cœlorum clauigerum, & nondum audaciam nauticam exuisti; ecce etiam hac in parte te consilio seruatoris opponis, nesciens Matt 26. v 31. & 33. quid dicas? Dixit enim tibi, *Oportet me pati*, & tu ais, *nequaquam erit tibi hoc.* Iterum dixit: *Offendemini in me omnes*, & tu inquis, *ego nunquam offendar.* Tabernaculum ædificare cupis Christo, vnà cum Moyse Esa. 44. vers. 24. & Elias illi qui vna extendit cœlum, ei qui mecum fundauit terram, mare coërcens, & firmamento stabiliens: Iob 38. v. 8. Psal 101. v 26. Psal 103. vers. 5. Tabernaculum ei, qui accendit luminaria D cœli, & æthera accendit, & qui omnia mecum ante sæcula sæculo condidit, tabernaculum ei, qui ex me & ex vobis est, tabernaculum ei, qui mecum & vobiscum est, tabernaculum Deo matre carenti, tabernaculum sibiipsi sumenti, quod elegit vterum virginalem. Proinde cum tibi animus est tabernacula fabricare, nesciens quid dicas, ego loco tabernaculi vsus lucida nube præsentibusque operis ex altis clamo: *Hic est Filius meus dilectus*, non Moyses, non Elias, sed hic: non alius, non aliud, sed hic vnus & idẽ, hic *in quo acquiesco, ipsum audite.* Iustus est Moyses, verum in hoc acquieui. Eliam igneo curru subuectũ recepi, sed hunc nisi virginem tanquam in cœlo ex Ioan. 3. vers. 13. Virgine natum, in idem cœlum. *Nullus enim*, inquit, *ascendit in cœlum, nisi qui descendit è cœlo.* Fru- E Philip. 2. vers. 7. stra ergo in hanc terram peruenit, si perpetuo in hac terra manet: frustra sese ipse inaniuit, forma serui sponte accepta, nisi permanens id quod erat, factus est id, quod non erat; nisi crucem apud vos propter vos pertulerit, & proprio sanguine mundum redemerit, diuinæ prouidentię dispensatio cessat, & quęcunque Prophetæ olim prædixerunt, incerta reddũ-Math. 16 vers. 23. tur. sed desine Petre! ne sapias quæ sunt hominum, Marc. 8. vers. 33. sed quæ sunt Dei. Hic enim est Filius meus dilectus in quo acquiesco. Bis enim hac voce de ipso vtor, ad vos quidem in hoc monte, ad Ioannem vero in Iordane fluuio, vt iterum verum dicat Propheta qui Psal 88. v 13. exclamauit: *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*; quo nomine? Hic est Filius meus dilectus, donauit enim ipsi nomen, quod est supra omne no- A men. Verum dices, ô amice, quid est, Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt? Aduerte igitur men- Philip. 2. vers. 9. tem & disce. Thabor hic ipse mons est, vbi voluit Christus transfigurari, & testimonio Patris Filius dilectus declaratur, vt modo audiuistis. Hermon vero paruus mons est prope Iordanem, vbi Christus baptizatus fuit, eique testimonium à Patre & Spiritu sancto exhibitum, quod sit Filius dilectus. In his duobus montibus sanctissimus Pater confirmare volens filiationem, & tunc & iam secundo acclamat: Hic est Filius meus dilectus in quo acquiesco, ipsum audite. Qui enim ipsum audit, etiam me audit, Marc 8. vers. 6. & quemcunque puduerit ipsius & sermonum eius, Luc 9. me ipsius pudebit in gloria mea & sanctorum Ange- vers 16. lorum. Ipsum igitur audite non ficte, non fucate, sed B pure & absque curiositate, fide (eum) quærentes, sed lingua non metientes, nec verbis Verbum ponderantes. Sufficit enim Paulus ille orator, qui curioso frena inijcit, & omnes ita indubitanter omni hæsitatione seposita exclamare docet: *O profunditas di-* Rom 11. *uitiarum, tum sapientiæ, tum cognitionis Dei, quam in-* vers 33. *scrutabilia sunt iudicia eius, & eius viæ inperuestigabiles!* Ipsi sit gloria in sæcula. Amen.

SANCTISSIMO ET DEI AMANTISSIMO FRATRI

C & consacerdoti domno, Proclus in Domino salutem.

CHaritas mutua, Deo dilectissime, maximum in hoc est donum. Vinciens enim ad concordiam optimus artifex Deus naturam quam fabricatus est, beneuolentia eos coniunxit, qui ratione reguntur; vt dum alij aliorum casus proprios ducerent, ac vnusquisque ex se res alterius metiretur, in insolubilem consensionis vnanimitatem eos connecterentur, quæ vnius naturæ sunt. Ea enim quæ affectu disiuncta sunt, necessario in mutuum exitiũ ruunt: quę vero voluntate vnita sunt, non facile à D firmitate propria dilabuntur. Vnde & beatus Paulus multitudinem fidelium & coniunctionem Ecclesiæ, corpori comparauit, dicens: Vos estis corpus Ephes. 5. Christi & membra ex parte: omnino prędicãs mul- 1. Cor 12. titudinis conspirationem, & ex concordia membrorum prohibens, ne contentionis morbo, cum bella sint amica, laboremus. Cur autem hæc scribam, Dei amantissime pater, rogo paululum vt agnoscere ne graueris. Dei amantissimus Ecclesiæ Perrhenorum Episcopus Athanasius, incredibilem simul, & audiẽtibus non mediocriter molestam Tragœdiam defleuit, dicens: clericos suos velut abiecta cogitatione subiectionis, & putantes sibi sufficere voluntatem, vt essent sacrorum tyranni, expulisse eum ab Eccle- E sia, cum iusta ratio nulla subsisteret: & quantum ad eos attinet, in tantam vesaniam exiisse, vt etiã damnarent eum, & operibus persuaderent, quia in voluntate proscium, & non in decreto regularum, sacrorum ordo consistat: œconomos autem & curatores propria voluntate constituisse Ecclesiæ Dei, & Episcopi nomen de sacris diptychis abstulisse; & vt breuiter dicerim, palam Ecclesiasticum ordinem expulisse: adijciens, quoniam nutriuit circa hæc istorũ præsumptionem veteribus eorum & sceleratis operibus non rationabilis venia data. Nam præcessoribus eius similia facientes, inde gradu facto, impetum suũ ad peiora cumularunt, cum prius meritas pœnas non sustinuerint, aditu illis dato, vt neque in posterum sibi temperarent. Sed tu, Dei amantissime, dignare, à nobis rogatus (potes enim) consacerdotis infirmitates

tes tibi proprias efficere, obediens præcipue beato Paulo dicenti: Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, (1. Cor. 12.) & siquidem longe ab vrbe Antiochena ciuitas constituta est, in qua hæc perpetrata noscuntur, aliquos Dei amantissimorum Episcoporum ipsi vrbi vicinos, personas non accipientes, ad audiendum hanc causam sanctitas tua deputet. Formidat enim religiosissimum metropolitanũ Episcopum, tanquam vesanæ flammæ inimicorum eius ex odio aduersus eum vim præbentem atque materiam. Et siquidem conuicti fuerint, in quibus accusantur, ij de quibus conqueritur, & qui superbiam Absalon imitati sunt, simili exemplo plectantur. Sic enim odit Deus eos, qui aduersus patres armantur, vt patrum inuasores in omni mundo infamia notet. Noui autem, Dei amantissime, quoniam omnes cõplecteos in Christi visceribus, & commiseratione plenus, consolaberis senem, & lacrymas eius tribulationis absterges, & te ei improbitatis osorem exhibebis, & sacerdotij aduersarios post conuictionem furori iusto & competenti vindictæ subijciens, expelles malum, quod serpendo pascitur, & communitatem sacerdotij lædit, sapienter excidens. Nam si quis concesserit, vt præsumptoribus, & inconueniẽter in tantam procacitatem exilientibus, vt sacerdotium dedecorent, misericordia illis sine iudicio fiat, ex eo quod misericordiam pro scelere deprecari conantur, nihil est reliquum, nisi vt omnes Ecclesiarum præsules in lusum & opprobrium fiant, ipsis quoque diabolicis instrumentis. Sed Deus ad hoc tuam religiositatem præordinauit, vt & iniustitias remoueas, & præsomptiones comprimas, & sacerdotio laborant succurras, & proprijs maledictis locum non præbeas: sed post cognitionem, ei quidem qui calumniam patitur, adiutorium feras: illum vero qui calumniam facit, si vere est calumniatus, abscindas. Non igitur tua religiositas arbitretur, quia tanquam ad iniuriam sedis Antiochenæ maximæ ciuitatis huc venit memoratus Dei amantissimus Episcopus, sed metuens quosdam, sicut ait, seditionibus gaudentes, & passioni propriæ militantes, dedit ad tempus locum iræ: nam alioquin patientiam, & mansuetudinem, & iustitiam tuæ religiositatis prædicare non cessat: nec vt accuset, (absit hoc) sed vt hæc pro se intercessio ad animum verecundia permouendum esset grauior. Itaque illi commeatu præsentibus literis dato confidere iussimus ego atque sanctissimus Episcopus & cõsacerdos noster Cyrillus, quod propter charitatem, quæ continetur in nobis, habens reuerentiam scribentibus, harum litterarum gerulum modis omnibus adiuuabis. Omnem, quæ tecum est, in Christo fraternitatem, plurimum saluto.

EPISTOLA PROCLI EPISCOPI CONSTANTINOpolitani ad Ioannem Episcopum Antiochiæ.

ARbitror te cognoscere, religiosissime, magis vera certe scio, non quamlibet à Deo colligere mercedem eos, qui indormitabili mentis oculo Ecclesiasticis inuigilant necessitatibus, nocte dieque procurare & consulere, quatenus bene quidem regatur omne, quantum populi familiariter coniunctum, & à reprobis zizanijs pura sit orthodoxa fides: prouidentiam vero mereatur hoc, quod secundum præsumptionem interim aduersariorum, habeat morbum, & vt in eundem sensum & obedientiam transferatis, maxime diuina clamante scriptura: Qui eduxerit dignũ ab indigno, sicut os meum erit. (Ierem. 15.) Si enim negligere proximos labentes ad deteriora, & socordia præpositi rapinam factos faucibus lupi voracis hominum, irrecusabilis damnationis experimentum minatur dormitanti, mercenarium, nõ pastorem, desidiosum & dissolutum scriptura vocante? quomodo non per omnia iustum est, studiosum quidem in talibus persequi, desidiosum vero in vrgentibus effugitare? In eodem enim vtraque similia ad vituperationem existunt, & irrecusabilia ad condemnationem, & hoc quod ex quibus aliquis ipse negligenter viuit, videntes adhortatur in æmulationem deteriorum, & quod peccantes in fidem, & delinquentes in vitam, non statim corrigit, licet despiciens extra tale supplicium non est constitutus: Eiusmodi vero exemplum non ex me refingo, sed ex diuinis Scripturis eruditus scribo. Heli ille ætate fatigatus, (1 Reg 2) & in Silo pertinentia ad legem sacrificans, ipse quidem non operabatur quæ pueri audebant, cooperabatur vero illis, postquam non prohibebat peccantes: quoniam secundum veram rationem, non prohibere flagitia, agenti cognatum est. Et iterum pueri actionibus gradum iniuriantes, indignos se per quæ peccabant, sacerdotio demonstrantes, (Rom 1.) non solum eis quibus operabantur, cadebant, sed etiam ad peccandum alios euocabant, imaginem peccati sese æmulantibus proponentes. Propter quod pariter illatum est supplicium & eis qui impia fecerunt, & ei qui non prohibuit. Patri enim ad virtutem nocuit socordia, filijs autem perniciem intulit inemendatio: (1 Reg 4.) & senex in iuuenum tempestate naufragium passus est, pro quibus affectum non gubernauit increpatione. Ita oportet, religiosissime, eum qui sortitus est præesse populo, & tenere habenas sacerdotij, non solum procurare, quomodo ipse probus appareat, sed vt & hoc quod ab ipso dicitur, sit purum ab omni vituperatione. Hoc enim quod prius est, etsi admirãdum, sed non tale, quale est hoc, quod post illud dictum: quanto illud quidem in vnũ solum perficientem ea, quæ ad virtutem pertinent concludit, hoc vero multos prouidentia saluos faciens per singulos pietatis industris confidentiam. Ad quid vero dico? quod multi reclamant hic religiosissimum Edessenorum Episcopum Iban, non solum quidam clerici Edesseni & Monachi, sed enim etiam primates & clari militia, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur, quod tantum diligit Nestorij insaniam, vt & quædam capitula, quæ supposui scripto à nobis ad Armenios tomo, directa tuæ reuerentiæ, quæ sunt stulta & profana, & omni plena impietate, trãsferret voce Syrorũ & transmitteret vbique, & multis inconsiderato simpliciorum auditu læsionem perniciosorum suscipientibus, persuaderet sapere sicut addicatum est Dei Ecclesiæ. Quæ quando per lectionem cognoueris, festinare digneris cum omni alacritate eum compellere, tomo quidem scripto ad Armenios subscribere, vaniloquium vero magis vere monstriloquium vel quod est verius dicere Iudaicam impietatem capitulorum illorum condemnantem, viua voce & * salua manu anathematizare dementiam. (* sana) Flagitium enim est virum non manifeste ostendi, qualis est. Siquidem enim capitulorum illorum, quod non credo morbum habeat, defendat: si adest instabilibus cogitationibus Fides vel verborum tenor, quomodo duos dicit Filios, vnum quidẽ ante sæcula, alterum vero in vltimis? vel quomodo Christus alter præter Deum verbum? vel quomodo super terram visum, & hominibus conuersatum calumniatur purum aliquem, sicut vnum ex coitu natum, sed non ipsum qui est sine principio & increabilis, ad quem non æstimabitur alter, secundum Prophetam, si enim & visus est carne, sed ille erat incarnatus, (Baruch 3.) qui omni principio superior, omni vero pas-

fione liber, omni verò & translatione & immutatio- A ne alienus, qui ex Patre splenduit super sensum, & ex virgine ortus est super rationem, qui hoc quod est creabile in Deitate non admittit, & hoc quod est phantasiæ in carne reijcit: qui secundum Dei veritatem, & Deus est, & factus est homo, & illud quidē quod erat permansit, hoc vero quod factus est, saluum fecit. Hic igitur est vnus Filius vnigenitus. Sed non ita quidem peruersa mente, & cogitationis dementia capitulorum istorum genitores facti, impiorum abortiuorum & sibi perniciosorum Patres apparuerunt. Deinde si memoratus comminister Ibas cognoscit ea quæ ad destructionem legentium, & audientium euomita sunt capitula, sicut & arbitror eum prudentem constitutum, & à pueritia diuinis Scripturis nutritum, abominari ea & reijcere, confidenti voce & non erubescente fronte, quod in anima B sapit ostendat, omnia subiecta ad Armenios epistolæ capitula abijciens & calcans, vtpote diabolicæ insaniæ inuentione constituta, & omnia anathemate digna esse iudicans: vt de viro hoc verum scientes, qui hic sunt omnes, iam indiscretam considerent cogitationem ad illum habeant. Nec enim oportet, religiosissime, sicut & ipse nobis consenties, eos despicere, qui sine causa læduntur, ad deteriora impetum habentes: sed plurimam facere rationem eorum, qui scandalizantur, vt indiscretio extendatur in omnes cum concordia, horrescentes maxime terribilis-

Matth. 18. simam illam in Euangelus condemnationem, quæ pro vno humilium scandalizato infertur audentibus C

1.Tim.4. vel despicientibus. Si enim beatus Paulus exempla

ad Tit 2. bonorum operum sacerdotes esse legitime statuit, quomodo non magis fidei auctores & doctores sine

Hebr. 11. qua Deo placere impossibile est? Nam aliæ quædam virtutes vtpote ex moribus perfectionem accipientes, naturam habent ad emendationem doctrinæ: Fides vero sola, quæ est natura & ratione superior, vtpote huic propinquans quod semper est, & natura intelligibile, & inoccupabile, deprehensione, & omni virtute melior est, per hoc solum cedens charitati, quod qui creditur Deus, propter solam charitatem homo factus est. Rogo igitur studium adsit effectū. Cognosce enim, religiosissime, quod nō alij cuidam D gratificabitur memoratus Episcopus Ibas, obsecundans præsenti epistolę, quantum sibi ipsi. Habebit enim non solum eos qui nunc de ipso dubitant, admirantes eum, sed enim etiam sanctissimum nostrum Patrem Presbyterum, & Archimandritam Dalmatium nimium honorantem. & mirantem, si videat sapientem ea quæ pię Fidei sunt. Modo enim, vtpote super aliis eo vulgato, memoratus sanctissimus propter charitatem non mediocriter laceratur, quod ij qui debent in diuinonb. prædicare, in aduersis accusantur, siue zelo dicentium, siue inuidia criminantium. Propter quod & Theodotum reuerendissimum nostræ Ecclesiæ Diaconum ad tuam cum charitis reuerentiam direxi vt cognoscas, religiosissime, quod non contemptibilem, sed studiosam existimo E causæ perfectionem.

PROCLI ARCHIEPISCOPI EPISTOLA SYNODICA, ad domnum Episcopum Antiochenum, pro causa Athanasij Perrenorum Episcopi.

SAnctissimo & Deo amantissimo, fratri & consacerdoti Domno, Proclus in Domino S. Charitas sancta magnum est donum. Vin- A ciens enim ad concordiam magnus artifex Deus, naturam quam operatus in sua positione, verbo disponēte, constrinxit, vt familiares faciens alterutris passiones & mores & vnicuique eiusdem naturæ existēti, alterius mensuram per consensum compositionis insolubilem complicaret. Ea siquidem quæ procul ab effectu sunt ad corruptionem aliorum necessario perducuntur: quæ vero voluntate vnita sunt, non facile à tutela propria dilabuntur. Vnde & beatus

Ephes. 5. 1. Cor. 12. Paulus multitudinem fidelium, & continuationem Ecclesiæ, corpori comparauit, dicens. Vos estis corpus Christi, & membra ex membro, omnino prædicans multitudinis conspirationem & per cōcordiam membrorum, interdicens esse languendum in contentione, quæ bellis amica est. Cur autem hæc scribam Deo amantissime Pater, rogo paululum vt ag- B noscas. Deo amantissimus Ecclesiæ Perrenorū Episcopus Athanasius, & incredibilem simul, & audientibus non mediocriter molestam pompam defleuit, dicens clericos suos velut exutos ratione subiectionis, & putantes sibi sufficere voluntatem, vt essent sacerdotii tyranni, expulisse eum ab Ecclesia, cum ratio nulla subsisteret: & quantum ad eos attinet, in tantam vesaniam exiliisse, vt etiam damnarent eum, & operibus crederent, quia in voluntate procacium, & non in decreto regularum, consistant ordines sacerdotum, œconomos autem & curatores propria voluntate constituentes Ecclesiæ Dei, & Episcopi nomen de sacris dyptichis auferentes: & vt breuiter C dixerim, nefandissime Ecclesiasticum ordinem insinuat dissolutum, adijciens, quoniam nutriuit circa hæc istorum præsumptionem in veteribus eorum, & scelestis operibus, non rationabilibus venia data. Nā præcessoribus eius similia facientes, impetum suum ad peiora itinera cumularunt, cūm non olim pœnam dignam sustinuerint, vt de cætero haberent temperamenti viaticum. Sed tu Deo amantissime, dignatus à nobis rogatus (potes enim) tibi proprias consacerdotum infirmitates efficere, obediens præcipue B.

1.Cor.12. Paulo dicenti: Si patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra: & si quidem longe ab vrbe Antiochena ciuitas constituta est, in qua hæc diuulgata esse noscuntur, bonum est vt pro causa præfati D Episcopi, aliquem reuerendissimorum Episcoporum, ipsi vrbi vicinum, personas non accipientium ad audiendum sanctitas tua deputet. Formidat enim religiosissimum Metropolitanum Episcopum, tanquam vesanæ flammę inimicorum eius aduersus eum virtutem prębentem atque materiam. Et si quidem cōuicti fuerint, in quibus accusantur, quos inclamat, tanquam superbiam habentes Absalon, cum illum fuerint imitari, simili exemplo plectantur. Sic enim odit Deus eos, qui aduersus patres armantur, vt patrum inuasores, qui in omni mundo infamia notentur. Noui enim Deo amantissime, quoniam omnia amplectens in Christi visceribus, & compassibilitate plenus existens consolaberis senem, & lachrymas E eius tribulationis absterges, & in hoc cui odiosa sunt mala lætaberis, & sacerdotij aduersarios post conuictionem furoris iustæ, & competenti vindictæ subijcies: expelles omnem pessimam voluntatem, & communem sacerdotij pestem citiores abscindes. Nam si quis concesserit, vt præsumptoribus & inconuenienter in tantam procacitatem exilientibus, vt & Deo per Pontifices contumeliam inferre audeant, misericordia illis sine iudicio fiat, ex quibus oleum iniquitatis supplicationibus aucupetur; nihil est reliquum nisi vt fiant omnium Ecclesiarum præsules in lusum & opprobrium, & per hæc statuatur diabolicum instrumentum. Sed Deus ad hoc tuam religiositatem preordinauit, vt & iniustitias remoueas, & præsumptiones abscindas, & sacerdotio laborantibus succurras, & multis maledictionibus locum non præbeas:

beas: sed post agnitionem, ei quidem qui calumniam patitur, adiutorium feras: illum vero qui calumniā facit, si vere est calumniator abscindas. Non igitur tua religiositas arbitretur, quia tanquam adiniutiam sedis Antiochenæ, hic venit memoratus reuerendissimus Episcopus: sed metuens quosdam (sicut ait) seditionibus congaudentes, & passioni propriæ militantes, dedit ad tempus locum iræ: patientiam vero, & mansuetudinem, & iustitiam adhuc tuæ religiositatis prædicando non cessat. Nec in quolibet accusat, (absit hoc) sed supplicat opportunam in se compositionem effici. Vnde & præsentibus eum literis consolantes confidere diximus ego atque sanctissimus Episcopus & consacerdos noster Cyrillus, propter charitatem quę continetur in nobis. Habēs itaque reuerentiam scribentibus, harum literarum gerulum modis omnibus adiuuabis. Omnem, quæ tecum est, in Christo fraternitatem, plurimum saluto.

VIGILII

TRIDENTINORVM EPISCOPI QVÆ EXTANT omnia, aucta & emendata.

DISPVTATIO B. ATHANASII cum Sabellio, Fotino & Arrio.

ET ADVERSVS EVTYCHEN LIBRI V.

Hiatibus in vtroque expletis, ac recensitis studio Aud. Scott. I. Societ. Iesu.

DE VIGILIO CÆSAR CARD. BARONIVS COMMENT. IN MARTYROLOGIVM Rom. die 26. Iunij, & Tomo V. Annalium Ecclesiast.

LEgi quinque libros Vigilij aduersus Eutychen scriptos, ex quibus facilè potest intelligi auctorem vixisse temporibus Zenonis, & Anastasij Impp hoc est, ad an. Christi 500. quando aduersus Sacrosanctum Concilium Chalcedonense, & epistolam S. Leonis Papæ ad Flauianum, grauissimæ concitatæ sunt turbæ, post annos circiter, septuaginta à martyrio S. Vigilij Tridentini Episcopi qui martyr in Martyrologio Rom. nominatur, ex Vsuardo, 26. die Iunij. Si alius fuit illis temporibus eiusdem Ecclesiæ Tridentinæ Episcopus eiusdem nominis, qui & martyrio coronatus sit, vt habent alia quædam eiusdem Vigilij Acta incerto auctore conscripta, quæ sic incipiūt; *Vigilius patria Romanus*, &c. exstantque ante librum eius affixa tom. 4. Bibliothecæ Patrum: dicendum esset duos diuersis temporibus, sed eiusdem nominis fuisse Tridentinę ciuitatis Episcopos, eosdemque viros eruditos & ex eadem causa Martyres, quod non facilè quis admissurus est.

Ad Martyrem Vigilium epistolam scripsit S. Ambrosius de Institutione Episcopi, cum ille creatus esset Tridenti Episc. quæ est 24. lib. editionis Rom. Qua illud inprimis monuit, ne eius Ecclesia fieret corpus commune, gentiles Christianis admiscendo. Hoc Vigilium totis constat neruis curasse, ac nauiter impleſſe, atque eam ob caussam etiam martyrium subiisse, incumbentibus in idipsum vnà cum eo Alexandro Sisinio, & Martyrio, qui ante & ipsi, martyrio coronati sunt, quos idem S. Vigilius sepeliuit, atque eorum acta conscripsit ad Simplicianum Episc. Mediolanensem, vt testatur Gennadius de viris Illustribus cap 33. quæ acta exstant apud Lippomanum tom. 2. & Surium tom. 3. Qui Martyr vixit temporibus vt dixi, S. Ambrosij & Simpliciani, & Martyr occubuit Consule Stylicone vel primo vel secundo, qui incidit in annum Christi quadringentesimum quintum, quando non tantum Eutychis hæresis, sed nec Nestorij exorta erat. Quomodo ergo potuit hic scripsisse aduersus Eutychem, qui diu ante illum Martyr ex hac vita migrauit? Quamobrem nimis inconsulte fertur in editionibus Vigilius scriptor hic vnus idémque esse cum Martyre, cum centum propè distent annis. Martyr quadringentesimo Domini anno Consulatu Stiliconis sub Honorio Impp ponitur coronatus; Scriptor verò sub Anastasio & Zenone Impp. vtrumque tamen Tridentinum fuisse Episcop. Fuere autem plures eiusdem nominis Vigilij Episcopi. Concilio enim Agathensi in Gallia celebrato sub Consulatu Messallæ ann. Dom. quingentesimosexto, eodemque tempore S. Vigilius Episc Brixianus floruit, qui post S. Philastrium S. Ambrosij æqualem ordine septimus numeratur Episcopus. Quorum tempore illas agitatas esse contentiones de Trinitate, in Ecclesia, certum est. Meminit & Cassiodorus Vigilij Africani Episcopi, inter Ecclesiasticos scriptores clari ca. 9. de Instit. Diuin. Lectionum. Vigilius item alius Diaconus, quem tradit Gennadius cap. 51. scripsisse *Regulas Monachorum*, & ex illo Trithe. Quis autem horum hæc scripserit non audeo affirmare. Nam Gennadius cap. 39. & Honorius Augustodunensis, cum agunt de Vigilio Tridentino, qui ad S. Simplicianum, de martyribus illis trib. libellum conscripsit, recensentque eius scripta; nullam prorsus faciunt mentionem, de libris contra Eutychen scriptis, ponuntque inter scriptores sub Honorio Impp. claros, etiam ante S Augustinum. Hæc fere Baronius Comment. in Martyrologium Rom. die 26. Iunij, qui & to 4 & 5. Annalium Ecclesiasticorum in S Athanasij rebus gestis *disputationem inter Sabellium, Fotinum, Arrium, & Athanasium*, non esse Athanasij censuit, nunc Vigilij esse constat inter eruditos qui contra Eutychen libros 5. scripserit, & Episc. Tridentinus fuisse credatur.

Ex Rob Cardinale Bellarmino Lib. de Scriptorib. Ecclesi, in Athanasij Operibus.

DIsputatio cum Arrio Laodiceæ habita, non potest esse Athanasij vera disputatio. Dicitur enim habita anno secundo Constantij, & tamen introducitur Athanasius Diaconus disputans cum Arrio presbytero, at ex historijs constat Athanasium factum esse Episcopum Alexandrinum anno 21. Constantini Magni. Præterea Arrius obijt morte turpissima anno 31. Constantij omnium consensu, quomodo ergo disputaturus adducitur anno secundo Constantini. Denique in hac disputatione mentio fit Fotini heretici, quasi ab ipso Arrius hæreses didicisset. Et Fotinus posterior Arrio fuit, vt ex S. Hieronymo colligitur lib. de Script Eccles. Denique videtur omnino hæc disputatio dialogus ille esse, quem à se scriptum fuisse Vigilius Episc. Tridentinus testatur lib. 5. contra Eutychem.

Ex apparatu sacro P. Antonij Possonini in Vigilio.

VIgilij epistola, quæ fertur esse scripta ad Theodoram Augustam, pluribus nominibus spuria, non autem fœtus Vigilij quisquis ille fuerit quod docet Baronius tom 7 Annalium Eccles. ad ann Dom. 538 Siluerij autem Papæ secundum. Supposita existimatur ab aliquo Eutychiano. eoque sub imperio, & nomine Vigilij ab hæreticis scriptas fuisse litteras ibidem Card. docet, & acta Synodi sexta sectione, act. 5. (tom 2. Conciliorum) testantur.

Ex Ind. Roman. expurgatorio, Magistri sacri Palatij, in Vigilium.

CErtissimum est S. Vigilium Episcopum Tridentinum, & martyrem, qui inter Sanctos relatus est in Romano Martyrologio 26. Iunij, vixisse temporibus S. Ambrosij & S. Simpliciani Episcoporum Mediolanensium, & tempora Arcadij, & Honorij non excessisse; nam eius acta à Chutterio edita diserte affirmant sanctos martyres Anaunenses, Sisiniũ, Martyrium, & Alesandrum Vigilij tempore passos, & Gennadius de viris illustribus c. 37. ait Vigilium scripsisse libellum, & epistolam continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum; *extatque ipsa Epist. Vigilij Episcopi Tridentini apud Lippomannũ to. 2. & Surium to 3 29. May.* in qua breuiter exponitur martyrium prædictorum Martyrum Anaunensium: & ipse satis in eadem epistola indicat, suo tempore illos consummasse martyrium; Constat autem Martyres Anaunenses tempore Honorij Imperatoris occubuisse, *vt palam affirmat Romanum Martyrologiũ 29. Maij & S. Augustinus epist. 158. S. Gaudentius serm. dedicat. Basilica dicta, Concilium Sanctorum, & Paulinus in vita S. Ambrosij.* Acta sanctorum Martyrum apud Mombritium consignant eorũdem nobile certamen, primo Stilichonis consulatu, qui secundum veriorem chronologiam incidit in annum Domini 400. & Honorij VI.

His accedit, quod Vsuardus in suo Martyrologio scribit S. Vigilium Trident. Episc. passum sub Stilichone Consule, & si non de primo, sed de secundo Stilichonis consulatu id capiendum, incurrit is in an. Christi 405 & Honorij II. Insuper tempori quoque congruit, quod Gennadius eam epistolam de nece Martyrum Anunensium à Vigilio Episcopo Tridentino conscriptam refert ad Simplicianum, quẽ fuisse celebrem illum S. Simplicianum Mediolanensem Episcopum, optimis coniecturis viri eruditi affirmant: Sicuti quoque hũc eundem fuisse Vigilium, ad quem S. Ambrosius lib. 3. epist. 24. de institutione Episcopi egregie rescripsit, æquè docti consentiunt. Cum igitur ex his omnibus luculentissime demonstretur tempora Honorij Imperatoris, haud superasse S. Vigilium Episcopum Tridentinum, & Martyrem, qui obsecro floruisse potuit tempore Anastasij Imperatoris, qui Imperium exorsus est circa annũ salutis 490. iuxta veriores fastos? aut quomodo contra Eutychen scribere quiuit, qui impiam heresim propalare cœpit circa extremum Theodosij iunioris imperium, ad annos iuxta certiorem chronologiam, fundatæ Redemptionis 448 cum quando S. Vigilius obijt, ne dũ Eutychetis, sed neque Nestorij exorta fuerat hæresis? Nimium planè perspicuum videtur ostensum, Auctorem horum librorum contra Eutychen esse non posse S. illum Vigilium Tridentinum Episcopum, & Martyrem, de quo diximus; Quin Gennadius, Honorius, & alij, cum percensent scripta Vigilij Tridentini huius aduersus Eutychen commentarij nullam mentionem faciunt.

Equidem scriptor huius aduersus Eutychen Operis, videtur claruisse sub Imperio Zenonis, & Anastasij quando aduersus Concilium Chalcedonense, & epistolam S. Leonis ad Flauianum grauissimę concitatę sunt turbæ, *vt apparet ex fine libri 3. & initio quinti.* Quod si quis asserat alium Vigilium Episcopum Tridentinum, & Martyrem diuersum ab illo superiori, vixisse sub Anastasio, qui contra Eutychen scripserit, vt manifestè refelli non poterit, cum id non sit factum impossibile, & sæpe contigerit in eadem Ecclesia diuersis temporibus plures eiusdem nominis extitisse Episcopos: ita nullo certo Auctore, aut probabili coniectura id astrui queat.

Quætenus igitur alius Vigilius, cui hic contra Eutychen commentarius tribui possit: & vero multos licet reperire Vigilios, qui intra centenarium annorum à morte S. Vigilij Tridẽtini Episcopi, & Martyris, vel paulò post vixerint, & aduersus Eutychen scribere rectè potuerint; In concilio Agathensi in Gallia sub consulatu Messalæ ann. Dom 506. celebrato subscriptus habetur quidam Vigilius Episcopus. Circiter eadem tempora vixisse S. Vigilium Episcopum Brixianum, septimum à S. Philastrio, eiusdem sedis Antistite, compertum habetur, de quo agit Romanum Martyrologium 26. Septembr. Meminit & Cassiodor lib. 1 Diuinar. lect. ca. 9 cuiusdam Vigilij Africani Episcopi, qui commentaria in Apocalypsim ediderit: sed & Gennadius cap. 15. refert Vigilium quendam Diaconum composuisse Regulas Monachorum. An verò alicui ex istis, vel potius alteri cuius Vigilio hoc opus contra Eutychen adscribendum sit, haud potest certò statui. Hęc igitur hoc loco opportunè adnotata sunto, qui vberiora de his cupit, *videat tom. 5. Annal. Ecclesiast. Ann Christi 400. & notas ad Rom. Martyrolog. 26. Iunij*, vbi omnia ista summa cura elucidantur.

G. C.

DE B. VIGILII SCRIPTIS.

CVM nuper B. Vigilium aduersus Eutychen legendo ad quintum librum ventum esset, in quo sub initium hęc verba continentur, *Et quanquam de conciliorum diuersis sanctionibus & nominum religioso additis nonitatibus plenissime in his libris, quos aduersus Sabellium, Fotinum & Arrium sub nomine Athanasij tanquam si præsentes cum præsentibus agerent, vbi etiam cognitoris persona videtur inducta, conscripsimus.* His lectis attentius substiti, eamq; orationem bis terve legendo repetij: quod cum fecer, statim mihi visus est auctor eum librum quasi digito demonstrare, qui sub *Athanasij* nomine operibus Athanasij hactenus, quanquam mutilus & imperfectus atque adeo deprauatus, insertus legitur, id quod mecum omnes, qui aliquando in eum inciderint, & hæc *Vigilij* verba contulerint (modo communi sensu sint præditi) iudicabunt. Eum sanè cum aliquando legissem, facilè quidem fuit animaduertere, non esse illum magni illius & incomparabilis *Athanasij*, cum nec stylus congrueret, nec temporum ratio vllo modo conueniret: nam constat Arrij mortem Constantij imperium antecessisse, sub quo hæc disputatio facta inducitur. Magis autem posterioris ætatis Latini alicuius hominis Rufinum secuti, (qui Arrij vitam vsque ad Constantij imperium falso produxit,) esse videbatur. Rursum cum inter legendum grauis alicuius & neque indocti neque lectione indigni esse appareret, summopere gauisus sum, quod eius auctorem agnoscere, eique amissam propemodum & alieno domino ascriptam possessionem post longum tempus restituere licuerit. Cur autem à nemine id

B. Athanasio falso ascriptus libellus.

ante

A ante hoc obseruatum sit, in caussa esse puto, quod in vulgatis manuscriptis, tum typis expressis exemplaribus, tota ea quæ cum Sabellio & Fotino habita est altercatio sit prætermissa. commode autem in manus nostras manuscriptum exemplar venerat, quod præter Athanasij & Arrij etiam Sabellij & Fotini negocium aliquot paginis in alijs prætermissum, * continebat. Quare omnis dubitandi caussa semel ablata videbatur: restabat tantum scrupulus vnus, quod se *libros* non *librum* scripsisse Vigilius asserat, sed fieri potest vt in duos aliquando libros hoc opusculum diuisum fuerit, atque ab alterius diei disputatione, (quæ in nonnullis exemplaribus diuisim collocata est,) alterius libri initium extiterit, ac postea à librariis tanquam vnius libri scriptio continuata sit. Certè qui *aduersus Entychen* extant libri quinque, si singuli cum altera huius opusculi parte quæ vnius vel alterius diei disputationem continet, conferantur, breuiores apparebunt: Accedit his, in quo non leue momentum est, quod tanta sit styli cōuenientia & similitudo, vt non ouum ouo similius reperiatur. Quare amplius hac de re non relictus est ambigendi locus. Video autem hunc Vigilium, quamuis fortassis in Arrij & Athanasij personis, quos fieri potest vt Rufinum secutus, simul in Constantij tempora incidisse existimans, decorum temporis se tenuisse putauerit (Nam quamuis præter Sedulium, Socrates & Sozomenus alterius cuiusdam Arrij meminerint, apparet tamē totam orationem ad notum illum & celebrem Arrium hæresis illius auctorem referri.) Atque idem in Fotini persona fieri potuit, qui suam imperante Constantio Sirmij Illyriæ, cuius ciuitatis Episcopus erat, hæresim excitauit. In Sabellio tamen rationem temporum minimè obseruasse, aduersus quem Dionysium Corinthiorum Episcopum, (qui Stephani & Cypriani ætate fuit,) Eusebius scripsisse testatur, nonaginta circiter annis ante Constantij imperium. Quare necessum erit vt in Sabellio Sabellianus aliquis intelligatur, aut temporis rationem in hoc vno ab eo neglectam esse fateamur. Sed apparet alibi quoque auctorem huna decori personæ (quamuis citra vllam fidei sanæque doctrinæ iacturam) minus obseruantem fuisse, cum videlicet ex persona Athanasij B. Ambrosij meminerit, ac Palladij in Aquilegiensi synodo Arianismi damnati, quem Palladium aduersus Ambrosium post eius mortem scripsisse, seque Palladio eidem libello vno respondisse commemorat quę sane Athanasio minimè conueniunt, cum is vita prius excesserit, quàm Ambrosius episcopatum inierit. Illud tamen certum est, hunc auctorem quamuis dictione, si superiora vel pręsentia tempora respicias, asperiorem paulo & impolitiorem, tamen eloquentiæ genus quod tunc in vsu erat, verbis illud quidem nonnunquam sordidius & putidius, compositionis tamen elegantia & numerorum venustate non penitus aspernandum feliciter assecutum fuisse: eruditione certe rerum sacrarum & ecclesiasticorum dogmatum, argumentorum soliditate, rationum firmitate, sententiarum grauitate & orationis vehementia nulli in hoc genere scriptorum inferior extitit, quamuis id cum reliquiis quoque Ecclesiasticis scriptoribus (quo sanè honori illorum nihil detractum velim) commune habeat, quod in disputatione aduersus hæreses magis laborarint, vt multa testimonia congererent, quàm vt aptissima quæque deligerent, & vt aduersarium etiam pondere & multitudine argumentorum obruerent, non tantum acumine & firmitate configerent: qua in re id incommodi accidit, quod aduersarij neglectis firmioribus & solidioribus testimoniis & argumentis ex ijs, quæ leuiora & nonnunquam ad rem ineptiora erant, reliqua omnia æstimauerint, & caussæ suæ fiduciam, tanquam

* Vt & Pithoei cod. plura cōtinebat, lib. 5. aduersus Eutychen.

Socr. lib. 1. c. 25 Sozo. 2. cap. 26. Theod. 1. cap. 14.

Lib. 7. c. 4. Eccl. Hist.

Ecclesiastici quidā in Hæreticos scriptores.

quę firmis rationibus conuelli non possit, maiorem conceperint. Quare satius esse videtur paucis iisque firmis & certis quam multis, (ex quibus nonnulla leuiora & infirmiora sint,) armis aduersus hoc hostium genus certamen aggredi. Illud tamen commodi nos in horum auctorum lectione consequimur, quod ex magno argumentorum & testimoniorum aceruo, quem nobis illorum scripta subministrant, aptissima quæque & firmissima nobis deligere, & aduersus similes hostes, quales illi experti sunt, proferre & torquere liceat: quod etiam in hoc auctore vsu venit, in quo electu quodam opus esse non inficior, quod a mediocri prudentia prædito Lectore facile præstari potest. Visum itaque mihi fuit hanc B Athanasij disputationem, nunquam antehac integrè, quod sciam, editam, nec in auctoris sui nomine euulgatam, vnà cum *quinque aduersus hæreticos, Eutychen præsertim libris*, simul in publicum emittere, vt omnia, quæ quidem extare puto, huius viri de Orthodoxa fide optimè meriti, opera simul iuncta aliquando prostarent: atque id maximè cò me adduxit, quod hisce nostris temporibus eos accommodatissimos esse viderem, cùm, proh dolor, eædem propemodum hæreses, cum quibus vir ille ætate sua confligebat, nunc resuscitatæ, & quasi ab inferis reductæ videantur. Quare in hac calamitate, eo tamen nomine Ecclesię congratulandum est, quod cùm veteres & aliquot sæculis ignoti morbi, aliquot Ecclesiæ membra inuaserint, diuina tamen C benignitate factum sit, vt pharmaca & medicamenta ad eos morbos curandos apposita a veteribus, & eius curationis peritissimis viris suppeditata, rursum in lucem proferantur.

PRÆFATIO INCERTI AVTHORIS IN SEQVENTEM LIBELLVM.

CVm in manus strenui lectoris, beatissime Papa Materne, liber iste à Catholico sacerdote & probatissimæ vitæ beato Athanasio, contra hęreti- D cos, *Sabellium Fotinum, & Arrium* disputatus peruenerit, illicò respondebit: Et quo modo fieri potest, vt cum sancto Athanasio successore beati Alexandri Episcopi habuerit Arrius conflictum, cùm constet eum, sicut in ecclesiastica historia legitur, turpissima morte, id est, exemplo Iudæ traditoris Domini nostri Iesu Christi fuisse fusum: vt quod fœtida mente conceperat, fœdo terminaret fine. Sed si illud recolat, quod in Chronicis suis beatæ memoriæ Sulpitius Seuerus posuit dicens, *Duo Arrij, tanquam duo serpentes, ex vno ore sibilabant*: duos Arrios fuisse, euidenter reperiet. Vnde intelligitur, aut cum Arrio superstite, non cum illo, qui fusus est, aut cum aliquo Arsomanita, sanctum *Athanasium* habuisse conflictum. Quapropter oportet vt al. arionita E hæc, opus vt credimus à Deo impletum, à catholicis sæpius relegatur, vt cognoscant, quomodò hæreticorum possint vitare venena, & fidem suam absque vlla hæsitatione, (Deo auxiliante) valeant custodire.

DISPVTATIO INTER SABELLIVM, FOTINVM, Arrium, & Athanasium, de Christo Domino nostro, & fide sanctæ Trinitatis, Vigilio Episcopo Tridentino authore.

CVM apud Nicæam vrbem, à trecentis decem & octo episcopis, ex euangelicis, apostolicisque doctrinis, spirituali vigore præditis, fides ecclesiæ confirmaretur: ibi Arrij perfidia, Constantino Imperatore præsente, detegitur. Et cùm eius perfidiæ dogma, eorundem episcoporum sententia refutaretur: Arrius ab Ecclesia separatur, ne tam impia doctrina diu in ecclesia latens, cunctorum insereret mentes. Sed vbi imperator comperit integram ab episcopis fidem ecclesiæ, vt est ab Apostolis tradita: sanctiùs confirmari præcepit, eundemque Arrium, vt rebellem sacræ fidei, exilio relegari. Sed sicut Euam serpens in paradiso doloris persuasionibus laqueauit: ita quoque Constantiam germanam eiusdem principis, per quendam satellitem, Arrij perfidia irretiuit, & latuit in ea virus diaboli, donec tempus erumpendi, quo eam repleuerat, inueniret. Cum igitur vltimo sui obitus die, frater huius visitatione perfrueretur: statim ab ea, innocenti fratri pomum veneni, verbo porrigitur, & ilicò exemplo primi hominis, nescius per transgressionis viam dilabitur. Qui viperinis postulationibus sensum accommodans. Arrius enim qui dudum ab eo tanquam sacrilegus fuerat relegatus: ad necem fidelium animarum de exilio reuocatur, & fidem suam principi callidis seductionibus pandens, frustrà se affirmabat ab episcopis fuisse damnatum. Ea scilicet causa, idem imperator præcepit apud Alexandriam synodum congregari: vt si vera eius assertio doceretur, venia post sententiam subsecuta, ecclesiæ redderetur, & vt omnes de eius correctione gaudentes existerent, & exinde ad ædificationem Hierosolymitanæ ecclesiæ pacatiùs pergeretur. Denique cùm causæ eius ab episcopis diutiùs cunctarentur: idem Constantinus Imperator in suburbano quodam, cui Nicomedia nomen est, finali ordinario iudicio, tricesimo primo imperij sui anno, diem clausit extremum. Quam ordinationem prædicto satelliti tradidit, Constantio reseruandam. Qui, dum post sui genitoris obitum adueniens suscepisset imperium, sicut à Constantino delegatum fuerat, ab eodem, Constantio testamentum contraditur. Qui ob huius rei gratiam, in tanta apud eum familiaritate, idem presbyter est habitus: vt iam non presbyter, sed pater imperij vocaretur. Et qui ob imperandum, imperator fuerat eleuatus: sub huius presbyteri imperio videbatur addictus. Ad cuius iussionem, Arrius est ecclesiæ reuocatus. Cuius doctrinam, rudis princeps impiis sensibus retinens, fidem Catholicam respuit, & à paternis traditionibus sacrilego more discessit. Qui temporibus suis, non leuem ecclesiæ Dei vel sacerdotibus insecutionem intulisse videtur. Quo etiam tempore plurimos martyres multosque fecerat confessores. Alios quoque effossis oculis, ac pluribus amputatis, semiuiuos reliquit. Nonnullos verò rabido furore arreptus insaniæ, ex propriis sedibus relegando, damnauit, in quibus domini dictum videtur esse completum; Si me persecuti sunt: & vos persequentur. Hic igitur, priusquam Arimino vel Seleucia ex vniuerso orbe, dolo congregaret domini sacerdotes, totum, vnum facere cupiens. iudicem quendam nomine Probum, sua auctoritate suffultum, arbitrum inter eundem Arrium atque Athanasium adesse, præcepit. Illum vtique quem fidelem in regno suo, & omnium mundarum literarum artiumque præ cæteris hominibus probauerat eruditum. Qui omnibus curis publicis procul amotis, iniuncta sibi, omni celeritate maluit adimplere: vt & iussis imperialibus pareret, & fidem veracissimam suo examine comprobaret. Hocitaque, cum apud Laodiceam vrbem Syriæ, secundo Constantij imperij anno venisset: pro tribunali in auditorio sedens turbis hinc atque inde adstantibus, Arrium atque Athanasium his alloquitur verbis: Gloriosi atque pijssimi Imperatoris Constantij sacra commonitus, præcepti inter vos fidei negotium ventilari. Athanasius dixit: Et quis tam vecors, audeat principalia præcepta abouere? Probus iudex dixit: Ergò venerandi Augusti sacra * relegatur. Et * recitauit ita.

al. infecerit. — al. delabitur. — al. secundo. — al. in ecclesiam. — Ariminum vel Seleuciam. — * al. legatur. — * al. recitata est.

EPISTOLA CONSTANTINI AVGVSTI.

CONSTANTINVS CONSTANtius pius, perpetuus victor ac triumphator semper Augustus, Probo iudici salutem.

DIuino munere, paternum adeptus imperium: illud est nobis primitus enitendum, vt hæretica conuersatione deleta, sacræ se nostræ fidei conuocatum orbis gaudeat vniuersus, quoniam qui de peruerso itinere conuertit impium, saluat animam eius, & suorum cooperit multitudinem peccatorum. Et quoniam nunc plerosque reperimus huius sceleris socios, hanc perfidiam ritu sacrilego percolentes, asserentes se integram fidei regulam retinere, non solum sunt homines impia seductione fallentes. Verumetiam ingenitæ maiestati blasphemantes, & filij creatam substantiam eius diuinitati iungentes. Monemus itaque, vt nostræ mansuetudinis auctoritate percepta inter Arrium venerabilem presbyterum, & Athanasium eiusdem auctorem erroris * Episcopum, huius negotij examen facias agitari, præcipuè * suademus, vt animi peruersitate deposita, veræ fidei ac probatæ colla submittant, ne nostræ pietatis ac mansuetudinis præcepta, solita temeritatis audacia contemnentes, ad grauem nos prouocent iracundiam. Et licet huius fidei munus necdum perceperis: sapientia tamen, qua præ cæteris polles, cuncta te credimus posse sine cuiusquam susceptione personæ fideliter definire, Deo plus quàm homini placiturum (& alia manu) optamus te bene valere. Data Constantinopoli, duodecimo die Calend. Ianuarij. Cumque recitaretur. Probus dixit: veneranda principis sacra, quæ lecta est, gestis indatur. Et adiecit: perspiciens in idolorum cultura, nullam veri numinis consistere maiestatem: Christianis memetipsum dogmatibus subijcere volo, quibus adstruitur vnus & verus Deus esse, qui vniuersa, quæ videntur & quæ non videntur, virtute verbi sui creauit. Et quoniam cum plures, Christiani nominis titulo censeantur, & à veritate eius fidei procul aberrare dicantur, diuersa scilicet sentiendo, & varia dogmatum instituta sectando, scite nunc magnopere desidero, quæ sit recti dogmatis fides, cui remotis omnibus

al. iniuriam irrogantes. — * al. Diaconus. — * al. suadeas. — al. sub die duodecima. — al. recitata esset. — al. diuersa & varia dogmatis instituta sectando.

A omnibus dubietatis ambagibus, tenaciter inhærere queam, ne erroris cœcitate exui cupiens maioribus tenebratum erroribus implicer, si passim & sine vllo examinis discrimine, alicuius sectę, quæ primò occurrerit, imitator existam, quæ vtrum praua sit nec ne vel veritate suffulta, ignoro. Et ideo si placet, imò quia placere debet, vnusquisque vestrum in cōspectu nostro, fidei suæ sententiam pandat: vt examinatione habita, quæ firmior cunctis & verior reperta fuerit: hanc omnes iure credamus, & hanc indubitanter, spreto falsitatis errore, sequamur. Omnes dixerunt. Quomodo tibi tanti mysterij secreta committere possumus, & rei inexpertæ arbitrium collocare: cum necdum gentilitatis maculas, veri dogmatis perceptione, ablueris? Probus iudex dixit. Hoc

al. huic.

B est vtique, quod totis viribus cognoscere cupio, quid sit rectum & veridicum dogma, in quo, me oporteat occulti mysterij sacramenta percipere. Nō enim modò profunda mysteriorum arcana mihi patefieri desidero: sed illa nunc mihi flagito demonstrari, quę in vestra fide extrinsecus habentur, & publicè prædicantur, id est, quod vnus idemque verus sit Deus visibilium & inuisibilium conditor rerum. Et quia hoc vos vno ore profiteri non nescio, quid causæ extiterit, vt in tam varias diuidamini sectas, vt quæ sit vera, quæve falsa, intelligi omnino à nobis non possit, priusquam vestro certamine, digno patientiæ moderamine habito, quid sit congruum, diligentius cognoscamus. Athanasius dixit: Cum sis omni literarum genere imbutus, & philosophicis

al. quæ sint vera.

C disciplinis admodum eruditus, mirari vsquequaque non debes, plurima penes nos & varia nouitatum dogmata extitisse, cum & apud vos tot sententiarum nouitates emerserint, quot penè nomina continentur auctorum. Nam cum tres sint in mundo, Iudæorum, paganorum, & Christianorum religiones, multis & longè diuersis sententiarum diuersitatibus, vnaquæque religio à seipsa desciscens, in varias proprię institutionis sectas diuisa est: dum vnusquisque suauitate recentioris sententiæ non veritatem, sed veritatis similitudinem præferentis, illectus, antiquitus à patribus traditam lineam derelinquit, eò irremeabiliter per auia oberrans, quò nouitate pro vetustate vtitur, tanquam antiqui limitis & à patribus traditi viam incedens, aut enim

al. discedēs.

D multum sentit, aut minus credit, & ideo medium & regium iter incedere nescit. Hæc ideirco præfatus sum: vt tibi clarissima explorandæ veritatis indicia demonstrarem, vt agnoscere facillimè queas, illum prauitatis errore inuolui: quia prisca Apostolicæ fidei instituta derelinquens, ipse sibi pro suę voluntatis arbitrio, fidem, quam sequi debeat, somniat. Arrius dixit: Optimè Athanasius errorem perfidiæ in adiectis & nuper inuentis rerum nouitatibus consistere profitetur, Apostolico in hoc ipsum congruente testimonio, quo ait: prophanas autem vocum nouitates deuita. Vnde obsecro: vt ab hoc inquisitionis tramite non recedas, diligentius atque attentius inuestigando, quis nouo, quisve antiquo

al. fidei sacramento.

E vtatur testimonio. Probus iudex dixit, vt hęc quæ asseris facillimè innotescant, & ad lucem veritatis, remota omni ambiguitatis caligine, veniant, antiquæ fidei regulam pandite, & ita, vt est ab Apostolis tradita, nostris auribus intimate. Omnes dixerunt, *Credimus in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius Dominum nostrum, & in spiritum sanctum.* Hæc est fidei nostræ regula, quam cœlesti magisterio Dominus tradidit Apostolis dicens: Ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Probus iudex dixit: Magno miraculi stupore attonitus hæreo, tres à vobis Deos prædicari conspiciens, à quibus ad

A vnius Dei singularis potentiæ maiestatem confugiendum esse credideram. Vnde quæ sit huius rationis fides, vel quid ista trium rerum, triumque vocabulorum nomina indicent, quæso nos breuiter informare dignemini. Sabellius dixit, planè à nobis tres prędicari Deos non audisti, sed credere nos in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, sicut nobis ab Apostolis traditum, simpliciter professi sumus. Cum enim patrem nominamus, non alium patrem, alium nolumus intelligi filium, sed hunc eundem & patrem & filium prædicamus. Deus enim ineffabili virtutis potentia, quæ omnia implet, Mariæ Virginis vterum implens, atque ex se ob humana piacula expianda, carnalis materiæ substantiam sine sui immutatione suscipiens visibiliter sese huma-

Sequentia hactenus desiderata fuēt.

B nis obtutibus demonstrauit, & in eo ipso homine, quem assumpsit filius nuncupatur; cum non alius atque alius, sed idem pater intelligatur, & hac ratione vnum Deum colimus, non alium vt dixi atque alium intelligentes, sed hunc eundemque vnum & verum profitentes. Fotinus dixit: Impiè Sabellius professus est, Deum patrem per virginem natum, nescio quod protensionis virium tantæ ingerens maiestati, vt per id quod extensus in virgine, ipse sibi pater ipseque sit filius, quod nullus Christianorum ei concesserit. Vnde magis ego dico, Deum patrem filium habere Dominum Iesum Christum, ex Maria virgine initium sumentem, qui per sanctæ conuersationis excellentissimum atque inimitabile beatitudinis meritum, à Deo patre in fi-

Fortè immutabile.

C lium est adoptatus, & eximio diuinitatis honore donatus. Cæterum Deus inuiolabilis & immensus, nec ex se alium genuit, nec ipse vnquam genitus fuit, vt merito aut de se filium haberet, aut ipse sibi filius esse credatur. Sed est vnicus & singularis, nec generando passioni obnoxius, nec seipsum protendendo cumulatus, nec suam in virgine portionem deriuando, diuisioni subiectus. Arrius dixit: Ego enim confiteor, ingenitum patrem ante omnia tempora ineffabiliter filium genuisse, per quem & in quo visibiles creaturas atque inuisibiles fecit, qui nouissimis temporibus propter humani generis salutem à patre missus verum hominem gestauit in mundo, quem inuiolabiliter de virgine Maria sine

al. pudoris.

D humani generis permixtione suscepit. Qui cum sit creaturæ suæ dominus: non potest tamen genitori suo, aut in omnibus conferri, aut in aliquo coæquari, quem & Deum & suæ originis profitetur auctorem, nec tamen ideo duo dij, quia & hic Deus, nec ideo non Deus, quia solus pater Deus: sicut non ideo non bonus, quia solus pater bonus: cum sit & filius non solum bonus: sed & bonorum creator. Et sicut ei non adimitur vt bonus sit, cum solus pater ipsius filij professione sit bonus: sic ei non aufertur ne Deus sit, cum solus pater sit Deus. Et sicut bonitas filij non præiudicat singularitati paternæ bonitatis: sic deitas eius non officit patri, ne vnicus ac singularis sit Deus.

E Et hoc modo vnum profitemur Deum, non negando, vt dixi filium Deum: sed penè solum patrem vnius diuinitatis auctorem constituentes. Athanasius dixit: Bene patrem ex se filium ineffabiliter ante omnia tempora genuisse, Arrius sua professione definiuit: sed vtrum, filium ex ipsa patris essentia vel natura, an aliunde genitum velit adserere, hæc in sua prosecutione reticuit. Ego enim, patrem & filium & Spiritum sanctum vnius substantiæ, vniusque naturæ esse, confiteor: ita vt non ex nihilo neque ex aliquo, sed de patre filium genitum, & de patre spiritum credam procedere sanctum. Et licet tres in proprietate sua subsistentes profitear esse personas, horum tamen vna

al. peaes.
al. auctoritatem.
al. interim.

Iii iiij

natura, vnaque diuinitas comprobatur. Probus iudex dixit: Quanquam hæc varia & longè dissimilis sententiarum vestrarum diuersitas, magnam confusionis caliginem nostris mentibus incutiat, tamen vt cito his ambagibus exuamur, & vt quæ sit veræ fidei professio, cognoscamus: dignamini euidentioribus diuinæ scripturæ testimonijs, adsertionum vestrarũ sententias communire, & ne longo orationis ambitu ipsius permistæ disputationis diffusione procul euagemini, singillatim vnusquisque vestrum aduersus cæteros dimicet: ita vt omnes contra vnius sententiam arma sumentes, in his, quæ vobis esse communia nostis, contra dissentientem vobis inuicem suffragemini. (al. confusione.) Porro, si fidei tui commune habetis, suis vnusquisque nitatur professionibus: vt facile clarescat, vtrum in his, quæ in alio damnat, ipse B penitus non impingat. Si placet igitur, cum Sabellio iste conflictum, & ille contra vos suas vendicet partes: ita vt si eum superare poteritis, victus abscedat. Post quem Fotinus sese certamini dare debebit, & suam veridicis tueri testimonijs fidem, contra quem, omnem conflictionis aciem confirmare debetis, vt si huc cesserit superatus, disputationis locum cæteris sequentibus derelinquat. Ea hoc arbitror nos ad indaginem veritatis posse quantocius peruenire. Permittatur itaque vt dixi, Sabellius suam fidem documentis cœlestibus approbare. Sabellius dixit: Quoniam me cum omnibus congredi præcepisti: respondeant, vtrum simplicis naturæ Deum esse, fateantur. Arrius dixit. Quis hunc impius negauerit? Sabellius dixit: Respondeant etiam: vtrum omnia quæ de Deo C dicuntur secundum substantiam accipienda sint? Arrius dixit: Ista nostræ fidei propria esse noscuntur. Fotinus dixit: Assentior cuncta de Deo secundum substantiam dici. (al. essentiã.) Athanasius dixit. Non temerè pronunciauerim vniuersa quę de Deo dicuntur, secundum substantiam debere accipi, propter nonnullos relatinos nominum casus, secundum vsitatum humani sermonis eloquium prolatos, qui non propriè Deo, sed personis & temporibus vel quibuscunque rerum generibus coaptantur, id est, cum se nescire dicit, vel cum se iterum cognouisse fatetur, aut cum rerum à se factarum pœnitudinem gerit, & nunc se iratum, nunc placatum ostẽdit. Quę omnia si secundum essentiam velimus accipere: passibilem sine dubio & improuidam diuinam profitebimur esse natu- D ram, in qua aut ignoratio aut ea tempore orta cognitio cadat, quam & tristia pœnitendo conficiant, & læta subleuent vegetando. (al. cogitatio. al. tristitia.) Quod quid aliud erit: nisi mutabili, perpeti & instabili mobilitate huc illucque defluere? Vnde manifestissimè comprobatur: non omnia de Deo secundum substantiam debere dici: sed aliquanta dispensationi respondentia: non naturæ eius cõuenientia certò certius profiteri. (al. lætitia. al. intelligi. al. profitemur.) Probus iudex dixit: Licet sufficienter & doctius laudabili breuitate, responderis. (al. laudabiliterque.) Non omnia de Deo secundum substantiam dici, latius tamen hæc à te audire desidero: cum tui loci disputationis tempus adfuerit. Nũc interim (vt ante fatus sum.) Sabellius vt cœperat, prosequatur. Sabellius dixit: Fidei nostrę professio, vt superius dixi, hunc eundemque patrem E & filium prædicat Deum, ne gentili errore duos Deos adserere conuincamur, si alius pater, alius à nobis filius prædicetur. Vnde ex his ipsis, quæ à non intelligentibus, vel minus sentientibus, aduersa nobis esse putantur, apertissimè demonstrabo, summi atque omnipotentis Dei vnam esse personam. Nam, quid aliud est, pater in me manens facit opera, nisi ego in me manens facio opera? (Ioan. 14. 6.) *Et qui me videt, videt & patrem*, id est, ego sum ipse pater qui filius, vt per vnam diuinitatis contemplationem vnam intelligas esse personam? Sed etiam quia ait: (Ioan. 10. 38. Isa 41. 22. & 46. 9.) *Ego in patre & pater in me?* vel quod Esaias ad eundem loquitur, *in te* A *est Deus, & non est Deus præter te*, id proculdubio manifestius voluit indicare, sine alterius permixtione personæ, in seipso ineffabiliter permanere. Si enim, vt ipsi quoque concedunt: & vt superius fassi sunt, simplex est diuina natura: non fieri potest, vt vel ipsa intrinsecus vacua, alterius in se naturæ personam cõtineat, & ipsa vicissim contineatur ab altera. Necesse est enim vt se ipsa aut minuendo contrahat, aut euacuando exinaniat, aut dilatando diffundat: quoniam receptorum vel recipientium conditio ista est: vt aut recepturus spatio dilatetur ad alterum recipiendũ: aut recipiendus, contractione aliqua minuatur: vt intra euacuatam ad suscipiẽdum se, naturam valeat contineri. Quæ quoniam tam impia tamque absurda, simplici illi & ineffabili naturæ congruere minimè possunt: id sine dubio restat intelligi, vt vnus B idémque in seipso manens, de seipso singulariter dicere videatur: *Ego in patre & pater in me*. Et, *qui me, videt, videt & patrem*: (Ioan. 10. 38. Ioan 48.) ne si de duobus dictum accipere volueris, duos nihilominus Deos separatim distinctos adserere conuincaris. Aut si ita eos in se inuicem permanere defendis: vt horum vnam dicas esse naturam: nescio quam personarum deformitatem, portentui alicui similem, ea vnius rei initio pertinentem: aut in vnius naturæ substantia confusius & permixtius habitantem videberis profiteri, & hac ratione simplicem & intemeratam diuinæ virtutis naturam indignis compositam qualitatibus defensare. (al. positio.) Recurre magis ad illa singularia cœlestium præconia sanctorum, quibus vnius in vna persona manentis, diuinitas prædicatur: vt Moyses admonet, di- C cens: *Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est.* (Deut. 6. 4.) Quod & ipse quoque Deus in Deuteronomio contestatur: *Videte videte, quoniam ego sum Deus, & non est alius absque me.* Et iterum: *Testes vos estis, si est alius Deus præter me.* Non debemus tantæ auctoritatis cœlitus nobis sentẽtiam depromptam, alterius Dei confessione frustrare, ne in nostri perniciem tãti præconij cassantes imperium, debita deorum cultoribus subeamus tormenta. Probus iudex dixit. Si huic tam validæ prosecutioni, posse aliquid referri putatis, perorare dignemini. Arrius dixit. Dum per vnius Dei probabili quidem & admodum vnli confessione bifariæ deitatis, errore Sabellius semetipsum conatur exuere, nefandam Iudaici sensus impietatem incurrit, filium Dei, Deum in sua mane- D re substantia, & propriam habere personam, more sacrilega denegando. Cuius insanissimi furoris audaciam quantocumque breuitatis compendio vti potuero, cœlestium testimoniorum authoritate frænabo, ad demonstrandam subsistentis filij personam. Non illa quæ quidem homine suscepto congruere cauillantur assumens, sed illa in medium proferens testimonia, quæ sine vllo ancipitis intelligentiæ scrupulo, diuinitati eius competere omnes pariter confitentur. In Genesi Dominum dixisse legimus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* (Gen. 1. 26.) Ecce pluraliter dixit, *faciamus*, alium videlicet indicans, ad quem loquentis Dei factus est sermo. Non enim tam absurdè intelligendum fuisse E locutum, vt sibi ipse diceret, faciamus, quod propriè illorum est, qui amentiæ passionem incurrunt. Namque vt ad alterum locutum fuisse scriptura monstraret, continuo subiecit dicens. *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum.* (Gen. 1. 27.) Si vnus esset, ad imaginem suam fecisse diceretur. Nunc autem alius ad alterius imaginem aptius fecisse describitur. Item cum ob multa nefandi sceleris facinora, Sodomitas suis in locis, terras igneis diuinitus imbribus sanxisset vrendas, ita refertur. Pluit inquit dominus à domino ignem & sulphur. Nihil tamen euidentius ad ostendendum patrem, & demonstrandum filium legaliter potuit intimari,

vbi

A vbi alius ab altero, non vnus à se ipso sulphureas cœlitus iaculatus est flammas. Item ipse filius ad Iacob loquitur dicens: *Ego sum Deus, qui visus sum tibi*: [Gen 35.1.] In loco Dei posset dicere, qui visus sum in loco meo, si vna loquentis intelligeretur persona. Item: *Ascende*, [Gen 35.1.] inquit *in Bethel, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi*. Nec istud singulari vnquam personæ congruere potest, vbi distinctus alius altero sacrarium imperat constituendum. Id enim solitarium dicere conueniens erat, *fac altare mihi Deo, qui apparui tibi*. [Gen. 35.5.] Item pater Deus de saluãdis in Deo filio populis, per Osee prophetam loquitur dicens, *Et saluabo eos in Domino* [Osee 1.7.] *Deo ipsorum*. Item Dauid ad filium Dei loquẽs, [Psal 44.7.] *Thronus tuus Deus in seculum seculi, virga equitatis, virga regni tui. Propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Quid hoc ad confessionis

B errorem submouendum, manifestius potuit dici, vbi Deus Deum vnxisse præscribitur? Hæc interim pauca de veteri testamento decerpsi. Nam plura & manifestiora studio breuitatis omisi, quibus luce clarius comprobatur, & patrem & filium distinctis & separatis substantiarum proprietatibus existere. Quod [Ioan 10 38.] autem Sabellius ex hoc, quod ait: *Ego in patre, & pater in me est*, vnam visus est demonstrare naturã, siue personam, quòd videlicet alia intra aliam siue confusionis permixtione, vel præter cætera vitiorum genera, quę more sophismatum quæstionum voluit intentare, inesse substantiam vel personam, sicut non vna Dei & hominum potest esse natura, de quibus

C dicitur, quod ipsi in Deo, & Deus in eis est: denique idem ad patrem de credentibus loquens filius ait: [Ioan. 17 21] *Vt sicut tu pater in me & ego in te, ita & ipsi in nobis sint*. Et iterum. [Ioan. 6.56.] *Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*. Apostolus quo- [1. Cor. 14. 25.] que de idiota. *Quid prostratus*, inquit *confitebitur, quia verè Deus in vobis est*. Sicut ergo cum Deus in nobis & nos in Deo sumus non confusione personæ, non vnitate naturæ, non augmenti accessione, non detrimenti sobtractione, nõ qualiber composita vel ordinata mutabilis substantiæ qualitate, sed puræ & simplicis fidei sanctitate domino in nobis habitaculum præparemus, & ille nos in suã recipit mansionẽ, dum eius voluntatem faciendo in ipso manemus, ita

D pater & filius per indissolubili fœdere voluntatis, in se inuicem manere noscontur. Probus iudex dixit. Quoniam tam clarissimis testimoniorum documentis, & patrem & filiũ propriè subsistere demonstrasti, quod Sabellius humanis mentibus quæstionum nebulas offundendo negabat, id nunc à tuis quæritur partibus, quomodo & Deum patrem & filium, separatim & distinctius profitendo, non pluralem diuinitatis naturam introducere videaris. Et quanquam superiore prosecutione breuiter pauca perstrinxeris, lata tamen & propria quæstionis huiuscemodi debet esse probatio. Quam tunc copiosius expedire debebis, dum inter te, atque Athanasium disputationis examen cœperit agitari. Et quoniam nunc vt dixi

E adsertione veridica, Sabellij est perfidia refutata, fidei suæ Fotinus certis, si valet, testimoniis adsir. Fotinus dixit. Ego Domino nostro Iesu Christo initiũ tribuo, purumque hominem fuisse affirmo, & per beatæ vitæ excellentissimum meritum, diuinitatis honorem fuisse adeptum. Quis enim fœmineo portatus vtero per partum egeritur? Quis puerperiæ cunas expertus, & lactei poculi alimento nutritus, maternis gestatus est vlnis? Quis vniuersas corporeæ fragilitatis conditiones impleuit? Dum esuriem patitur, dum nequissimi spiritus tentatione percellitur, dum lassitudine fatigatur, dum in somnos resoluitur, dum comprehensus nexibus alligatur, dum flagellis verberatur & palmis, dum ludibriis insultãtium agitatur, dum crucis patibulo suspẽditur, & mortis dis-

A pendia perpetitur, quem humana conditio parentibus subdidit, cuius fraterna vtriusque sexus * cunctã designata, qui de locorum cognitione fallitur, qui de [* Fot. cognatio.] mali spiritus nomine sciscitatur, qui iudicij diem se ignorare fatetur, qui tribuendarum sedium potestatem non se habere testatur, qui se derelictum cõqueritur, qui passionis formidine, & mortis terrore concutitur, propter quod & calicem à se transferri precatur, & quàm multa quæ commemorare longum est humanitati conuenientia patitur, quis tam insipiens est vt hæc Deo congruere arbitretur? Nam illa virtutum miracula non propria perpetrasse virtute, sed Deum per eum fecisse credendum, sicut ipse ait: *Pater in me manens, facit opera*. Et iterum, [Ioan 14 10.] *Non potest à se filius facere quicquam*. [Ioan 5.19.] Quia enim multum Deo acceptus fuit, quicquid voluit orationibus im-

B petrauit. Nam si mortuis reddita est vita, si cæcis lumen, si debilibus virtus, si leprosis munditia, si venti maréque cessarunt, si alimentorum creatura multiplicati fœnoris sensit augmentum, non nisi hæc omnia orationis munere elicita esse noscuntur, similique modo perfecta quamdudum prophetæ in Dei nomine perfecerunt. Verum quia hic in tantum se dignum Deo, chariorémque perseuerando in mandatis eius exhibuit vt ipse ait: *Ego quæ placita sunt ei, facio semper*, [Ioan 8 29.] & vt pater ad eum per Angelum loquitur dicens, sicut in Zacharia scriptum est: *Angelus*, inquit, *domini stabat, & contestabatur Iesum, hæc dicit dominus Deus exercituum. Si in vijs meis ambulaueris*

C *& custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam*. Et vt mortem pro mundi salute ęquanimiter tulit, ob hoc inquam quòd se tantum ac talem exhibuit, dedit illi Deus vniuersorum potestatem, ac Deum illum totius creaturæ constituit, sicut Apostolus docet, dicens, *Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltauit & dedit illi nomen, quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum*. [Phil. 2.8.] Vnde & ipse post passionem, quæ ei tale contulit meritum, aiebat: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quod vtique si ante tempora Deus esset, potestatem ex tẽpore non accepisset, quam semel habuisse constabat,

D sed vt dixi ob præclarum obedientię ac passionis meritum diuino est honore donatus, & super omnia exaltatus, sicut & Petrus loquitur dicens, *Deus patrũ nostrorum * exaltauit puerum suum Iesum*. [Act 3.13. * glorificauit.] Et iterum: *dextera igitur Dei exaltatus*. Ac rursus, *Certissime*, inquit, *sciat omnis domus Israel, quia & Dominum illum & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem vos crucifixistis*: [Act 2 33. Act 4 10.] ostendẽs euidentius propter passionem crucis, ex tempore Deum fuisse factum, non Deum ante tempora natum. Vnde & Paulus: *Tanto*, inquit, [Heb 1 4.] *angelis melior factus, quanto excellentius præ illis nomen accepit*. Quod enim fit vel accipitur, ex tempore sumit initium. Nam ex semine Dauid originis sumpsisse principium, diuina vbique testantur eloquia,

E sicut Deus ad Dauid loquitur, *Dominus filius qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit mihi domũ*. [3 Re. 8. 19] Et [Paral. 1. 17.] iterum *De fructu ventris tui, ponam super sedem tuã*. Et Isaias: *Ecce radix Iesse exurget regere gentes*. [Psal 131 11.] Et Apostolus. *De filio*, inquit *suo, qui factus est ex semine Dauid*. [Rom 1 3] Et iterum. *Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid*. [2. Tim 2. 8] Et Angelus ad Mariã: *Dabit illi* inquit *Deus sedem Dauid patris sui*. [Luc 1.] Ex his igitur atque aliis quàm pluribus demonstratur euidentius, non Deum ante secula fuisse, sed in Deum bonę actionis merito processisse. Probus iudex dixit. Intentatis à Fotino quæstionib. è diuerso venientium responsionibus occurratur. Athanasius dixit. Si ea quæ Arrius contra Sabellium prosecutus est, diligentes aduertas, ibi etiam Fotini perfidiam

pariter cognoscis exclusam. Probus iudex dixit. Vt puta? Athanasius dixit. Sabellius vnam confitendo personam, filium ante cunctorum originem seculorum subsistere denegauit, quod ipsum quoque Fotinus impius asseuerare commentis aggreditur, dum filio ex humanæ ortus natiuitate initium tribuens, omnino eum non fuisse testatur. Quæ sacrilega opinionis sententia, Arrio copiosius prosequente cassata est. Apertè enim & lucidius demonstrauit, filium Dei ante tempora substitisse. Probus iudex dixit. Memini equidem Arrium de proprietate personæ filij subsistentis contra Sabellium satis egisse, sed disputationis ordo vel ratio poscit, vt Fotini quoque adsertio, proprio debeat contranitentium refutationis obice submoueri, ne dum nimis breuitati studetis, res necessarias omittere videamini. Non enim paruam intulit suæ fidei quæstionem, multis adseuerando documentis, filium Dei ex Maria virgine initium accepisse, & in Deum clarissimæ actionis merito profecisse. Athanasius dixit. Non pigebit aut me, aut Arrium, Fotini dementiam diuinæ scripturæ auctoritatibus arguere, qui in tantum prorupit insaniæ, vt Propheticis atque Apostolicis dictis, vesano furoris sui animo repugnans, nescio quæ vilissima derogationis exempla, quæ Deus pro nostræ redemptionis salute voluntario subiit affectu in iniuriam tantæ protulit maiestatis. Arrius dixit: Tolerabilius Iudæorum Christo insultantium voces, aut crucifixi latronis blasphemiæ audiuntur, quam nefanda huius Fotini perfidia sustinetur. Quis enim ferat purum hominem prædicari, aut ex Maria sumpsisse initium eum, qui se de cœlo venisse & ante secula genitum protestatur, sicut idem de patre loquens, & æter-

Prou. 8. 22. næ natiuitatis mysterium pandens ait: *Ante secula fundauit me, & ante omnes colles genuit: cum pararet cœlos aderam illi.* Sed & pater cum loquitur di-

Psal. 19. cens. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Quia enim stellæ in signis temporum positæ sunt, natiuitatem filij sui Deus pater ante astrorum originem, id est ante omnium temporum seriem extitisse testatur. Siue spiritualiter dictum intelligamus, ante luciferum, id est, ante angelorum creationem, quoniam de angelo dictum est, lucifer, qui mane oriebatur. Fotinus dixit. Hoc secundum prædestinationis veritatem dictum accipitur, Apostolo contestante atque dicente. Qui prædestinatus est filius Dei in

Prou. 8. 25 virtute. Nam sic dictum est, *Ante colles genuit*

Psal. 109. *me*, vel *Ante luciferum genui te*, cum tamen nouissimis temporibus fuerit natus, quomodo & Apostolus electionem sanctorum ante exordium factam adserit seculorum, qui nos inquit elegit ante constitutionem mundi. Et vtique non sunt nisi in fine mundi electi. Sicut ergo qui ante secula non subsistebant, tamen in prædestinatione electi esse dicuntur, eodem intelligentiæ genere & de Christo, quòd ante secula dictus est natus, in prædestinatione dictum accipitur. Mos enim est diuinæ scripturæ, id quod pro certo futurum est, ac si iam factum sit enarrare. Vnde & Propheta ait. *Qui fecit quæ futura sunt*, id est, in prædestinatione facta, re autem necdum existentia. Ita & filij natiuitas ante secula prædestinata, in fine vero ex tempore veraciter est orta. Probus iudex dixit: Illa quæ ante mundi prædestinationem natiuitas est, ex Dei patris vtero processisse describitur, tu vero filium ex Maria initium accepisse testaris. Fotinus dixit. Sed non ideo intelligendum est, Christum de Deo patre natum, quia ait se de patre genitum, aut patrem genuisse fatetur. Hoc enim Deus pater de adoptatis vel adoptandis

Isai. 1. 2. dicere consueuit, sicut per Isaiam dicitur, *filios genui & exaltaui.* Et iterum: *Primogenitus meus Israel*: Et

A Ioannes. *Omnis qui natus est ex Deo non peccat, & non potest peccare, quoniam natiuitas Dei seruat illum.* Exod. 4. 22. 1. Ioan. 3. 9.
Nunc igitur quia homines fideles de Deo nati esse dicuntur, idcirco eis humanæ natiuitatis auferetur origo, aut priusquam de hominibus nascerentur ante mundi principium, per diuinæ natiuitatis commemorationem extitisse credendi sunt? Arrius dixit. Quoniam manifestissimæ veritati callida disputationis arte Fotinus obnititur, euidentissima est diuinæ scripturæ authoritate frangendus. Ioannes enim Apostolus istius insaniam longe ante in Spiritu sancto conspiciens, ante principium seculorum substantialem apud patrem, Deum filium extitisse testatur, ac sic Fotinum alto imperitiæ sopore demersum, & lethali quiete sepultum, clarissimæ suæ vocis præconio

B excitat dicens: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum.* Ioan. 1.
Ergo ei, qui in principio erat apud Deum non relinquitur, vt nouissimo tempore originis suæ principium ab homine sumpserit. Et ne hoc verbum, quod in principio erat apud Deum, diuinæ vocis transeuntem existimet sonum, ait. *Et* Ioan. 1.
Deus erat verbum. Quod si hoc verbum Deus erat, substantia manens, non sonus transiens erat. Fundatæ enim naturæ virtus ostenditur, quæ fuisse vel esse substantialiter prædicatur. Et quoniam nunc quoque Sabellium in hoc auditorio vobiscum astare conspicio, in vtrosque testimonij huius tela vibrabo, & inde Fotinum occido, vnde Sabellium primo. Audiat ergo Sabellius Deum apud Deū

C fuisse, & desinat ab vnitate personæ. Audiat Fotinus hoc verbum, Deum in principio extitisse, & desinat de Maria virgine initium tribuere. *Hoc*, inquit, Ioan. 1.
erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Antecedit creator creaturæ suæ opificium, an non? Probus iudex dixit. Constat operis sui fabricam, antecedere creatorem, * vt postea ipse cœperit, qui facti author extitit. Arrius dixit. Si ergo omnia per filium facta sunt, & mundus per eum factus est, apparet ante mundum vel ante omnia, quæ facta sunt, filium extitisse. Probus iudex dixit. Nil hac probatione manifestius poterit demonstrari. Arrius dixit: Sed ne forte vnius Apostoli probatio insufficiens perfidis videatur,

* Videtur deesse non conuenit aut simile.

D alia, si præcipis, testimonia, filium Dei ante secula subsistentem contestantia, breui prosecutione subnectam. Probus iudex dixit. Licet (vt reor) vtilius & validius hoc testimonio nil sit, tamen vt diuersis probationum testimonijs assertioni tuę cumules fidem, pauca vt ais circumscripta breuitate prosequere. Arrius dixit: Domini nostri Iesu Christi vox est in Euangelio dicentis: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo.* Ioan. 17.
Et iterum: *descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris.* Apparet ergo iam fuisse, qui de cœlo descenderat, vt Fotinus erubescat, & alium esse à patre, dum non suæ voluntatis arbitrio præsumit aliquid faciendum,

E sed mittentis se patris in omnibus exequitur voluntatem, vt Sabellius & ei similes conticescant. Item *Pater*, inquit, *glorifica me illa gloria, quam habui apud te, priusquam mundus esset.* Ecce ante mundi constitutionem, honoris gloria præditum penes patrem, sese fuisse testatur. Audiat ergo Sabellius alium apud alterum, audiat Fotinus gloriam ante mundi possedisse principium. Item Apostolus in propria eum diuinitatis forma fuisse ostendens, priusquam naturæ seruilis formam susciperet ait: *Qui* Phil. 2. 6.
cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se similem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs. Iam igitur Deus erat, qui vt homo esset, Dei se

se formam exinanisse docetur. Item Hieremias Deû fuisse, priusquam hominis formam dignaretur adsumere, euidentius ait dicens. *Hic est Deus noster, & non deputabitur alter ad eum: qui inuenit omnem viã scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Hæc tam firma, tamque robustissima de diuinis auctoritatibus elicita probamenta, qualibet Fotinus si valet argumentatione dissoluat. Probus iudex dixit. Si adhuc tam manifestis tamque perspicuis documentis Fotinus obuius ire desiderat, certum est eum morbidæ contentionis vitio agi, quæ tantæ non subijcitur veritati. Ne studio igitur dilatandi certaminis nebulosæ falsitatis quæstiones intendat, & in superfluis rebus necessarium tempus absumat, vtilem suis prosecutionib finem imponat. B Arrius vero, atque Athanasius qui filium Dei ante mundi ortus principia de patre genitum confitentur, quod videlicet Sabellius pariter Fotinusque negabant, quomodo in vna eademque sententia fidei dissidium faciant, secumque non conueniant, edicere non morentur. Athanasius dixit. Subsistere ante secula filium veraciter Arrius profitetur. Quod autem de patre natus sit, sono tantummodo vocis, & simulata verborum confessione, non veritatis * proprietate concedit, dum eum à paternæ naturæ substantia longius separat, & conditione naturæ non dispẽsationis ratione patri subiectum affirmat. Probus iudex dixit. Clarissimum fidei vestræ iudicium date, & quemadmodum creditis recenti prosecutione signate, quo possit ad normam propositæ confessionis disputationis quoque materia coaptari. Athanasius dixit. Ne vos grauem oratione longissima, sensus fidem meam breui sermone concludo, patrem & filium & Spiritum sanctum, scilicet deitate, potestate, magnitudine, natura, vnum esse confiteor, nec aliquid in hac Trinitate nouum, extraneumve, ac si antea non fuerit, postea vero adiectum sit adsero, sed vt dixi, vnius eam naturæ, vniusque substantiæ credo. Arrius dixit. Ego sicut tres personas in sua proprietate manentes, ita tres substantias patris & Filij & Spiritus sancti confiteor. Alia est enim Dei patris, alia filij, alia Spiritus sancti substantia, nec potest vllo modo ingenitæ substantiæ aut genita filij, aut creata Spiritus sancti conferri natura. Vnde nec potestate æquales, nec magnitudine similes, nec natura consortes, à nobis fideli confessione creduntur. Probus iudex dixit. Si hoc totum est, in quo à vobis inuicem dissentire videmini, id est, quòd vnus diuersas, alius Trinitatis vnam dicat esse substantiam, id nunc disputationis ratio poscit, vt assertiones vestras, nec subtilitate argumentorum de industria dialecticæ artis venientium, sed puris & simplicibus diuinæ scripturæ documentis robustius fulciatis. Arrius dixit. Credo quod memorialibus prudentiæ * tuæ sensibus Athanasij prosecutionem nequaquam subtraxit obliuio, qua id elegantius perorauit, illû debere prauitatis errore notari, qui noua & inusitata verborum commenta sectatur, adijciens Apostolicis dogmatibus, quod ab eisdem constat traditum E non fuisse. Probus iudex dixit. Ita memini. Arrius dixit. Ergo Nicæni decreta concilij lectione pandantur, & agnosces Athanasium vel huius auctores Apostolicam fidem nouorum adiectione verborum hactenus corrupisse, vt & eos qui antiquis patrum inhæsere doctrinis, ambitione regia vsi censuerint feralibus relegandos edictis. Probus iudex dixit. Si præsentis negotij ratio postulat, vt decretum Nicæni concilij recitetur; hoc quoque Athanasius sua prosecutione designet, vt ex vtriusque voluntatis assensu (si quid est illud quod offertur) extrinsecus recitetur. Athanasius dixit. Causæ congruit vt rerum gestarum lectionis copia non negetur. Probus

Baruch. 3. 36.

Hæc vsque quæ desiderata sunt.

* al. professione confidit

* al. vestræ.

Nicænum Concilium.

A iudex dixit. Ergo vt desideratis, præfati decreti fidei Nicænæ lectio ventiletur. Et lectum est ita. *Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem* * omnium *visibilium & inuisibilium factorem: Et in vnum Dominum* nostrum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre vnigenitum, hoc est de substantia patris: Deum ex Deo, lumen * ex lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnius substantiæ cum patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον per quem facta sunt omnia, quæ in cœlo, & quę in terra: qui propter nostram salutem descendit: incarnatus est, & homo factus est: passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos inde venturus iudicare viuos & *mortuos. Et in spiritum sanctum.* Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quod de nullis extantibus vel ex * aliqua substantia, aut essentia * dicunt esse conuertibilem & mutabilem * filium Dei has anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Arrius dixit. Peruides, virorum optime Probe, istius decreta concilij in suggillationem Apostolicæ fidei, ausu temerariæ præsumptionis fuisse conscripta. Quid enim opus erat nouum hoc ὁμοούσιον vocabulum antiquis dogmatum regulis inseri? Nunquid enim apostolos vel eorum discipulos atque omnes per ordinem successores, qui ad illud vsque tempus in Christi confessione viuentes, ὁμοούσιον vocabulum ignorabant, impietatis sacrilegium in fidei veritate secutos fuisse dicemus, pro eo videlicet, quod huius nominis notione priuati, siue ipsius assertione prædicationis perre- C xerunt ad Christum? Si enim à nobis (vt isti penitus mentiuntur) noua introducebatur contra apostolorum statuta doctrina: id vtique conueniens erat, & nouæ à nobis ingestæ doctrinæ antiquis apostolorum obuiare doctrinis, & nouitati vetustatem præscribere, non vetustatem nouitate peruertere. Vt quid mihi hoc nomen sequendum imponit? Vt quid me ad huius rei nouitatem violentius trahit? Vt quid hoc Apostolicæ fidei super adijcitur verbum, cuius nec prophetę quidem, nec apostoli vspiam faciunt mentionem? Quod istud quęso nomen est, sine quo fides integra esse non possit, sine quo Christiani christianæ religionis abdicantur honore? Vnum enim de duobus in hac causa sequi ne- D cesse est, si vera est homousij assertio, falsa est apostolorum prędicatio, quæ sine hoc nomine longo tempore floruit. Si vera apostolica fides huius nominis expers vera est, sicuti & est hæc sine dubio falsa, quæ antiquæ fidei, nominis nouitatem adiecit. Reuolue cuncta noui & veteris Testamenti volumina, verum alicubi ὁμοούσιον sacris inditum paginis potens inuenire. Probus iudex dixit. Quid his refertur? Athanasius dixit. Nominis tantum offenderis nouitate, an etiam ipsius rei virtutem, quæ hoc est sortita vocabulum refugis? Arrius dixit. Quid dicas, non satis intelligo. Athanasius dixit. Quoniam res antiqua nouum nomen accepit, non vocabulo nouo nouæ rei virtus accessit, hoc vtique requiro, vtrum res quæ antiqua est, simul E à te cum nominis nouitate damnetur. Arrius dixit. Res loqueris tortuosas, & omni stultitiæ miraculo dignas. Si enim ὁμοούσιον nouum nomen est, non dubium * quòd & res noua sit, quam significare videtur. Athanasius dixit. Ergo pariter rem nomenque condemnas? Arrius dixit. Ita planè. Athanasius dixit. Igitur cum demonstrauero rei antiquæ & ab apostolis traditę, nomen nouum attributum fuisse, victum te tandem fateberis, an etiam sic rem antiquam simul cum nominis nouitate condemnas? Probus iudex dixit. Et quę ratio causæ flagitabat, vt res antiqua nouum acciperet nomen? Nunquid enim priusquam huius nominis vocabulum sortiretur, sine nominis proprietate manebat?

Omnium, alibi deest.

» Alter de.

* al. alijs.

* al. dicentes.

* al Deum

* al. quin.

Hoc mihi nullam rationis consequentiam habere videtur. Arrius dixit. Optimè dicis. Athanasius dixit. Ecclesiasticæ semper moris est disciplinæ, si quando hæreticorum noua doctrina exurgit, contra insolentes quæstionum nouitates rebus immutabiliter permanentibus nominum vocabulum immutare, & significantius rerum naturas exprimere, quæ tamen existentium causarum veritatibus congruant, & quæ magis eadem antiquitus fuisse demonstrent, non ortus insinuent nouitatem, & vt quod dico planius fiat, vtor exemplo. In ipso Christianæ religionis prædicationis initio, omnes qui credebant Domino nostro Iesu Christo, non *Christiani* sed *discipuli* tantummodo nominabantur. Et quia multi dogmatum auctores nouorum extiterant, doctrinæ obuiantes Apostolicæ, omnésque sectatores suos nominabant discipulos, nec erat vlla nominis discretio inter veros falsósque discipulos, siue qui Christi, siue qui Dosithei, siue Theodæ, siue Iudę cuiusdam, siue etiam Ioannis sectatores, qui se quasi Christo credere fatebantur, vno illi discipulorum nomine censerentur. Tunc Apostoli conuenientes Antiochiam, sicut eorum Luca narrante indicant Acta, omnes discipulos nouo nomine, id est, *Christianos* appellant, discernentes eos à communi falsorum discipulorum vocabulo, vt & diuinus per Isaiam oraculi sermo impleretur, qui ait. *Seruientium vero mihi vocabitur nomen nouum.* Hanc ergo ab Apostolis traditam in nouis vtendo nominibus formam ecclesia retinens, contra diuersos hæreticos prout sanæ fidei ratio postulabat, diuersas edidit nominũ nouitates. Deniq; patri nouum innascibilitatis nomen Ecclesia imposuit. Cum enim Sabelliana hæresis genitum ex virgine patrem voluisset asserere, ingenitum contra hanc confitendo ecclesia tradidit patrem. Et vtique in diuinis scripturis *ingenitum* nunquam legimus patrem. Potest ergo Sabellius audaciam suam in huius calumniæ * vertere quæstionem, & simili vt tu, propositionis genere vti, quo dicat. Cur diuinis scripturis sine vllo prospectu pudoris violentiam facitis, profitendo innascibilem patrem, quod scriptum ostendere non valetis? Item, quia eum non solum genitum sed & passum impio dogmate idem Sabellius profitetur, episcopi vestri dudum Syrmium conuenientes in vnum, inter cæteras fidei, quas promulgauerunt quæstiones vel sanctiones, dixerunt patrem impassibilem esse, quod religiose sanctéque statuisse probamus. Sed hoc itidem ille proclamat. Quousque nostræ licentiæ audaciam protenditis, profitendo quòd scriptum non legistis, impassibilem patrem, quod nec Prophetæ tradiderunt, nec symboli authentici tradit auctoritas, sed vestra est temeritate præsumptum? Rursum prosequuntur ijdem ipsi, qui Syrmio conuenerant & hanc religiosę confessionis fidem de filio statuunt, *Deum* inquiunt *de Deo, lumen de lumine*. Iam hic Fotino, qui ex humanę generationis natura initium tribuit filio, quanta calumniandi occasio pateat * ipse tu quęso metire. Cur enim non similes querimoniarum causas intendat? Cur non simili vociferatione ipse quoque insaniat dicens, Quid dicitis, quid statuitis, quid sequendum nostro ex iudicio posteris traditis, confitendo filium Deum ex Deo, lumen ex lumine? Ostendite mihi vtrum in eadem fidei forma, id est, in authentico symbolo, quod Apostoli tradiderunt, hoc scriptum legeritis. Sed contentus sum cum ibi scriptum non fuerit, saltem mihi de prophetis legatur, de Apostolorum literis ostendatur. Quis has vocum colet et nouitates? Quis * suis admittere sensibus patiatur quod neque prophetæ, neque Apostoli tradiderunt. Item similem patri filium, multis & creberrimis conciliorum vestrorum decretis statuistis. Exurgat nunc Eunomius, qui dissimilem confitetur, & dicat. Vbi hoc legistis, vbi scriptum reperistis, vtrum ne pater an filius hac de se vsus est voce? Ergo tu Arri qui me hodie tali constringis articulo, vt ὁμοιον propriè scriptum ostendam, aut fatere contra insolentes & furtiuas hæreticæ intelligentiæ prauitates, quædam confessionis nomina nõ temerè præsumpta, sed ex consequenti ratione collecta, fidei auctoritatibus fuisse inserta, ita vt tot nouorum verborum religioso intellectu exurerint absolutiones, quot fuerint quæsitæ vel subministratæ præsidiæ occasiones, aut si id fateri nolueris, tuis tecum obiectionibus agã. Ostende mihi non ex consectariis, non ex verisimilibus, non ex ratione victoris, non ad intelligendum prouocantibus rebus, non ad id profitendum pietate fidei suadente, sed pura & nuda verborum proprietate hoc scriptum ostende, ingenitum aut impassibilem patrem, filium vero Deũ ex Deo, lumen ex lumine, aut patri similem esse. Nolo mihi dicas hoc fidei ratio poscit, hoc pietas docet, ad hanc me nominis professionem, scripturarum consequentia prouocat, nolo inquam mihi talia obtendas; quia & me similia de homousij probatione respuis proferentem. Sed forte fero in manibus diuinorum voluminum codices & eodem sono iisdem syllabis prædictorum vocabulorum nomina indua lege, aut ostende scriptum, filium patri similem aut fatere dissimilem, quò hinc erũpas, * quorsum euadas non est, tuis te obiectionibus implicitum propositionis nexu enodandi, facultas nulla suppeditat. Aut concede mihi ex consequentibus probari ὁμοούσιον, id est, vnius substantiæ fidem, aut si concedere nolueris, neganda sint tibi vniuersa quæ ipse fateris, quia ea nude posita inuenire vtique nusquam poteris. Probus iudex dixit. Si ecclesiasticæ consuetudinis mos est, vt aliqua verborum vocabula * ob coërcendis hæreticorum motibus in fidei auctoritatẽ nuda ponantur, quæ tamen ratione ex consequentia rerum existentium vestiantur, dum eorum veritas in qua originem sumunt diuinis continens literis inuenitur, quid dicis Arri? Concedis ὁμοούσιον sicut Athanasius dicit de diuinis scripturis per conuenientes professionis qualitates probari an non? Arrius dixit: Iste nescio qua sillogisticæ artis versutia obiectionem meam conatur eludere. Ego enim hoc mihi ostendi desidero, vtrum homousion dominicæ sit lectionis conscriptum auctoritate, & ideo aut propriè positum legat, aut ab eius confessione recedat. Probus iudex dixit? Sed vides quemadmodum tuam in te referat quęstionem, & iisdem te, quibus vteris, constringat articulis, professionis tuæ * manifestius (vt ipse exigis) documentum, vt et de canonicis nude positum literis ostendas innascibilem, aut impassibilem patrem, aut Deum ex Deo, aut lumen ex lumine, aut patri filium similem esse. Quę omnia si propriè posita demonstrare minimè potueris, negandi tibi necessitas imminet. Cui discrimini illa, vt mihi videtur, sola ratio potent subuenire, vt concedatis vobis ea, quæ in conciliis vestris nudè sunt posita, de scripturarum fontibus emanasse. Nam hoc contentionis vitio * dabitur, vt documentum nudi sermonis exigas, cuius fidei sensum in scripturis copiosius noueris redundare. Sensum igitur quære. Vnde huius vocabuli natum traxit originem, & cum sensum inueneris, nomen te pariter inuenisse non dubites. Athanasius dixit. Quantiscunque cum eo rationibus agas, nullatenus potest ab hac intentione reuocari. Nouit enim certissime quia si ad hoc (remota huius nominis intentione) descensum fuerit, vt ex consequentia scripturarum vnam patris esse substantiam & filij, quod est ὁμοούσιον doceatur, facillimè se superari posse sciat, & ideo diffidentiæ & timoris periculo actus nudi sermonis flagitat documentum. Sed suis est iterum professionibus

Margin notes: Nominum mutatio. — Christiani cur dicti. — Apoc. 2. 17. & 3. 12. — * al. obucitere. — * al. ipsum te quoque metiri non pigeat. — * al. rudib. — * al. quo rursu. — * al. pro. — * al. manifestiore documenta. — * al. deperibitur.

nibus constringendus. Exigis à me, vt vnam patris & filij substantiam, id est, homousion scriptum ostendam, tu autem tres vsias, id est, tres substantias confiteris. Ostende igitur mihi vbi legisti tres vsias. Si ego enim vnam, hoc est, homousion, ideo negare debeo, quia hoc vbi sit scriptum, non inuenio, tu quemadmodum audes tres vsias profiteri, cum hoc scriptum nusquam poteris demonstrare? Probus iudex dixit: Si extat aliquod ex diuinis auctoritatibus documentum propriè & specialiter positum, quo approbetur Patris, & Filij, & Spiritus sancti tres vsias, tresque vt fateris esse naturas, proferatur, quo possit Athanasius à confessione vnius substantiæ, quod est homousion declinare. Cum enim triusion propriè in scripturis positum ostenderis, apparebit Athanasium temeritate pertinacissimæ obstinationis in ὁμουσίου confessione hactenus perdurare, quod propriè positum nequiuerit demonstrare. Si vero ne tu ipse tres vsias demonstrare valueris, pari mihi conditionis necessitate obstrictus esse videberis. Athanasius dixit: Doceat tres vsias propriè positas, & facio vnius substantiæ, quod est homousion, cessionem. Arrius dixit: Si tres sunt, Pater & Filius & Spiritus sanctus, necessariò tres sunt substantiæ, in qua vnaquæque persona separatim & distinctius propriè subsistere cognoscatur. Athanasius dixit: Hic nulla prosunt argumenta, hic veritas ex consequenti ratione colligitur, testimoniorum proprietas flagitatur. Lege specialiter triusion positum, & noli coniiciendo dicere. Si tres sunt, Pater & Filius & Spiritus sanctus, necessariò tres sunt & substantiæ, quod & ego simili coniectura possum veracius opinari. Si vnum sunt Pater & Filius, quia ipse dicit, ego & pater vnum sumus: quomodo non est vna substantia? Sed hanc disputationis viam ingredi noluisti penitus, dum à me specialiter positum homousion demonstrandum exigeres testimonium. Simili ergo & tu ratione tres vsias specialiter & propriè positas * lege. Si enim ideo negare debeo homousion, qui hoc scriptum * non ostendo, necessariò triusion tunc fateri debeo, si propriè positum te demonstrante cognouero. Arrius dixit. Subsistit propriè Pater, an non? Athanasius dixit. Nisi mihi tres vsias propriè positas legeris, nullum tuis interrogationibus dabo responsum. Quis enim non videat, quo tua tendat obiectio? Vt enim argumento callidæ interrogationis diuersas approbare patris & filij substantias, sed argumentis hic non est opus, vbi manifestiore proprietatis testimonio, trium substantiarum exigitur documentum. Sed si à proprietate testimoniorum ad rerum consequentiam transire desideras, hoc ipsum publicæ conscientiæ innotescat, non te potuisse tres vsias propriè positas demonstrare, & cum nos * vtrique hoc articulo soluerimus, obiectionibus vel interrogationibus tuis satisfaciam necesse est. Probus iudex dixit: Quoniam vestræ disputationis intentio monstrat, nec tu homousion, nec iste triusion propriè & specialiter positum valetis ostendere. Vnde ne puerili concertatione in superfluis rebus diutius immoremini, ab hac puri exactione documenti, tandem vterque desinite, & consequenti ratione, aut homousion, aut triusion de scripturarum auctoritate colligite. Non enim fas erit de nominis appellatione dubitare, quam testimoniorum copiosa congestio firmius poterit roborare. Arrius dixit. Quoniam hoc tua decreuit sententia debere nos rationum persuasionibus * & rerum consequentium causis prædictorum nominum virtutes colligere, ne id Athanasio videatur difficultate demonstrandæ veritatis * inde me vocabuli proprietatis documenta quæsisse, ita faciam, vt tui est decreti sententia promulgatum. Ego enim compendio magis vti volebam, ne longius rationis intentio euagata,

al. doce.

al. unde demonstratio ualeo.

al. Et cum vtrumque hoc articulo soluerîs.

al. ex.

al. audi.

A ambiguis sensibus veritatem obumbret. Athanasius dixit. Non potest fides venire in dubium, quæ est veritatis fulta præsidio. Crassiora mendaciorum nubila, fulgidæ veritatis nubila dissipant. Non enim potest propriis carere viribus, qui non * exiget intrinsecus suffragiorum adminiculis adiuuari. * Alia namque die Probus iudex dixit. Quoniam vos initi fœderis pacta indeclinabili sententia seruare non dubito, quibus id vobis inuicem consensisse videmini, vt vnius substantiæ, vel trium substantiarum professionem ex diuinarum consequentia litterarum, luculento disputationis examine comprobetis, omissa scilicet quæstione documentorum puri vocabuli, atque propriè positi * existentis, id iam nunc ipsius placiti ratio poscit, vt cuncta humanæ argumentationis cauillatione remota, de sacris diuinarum auctoritatum voluminibus, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, aut vnam, aut diuersas doceatis esse substantias. Ad quam rei probationem, non tantum, vt opinor mea, sed cunctorum pene mortalium mens ita est pendula expectatione suspensa, vt si tanti negotij merità * panderentur, sine * vnius diei comperendinatione, vel alicuius momenti intercapedine, ad summam veritatis, atque calcem manifestissimæ * rationis desideret peruenire. Vnde ne tam religiosa fidelium & veritatis cupida frustretur intentio, omni lenocinio luxuriosæ orationis exploso, de re, de causa, de competentibus, de necessariis agite rebus, omnem (vt dixi) verborum ambitum, & prorsus à causa vagantes locutionum phaleras, leporemque sermonum cautius cuitantes, vt disputationis vestræ narratio, veritate magis quàm * cothurnatis tumentis adornetur eloquij. Athanasius dixit. Quamuis iamdudum crebrò ac sæpius de vnitate substantiæ citra acta disputauerim, measque disputationes scripto mandauerim, quibus à me in hac disputatione aliquid amplius addi non possit, tamen quia hæc extrinsecus nullo eminus aduersante dicta sunt, necesse habeo hæc eadem repetere, & in hoc publicæ actionis examine * mittere quo possint tui iudicij sententia roborari. Probus iudex dixit. Si non fuerit Arij replicationibus tenuata, tunc nostra poterit firmari sententia. Arrius dixit: vt quid hæ fraudium tendiculæ proponuntur. Vt quid in * primocinio D nefandæ assertionis, iudicis sententia * præoptatur. Agamus primum quod nobis agendum necessitas demonstrandæ veritatis imponit. Inculcetur humano auditui fidei nostræ professio, percipiant iudicia, quibus modis, quibusque rationibus, quibus denique documentis nostra assertio subiiciatur, & tunc demum promulgationem sententiæ, quæ ex nostro vtique nequaquam pendet arbitrio, de iudice postulabimus. Probus iudex dixit. Præfationis meæ nuper in hoc actionis principio habitæ, & sponsionis vestræ dudum præteritis gestis insertæ meminisse oportet quibus id peroratum est, omissis superfluis ad arcem negotij debere descendi: quod debetis * tandem factitare. Arrius dixit: doceat patrem & filium & Spiritum sanctum vnius esse substantiæ, vnius potestatis, vnius dignitatis, vnius gloriæ, vnius maiestatis, vnius virtutis atque honoris, quod satis improuida & nimis iocaita professione solus * actitare. Athanasius dixit. Profiteris filium verè de patre natum, an non? Arrius dixit. Profiteris ipse patrem alicuius derivationis, vel diuisionis vitio subiacere non posse, an non? Athanasius dixit. Valde profiteor. Arrius dixit. Et ego quoque profiteor filium ex patre natum esse. Athanasius dixit. Id esse arbitraris natum ex patre, * quod esse iam natum de patre? Arrius dixit: Sufficit tibi, quod ex patre dixerim natum, quod etiam facillimè scriptum ostendo. Quid callidis vteris argumentis? Cæterum de patre natum nusquam mihi interim ad præsens

al. egere extrinsecus.

al. Item die sequenti.

Forte hic tacit pliciter liber, nam se libros scripsisse commemorat.

For. exigit id iam nunc &.

al. paterentur.

al. vllius.

al. actionis

al. cothurnatis menis ornetur eloquio.

al. comprobare.

al. primordio.

al. prouocetur.

al. tandem aliquanda actitare.

al. iactitare.

al. quod etiam de patre.

ſcriptum occurrere potuit. Ex patre vero, ſcriptum eſſe recolo, Ioanne Apoſtolo dicente: Qui diligit patrem, diligit eum qui natus eſt * ex patre. Athanaſius dixit. Ergo nihil intereſſe putas, vtrum ex ipſo, vel de ipſo natus dicatur. Arrius dixit. Si mihi demonſtrare * volueris propriè poſitum, filium de patre natum, tunc quid inde debeam ſentire exiſtimabo, verum quia in pluribus exemplaribus variè poſitum eſſe non neſcio, vt iiſdem locis quibus ex ipſo legitur, in aliis codicibus de ipſo legatur; ſed vtrum hoc interpolantium fraude, an * vnius rei ſignificatione, id eſt, vt hoc ſit ex ipſo, quod eſt etiam de ipſo, factum ſit, non ſatis video, nec hoc noſtræ fidei aliquod poteſt adferre præiudicium. Athanaſius dixit: In hac tua proſecutione diligentiæ modum * certa expoſita ratione aduerti. Sed quod tentum noſtræ dixeris, & non vtrorumque deſignaueris fidei non poſſe præiudicium in his verbis afferri, ſatis miratus ſum: & arbitror quod fidem tuam munire feſtinans iſta propoſueris, ſperans me ea modo leuiter ſine aliquo documento poſſe tranſire. In Euangelio quoque de patre filius dicit: Spiritus eſt Deus. Et vt ſe de Patre natum eſſe oſtenderet, ait: Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt de Spiritu, Spiritus eſt. * Et ego de Deo Patre exiui. Ecce filium de Patre natum, & ipſo filio dicente oſtendi. Arrius dixit: Satis callidis veteris diſputationibus & ſuſpicioſis, quò dices quod ad fidei meæ munitionem hoc dixerim. Sed vt de ſenſibus tuis omnis ſuſpicionis ambiguitas auferatur, vt ſuperius faſſus ſum vtrorumque fidei, ſiue ex ipſo, ſiue de ipſo natus dicatur, nullum poteſt in aliquo adferre præiudicium. Athanaſius dixit. Generans * Pater ex ſeipſo filium, hoc genuit quod eſt ipſe, an aliud aliquid? Arrius dixit: Hoc vtique quod ipſe eſt, genuit, quia Deus genuit Deum, lux lucem genuit, perfectus perfectum genuit, omnipotens omnipotentem genuit. Athanaſius dixit: Ergo non extrinſecus, neque ex nihilo, neque ex aliqua præcedente, aut ſubſequente materia, ſed ex ſeipſo genuit, & non aliud, quàm quod * ipſe eſt genuit. Alius alium genuit, dixit Arrius. Athanaſius dixit. Et nos confitemur quia alius alium genuit. Sed ſi de ſeipſo, id eſt, de eo quod ipſe eſt, genuit; quia alterius ſubſtantiæ, vel diuerſi generis filius eſſe non * poterit, ac ſic vnius, eiuſdemque cum Patre ſubſtantiæ erit. Arrius dixit: Si noſſes in quantus errores perfidiæ, vnius ſubſtantiæ profeſſio vergat, numquam profectò inter patrem & filium huius nominis faceres mentionem: nec diſputationem tuam quibuſdam interrogationum gradibus inciſam, tali concluſiſſes articulo, & ad hunc eam * impropriæ profeſſionis deduceres finem. Athanaſius dixit. Quod ſit impium atque ſacrilegum, diuerſas patris & filij & Spiritus ſancti ſubſtantias profiteri, & quod pium ac religioſum, vnius eos ſubſtantiæ credere, ſcias me, Arri ignorare non poſſe, & hoc non humana opinione collectum, nec coniecturis atque argumentis inuentum, ſed cæleſtis doctrinæ magiſterio traditum demonſtrabo. Probus iudex dixit. Prius mihi vim qualitatemque * ſermonis aſſignare, & tunc demum poterit demonſtrari, vtrum patri filioque conueniat. Athanaſius dixit: Subſtantia quidem duobus appellationum generibus diſtinguitur, & eſt quidem vnius generis qualitas, hæc quædam exiſtentis naturæ eſſentiam indicet. Aliud vero eſt ſubſtantiæ genus, quo ille quicquid habet ab his, qui non habent dirimatur. Et vt planius fiat quod dico: manifeſtiori vtor expoſitione. Verbi gratia: Homo generis ſui ac naturæ ſubſtantia eſt. Rurſus ſi quid illud eſt, quod extrinſecus, id eſt, in materia auri vel argenti aliarumque ſpecierum poſſidet, ſubſtantiæ eius dicitur, & cum eiuſdem vocabuli vna videatur appellatio, duas

al. ex eo.

al. valueris.

al huius.

al diligenti admodum cura expoſita ratione aduerti.

al. quia Deus ſpiritus eſt.

al. Deus pater.

al id.

al. non poteſt.

al impiæ.

al. rerum.

A tamen res ſignificare videtur. Sed nos de illo ſubſtantiæ genere diſputamus, quo vnaquæque natura ob id quod eſt, vel ſubſiſtit, ſubſtantia nuncupatur, & quicquid ex ſeſe, id eſt, de ſeipſa genuit, non aliud eſſe poteſt, quàm id quod ipſa eſt. Denique homo pater generans filium, ſui generis, id eſt, ſuæ ſubſtantiæ hominem generat, quia homo hominem generat, & rectè vnius ſubſtantiæ eſſe dicuntur, quia veritas natiuitatis ſubſtantiarum diuerſitatem non recipit. Diuerſitas autem eſt ſubſtantiæ, vt exempli gratia dixerim, ſi homo pecudem gignat, vel ſi cuiuslibet generis pecus alterius à ſe generis pecudem generet, id eſt, ſi bos generet aſinum, vel ſi ouis gignat capram. Quæ quoniam in diuerſitatem generis pergit, monſtruoſa generatio erit, ſuæ naturæ proprie-

B tatem minimè ſeruans. Rurſum in elementorum qualitatibus, quæ ſit ſubſtantiarum diuerſitas vel proprietas, operæ precium eſt aduertere: verbi gratia: vniuſcuiuſque ignis vel luminis natura, id ex ſe quod eſt ipſa, miniſtrare videtur, vt lux fulgorem, ignis incendium, & in hoc officij ſui genere ſubſiſtens, ſubſtantiæ ſuæ intemeratam videtur ſeruare naturam. Sin autem lux ex ſe tenebras gignat, mutationi obnoxia erit, alienius à ſe generis materiam tribuens, quia in hoc immutabilitatis ſuæ illibatam poterit ſeruare ſubſtantiam, ſi id quod ipſa eſt, miniſtret ex ſe. Cæterum, ſi vt dixi, id quod ex ſe tribuit, aliud erit, quàm * ipſum quod tribuit, tunc alterius ſubſtantiæ dici poterit, quod omnino naturarum omnium qualitas, vel ordo, vel ratio non admittit. Age nunc iam

C ſi videtur de terrenis, ac viſibilibus in ſuperiora mentis oculum erigamus, & ex his quæ facta ſunt, infectæ virtutis ſubſtantiam cognoſcamus, Apoſtolicæ auctoritatis edocti magiſterio, quo dicit inuiſibilem diuinitatis virtutem ex his, quæ facta ſunt debere intelligi. Dicit enim Arrius, filium ex Patre natum eſſe, & Deum Deum genuiſſe, lucem lucem, in qua profeſſione vnum ex duobus proculdubio tenendum. Aut enim ex ſeipſo generans, id quod ipſe eſt genuit, & ob hoc filius cum Patre vnius ſubſtantiæ erit. Aut ſi alterius à ſe generis Deum genuit, vera natiuitas dici non poterit, quæ proprietatem ſubſtantiæ generantis ſeruare non potuit, & eo diſputationis ratio deducitur, vt aut omnino natus non ſit,

D aut * degeneratus ſit, quod vtrumque fateri abſurdum & impium eſſe videbitur. Probus iudex dixit: Si quid ſibi contra hæc Arrius competere nouit, edicere non moretur. Arrius dixit. Simplicis ac immutabilis naturæ Deum eſſe, reor Athanaſium non ignorare. Qui ſi vt idem aſſeruit, de ſua ſubſtantia generauit, mutabilis proculdubio erit. Neceſſe eſt enim ex ſeſe quod ipſa eſt generando, aut partem ſubſtantiæ per deriuationis generationem perdidiſſe, aut diuiſionis vitium perpeti potuiſſe. Ego enim Dei Patris ſubſtantiam, neque ex ſe aliquid edidiſſe, neque in partium qualitates deriuatam fuiſſe, neque acceſſionis aut detractionis, vel aliquid huiuſmodi, quod ſit paſſioni obnoxium ſenſiſſe vel ſentire potuiſſe confiteor. Athanaſius dixit: Sed neque

E nos his paſſionum conditionibus diuinam credimus ſubiacere naturam: ſed in his impaſſibilem patrem, impaſſibiliter ex ſeipſo, id eſt, de eo quod ipſe eſt, filium genuiſſe fideliter confitemur. Nec nos diuiſionum vel deriuationum aut partium, cunctarumque rerum paſſionis genera, quæ inani ſollicitudinis timore actus obiicere voluiſti à profeſſionis veritate deflectunt; vt negemus Deum ex ſeipſo ob hoc generare non potuiſſe, ne videatur his paſſionibus ſubiacere. Quid igitur religioſius, quidve ſanctius, ac diuinitati congruentius, obſecro vos ô auditores * iudicium æqua lance penſate. Erigite mentis oculos, & terrificum futuri examinis diem metuentes, quid magis Catholicæ atque Apoſtolicæ

al. ipſi quæ.

Rom. 1.

al. degeneratus.

al. iudicij.

stolicæ congruat veritati: religiosa mentis intentione perspicite, vtrum fateri omnipotentem Deum impassibiliter ex seipso filium generasse, an illud potius opinari, ne passionis vitio subiaceret, ex se, id est, ex substantia sua filium generare non potuisse. Ego enim id astruo, id clarissima vocis professione assevero, quod sicut Deus impassibilis, ita & omnipotens est. Credo id potuisse de sua substantia generare, nec tamen alicuius passionis vitio subiectum fuisse, quoniam diuisio, detruatio, contractio, accessio, fluxus, vel si qua huiusmodi possunt esse genera passionum, corporeis & contrectabilibus, atque ex diuersitate compositis conueniunt rebus: Deus vero qui nullis corporeis * stigmatum circumscribitur signis, nec aliquibus distinguitur membrorum lineamentis, vitio subiacere non potest passionis, & rectè in eo generationem profiteor, quia genuit. Et rectè impassibilem nihilominus confiteor, quia passibilis numquam fuit. Arrius dixit. Num igitur quia in Deo omnipotentia denegari potest, idcirco ea eum perpeti posse fatendum est, quæ omnino incorrupta eius diuinitatis substantia non recipit. Vnde valde inhonestum & satis impietate plenum videbitur, vt per vnius professionem substantiæ nec patrem propriè subsistere, nec filium in sua proprietate existere credamus. Illuc enim * perfidiæ eius pergit intentio, vt permixtis, & ibi vnius rei coagulatione ex diuersis collectis atque confusis patris & filij personis, in sua, vt dixi, proprietatis singularitate minimè subsistere valeant. Illud enim etiam nimis horrendum, & procul à fidelium mentibus remouendum, in hac tuæ professionis perfidia continetur, inuiolabilem patrem de sua substantia generando, corruptionis ac diuisionis vitium declinare potuisse minimè. Athanasius dixit: veritate diuinæ generationis, velut nodis insolubilibus arctius obligatus, per (nescio quæ) infandæ intentionis molimina, quibus diuinam certum est carere naturam, euadendi suffugium quæritas, corruptionem incorrupto, passionem impassibili, impotentiam obijcis omnipotenti, & hoc crebrò ac sæpius repetens, nulla te diuinæ maiestatis reuerentia à tam nefandis obiectionibus arcere (quantum video) potest, sed sine vllo pudoris intuitu, in iniuriam venerandæ filij natiuitatis obuius properare contendis. Sed te effrenatius euagantem, & velut vndosi æquoris gurgite, naturali quadam licentia * fluttantem diuinæ auctoritatis testimonia coercebunt, & intra certos diuinæ professionis limites coarctatum legalium constitutionum metas egredi non sinunt. Inculcat igitur humanis sensibus, sacro illo professionis suæ oraculo diuina maiestas, quo se filium de ocultis substantiæ suæ arcanis ineffabiliter genuisse testatur & dicit: *Ex vtero ante Luciferum genui te.* Vnum est ergo in hac diuinæ professionis contestatione retinendum. Aut enim de sua ineffabili substantia filium incorruptibiliter genuit, aut ne corrumperetur omnino non genuit. Sed ego hanc integræ fidei partem eligo, quæ me religiosius contestanti de se Deo suadet famulari, nec me vlla humanæ passionis obstacula, ex infidelitatis sacrilegio descendentia poterunt reuocare, vt merito non credam Deum generare potuisse, nec humanæ consuetudinis more corruptioni subiacere potuerit, cùm hoc mihi satis esse non dubitem profitendum, de Dei substantia natum esse * quod constat de patris vtero processisse. Arrius dixit: Quantum tuæ prosecutionis locutio monstrat, compositum nobis & corruptioni obnoxium vis introducere Deum, qui etiam in eo corporalem vteri appellationem accipere non metuis. Necesse ergo erit, vt aut membris compositus sit, si vterum habet, aut corruptioni (vt dixi) obnoxius, si de substantia sua generauit. Athanasius dixit: Rectè me id sensisse argueres, si ego Deum vterum habere, propria temeritatis præsumptione sine vllo diuinæ legis testimonio affirmassem. At cum ipse Deus ad refellendam credere nolentium insaniam, hoc de seipso pronuntiare dignatus, quo euidentius per vteri nuncupationem, non extrinsecus, non aliunde; sed de seipso, id est, de sua substantia filium generasse doceret, cur tibi vitiosæ credulitatis notas infigis, cum hoc potius Deo dicere possis? Si habes vterum, compositus eris. Si de teipso genuisti, corruptioni obnoxius eris. Nam ita in Deo vterus sine aliqua membrorum compositione accipitur, sicut oculi & aures, & manus, & pedes, sine vllis distinctionum lineamentis inesse referuntur. Sicut ergo oculos, quia omnia videt, aures quia omnia audit, manus quia cuncta operatur, pedes quia vbique est, ita vterum, quia de seipso ineffabiliter genuit, accipere debes. Nec te oportet infideliter opinari, quia si de seipso genuit, corrumpi vtique non potuit, quem & omnipotentem & incorruptibilem generare potuit, ne hac ipsa generatione corrumpi potuerit, fideliter conuenit confiteri. Nam si mirabiliter ex virgine contra rerum naturam incorruptibiliter creditur natus, quanto magis ex patre credendus est incorruptibiliter genitus. Si enim substantiali natura virginis, quæ ex ipsa vtique corruptibilis naturæ conditione, passioni & corruptioni potuit subiacere, intemerata pudoris integritate, & in infractis virginalibus claustris, mirabilis incorruptionis integritate filium generauit: cur non magis (vt dixi) incorruptibilem Deum, genito ex se incorruptibiliter filio, corrumpi non potuisse credamus, & nouum atque infandum opinionis monstruosæ damnabili metu fateri virginem partu non posse corrumpi, & formidare Deum, ne corruptionis vitio subiaceret, si de sua substantia generare potuisset? Volente igitur Deo, corruptibilis naturæ virgo, siue vllo corruptionis vitio generauit. & ipse qui * incorporaliter cunctis naturis incorruptibilior permanet, hoc sibi præstare non potuit, vt de sua substantia filium incorruptibiliter generare potuerit? Ergo quia Deum de seipso * generasse, & diuinarum scripturarum testantur eloquia, & in sua id Arrius superiore prosecutione fassus est, iudica virorum optime probe, quis magis cum diuinis conueniat scripturis, vtrumne ego, qui ob hoc vnius substantiæ filium cum patre esse profiteor, quod videlicet ex ipso, & non aliunde dignoscitur natus, & ob hoc rursum incorruptibiliter genuisse profiteor, quia excellentissima diuinæ Maiestatis substantia per sui ineffabilem potentiam corruptioni subiacere non potest, an iste qui in tanto ancipitis intelligentiæ discrimine positus est, vt quo fidei suæ pedem referat nesciat, nolens enim confiteri Deum de sua substantia incorruptibiliter genuisse, in eam confessionis necessitatem attrahitur, vt neget omnibus modis genuisse, sed hoc ipsum negare, obuiantibus vndique & clara vociferatione exclamantibus, siue Propheticis, siue Apostolicis vocibus numquam sine dubio poterit. Probus iudex dixit. Quicquid in hac prosecutionum vestrarum assertione cognoscere potui, vltima examinis nostri sententia retinebit. Nunc vero si qua vobis adhuc de diuinis scripturis fidei vestræ congruentia superesse putatis, proferre dignemini, quò facillimè queamus processu disputationis, quid veri ratio contineat indagare. Arrius dixit. Quod tam breuibus & exiguis quæstionibus omni illa disputationis meæ narratione vsus sum, Christiani pudoris ac verecundiæ fuit, vt disputationis nostræ trames leuibus inchoaretur initiis. Sed quia video Athanasium perspicuæ veritatis robustissimam firmitatem quibusdam arietantium quæstionum impulsionibus quatere, actus

Marginal notes:

al. schematum.

al. nefandæ perditionis huius vergit intentio vt permixtis enim vnius vel copulatione e diuerso collectis atque confusis patris & filij personis in sua (vt dixi) proprietatis singularitate minimè subsistere valeat.

al. fluctuantem.

al. sustinebunt.

Psal. 109.

al. quam.

al. incomparabiliter.

al. filium.

A coorra eum, & validius opinor dimicandum. Dicit ergo Patrem & Filium voius esse substantiæ, sed illa intemerata ineffabilisque essentia, quæ pater est, nec reduodans vmquam in se ipsa fuit, vt meritò quasi exuberatione quadam sine damno sui in eadem substantia genuerit filiom, cum eios essentiæ quæ alus omnibus infinita atque immeosa sit, & incorporea, oihil possit esse exuberans. Siquidem determinatorum sit exuberare, quod est * inquit, quasi extra se fluere. Deus autem qui vniuersa complectitur, nihilque extra se habet, aut quo diffluere potest, auc infinitus quo poterit redundare. Dum * diffluere eorum est, qui accipiunt incrementa. Quod si accepit aliquando, necesse est vt semper accipiat, & nihilo minus pari exuberatione semper & generet. B Sin autem incrementa non accepit, quod ipsi etiam fatemur, nec fluit, nec redundat quod tale cum Pater esse dicatur, cum filium genuit ex sese, substantiam suam vtique diuisic io filium, & paternam tantummodo ante substantiam, pro rata parte secretam à sese, ac resectaio, filium nominauit, tantumque sibi detraxit pater, quantum in filium contulit. Quo tamen ipsum quicquid est filius, aut hodie caret pater, & perfectus non est, aut eo si non indiget, qoasi superfluo abundauit. Quod vtrumque in Deum non cadit, cum & in hoc ipso quidem Patris & Filij nomen esse non possit, vbi non habita geoeratio est, sed potius facta discissio, tum quod necesse est, omne quod diuidi potest, posse corrumpi, quæ si vt manifestatum est, in Deo esse C non possunt, cur non potius voluntatis & charitatis esse filium confitemur? Quæ quidem voluntas, nec in hominibus quidem, nisi libera est, ne dum in Deo aliqua lege teneatur. Qui si non est filios voluntatis, superest vt coactus Deus quasi aliqua lege naturæ filium edidisse videatur. In qua quidem generatione, si id genitum est, quod erat pater, quædam patris pars filius nominatur, incertumque est quid Pater, quid Filius debeat nominari, cum in duas partes æquè sit diuisa substantia. Illud verò quod quasi ad proprietatem naturalis substantiæ demonstrandam, paternum oraculi testimonium protulit, vt merito Patrem ex eo, qood ipse est filium genuisse credamus, qoia dixit: Ex vtero ante luciferum genui te, quàm id absurdum, quamque ineptum sit D apertissimè demonstrabo. Siquidem non solom aliquanta in ordine rationabilium creaturarum consistentia; sed & in sensibili elementorum qualitate subsistentia, de Dei legimus vtero processisse. Aic enim. (Iob.38.28) *Quis est pluuiæ pater, vel de cuius vtero processit nix?* Num igitur quia hæc rigentis & torpidi elementi qualitas diuino legitur vtero procedere, ideirco vnius eiusdemqoe cum Deo creditur esse substantiæ? Aut quis rursus homines Deum legimus genuisse, vt ipse ait, (Exod 4.22.) *filios genui & exaltaui.* Et iterom: *Filius meus primogenitus Israel est.* Ac rursus. (1.Ioan 3.9.) *Omnis qui natus est ex Deo non peccat*, ideirco rectius opinabimur, homines eum Deo vnius esse substantiæ? Aut quia idem Apostolus totius creaturæ vniuersitatem, generali pronuntiatione comprehendens, ex Deo asserit E esse dicens; (Rom 11.36.) *Quoniam ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia*, ob hoc prudentius conniciemus vniuersitatem creaturæ, hoc esse quod Deus, aut vnius eum eo esse substantiæ, quod videlicet eo legitur substitisse? Sic ergo & Filium, cum Dei Patris vtero processisse fatemur, non ad iudicium vnius naturæ; sed ad inuestigabilium secretorum arcana dictum esse competeoter debemus accipere. Athanasius dixit: In ludis theatralibus, sicut qui figurarum varietate mutantur, diuersi quidem atque alij apparent oculis intuentium. Nam idem ipse, qui aptatæ imaginis specie rigidius quondam incesserat, iterum vultu in hoc ipsum aptato, alterius membrorum motibus

A ludens, in mollitiem resoluitur fœminarum. Ita nunc videtur mihi Arrius quæstionum imaginibus immutatus, veluc diuersa coniiciens, similitudinis varietate formari. Nam hoc quod dudum compen & breuissimis disputationum obiectionibus intonaverat, sub alterius prætextu imaginis, iterum ac sæpius repetens à proprietate quæstionis illatæ omnimodis recessit. Neque enim quia nooc latius & diffusius perplexa verborum ambage, seriem propositionis extendit, ideo aliud egisse videndus est, quam quòd superius conuincitur actitasse? Dixit enim ob hoc Patrem & Filium vnius non posse esse substantiæ, quod eadem paterna substantia, nec exuberatione amplissimæ deriuationis in augmenti copiam effluere possit, vtpote quæ nullis metarum terminis * (al. aucta) B acta finalibus queat modis arceri, quoniam eius est exuberationis copia redundare, quæ certo (vt diximus) concluditur fine. Nec rursus velut integram, & intemeratam portionis defectionem aliquam * (al. pertulisse.) protulisse, sed hæc omnia passionis genera, diuinæ naturæ, non conuenientia, iam superius calumniosius magis quàm verius cognoscitur intentasse. Quibus religioso nos fidei intellectu competenter constat dedisse responsum. Neque enim exuberationem substantiæ redundantius filium dicimus, neque rursus defectæ naturæ portiunculam nominamus; sed perfectum Patrem, perfectom Filium, non ex iis, quæ in eo superfluis exuberationibus redundabant, (quod dictu nefas est,) sed ex seipso, id est, ex eo C quod ipse est, impassibiliter, indiuisibiliter, * incorporaliter (al. incorruptibiliter.), sine diminutione, sine discissione, sine affluentis copiæ redundatione, sine vllo omnino passionis genere, ineffabiliter credimus natum. Et, idcirco vnius fatemur esse substantiæ, quia non aliunde, non ex nihilo, non ex subiacentibus vel præcedentibus materiarum qualitatibus, sed propriè Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, sapientiam de sapientia fideliter extitisse fatemur. Nam si alterius ac * diuisæ substantiæ (vt Arrius arbitratur) filius esset, non diceret. (al. diuersa) (Ioan.5.26.) *Sicut habet Pater vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso.* Et iterum: (Ioan.10.15.) *sicut Pater nouit me, & ego noui Patrem.* Quid est ergo, Sicut habet Pater vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso, D nisi sicuti est Pater, ita est & Filius? Et si idem habent esse, vnius sunt procul dubio substantiæ. Neque enim aliod est esse Patris, & aliud viuere, sed hoc est viuere, quod est & esse, id est, non aliud est Pater ipse, & aliud vita eius: sed vita essentia, & essentia vita. Alioquin compositus videbitur ex diuersitate subsistens, si aliud ipse, aliud vita eius significare videtur. Quia ergo apparet, vita Patris hoc esse quod ipse est, sicut habet vitam in se, sic dedit filio habere vitam, id est, sic est esse filij, sicut esse patris. Non dubium est patrem & filium vnius essentiæ atque vnius esse naturæ. Nam & quod ait: (Ioan.10.15.) *Sicut nouit me pater, & ego noui patrem*, vnitatem procul dubio voluit indicare substantiæ, quia secundum superioris disputationis intelligentiam, non aliud est nosse patris, & aliud esse. E Hoc ipsum enim quod est nouit, & quod nouit est, quia non aliter nouit, & aliter est. Et quia filius sic nouit patrem, sicut eum pater nouit, notionem vero in Deo, essentiam esse diximus, non dubium quod sicut est pater, ita est & filius; ac sic diuersitatem essentiæ non admittit res, quæ vno ac simili modo subsistit. Denique vt hanc patris & filij vnitatis substantiam plenius noscetemus, quædam nobis diuinæ scripturæ, rerum visibilium exempla posuerunt, quibus nos ad inuisibilium intelligentiam religiosius prouocarent. Nam paterni luminis splendorem, & bonitatis eius imaginem filium posuere, non quod ad res diuinas metiendas corporalium satisfaciant exempla specierum. Sed quia ineffabilis illa natura exprimi non potuit,

potuit, quædam ex his quæ videntur similitudinis [A] proferuntur iodicia, vt sicut splendor, & ignis diuersæ non sunt substantiæ, vel sicut imago ab eo, cuius est imago in aliquo differri non potest, ne fictum aliquid in se & diuersum retinens, perfecta & vera esse non possit, ita pater & filius non diuersæ, sed vnius credantur esse substantiæ. Et quia nonnulla exempli gratia protulit testimonia, quibus adstruetur, ita esse omnia ex Deo, vt non tamen de eius credaotur processisse substantia, interrogo vtrum sic filium ex Patre asserit extitisse, sicut vniuersa ex ipso extitisse narrantur. Quid ergo dicis? Sic debemus accipere filium de Patris vtero processisse, vel ex Patre genitum esse, sicut homines ex Deo natos, vel sicut nix ex eius vtero legitur procedere, an longè aliter? Sed quæso vt vnum è duobus respondeas, [B] id est, aut similiter, aut non similiter dicas. Arrius dixit. Non similiter vniuersa ex Deo extiterunt, vel genita sunt sicut filius. Aliter enim filius, aliter extitit creatura. Athanasius dixit: Si filium longè aliter quàm creaturam extitisse fateris, cur in eius natiuitatis generatione, rerum factarum exempla protulisti? Hi enim qui disparibus modis propriæ originis sumpsere principia, non æquo intelligentiæ sensu comparari videntur. Quod quia illuc prosecutionis tuæ intentio vergit, apparet te Fotini dogmatis, quod dudum repudiabas, errorem sacrilegum defendare. Nam qui & ipse cum filium Dei de Patre genitum abnegaret, atque talibus testimoniorum documentis coarctaretur, quibus luce clarius demonstratur, filium Dei Deum verè & propriè de Patris substan- [C] tia genitum, illuc impietatis suæ molimina vertit, vt eisdem modis eodemque rationis ordine, filium de patre assereret natum, sicut homines per adoptionis gratiam, in diuinæ generationis prolem legimus consecratos. Quod tu quoque licet aliis viarum indiciis gradiens, tamen ad eumdem infidelitatis compitum peruenisti, adserens non ob hoc de illa ineffabili patris substantia, filium natum debere intelligi, quod ex Deo genitus, vel ex patris vtero legitur processisse: cum ratione consimili non solum homines ex Deo natos, verum etiam insensibilium elementorum qualitates paterni vteri generatione legantur processisse. Et licet iam totius prosecutionis tuæ narrationem vnius sermonis pronuntiatione dissolueris, quo dixisti longè aliter filium quàm creaturam diui- [D] nitus extitisse. Quia tamen breuitate sermonis obscurius & perplexius prolati intentionem legentium teteris quibusdam nebulis obnubilasti: idcirco nunc ego lucidius & plenius, quæ obscura sunt & veritatem obumbrant, * in manifestationem clarissimæ proferam notionis. Ostendam igitur quantum ad proprietatem diuinæ generationis pertinet, hoc esse ex Deo nasci, quod est de ipso generari. Et vt manifestioribus diuinarum scripturarum testimoniis vtar, euangelicum proferam documentum. Angalus ad Mariam ita loquitur dicens: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Et iterum Apostolus: *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege.* Num igitur quia Angelus Mariam sic affatus est, vt non de ipsa, sed ex ipsa gignendum diceret filium, ob hoc in Christo veri hominis natiuitatem nequaquam profitebimur, aut extrinsecus, & non propriè virginali credimus vtero processisse? Cernis igitur te superfluè, in diuinæ generationis natiuitate visibilium creaturarum exempla protulisse, cum euidentioribus testimoniorum documentis appareat, id esse ex ipso, quod est etiam de ipso generari. Vnde mirari me fateor, creaturæ cum nomen in filio refugias, & non factum, sed verè (sicuti est profitendum) ex patre genitum credas, Fotini quodammodo, & si non integris, verumtamen similibus prosecutionum sententiis eius fuccis impietatis dogmata imitatus. Arrius dixit. Quis potius Fotini sectatur perfidiam, vtrumne ego, qui ea quæ filius ad demonstrandam diuinitatis suæ longè inferiorem, & non in omnibus similem naturam locutus est, secundum deitatem suam dictum accipio, an ipse tu qui penè cuncta humanitatis exempla non fucatis verbis, nec simulata operis efficientia peractis hominis tempuras assumptæ? namque vt non solum alterum, verum etiam inferiorem à patre ostenderet, ait: *Pater maior me est.* Qua professione euidentius declaratur patris & filii diuersas esse substantias. Athanasius dixit. * Profiteris filium Dei Deum seculem nostri generis formam subiisse, an non? Arrius di- [B] xit: Quis hoc impios negauerit Christum scilicet Deum, ita quoque verum hominem confitendum? Athanasius dixit. Debemus igitur eorum, quæ Christus locutus est aliquanta diuinitati, aliquanta humanitati adscribere, an sine vllo partitionis discrimine vniuersa, aut Deo, aut homini assignare? Arrius dixit. Hoc non solum irreligiosum, sed & summæ putabitur esse dementiæ, vt omnia eum aut secundum diuinitatem, aut secundum humanitatem locutum fuisse putemus. Athanasius dixit. Si ergo secundū professionis tuæ sententiam, aliquanta diuinitati, nonnulla vero humanitati adscribenda sunt, cui non hoc quod ait, *Pater maior me est*, humanitati. Et quod ait: *Ego & pater vnum sumus*, diuinitati reputamus. Namque vt noueris secundum quod homo erat, [C] eum dixisse, *maior me est*, ait: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est.* Rogo itaque cum filius secundum diuinitatis suæ potentiam vniuersa impleat, nec sit aliquis locus eadem diuinitate vacuus, vt pote qui terram & cælum atque inferna pari omnipotentia impleat, quomodo ait: *Vado ad patrem*, cum quo & semper erat, & à quo numquam recesserat? Eius est enim ire & venire, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur, vt eum in quo erat deserere locum, ad alium vbi non erat veniat, nisi quia vtique de illo quem adsumpserat homine loquebatur, quòd ipse erat iturus ad patrem, à quo & venturus est iudicare viuos & mortuos. Cæterum vbi diuinitas, quæ, vt diximus, vniuersa implens, nullis locorum spatiis terminatur, [D] sicut nihil est vnde discedat, ita nihil est * vbi veniat. Et hoc modo apparet secundum quod homo est, non solum patre, verum etiam Angelis esse minorem. Nam si secundum id quod Deus est, eum minorem accipere volueris, pari conditionis necessitate, etiam Angelis secundum diuinitatis naturam, minor esse videbitur. Denique Apostolus ait * *minorasti eum paulominus ab Angelis.* Si nulla ergo ratione admittitur, vt secundum id quod Deus est, minor Angelis habeatur, apparet hoc minorationis officium, non Deo verbo, sed homini reputandum assumpto. Probus iudex dixit. Vtrum in omnibus fulciatur assertio veritate, conuenit à tuis partibus, Patrem & Filium & Spiritum sanctum diuinorum testimoniorum lectione, vnius approbare substantiæ. A- [E] thanasius dixit. Quoniam excellentiam tuam perspicio huic reinstantissimè ac fideliter imminere, vt Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnius esse substantiæ demonstremus, atque Filium de Patris substantia natum, ex diuinis voluminibus approbemus, quamquam omnium prosecutionum mearum sententia, ita se habere monstretur, vt sicut hominum vel cuiuslibet animalium genus suæ substantiæ similes gignat, & nec homo bouem, nec bos hominem generet, sed ad suam similitudinem, id est, suæ substantiæ, vnaquæque res procreet, mirari vtique non debeo, Deum potuisse de sua substantia, Filium generare, cui totum posse subiectum est. Sed vt

al. in lucem manifestissima clarissimæque proferam notionis.

Luc. 1. 35.

Gal. 4. 4.

Ioan. 14. 28.

al. duas in Christo profiteris esse naturas an non? Arrius dixit quis hoc impius negaciat Christum Deum & hominem confitendum.

Ioan. 14. 28.

Ioan. 10. 30.

Ioan. 14. 28.

al. quo.

Psal. 8. 6. Hebr. 2. 7.

al. nec non & Psalmographus.

ſcripturarum teſtimonia, mea oratio peruagetur, aggredior ipſius opitulatione munitus, Filium de Patris ſubſtantia ineffabiliter natum, diuinis oraculis approbare, vt dum luculento diſputationis tramite, non ex argumento Philoſophicæ artis veniente; ſed, vt dixi, ex diuinis monſtrauero documentis, tunc demum Arrius obmureſcat, cum Filium de paterna ſubſtantia genitum, legalibus eloquiis, me docente, cognouerit. Paulus Apoſtolus de filio ad Hebræos ſcribens, ait: *Cùm ſit*, inquit, *imago inuiſibilis Dei, & figuram ſubſtantiæ eius gerens*. Ieremias quoque prudentiſſimus Prophetarum, de Dei Patris perſona concionatur, & dicit: *Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent verbum meum, auerterem eos à ſtudiis ſuis peſſimis*, & vt eum de Filio dixiſſe probaret, ſubiungit idem Propheta & dicit: *Quis ſtabit in ſubſtantia mea, & videbit verbum meum? Verbum* enim eſſe filium, Dauid Propheta de Patris perſona proteſtatur dicens: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Ioannes quoque Euangeliſta, ſciens apud Patrem verbum, id eſt filium, à principio apud Patrem eſſe, & à Patre verbum numquam fuiſſe ſeparatum; in principio Euangelij, id eſt, Annuntiationis ſuæ poſuit dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et iterum alio loco ſcriptura tradidit dicens: *Initium operis verbum.* Non quod in creatione verbi, id eſt, filij creatione cæteras cœpit facere creaturas: ſed quia per verbum Dei, id eſt, per filium omnia creata noſcuntur. Vnde Dauid Propheta canit & dicit: *Verbo Domini cæli firmati ſunt.* Et vt Spiritum ſanctum huius operis ſocium eſſe oſtenderet, ſecutus eſt dicens: *Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* * Mira ſunt quæ de filio diuinæ Scripturæ perhibent teſtimonia, quod de ſubſtantia Patris, id eſt, de eo quod ipſe eſt genitus demonſtraretur, de qua ſubſtantia, non tantum ſimilis Patri filius comprobatur. Hæc fides quam Chriſtus Apoſtolis tradidit, & ab Apoſtolis ad nos vſque peruenit, nec poſſumus eam in aliquo immutare, quam conſtat nos debere fideliter ab initio, vt data eſt conſeruare. Probus iudex dixit. Licet congruo diſputationis ordine per varia quæſtionum diuerticula, orationis veſtræ feratur intentio, & velut à propoſita rectitudinis linea paululum neceſſario deuians, in obliquum tortuoſi tramitis pergat anfractum, ob hoc ſcilicet auia quæque perluſtrans, vt nihil penitus inexploratum, nihil relinquat intractum: tamen quoniam Arrij proſecutio, quam dudum arctioribus quæſtionum nodis illigauerat, ancipitem nunc dubietatis ſenſum auditoribus derelinquit, dum enim omnia, ſed certa quæque obiectionis capitula Athanaſij videntur reſponſionibus diſſoluta, conſequens mihi eſſe videtur, ad reliqua eius expedienda, in quibus maximè auditorum hæret intentio, Athanaſium debere orationis ſuæ reflectere curſum. Siquidem illud nobis maiorem hæſitatinuis ſcrupulum mouet quod idem Arrius dixit, Patrem non naturaliter filium genuiſſe, ne ſcilicet naturalibus videatur conditionum neceſſitatibus ſubiacere; ſed voluntario charitatis affectu edidiſſe, quo per hæc in Deo liberæ poteſtatis demonſtretur iudicium, atque ita extrinſecus magis & aliunde, quàm de ſe ipſo intelligatur generaſſe, & iure paternæ voluntatis, & charitatis potiùs quàm naturæ filium eſſe credendum, quem, vt dictum eſt voluntate, & non naturali lege dignoſcitur edidiſſe. Cum ergo hoc, vt dixi, non nodoſæ quæſtionis ſolutionem, vtrum obliuione an difficultate Athanaſium liquet omiſiſſe, nunc ſi videtur, contra ea, quæ orationem eius, ob ſui prolixitatem forſitan effugerunt, reſponſionis eius intentio dirigatur. Arrius dixit. Bene ſolertiſſima mentis intentione, vtpote vigilantiſſimus cognitor, cautioribus vteris prouiſionibus. Nam mihi è memoria

Heb 1. 3.
Col 1. 15

Iere. 23. 6. ſecundum LXX.
Ibid v. 29. in ſenſu LXX.
Pſal 44. 1
Ioan 1.

Ibid

Pſal 32. 5.

al multa.
Pſal 32. 6.

A pene elapſum fuerat hic articulus quæſtionis. Edicat igitur Athanaſius quomodo ſi naturaliter genuit filium Pater, naturæ neceſſitatibus non teneatur obſtrictus, vbi non voluntas; ſed vis naturæ copiam præbuit generandi. Neceſſe eſt enim ea, quæ naturalibus aguntur motibus, liberum eſſe non poſſe, tantoque patrem in ſuæ voluntatis affectu minus liberum, quanto & naturæ ſuæ iura dominatur. Athanaſius dixit. Iſtis, quæ Arrius garrulatur tamquam inexpugnabili quæſtione, nihil ineptius, nihil abſurdius vmquam poterit inueniri, & ob hoc ea reſponſione quoque indignum pulſare crediderim, quandoquidem ſolet interdum ſtultitiæ notam incurrere, quiſquis mauult ſtultiſſimè dicta refellere. Quia ergo in eadem quæſtione, plurimum ſibi opitulationis
B ineſſe confidit, quam velut ineuitabile ſyllogiſticæ artis tendiculum, petulantis ſatis iactantiæ ſupercilio infligendam putauit, reſpondeat, vtrum mutabilem dominum, an immutabilem profiteatur. Arrius dixit. Immutabilem profiteor. Athanaſius dixit. Bonum igitur eum, ſapientem, iuſtum, omnipotentem confiteris atque perfectum. Arrius dixit. Etiam. Athanaſius dixit. Voluntate immutabilis, an natura permanet inuertibilis? Arrius dixit. Quid dicas non ſatis intelligo. Probus iudex dixit. Apertum valde eſt, quod inquiris & nullo obſcuritatis tegmine nubulatur. Interrogat enim, vtrum voluntate Deum an naturaliter immutabilem dicas, id eſt, hoc ipſum quod bonus & ſapiens creditur Deus,
C voluntate talis eſt, ac priuilegio veritatis, & quodam iure naturæ his virtutum affectibus pollet. Arrius dixit. Nihil horum temerè audeo pronuntiare. Probus iudex dixit. Delibera igitur, quod debeas poſcenti dare reſponſum. Si vtrumque diffiteris, neutrum tenes. Aut ſi tacueris, à diuinæ profeſſionis pietate es extorris. Si nullam de Deo religioſa fidei opinionem retentas, aut ſi vnum eligis è duobus ne diuina profeſſione vacuus habearis, dic vtrum voluntate, an natura Deus ſit immutabilis profitendus. Athanaſius dixit. Quibus reſponſionis æſtibus tantis coarctatus agitur, manifeſtius auditorum ſenſibus patet, peruidens enim ſe inenodabilibus ſciſcitationis meæ laqueis irretitum, neque voluntate Deum, neque natura immutabilem vo-
D luit profiteri, ſed de vtroque induſtrioſo aſtu ſiluit, qui ſe in vtroque capiendum agnouit. Sed videamus quomodo is, qui ſibi arrogantius loquendo præſcripſit, conſultius reticendo proſpexit. Dixit enim patrem nequaquam natura; ſed voluntate filium generaſſe, ne ſcilicet aliquibus videatur naturæ neceſſitatibus ſubiacere. A quo dum quærerem obnixius, vtrum voluntate Deum an natura diceret immutabilem, ob id de vtroque reticuit. Quia ſi diceret natura immutabilem, omnem ſuam, quam intentauerat funditus ſubuerteret quæſtionem, aut certè in eam velut in quoddam altioris præcipitij barathrum decidiſſet, neceſſe ſua nos in eum ſpicula quæſtionis retorquere veri quæque referre. Si natura Deus eſt immutabilis, nec bouus nec malus
E ſine dubio eſt profitendus, quia omne quod ſecundum te, naturalibus fertur motibus, libertatis caret arbitrio, quem finalis naturæ terminus inter metas conditionis tenet incluſum, eritque ſicut vnum quodlibet elementorum, ſicut aqua vel terra, quæ nihil aliud eſſe poteſt quam id quod eſt, dum neque melioribus augeri profectibus, neque in deteriua relabi arcentibus naturæ legibus poteſt. Quia vero Daum voluntate potius quam natura aſſerit profitendum, dum filium voluntate paterni affectus atque neceſſitudine, non naturali virtute genitum credit, audiat quam abſurdi ſenſus ratiocinatio iſtius profeſſionis intelligentiam conſequatur. Neceſſe ergo erit Deum profectu melioris electionis augeri, dum

bona rerum electione, perfectarumque ratione virtutum prosperiori successu tendit ad summa, effectque aliquem cui superiorem cui per bonae voluntatis effectum placere contendat. A quo metuendum est, ne aliquo deficiat, si forsitan eum bonae voluntatis intentio desecat, quandoquidem necesse est, vt euro qui nullo subsidij naturalis admiculo fruitur, sinistrae interdum voluntatis affectio intercipellet. Haec quantum irreligiosius de Deo dicuntur, tanto nequior cogitantur. Peruidet ergo optime iudicum, summae quodam impietatis instinctu, diuinae iura naturae, virtutisque infectae substantiam rerum factarum naturis voluisse Arrium comparare, vt scilicet ob hoc non natura pater, sed voluntate filium generauerit, ne causatarum siue rationabilium siue ratione carentium modo naturalibus videatur necessitatibus subiacere. Sed habeat, quisquis talia sentit, opinationis suae arbitrium, à maiestate futurus poenale iudicium, tam inepta, tam sacrilega iudicando. Nos vero diuinarum eruditi magisterio litterarum, hanc de Deo, religiosae opinionis sententiam retinemus, vt non aliud eius voluntatem, aliud credamus esse naturam. Namque quod eum sapientem, bonum, omnipotentem, perfectumque fatemur, non tanquam ex diuersitate virtutum subsistentem, & distinctae rei alicuius qualitate compositum asserimus Deum, quia non aliter sapiens, nisi quia omnipotens, nisi quia perfectus habetur, id est, non aliud in eo est bonitas, aliud sapientia, non aliud omnipotentia quam quod perfectio, sed omnia haec in domino vno eodemque modo habentur, sed singulari modo diffiniri non possunt. Obseruas tamen, oc, quia in Deo modo diximus, quibusdam terminis modificarum intelligas, qui suae virtutis immensitate vniuersa excedit. Sicut enim cum immensum dicimus, non immoderatum volumus intelligi, vel cum perfectum praedicamus, non proficientem induimus, id est, non per aliquas virtutum efficientias paulatim capessendo gradiens, ad summa perfectionis fastigia adsertimus peruenisse: ita etiam hoc dictum debes accipere. Sed ad propositum redeamus. Ergo Deum, qui procul dubio simplex, vide quantis vocabulorum nominibus appellamus, *sapientem, bonum, omnipotentem, prouidum, atque perfectum.* Et haec quidem ad seipsum Ad nos vero, *misericordem, pium, iustum atque benignum*, nec tamen virtutum multiplici qualitate compositum, quisquam audebit adserere eum, qui singulari virtutis omnipotentia subsistens, purae ac simplicis naturae creditur esse. Sed hanc vnam eandemque virtutem humanae conditionis intelligentia, naturalibus impetitiae obstaculis praepedita, vno explicare sermone non potuit. Et ideo variis & multiplicibus nominum appellationibus vtitur, vt hinc qualis quanta ve sit diuinae virtutis natura facilius coniiciatur. Quae cum vna sit, eademque simplex, vno tamen verbo non penitus explica. Nam si, verbi gratia, per diuersas diuinae operationis species percurramus & inquiramus, qua virtute conuexam tanta sublimitate caelum extenderit, terramque immobili stabilitate fundauerit, atque aequora per solubiles campos dilatauerit fuderit, quia sapiens, an quia omnipotens, referetur profecto quia sapiens & quia omnipotens Et nunquid diuersitate virtutum compositus erit? Nequaquam, sed vnius virtutis multae significationum species, quia non aliud in eo agit sapientia, aliud omnipotentia, aliud prouidentia: Denique scriptum est, Deus sapientia fundauit terram, stabiliuit caelos prudentia, sensu eius abyssi dissiluerunt. Num igitur eo vsque desipiemus vt dicamus quod caelum quidem vna virtute, id est, prudentia, terra vero alia, id est, sapientia subsisterit. alia quoque Dei virtute, id est, sensu eius abyssi dissiluerint? Sed vide quemadmodum diuina scriptura vt istius absurdae opinionis abdicaret errorem, id quod per species nominum patrata fuerat, in vnam iterum recolligit, & conuenit appellationis virtutem dicens: *Omnia in sapientia fecisti.* Et iterum: *Omnia haec manus mea fecit.* Vides ergo in Deo cuius natura simplex est, siue manum, siue sapientiam, siue prudentiam, siue sensum, non rerum diuersitatem, sed vnam in deitate virtutem Quod cum ita sit, nullius iam intemeratae quaestionis relinquitur locus, qua quaeritur vtrum voluntate Deus pater, an natura filium genetauerit; cum in Deo vt perdocuimus, non aliud sit voluntas, quam sapientia, nec aliud sapientia, quam natura, quae virtus etiam appellatur. Et cum haec omnia Christus sit sicut ait Apostolus: *Nos autem praedicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam* Apparet eum libera naturalis virtutis omnipotentia genitum esse, quoniam natura in Deo, non vt Arrius ridiculè opinatur, necessitatis conditione putatur, ne & ipse pater, qui naturaliter subsistit, necessitate subsistere videatur, sed est liberae potestatis, & nullis vincta necessitatibus virtus, quę quia non aliunde accepit vt esset, ideirco natura dicitur tanquam fons & origo cunctorum. In hac ergo natura filius est, & in hoc originis fonte subsistens processit tanquam ex sapiente sapientia, ex forti virtus, ex lumine splendor. Quae processio vel natiuitas, id est, filiu id vere virtutis nescit demonstrat, vt & semper in patre fuerit, & editus nunquam à patre recesserit, sicut sapientem sapientia non deserit, sicut fortem sua virtus non relinquit, sicut sese splendor à lumine proptrio non secernit. Arrius dixit. Intentatae à me quaestionis nodum, nunquam vt mihi videtur vales ex soluere. Nam superius vt hoc ita repetam, dixisse memini, Deum qui vniuersa complectitur, nil quae extrà se habet nunquam per generationis augmentum desinere posse, & infinitum minimè redundare, aut certe substantiam suam diuisisse in alium, & paternam tantummodo ante substantiam pro rata parte secretam à se ac resectam filium nominasse, tantumque sibi detraxisse, quantum in filium contulisse videtur, ad haec nullum te constat dedisse responsum. Athanasius dixit. Vide in quantum labetis amentiae, vt diuinae natiuitatis arcanum, nec supernis quidem virtutibus cognitum, philosophicis rationibus inoestigari magis, quam fidei veneratione posse conspicari arbitraris, & soli filio patrique & spiritui sancto pro sui miraculi dignitate solummodo cognitum, intra humani sensus rationem concludis, & ac si vulgatam & nullius secreti rata, audaci disputationis manu contrectas. Et cum ne de creaturis quidem, quae sub humani conspectus intuitu sitae sunt, ratio reddi possit, quoniam inuestigabili miraculorum opere subsistunt, tu creatorem eorum, qui his multo mirabilius praestat, quaestione discutis, circumscribis argumento, indignis & prophanis rationibus vulgas. Sed dum nonvis fidei deseruire, dum dedignaris mitis & ineffabilibus subiici rebus, dum impatientiae aestibus agitatus & immensa atque infinita metitis, eo intentionis tuae perducis articulum, vt Deus aut omnino non genuerit, aut si genuit, omnibus à te obiectis conditionum necessitatibus subiacuerit. Sed qui taler nugas ore sacrilegu garris & mole corporea subsistentem vis introducere Deum, quia quae à te obiiciuntur, non nisi visibilibus & palpabili materia extantibus conueniunt rebus Dum enim conaris ostendere filium extrinsecus & non de patris substantia genitum, ad inanis philosophicae artis quaestiones, relicta fidei simplicitate transisti, vt quia diuina natura ex sui infinitate decidere non potest, nec per [...]entes exuberationum copiam amplius redundare, fluidae atque crassioris mihi simillima iudicetur, quae sine sui damno ex

Pro. 3. 19.

Psal. 103. 24.
Act. 7. 50.

1 Cor. 1. 24

sese quicquam tribuere non potest. Ergo quia augmentum res corporea sumit, detrimentum res morte obnoxia sentit, videamus vtrum Deus, qui in nullo est horum, ex seipso filium generando, nec substantiam suam pro rata parte diuiserit, vt Arrius inani metu & superfluä timoris formidine opinatur, nec sibi aliquid detraxerit, quod conferret in filium, vt hoc ipso aut hodie careat, & perfectus non sit, aut eo si non indiget, videatur superfluè abundare. Primo ergo recedentes ab omni corporalium passionum perscrutatione, & cunctis visibilium naturarum conditionibus derelictis, de spirituali natiuitate spiritualiter disputemus, nec quicquam sensus nostri opinemur præsumptione. Scriptura itaque diuina, vt passibilitatem paternæ generationis ostenderet, *sensum, sapientiam, virtutem, verbum, lumen,* filium esse
B narrauit. *Sensum* scilicet, quo cuncta cogitantur, *Sapientiam*, qua cogitata disponuntur. *Virtutem*, qua disposita perficiuntur. *Verbum*, quo perfecta nunciantur. *Lumen*, quo nunciata clarescunt. Et hæ omnes nominum species, non diuersæ, sed vna est virtus. Quia enim vnius sermonis enunciatione, magnitudo eius nosci non potuit, idcirco multiplici vocabulorum appellatione distinguitur, vt ex diuersitate vel qualitate nominis, quantitatem virtutis agnoscamus. Quia ergo consilium ab eo, cuius consilium est, non separatur, quia virtus à forti non scinditur, quia sapientia à sapiente non discernitur, quia sensus à sensato non diuellitur, quia verbum à primo ore non aufertur, quia splendor à suo lumine nulla discriminatur secretione, manifestum est patrem, nec augmen-
C tum suscepisse, nec detrimentum filium generando sensisse, quia hæc in Deo, & naturaliter insunt & ipse intus naturaliter inest, sicut ipse filius apertius declarat, dicens: *Ego in patre, & pater in me.* Esse enim & inesse, nec copia est exuberans, id est, extra redundans, quia ipsum inesse, id est, in parte esse, non recipit Arrius, cauillatur extra fluere, nec detrimenti iactura est, dum cor sapientiam gignit, dum intellectus consilium generat, dum os sermonem profert, dum lumen splendorem emittit. Inest enim splendor in lumine, & lumen in splendore, & ita in se vtrunque natura subsistit, vt neutrum sine altero esse possit, quia vbicunque lumen est, illic & splendor, pari radiantia luminis claritate refulget. Ergo pater non est copia
D superfluæ redundationis, tanquam extra se effluens, sed ea se atque in se, vt sapiens sapientia filium genuit, & idcirco ex suæ infinitatis magnitudine nusquam omnino recessit. Sed neque subsistere suæ portiunculam, pro rata parte secreuit à se, quia lumen splendorem gignendo; separationi obnoxium non est, atque ita singula prosequendo, reperies patrem in sua generatione nec copia redundantis cumuli auctum, nec diuisæ portionis detrimento diminutum, nec separatæ substantiæ diuisione seiunctum, quia rerum natura, cui sacra illa & ineffabilis generatio comparatur, nihil in se recipit, quod aut exuberationi, aut diminutioni, aut iacturæ obnoxiom esse possit. Probus iudex dixit. Certum est quidem natura luminis, vel verbi ac sapientiæ aliarum-
E que virtutum abs te commemoratarum efficientias his conditionibus teneri non posse, sed vtrum vt agis paternæ generationis natiuitas talibus comparetur exemplis, diuinis te conuenit testimoniis edocere. Arrius dixit. Superiore prosecutione mea ita exorsus sum, quod Athanasius* perfidia cæcitatis præcipitatus in profundum, dum enim vult facundiam sui sermonis ostendere, nescius in crimine versatur scripturæ diuinæ, eo quod in substantia Dei coæquet filium generatori, cum ipse filius de se testetur & dicat: *Pater maior me est.* Et, *qui me misit mandatum dedit,* &, non ego veni, sed ille me misit. Et: *Non veni facere voluntatem meam.* Et, *sic* dixit mihi pater, sic

Ioan. 10. 38. & 14. 10. 11.

* al. quod Athanasium perfidiæ cæcitatis præcipitet.

Ioan. 14. 28. Ioan. 6. 38.

A *loquor.* Et* *quod dedit mihi pater* seruaui.* Et: *Omnia quæ dedit mihi pater, nemo aufert à me.* Et, *rogabo eum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum.* Et: *hic calix si non potest transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Et: *transeat à me calix iste, non sicut ego volo, sed sicut tu.* Et. *Quæ sunt ei placita facio semper.* Et: *sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis.* Et. *Dedit illi nomen quod est super omne nomen.* Et: *exaltauit puerum suum.* Et: *benedixit te Dominus Deus tuus.* Et: **exaltauit eum à mortuis. Sedere fecit ad dexteram suam.* Et multa his similia quæ studio breuitatis omitto. Si ergo ab eo missus est, si spontanea voluntate non venit, si voluntatem suam non fecit, si quod ei dicitur, loquitur, si sibi data custodit, si rogat, si pro
B calice deprecatur, si nomen ab alio accepit, si sedes discipulis petentibus propria voluntate non tribuit, quæ sunt patri placita facit, & ab ipso à mortuis suscitatur, æquum ne videtur, vt qui de sua subiectione tanta & talia dicit, patri efficiatur æqualis. Probus iudex dixit. Si aduersus ista copiosa diuinæ auctoritatis testimonia, quæ ab Ario de filij subiectione prolata sunt, quid Athanasio competere videtur, edicere non moretur, ne superstitione sermonis, sed diuinis potius luminibus, aut similis aut dissimilis, vel coæqualis patri filius demonstretur, vt agnita veritate, quæ sanæ fidei actationi conueniunt, roborentur. Athanasius dixit. Quantum velit percurrat in elatione sermonis Arij calliditas, & sibi de auctoritate diuinæ legis plaudat testimoniis, quibus videlicet ni-
C tuntur, ab æqualitate patris filium sequestrare, & cuncta, quæ ab eo prolixius inserta noscuntur, eisdem etiam testimoniis à nobis eius intentio absque vlla difficultate frustrabitur. Christus igitur Filius Dei, in forma serui, quam sumpserat, ex virgine patri dicitur esse subiectus, Apostolo Paulo nihilominus affirmante: *Vbi venit* (inquit) *plenitudo temporum, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Ille itaque dicitur esse subiectus, qui sub lege ex muliere noscitur generatus, & in ea forma minorem se indicat patre, quam sumpsit ex virgine. Nam in forma Dei patris, angelicus ei chorus probatur præbuisse ministerium, vt in Euangelio scriptum est, Et discessit ab eo diabolus, & venerunt Angeli & ministrabant ei. Obiicit quod voluntatem
D patris fecerit, & non suam, in hoc magis laudabilis huius verbi dicto deber agnosci, quia qui patris voluntatem æquanimiter fecit, æqualitatem ostendit, Apostolo confirmante *Hæc est voluntas Dei in Christo Iesu.* Nam quia addidit, *Sicut dixit mihi pater, sic loquor.* Quis hominum genus, quod rectum est, intelligens, audito hoc verbo turbetur? Si enim aliter Christus quam Deus Pater loqueretur, tunc magis Patri inæqualis vel dissimilis monstraretur. Si verò, quæ loquitur Pater, ea loquitur filius, nunquam æqualis Patri aut dissimilis inuenitur, *Quod dedit mihi: seruaui,* & : *Omnia quæ mihi dedit, nemo* (inquit) *aufert à me.* Dona enim diuina, hoc modo intelligenda sunt filio attributa. Dedit enim pater filio
E omnipotens omnipotentiam, maiestatem tribuit maiestati, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudentiæ, præscientiam dedit præscientiæ, diuinitatem diuinitati, æternitatem æternitati, coæqualitatem coæqualitati, immortalitatem immortalitati, inuisibilitatem inuisibilitati, regi regimen, vitam vitæ, & non aliam ab ea, quam habet, dedit, & *quantum habet, tantum dedit, vel si quæ alia, quæ pater filio indiuisibiliter, & inseparabiliter contulisse monstratur. Sed hæc omni habenti potius quam indigeno dedisse probatur, cui à filio dicitur, *Omnia mea tua sunt, & tua omnia mea sunt.* Si ista omnia quæ perhibetur pater filio contulisse, alia in eo, & alia videntur esse in filio, mendacem facimus sine dubio filium,

* docuit. Ioan. 6. 13. & 12. 50. * Ioan. 17. 4. & 18. 11. * custodiui. Matt. 26. 53. Matth. 26. 42. Ibid. 39. Ioan. 8. 29. Matth. 20. 23. Phil. 2. 9. * Act. 2.

Gal. 4. 4.

1. Thess. 5. 18. Ioan. 8. 28. & 12. 50.

Ioan. 17. 12.

* al. quantum habet tantum dedit.

Ioan. 17. 10.

dicit sua esse quæ patris sunt. Sed si in his, quæ dixit, mendax filius inuenitur, Et Euangelista, qui ait, *æqualem se faciens Deo.* omni virtute fallitur, ac sic nec pater filio integrè ac veraciter aliquid contulisse monstratur. Sed si vera sunt, sicut sunt, quæ pater filio inseparabiliter & indiscretè contulit, conticescant dementium hominum linguæ, quæ nituntur filium à patris substantia separare. Rogat filius patrem, vt hominem verum se gestare contendat. Nam vt Deitatis suæ intimaret potentiam mari imperauit & ventis, & quinque millia hominum de quinque panibus saturauit. Calicem passionis vt homo tristis accepit, vt Deus autem fontem aquæ viuæ salientis in vitam æternam propinauit. Accepit nomen vt in hoc nomine, cœlestia terrestria & inferna * adorent, Exaltatus est de imis ad superiora, id est, de carne humanæ fragilitatis, ad Deum conscendens. Sedet ad dexteram maiestatis, eum non dubitet humana infirmitas sequi, vbi caput suum videtit gloriari: vnctus est, vt chrismatis ipsius vnctione, à malo * prioris hominis delicto purgemur. Exaltatus à mortuis est vt nos exemplo * resurrectionis à mortis aculeo liberemur. Sedes discipulis petentibus se non posse dare testatur, ne inter eos diuortium nasceretur. Nam qui ait, *Non est meum dare vobis*, ipse iam dudum discipulis duodecim sedium iudicandi tribuit potestatem. Quæ sunt patri placita facit, quia contraria facere nescit. Nam quia venit non vt faceret voluntatem suam sed voluntatem eius, qui misit illum, dicit, *vt faciam voluntatem tuam, Deus meus volui.* Et, *voluntariè sacrificabo tibi*, Qui ait: *Pater maior me est*, dicit, *Ego & pater vnum sumus.* Et: *sint in nobis vnum sicut ego & tu vnum sumus*, & * *omnia mea tua sunt, & tua omnia mea sunt.* Et, *credite quia ego in patre, & pater in me est, & quæ Pater operatur, & ego operor.* Et sicut Pater suscitat mortuos, & viuificat, ita & filius, quos vult, viuificat. Et, *qui me videt, videt & Patrem.* Et, *qui me odit, odit & Patrem.* Et, *clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* Et: *ego clarificaui te super terram, & manifestaui nomen tuum hominibus.* Et vt omnis humanæ cauillationis quiescat intentio *Ioanne Euangelista, cuius superius vsus sum testimonio protestante, qui ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Si hæc tanta diuinitati conuenientia, perfidis non sufficiunt, quibus Patrem & Filium vnum esse docuimus, alia si videtur, adducimus. Probus iudex dixit: Si huic tam validæ & certæ prosecutioni Arius nisus fuerit obuiare, certum est eum non rationem sequi, sed per verborum irrationabilium campos effrenatius euagari. Qui vsque nunc trium substantiarum rationem, vt superius fassus est, sicut Athanasius vnius permultis docuit documentis, per nescio quam nebulosam caliginem circuiens, assertionem suam nequiuerit demonstrare. Arrius dixit: Nunquid quia ex diuinis oraculis Athanasius, nescio quibus articulis Filium vnius esse substantiæ, & patri coæqualem, ausu temerario * visus est affirmare: & spiritum, qui patris & filij minister est, iisdem debet æquali confessione conferre, cum ipse filius dicat: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet. Et, mittam vobis Spiritum veritatis, Et, Spiritus à me procedet, quem Pater mittet in nomine meo, & pater ad mortuorum ossa dicit: Dabo Spiritum meum in vos, & viuetis. Nunquid is, qui à Patre mittitur vel procedit, eidem debet æquari, cum Propheta in Psalmo decor testatur, dicens: *Ecce Dominus formans tonitruum & creans spiritum*, prorsus nunquam mihi vlla ratio poterit persuadere, quod creatura poterit coæquari creatori, aut vnà cum eodem posse potestate potiri? Athanasius dixit: Sapientiam & virtutem Dei filium esse, iam quidem superius demonstraui, vbi Apostolum dixisse probaui, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Sed & nunc verius & plenius, si necessarium iudicas, de hac eadem probatione replico testimonia. Ipsa sapientia, id est filius per Salomonem clamitat, dicens: *Ego ex ore Altissimi processi.* Et: *ante* (inquit) *colles genuit me.* Et quod eadem sapientia paterni luminis splendor sit, prædicti Salomonis & Dauid, pariter Apostoli testimonio comprobatur. Salomone quoque ita dicente: *Splendor lucis* (inquit) *æternæ, & speculum sine macula*, per quod & in quo sine dubio pater videtur, vt ipse in Euangelio filius ait: *Qui me videt, videt & Patrem.* Quod etiam Dauid apertius declarans, ad patrem loquitur, dicens: *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Audis lumen in lumine cerni, id est, patrem in filio contemplari? Paulus quoque congruentia bis prædicat dicens: *Qui cum sit splendor & imago substantiæ eius.* Verbum etiam nominatur, sicut pater ad demonstrandam generationis suæ impassibilitatem pronunciat, dicens *Eructauit cor meum verbum bonum*, Et, *Verbo Domini cœli firmati sunt.* Et, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Deus* (inquit) *erat verbum*, non prolatiuum, & sono vocis transiens, sed substantialiter in sua virtute manens, intelligas verbum. Sed & quod consilium sit, Isaias testis est, dicens: *Vocabitur magni consilij Angelus*, id est, paternorum tractatuum vel consolationum dispensator & author, imò consolatio & tractatus. Sensus etiam paterni pectoris demonstratur, vt Salomon ait: *Dominus sapientia sua fundauit terram* stabiliuit autem cœlos prudentia. Sensu eius abyssi diffluxerunt. De quo sensu Isaias, & Apostolus ait: *Quis cognouit sensum Domini?* Secundum illud Euangelicum: *Quia nemo scit filium nisi pater.* Claruit ergo, quantum arbitror, Patrem filium ex se generando, & eundem in semet habendo nec auctum & diffusum, nec fuisse penitus diminutum, dum qui generat, in nascentis perfectæ naturæ substantia dignoscitur permanere, nec extra se vterque diffunditur, dum vterque in se inuicem manere cognoscitur. Sicut Isaias, Non extra infinitatem paternæ, naturæ, tanquam vltra se effluentem filium, sed in se per communis substantiæ vnitatem habitantem Patrem & Filium declarat, cùm ad ipsum filium loquitur dicens: *In te est Deus, & non est Deus extra te.* Probus iudex dixit: Quantum facultatis percipiendæ rationis humanæ sensus præstat, plenissimè reor Athanasium superioris quæstiunculæ nodosa, totaque scrupulosæ opinionis ambigua, in quibus nostra hærebat intentio, penitus amputasse. Si hoc ipsum etiam Ario claruit, edicat apertius, & de his ad alia, si tamen adhuc aliqua superesse putatis, tandem aliquando transeatur, quò celeriùs valeamus operis huius terminare negocium. Arrius dixit: Si mente peruigili, & sensu sagacissimo summatim particularimque quæstionum à me propositarum dicta rimetis, profectò reperies Athanasium non ad omnia dedisse responsum. Probus iudex dixit: Quænam illa sunt, in quibus tibi satisfactum esse non arbitraris? Designa manifestius. Arrius dixit: Quid opus est eadem rursus repetendo, longum disputationis funem trahere, cum iam conueniat vltimam de cognitione sententiam promere? Probus iudex dixit: Semiplenam non oportere sententiam inferre, vestra etiam prudentia mecum pariter recognoscit. Ob hoc etiam de Spiritu sancto aliqua vos conuenit disputando proferre. Arrius dixit: Ego Spiritum sanctum non solum patre & filio minorem, verumetiam voluntatis eorum ministrum & obsecundatorem confiteor, vtpote creaturam creatori reuerentissimum famulatus obsequium præbentem, qui tum cunctis creaturis & melior, & post filium primus sit. Nam si æqualis cum patre, vt Athanasius profitetur, honoris priuilegio insignitur, non diceret filius. Quia non loquitur à semetipso, sed quæcunque audierit, loquitur. Qui enim nihil vltro-

Marginal notes (left column): Ioan. 5. 18. — * al. veritate. — * al. cum. — * al. pro prioris. — * suæ — Psal. 39. 9. — Psal. 53. 6. — Ioan. 14. 28 — Ioan. 10. 30 — Ioan. 17. 10. — Ioan. 10. 38 — Ioan. 5. 57. — Ioan. 17. 1. & 14. — al. Ioanne Euangelistam, cuius superius vsus sum testimonio, proferam testem. — Ioan. 1. — al. nisus. — Psal. 76. 19. & 10. 6. — Quæ sequuntur hactenus desiderata sunt.

Marginal notes (right column): Eccl. 24. 5. — Prou. 8. 5. — Sap. 7. 26. — Ioan. 14. 9. — Psal. 35. 10. — Hebr. 1. 3. — Psal. 44. 1. — Psal. 32. 6. — Ioan. 1. — Isai. 9. 6. Iuxta LXX. — Pro. 3. 19. — Rom. 11. 34. — Isai. 40. 13. — Isai. 45. 14.

nea potestatis auctoritate, loquitur, iubentis imperio per obsequium ministerij famulatur. Athanasius dixit: Si iudicis clementia permissum tribuit & largitur, [Hucusque quæ dele-cta sunt.] ex diuinis authoritatibus, etiam Spiritum sanctum, non creaturam esse, sed Deum & Creatorem cum Patre & Filio, breuiter demonstrabo. Probus iudex dixit: Vt tua professio continet approba breuiter, quòd ratio exigit documentum, non ex argumento sermonis, sed ex diuinarum scripturarum testimonijs, Spiritum sanctum patri & filio coæqualem esse, aut sicut ipse fassus es, Deum eum vel Creatorem communis operis esse ostende, vt cum hæc veridicis testimonijs approbaueris, Arrius eadem à sua intentione veræ fidei professione conuictus abscedat. Athanasius dixit: Priusquam Spiritum sanctum Deum esse perdoceam, eundem creatorem esse cunctorum, verbis B legalibus approbabo. Scriptum est enim: [Psal. 32. 6.] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et à Salomone: [Eccli. 1. 9.] *Et ipse* (inquit) *creauit ea per spiritum suum.* Et * in Psalmo: [* al. Dauid ait.] *Emitte spiritum tuum & creabuntur, & innouabis faciem terræ.* [Psa. 103. 30.] Et in lib. Iob: [Iob. 33. 4.] *Spiritus diuinus est* (inquit) *qui creauit me.* Et in libro Iudith: [Iudith 16. 17.] *Tibi* (inquit) *seruiet omnis creatura tua, quia dixisti, & facta sunt, misisti spiritum tuum, & ædificauit.* [Vulg. & creata sunt.] Tantæ enim potestatis, vel creationis Spiritus factus ostenditur, vt ipso cooperante corpus [Matt. 1. 20.] Domini Iesu Christi, qui nobis in sacramento fidei datus est, in vtero virginis formaretur, Euangelista dicente: *Ne timeas Ioseph accipere Mariam coniugem tuam, Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Et item: [Matt. 1. 18. & 25.] *Priusquam* (inquit) *conuenirent, in-* C *uenta est in vtero habens de Spiritu sancto*, non quod Saluatoris nostri pater dicendus est Spiritus sanctus, vt duo credantur patres, sed quod cum patre & filio idem Spiritus sanctus cooperatus & vnius potestatis est, cum iisdem socius inuenitur, Domino affirmante: [Matt. 28. 19.] *Ite* (inquit discipulis) *baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Ergo si minister est (vt tua sacrilega continet professio) quousque eodem in Sacramento fidei nihil confertur credentibus. Nam sicut Dominus Apostolos ad prædicandum destinauit, pari etiam modo Spiritus sanctus facere declaratur. Ita enim in Actibus Apostolorum reperimus scriptum. Petro enim cogitante de visione, dixit ei Spiritus sanctus: [Act. 10. 19.] *Ecce viri tres quærunt te, exurgens vade cum eis nihil dubitans, quia ego misi eos* D *ad te.* Et iterum: [Act. 13. 2.] *Segregate mihi Barnabam & Paulum in opus quo assumpsi eos.* Et iterum: [Act. 20. 28.] *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos.* Nam si & vniuersa cum Patre & Filio, vt superius ostensum est, procreauit, in quo minoris vel ministri personam, vt ipse fateri non metuis, tanta maiestas habebit? Sed & Deum esse, sic promisisse me memini, his testimonijs approbabo, Dauid Propheta dicente: [Psal. 84. 9.] *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Nulli itaque dubium est, quod omnes Prophetæ non nisi per spiritum annuncient vel loquantur, sicut in Euangelio scriptum est: [Ioan. 16. 13.] *Cum venerit*, inquit, *Spiritus ille sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ipse vos docebit, & ventura annunciabit vobis.* Et item E per Prophetam Dominus dicit: [Zach. 10. 7.] *Noluerunt audire sermones meos, quos mandaui in spiritu meo*, per os Prophetarum priorum, *dixit Dominus.* Sed nolo pestifera prata diuinæ legis testimonio percurrentes, longius à nostra propositione euagemur, ad id quod promisimus, reuertamur. Ad Hebræos quoque Paulus gentium prædicator scribens, ait: [Hebr. 3. 7.] [Isa. 59. 21.] *Testificatur autem nobis Spiritus sanctus.* Et, [Rom. 11. 26.] *Hoc est testamentum, quod disponam ad eos post dies illos, dicit Dominus.* In [Act. 5. 3.] Actibus Apostolorum: Ad Ananiam dixisse Petrum meminimus: [* Vulg. tentauit.] *Vt quid Satanas* * *impediuit cor tuum mentiri te Spiritui sancto.* [1. Cor. 12. 4.] Et ostendens eundem esse, in subsequentibus dicit: *Non es mentitus hominibus,*

A *sed Deo.* Et Paulus ad Corinthios: *Diuisiones autem* * *donationum sunt, idem vero spiritus. Et diuisiones* * *ministeriorum sunt idem ipse Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* [* gratiarũ. Vulg.] [* ministrationum.] Ecce Spiritus sanctus prædicante Apostolo, idem Deus, idem Dominus declaratur. In Euangelio, sicut iam dictum est, ipse Dominus dicit: *Spiritus est Deus.* [Ioan. 4. 24.] Item ad Corinthios Paulus scribens, ait: [2. Cor. 3. 17.] *Dominus autem spiritus est.* Et ad Ephesios: [Eph. 4. 30.] *Nolite*, inquit, *contristare spiritum Dei.* Item ad Corinthios: [1. Cor. 6. 19.] *Nescitis*, inquit, *quia corpora vestra templum in vobis est Spiritus sancti, quem habetis à Deo.* Et ostendens eum in humanis corporibus habitantem, adiungit & dicit: [1. Cor. 6. 20.] *Glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro.* Nam vt Deus & Dominus esse mani-B festissimè Spiritus sanctus demonstretur, ad Mariam Angelus dixit: [Luc. 1. 35.] *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, propterea & quod nascetur ex te, sanctum vocabitur filius Dei.* Ecce quantis diuinorum testimoniorum documentis, Spiritum sanctum Deum, & vnius potestatis vel societatis cum patre & filio esse docuimus, quid adhuc in perfidis remaneat responsionibus ignoro. Paulus itaque Apostolus, Spiritum sanctum cum Patre & filio vnam societatem habere apertissimè demonstrauit, dicens: gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas & societas Spiritus sancti cum omnibus vobis. Multo magis ex hoc apparet Spiritum sanctum à patris & filij substantia non esse alienum, dum non à [Quæ sequuntur hactenus desiderata sunt.] seipso tanquam alienus & extraneus, sed vtpote vnius C eiusdemque naturæ socius, quæ patris & filij communia sunt agit & loquitur. Nam si de proprijs loqueretur, non solum à patre alienus, sed & fallax & deceptor procul dubio haberetur, quoniam vt ait Filius: [Ioan. 8. 44.] *Omnis qui loquitur mendacium,* * *de proprijs loquitur.* [† ex prop. For. proprij vel voluntate.] Et ideo hic verum loquitur, quia non de * proprio, id est, non à seipso, sed de patris & filij quæ loquenda sunt loquitur. *De meo*, inquit, *accipiet, & annunciabit vobis.* [Ioan. 16. 14.] Et vt ostenderet hoc esse, à se accipere, quod est etiam de patre sumpsisse, ait, *Ideo* * *dixi, De meo accipiet, quia omnia quæ habet pater mea sunt.* [* For. dixit] [Ioan. 16. 15.] Vides ergo Spiritum sanctum à Patre filio non esse discretum, dum ea loquitur quæ Patris & Filij propria esse noscuntur. Sed & filius tale aliquid profitetur dum dicit: *Non enim à meipso loquor, sed quæ au-*D *diui à patre meo nota facio vobis.* [Ioan. 14. 10.] Quæ sententia filium & Spiritum sanctum etiam si patre minor est (vt falso opinatis) sibi tamen ostendit æqualem, quod impiè refugis. Si enim vtique nihil authoritate præsumunt, nullo se inuicem dignitatis honore præcellunt, adhuc tamen audi manifestius, quomodo & pari æquales habeantur. Dicit itaque filius, *Opera quæ ego facio, ipsa testificantur de me. Ego ex me nihil facio, sed pater in me manens ipse facit opera.* Quomodo nunc sua, quomodo paulo post non sua dicit esse opera quæ facit? Sic volens vtique vnius naturæ demonstrare virtutem, perpetrandorum operum efficientiam, ad patris dignitatis retulit vnitatem, vt dum opus patris & filij est, & opus filij patris, quia quæcunque pater facit, eadem & filius facit similiter, vt ex communi ge-E storum opere, coniunctio cognoscatur esse naturæ. Sicut ergo sua opera non sua dicit, quæ tamen ipsius esse probantur, sic & verba non sua se loqui testatur, quæ profecto eiusdem esse noscuntur. Et quod de filio, hoc coniice de Spiritu sancto, qui sic à seipso propter demonstrandam vnius naturæ Deitatem non loquitur, vt tamen * qui loquitur eius esse, & non aliena credantur. [* al. quæ] Et *loquebatur*, inquit, Lucas de Apostolis, *varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* [Act. 2. 4.] Et in Euangelio. [Matt. 10. 20.] *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Habet ergo ipse propriam fandi authoritatem, qui liberam cæteris loquendi tribuit facultatem. Arrius dixit.

Quibus

Quibus scripturæ authoritatibus docere poteris Spiritum sanctum Deum esse, quem ego creaturam esse confiteor? Athanasius dixit: Hinc præcipuè declaratur, Spiritum sanctum Deum esse, quia vbicunque est, & nullo continetur loco, sicut Propheta dicit ad Patrem, *Quo ibo à spiritu tuo.* (Psal. 138. 7.) Et * commonet, *Spiritus Domini replenit orbem terræ.* (Sap. 1. 7. * For. Et Salomon.) Esse enim vbique, & vno eodemque momento cœlos, terras, maris inferna que replere, vt Dauid ait: *Si ascendero in cœlum in illic es, etsi descendero ad infernum ades:* (Psal. 138. 8.) non creaturæ, sed solius Dei est proprium. Denique quia idem est incompositæ, id est, simplicis naturæ, nam creatura omnis quantum ad naturæ ordinem pertinet, composita est, si itaque Spiritum sanctum compositum ex diuersitate formatum valueris ostendere, tunc demum consequens erit, vt eum creaturam esse nullos audeat dubitare. B Tunc autem necesse erit, vt si creatura est, doceat eum communem esse cum cæteris, vel Angelis, vel Archangelis, aut cum potestatibus & principatibus, & vnum esse ex illis, ac sic vnicum & singularem non esse demonstres, quod nequaquam vtique obtinentibus, & vtique declamantibus Prophetis atque Apostolis poteris demonstrare, Salomone quidem ita dicente. *Spiritus sanctus simplex, vnicus, &c.* Et Apostolo contestante, *Vnus spiritus.* (1 Cor. 12. 11.) Et iterum: *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus.* (Rom. 5. 1.) Ac rursus *Per ipsum*, inquit, *habemus accessum vtique in vno spiritu.* Cernis igitur eum, qui vnicæ ac simplicis naturæ est, Deum potius quam creaturam esse. Denique si creatura & non Deus est, cur vtilitatis beneficio in nomine eius lauacro vitalis regeneratio celebratur? *Baptizate*, inquit, Dominus, *gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* (Matt. 28. 19.) Quid enim nobis præstare potest, si Deus non est. Qualis quæso est ista creatura, quæ vnum cum patre possidet nomen, Quem si in baptismate non nominaueris, frustra videbitur mysterium omne perfectum, nec erit sacramentum. Incassum quippe patris & filij nomine vteris, illo non nominato. Creaturam ergo creatricem esse non posse, nulli est omnino ambiguum. Hunc autem spiritum creatorem esse scripturæ diuinæ vbique loquuntur, sicut in Iob volumine legimus, *Spiritus diuinus est, qui fecit me.* (Iob. 33. 4.) Nam cuncta generaliter creaturam operasse Spiritus sanctus designatur: sicut Dauid euidenter declarat dicens, *Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum*, (Psal. 8. 4.) verbi videlicet & Spiritus sancti. Digitum enim esse Spiritum sanctum, cuius opera esse cœlorum fabricam, sacro propheta cecinit ore, Dominus in Euangelio demonstrauit dicens, *Si ego in digito Dei dæmonia eijcio, superueniet in vos regnum Dei.* (Luc. 11. 20.) Quo digito lex Dei in duabus tabulis conscripta refertur, vt in Exodo legimus, *Accepit*, inquit, *Moyses duas tabulas scriptas digito Dei.* (Exod. 31. 18. Deut. 9. 10.) Vnde ostenditur hunc spiritum sanctum legis latorem esse, cuius lex à peccatis homines liberat, secundum attestantis Pauli præconium; *lex spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis.* (Rom. 8. 2.) Cuius virtutis potentiam magi quoque Pharaonis mirabiliter confitentur dicentes: *Hic digitus Dei est.* (Exod. 8. 19.) Adhuc autem Spiritum sanctum Deum esse vel Creatorem, Dauid propheta apertius declarat dicens, *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* (Psal. 32. 6.) Et iterum, *Emitte spiritum tuum, & creabuntur.* (Psal. 103. 30.) Virtutes autem cœlorum angelos esse nemo dubitat. Qui etiam secundum Apostoli testimonium, in hunc spiritum tanquam in suæ originis authorem, reuerentissimè desiderant aspicere: Dicit enim ita, *Ea quæ sunt vobis à Spiritu sancto missa de cœlis, in quem concupiscunt Angeli prospicere.* (1. Pet. 1. 12.) Si Deus non esset, faciendi quæ vult proprium non haberet arbitrium. At cum in dispensatione Sacramenti libertate vtitur voluntatis, nec expectat iubentis imperium, apparet eum esse non creaturam, sed

A Deum, Apostolus enim cum de cœlestium donorum diuersitatibus loqueretur, ad extremum intulit; *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.* (1 Co. 12. 11.) Et iterum: *Spiritus*, inquit, *sanctus distribuit omnibus secundum voluntatem suam.* Et Dominus in Euangelio ait, *Spiritus vbi vult spirat.* (Ioan. 3. 8.) Si Deus non est, quomodo viuificat? Et * rursus de Deo, *Viuificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum suum in vobis.* (* For. Paulus. Rom. 8. 11.) Et Dominus in Euangelio, *Spiritus est, qui viuificat.* (Ioan. 6. 63.) Vnde & in Ezechiele *Spiritus vitæ* appellatur, *Spiritus*, inquit, *vitæ erat in rotis.* (Ezec. 1. 21.) De quo Dominus in eodem propheta mortalium corporibus dicit: *Ecce ego * intromittam in vos spiritum meum & viuetis.* (Ezech. 37. 6. & 39. 27. * dabo & ponam.) Ergo qui vitam tribuit, Deus est, Nam si Deus non esset, quomodo B mundum viuificaturus prædicatur? Domino dicente in Euangelio: *Cum venerit Spiritus paraclitus, ipse arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio.* (Ioan. 16. 8.) Audi aliud argumentum, quo clareat Deum esse spiritum. Vocat pater fideles in gratiam suam, vocat filius, vocat Spiritus sanctus, Qui si creatura esset, parem ac similem vocandi authoritatem non haberet. Nam de Patre Apostolus dicit: *Quando autem placuit Deo, qui me segregauit ab vtero matris meæ, vocauit in gratiam suam.* (Gal. 1. 15.) Et de Christo Romanis scribens: *In quibus estis & vos*, inquit, *vocati Iesu Christi.* (Rom. 1. 6.) De Spiritu sancto Lucas in Actibus Apostolorum dicit: *Ieiunantibus & * ministrantibus illis*, (id est, Apostolis,) *Dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam in* C *opus ad quod vocaui eos.* (Act. 13. 2. * Vulg. ministrantibus. Λειτουργούντων αὐτῶν.) Reuelatorem quoque esse mysteriorum Spiritum sanctum, eadem Scriptura testatur; *Exurgens*, inquit, *Agabus significauit per spiritum famem magnam futuram.* (Act. 11. 28.) Et iterum: *Cogitante autem Petro de visione, dixit * Spiritus sanctus. Ecce viri tres quærunt te. Surge, descende & vade cum illis nihil dubitans, quia ego misi illos.* (* Vulg. spiritus ei. Act. 10. 19.) Sed ne multa congerendo in vnum testimonia in longum prosecutionis nostræ tendatur oratio, breuiter vniuersa recolligo. Quid ergo tibi videtur optime iudex. Num Spiritus sanctus Deus non est, qui compositus non est, qui vnicus ac singularis est, qui Creator ac viuificator est, qui cum Patre & Filio vnum possidet nomen, qui peccata donat, qui sanctificat, qui gratia- D tum charismata pro sui voluntate dispensat, qui mysteria reuelat, qui legem dat, qui authoritate sua ad gratiam vocat, qui mundum iudicat, qui tentatores suo condemnat, in quo irremissibiliter impij blasphemant? Si hic talis Deus non est, ostendat quid amplius habere possit, qui Deus est. Arrius dixit. Quanquam sit sermo omni contradictioni obnoxius, & velut quodam responsionis clypeo obiectionum tela repulsa frustretur, tamen istam quam nunc intendimus quæstionem, quantacunque Athanasius ingenij subtilitate conetur eludere nunquam valebit, non dico totam sed ne vllam quidem eius particulam rationabilibus dissoluere argumentis. Dicit Spiritum sanctum Deum esse, quod quidem nusquam euidentius valuit demonstrare. Esto tamen, vt ei contrarium E sum veritatem concedam ob hoc Spiritum sanctum Deum videlicet vel esse posse, quod talia operetur quæ non nisi Deo conuenit operari, ergo Deum Patrem, Deum filium, Deum fatetur Spiritum sanctum, ac per hoc tres Deos, & si non aperta impietate, ipsa tamen professionis videtur conditione introducere, & per hoc nos ad eum vnde digressi fueramus, multorum deorum errorem, quodammodo reuocare incipit. Velim optime iudex, (si tamen possibile sit) deprehendere nouum istum egregium artis suæ magistrum, solutis præstigiorum fraudibus, conuenientium oculos illudentem. Vt enim trium deorum confessionis periculum euadat, subito eos vti tres vnus appareat, incomprehensibili fantasmate constat di-

cens. Sed hi tres vnus Deus. Rursus quos nescio qua A coagulatione permistos & counitos in vnum Deum sedegerat, iterum eos separatos triformes ostendit dicens. Et hic vnus Deus Trinitas est. Vide si vales oro te, inaudita hæc & inuisa pessimæ imaginationis vestigare portenta. Ego enim comprehendere nequeo quemadmodum sit Deus nunc vnus, nunc ex vno in tribus distinctus, nunc compositione quadam ex partibus conformatus, nunc deriuatione nescio qua ex vno iterum in partes diuisos. Ait enim, Tres sunt extantes in sua substantia personæ, & permisceri non debent, ne statum proprium perdant. Secundum meam, magisque veritatis sententiam, ait: Si vna est persona, hoc ipsum simpliciter fateatur, & libere in Sabellij transeat dogma. Nam quid opus est ad illudendam veritatem diuersis formis & imaginibus variari, & sic Sabellium fugere, vt in me incurrat, sic à me refugere, vt eum Sabellius capiat? Quia vt se impietate Sabelliana exoat, quem vnum dicit, tres esse adfirmat. Sed ne ego cum in tribus teneam reum, de tribus nescio quo artificio vnum conflat. Iam si aliquam verisimilem habet hæc fides rationem, æquitatis tuæ est iudicare optime Probe. Probus iudex dixit. Quem vnum dixeris, eundemque rursus tres appellare, & quos tres credideris, eosdem iterum in vnum fateri Deum, quantum ad humani sensus pertinet rationem, multum inconsequens esse videtur, nisi forte, hæc diuina auctoritate credere iubeamur. Vnde ad hæc tam valida tamque inuicta, quæ Arrius obiicit, Athanasius respondere non differat. Athanasius dixit. Frustra visus es orsus (vt tibi videtur) indissolubilibus verborum * texere retia, non intelligens, neque perspiciens te quoque his obiectionum tendiculis posse inuolui. Nam quia mihi de tribus intendis, hanc tibi de duobus refero quæstionem. Si vnum Deum colis, & non est alius præter vnum, quomodo duos ad cultum venerationis inducis? Profitendo enim Patrem, & Filium Deum, aut bipartitum Deum, aut duos diuersos conuinceris profiteri. Ac per hoc geminæ diuinitati impium exhibes famulatum, dicente Domino: *Non potestis duobus dominis seruire.* Sed ne ego quidem temeritatis notam incurram, si te de diuina professione pari quæstione constringam, cuius præcipua veneratio silentium magis, quam callidas exigit quæstiones; illuc mihi necessario video festinandum, vt tres vnum esse, & vnum tres esse, & si non ratione qua homo sum, tamen authoritate perdoceã. Ipsam itaque Trinitatem audiamus dicentem: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Qui faciunt tres sunt Pater & Filius, & Spiritus sanctus; Sed hi tres vnus est. Denique intulit, *Et * fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem Dei.* Vt ergo Trinitatem agnoscas, pluraliter dictum est, *Faciamus*; Et vt hanc Trinitatem vnum Deum esse non nescias, adiecit singulariter, *Et fecit Deus hominem.* Et iterum: *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi*: Ecce & hic pluraliter dixit, *faciamus*, in consequentibus autem singulariter infertur; *& fecit Deus hominem ad imaginem Dei, masculum & fœminam creauit Deus.* In cõsultatione tres, in opere vnus refertur, vt non diuersitas voluntatis, sed vnitas appareat potestatis. Et iterum, *Visus est Deus Abrahæ, ad quercum Mambre aspexit, Et ecce tres viri steterunt ante ipsum, & procident adorauit dicens: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ne transeas seruum tuum.* Ecce *vnus* dictus est apparuisse, & tamen tres erant, & licet tres essent, tamen vnus erat. Cum enim dicit: *Si inueni gratiam in conspectu tuo ne transeas seruum tuum*, ostendit vnum esse. Rursum cum dicit, *Afferatur aqua & lauentur pedes nostri*, ostendit tres esse, Iterum cum dicit, *apposuisti eis mensam & manducauerunt, ipse vero stabat ante ipsos sub arbore*, ostendit tres esse. Et cum subiungit, *Dixit ad eum, Vbi est Sara vxor tua?* ostendit vnum esse. Item cum dixit: *Surgentes inde viri ibant ad faciem Sodomorum, Abraham autem comitabatur cum eis*, ostendit tres esse. Et cum repetit, *dixit autem Dominus. Num celabo ego puero meo Abrahæ quæ Sodomis facturus sum*, ostendit vnum esse. Sed & sacra illa supernarum virtutum carmina, vnum tres esse, & tres vnum esse demonstrant. Isto enim resonant modulo, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth*: dum tertio repetunt Sanctus, Trinitatem insinuant, dum semel dicunt Dominus, hanc eandem Trinitatem vnum esse Deum designant. Huic etiam mysterio illud Euangelicum congruit sacramentum, quod Dominus præcepit *baptizandas gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* B Ecce habes tres in vno Deitatis nomine subsistentes. Nomen enim Patris & Filij & Spiritus sancti Deus est De quo nomine in Numerorum libro Dominus ad Moysen loquitur dicens *Viuo ego & viuit nomen meum.* Nam & illud non tibi videatur otiosum, quod idem filius, sub ingenti mysterio Trinitatis loquitur dicens, *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob*, Trinitatis apertius declarat sacramentum. Audi adhuc & intuere euidentius arcani huius mysterium, dicit Isaias: *Vidi Dominum sedentem in throno & dixit, Quem mittam, & quis ibit ex nobis?* haud dubium quin ad prædicandum populo huic. Cum ergo singulariter dicit. *Quem mittam*, vnum indicat Deum. Eundem infert pluraliter, *Quis ibit ex nobis.* apertè Trinitatem C insinuat. Percipe adhuc manifestiorem, si mentis aures gestas apertas, huius fidei veritatem. Conditorem cœli & terræ, Patrem esse & Filium & Spiritum sanctum. Ex his quæ iam superius protulimus, euidentius declaratur, cum pluraliter dictum fuisse docuimus, *faciamus hominem*, vbi tota Trinitas ipsa intelligitur hominem fabricasse, sicut hæc eadem rursus in baptismate creditur hominem reformare, vel etiam illud quod Propheta ait, Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Salomon ex persona Sapientiæ pronunciat dicens; *Cum pararet cœlos aderam illi: cum * fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram coram illo componens omnia.* Constat igitur, vt dixi, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, id est, totam Trinitatem, mundi creaD tricem esse. Audiamus ergo per Isaiam Prophetam, quod tres vnus sit Deus. Dicitur enim ibi: *Ego Deus formans cœlos solus, & stabiliens terram, & nullus mecum.* Verum patris an filij volueris hanc esse vocem? Si non totam Trinitatem vnum Deum credideris, hæc sententia non stabit. Ait enim *stabiliens terram, & nullus mecum.* Et vtique filius cum patre erat qui dicit Cum pararet cœlos aderam, & cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram penes illum. Cum igitur clareat in conditione orbis solitarium non fuisse patrem, quippe cui aderat Spiritus sanctus, & filius, vt pote vnius diuinitatis virtutisque consortes, quid est quòd se solum, nec vllum alium secum fuisse testatur, nisi vt intelligas se ipsum & filium & Spiritum sanctum, vnum dixisse Deum, cum quo alius E extraneus, & à natura eius alienus non fuit Deus. Et rectè Moyses de filiis Israel locutus est dicens, solus ducebat eos, & non erat cum eis Deus alienus, cum vtique & filium & Spiritum sanctum cum populo fuisse, nec * iste possit Arrius denegare? Sed filius & Spiritus sanctus, non est alienus, qui cum patre est vnus Deus. Audiamus autem & beatissimum Paulum, de hoc eodem mysterio apertius disserentem & tres vnum Deum confitentem vel confirmantem, sicut in libro quem aduersus Maribadum nefandæ hæreseos vestræ diaconum edidimus, plenissimè constat expressum, de quo nunc in hoc loco perpauca interserimus. Dum ergo ille obiiceret, quod vnio excludat æqualitatis Trinitatem, æqualitas repellat vnionem,

Marginal notes: *al.* texere. — Matt. 6.24. — Gen. 1.26. — Vulg. creauit. — Gen. 2.7. — Gen. 2.18. — Gen. 18.1. — * in conualle Mambre, Vulg. — Gen. 18.3. — Gen. 18.9. — Trisagion. — Matth. 28. — Gen. 1.26. — Prov. 8.28. — * Vulg. appendebat fun. terræ. — Isai. 44.24. — Isai. 44.24. — * al. istud. — Maribadus.

vnionem, inter alia multa hoc ego retuli. Audi (inquam) Apostolum, hanc Trinitatis vnionem calcatius prædicantem. 1.Cor.12.4. Dicit in epistola ad Corinthios prima: *Diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus.* Et: *diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Quia Trinitas est, tres nominauit. Et quia ipsa Trinitas vnus Deus est, cum tres connumerasset personas, non dixit pluraliter, sed singulariter, *qui operatur.* Et ne prauo inquam intelligentiæ sensu, de patre eum solo dixisse arbitreris, qui operatur omnia, & non etiam simul de filio & Spiritu sancto, diligentius in subiectis quid dicat, ausculta. Cum enim multa diuinæ 1.Cor.12.11. gratiæ opera numerasset, ait: *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus.* Cernis operantem B patrem, operantem filium, operantem Spiritum sanctum, & cum simul tres operentur, non de eis dicitur, qui operantur, sed qui operatur, vt vnus Deus in Trinitate monstretur. Item Filium & Patrem 2.Thes.2.16. idem Apostolus nominans ait: *Ipse Dominus noster Iesus Christus, & Deus pater qui dilexit nos,* & cum de duobus nominasset, & vnum esse ostenderet, 1.Thes.3.11. non dixit, qui dilexerunt, sed *qui dilexit* Nec ait consolentur, sed *consoletur corda vestra.* Item, *ipse autem Deus pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.* Nec hic ait, dirigant, sed *dirigat.* Hactenus de illo opere mutuantissimè Trinitatem vnum Deum esse, Apostolico sensu docuerim, ad reliqua festinemus. Exemplis etiam naturalibus hoc fidei Sacramentum posse maximè com- C Act.4.32. mendari, Apostolorum edocent acta, narrante Luca de credentibus: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna.* Si hoc fidelibus per baptismi regenerationem contulit gratia, vt multæ eorum animæ, vna sit anima, cur non multo congruentius de Trinitate credatur, quod vnus sit Deus, vt quod vnus per gratiam, hoc illa Trinitas habeat per naturam. Nam & si diligentius perspiciamus, inuenimus etiam in nobis quiddam naturæ, quod illi beatissimæ atque ineffabili adsimiletur, licet longè aliter Trinitati Na- Gen.1.27. que enim frustra scriptum est *Deum fecisse hominem ad imaginem & similitudinem suam,* hominem ergo ex tribus constare, id est, ex anima & corpore, & spiritu, Apostolus testis est: dicens: *Vt integer corpus & anima & spiritus in diem Domini nostri Iesu Christi* D *seruetur.* Si in corruptibili & composita natura, tantæ vnitatis mysterium reperitur, vt vnus tres sint, & tres vnus homo sit, quanto pulchrius & honestius de Trinitate accipitur, quod vnus sit Deus, non confusionis permistione, sed vnitate naturæ? His ergo & aliis quam plurimis testimoniorum documentis, rerumque exemplis imbuti, nec Sabellium incurrimus, tres vnum Deum fatendo, nec tuæ perfidiæ laqueis irretimur, dum hunc Deum Trinitatem esse ingenuè profitemur. Probus iudex dixit: Contra hæc quæ Athanasius prosecutus est, si quid tibi è diuerso replicandum remansit, in medium proferre curato. Arrius dixit: Sunt quam plurima quidem, quæ filium & alterius naturæ, & inferioris doceant esse potentiæ. Sed quoniam alibi à nostris contra istorum errores plenius obiecta sunt, quid opus E est hæc eadē rursus repetere, & laciniosam altercationis præbere materiam? Si placet igitur de habitis inter nos disputationibus ferto sententiam, Probus iudex dixit: Iam superius interfatus sum. Semiplenam non oportere sententiam promere. Superest, vt si quid vobis remansit, peragere dignemini. Arrius dixit: De his quæ cognitioni tuæ placuerunt, pronunciare dignare. Athanasius dixit: Reliquarum quæstionum, quibus Arrius opinatur posse Filium à Patre ostendi minorem, principale illud est, quod idem Filius ait, Pater maior me, quod iam cognoscitur inuentasse, & huic velut capiti cuncta quæstionum inhærent membra. Nam quod ait: *Non veni facere voluntatem meam.* Ioan.6.38. Et, *Non potest filius à se facere quicquam.* Ioan.5.19. Et, *Sicut docuit me Pater, sic facio.* Ioan.8.28. Et, *Doctrina mea non est mea.* Ioan.7.16. Et, *Me oportet operari opera eius, qui misit me.* Ioan.9.4. Et, *Ego sum vitis, & Pater meus agricola est.* Ioan.15.1. Et, *Ego viuo propter Patrem.* Ioan.6.57. Vel, quod diem se ignorare fatetur. Mat.24.36. Et quod Patrem suum vocet Deum. Mar.13.32. Et de calicis translatione precatur, Mat.26.39. & se in cruce derelictum conqueritur. Mat.27.46. Et quod Spiritum * sanctum Patri commendat. †For. suum. Et si quæ possint alia huiusmodi esse, illo respiciunt, quæ à nobis cum omni metu & reuerentia secundum dispensationem Luc.23.46. carnis, qua non solum Patre, verum etiam *Angelis* Psal.8.6. *& hominibus minoratur,* & delicta vel facta intelli- Hebr.2.7. guntur, tantoque nos beneficio eius obnoxios credimus, quanto hæc & indigna esse non ignoramus; qui nos tanto dilexit amore, vt ad ista tam vilia, tam iniuriosa semetipsum voluerit inclinare. Nam quia angelis minoratus est, iam supra, vt memini, docuimus plenius, vbi dicentis Apostoli verba posuimus. Hunc autem Iesum vidimus propter passionem mortis paulo minus ab angelis minoratum. Quod verò & hominibus minor sit factus, Isaiam audi dicentem: Isai.53.2. *Vidimus eum, & non erat * species ei neque decor,* * aspectus Vulg. sed species eius despecta, & deficiens super filios hominum. Sed & Lucas Euangelista de eo ait: *Et erat* Luc.2.51. *subditus parentibus suis.* Quæ omnia, si secundum humanitatis formam accipiantur, non solum Patre, sed & Angelis & hominibus inferior eius diuinitas inuenitur. Verum quia vtramque in se naturam habuit, Dei scilicet & hominis, vtriusque res naturæ loquitur, atque ait: Neque eiusdem enim naturæ est dicere, Pater maior me est, & dicere: *Ego* Ioan.10.30. *& pater vnum sumus.* Dicere non potest filius à se facere quicquam, & dicere, Omnia quæcunque Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Dicere, *Non* Ioan.5.38. *veni facere voluntatem meam,* & dicere: *Sicut Pa-* Ioan.5.21. *ter suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius, quos vult, viuificat.* Vnde & cum authoritate liberæ voluntatis, leproso ait: *Volo, mundare.* Mar.1.41. Non ergo inquam vnius naturæ est, præsepis gremio contineri, & astrorum iudiciis prodi, hominibus subiici, & ab angelis ministrari, de loco ad locum fugere, & vbi- D que præsentiam sui exhibere, terram incolere, & cœlestia non deserere, tentari à diabolo, & eius in abyssum mittere legiones, esuriem sustinere, & multa hominum millia saturare, aquam sitire, & fluentes latices in vini naturam mutare. Volus momenti ad extinguendam sitim, putealia pocula poscere, & vndosis amnis perennes meatus tribuere. Ratibus æquora transmittere, & eadem incessu mirabili, sicco vestigio terere. Ignorare diem, & patrem scire. Mar.13.32. Duas petentibus sedes non concedere, & sponte duodecim simul promittere thronos. Mortem fortem formidare, & morti illudere. Capi timere, & captiuos reducere, totaque inferni iura penitus compilare. Deso- Mat.27.46. latum se conqueri, & mox latronem Patriarcharum consortio adsciscere. Omnia ex nihilo condidisse, & E eorum potestatem triumphata morte accipere. Vides ergo cognitor optime Probe, in hac dispensatione carnis adsumptæ, diuinitati nihil fuisse penitus derogatum, dum vbi corpore humilitatis impletur officium, ibi diuinarum coruscant miracula virtutum. Ergo æqualis est patri, iuxta id quod Deus est, & minor est patre, iuxta id quod homo factus est. Hæc idcirco ego breuiter in vnum responsionis cuncta congessi, quoniam de his omnibus quæstionum capitulis, latius & plenius beatus noster disputauit Ambrosius. Contra quem Palladius Arianæ perfidiæ Episcopus, dum iam crederet ille sanctus humanis rebus fuisset exemptus, in refutatione dictorum eius quædam credidit conscribenda. Si quid ergo nunc

tota fidei summa ex Arrij atque Athanasij altercationis conflictatione pendebat. Quibus dum ineundi certaminis copiam tribuissem, hunc Athanasius fidei suæ tramitem pandit, vt patrem & filium, & Spiritum sanctum, vnius essentiæ, vniusque diceret esse naturæ. E contra vero Arrius referebat, in tantum vnios eos non esse substantiæ, vt dignitate, potentia, honore, patrem filio multum excellere, filium vero intra hæc, & longe inferius subsistere diceret. Homousij quoque vocabulum tanquam peregrinum, & ab scripturis diuinis alienum, nuperque apud Nicæam argumento, * quam autoritate repertum, penitus repudiandum aiebat, aut certe diuinis contineri litteris sibi ubi demonstrari poscebat. Alioquin nominis simul faciendam esse iacturam, obnixissimè perorabat. Sed Athanasius vtrum nominis nouitate, an verbi virtute offenderetur, dum inquireret, vtrunque sibi Arrius displicere aiebat. Ex quo apparuit eum, non ob hoc homousion suscipere nolle, quia nouum erat, sed quia fidei eius molimina destruebat. Sed dum iterum ac sæpius proprietatem vocabuli purè & specialiter in scripturis positi flagitaret, id Athanasius allegabat, Ecclesiasticæ consuetudinis esse, quando apostolicæ fidei terminos insolens & temeraria hæreticæ fraudis audacia prætersisset, his propositionum nouis ita vel nodabiliter vinciretur, quibus ipsam catholici sensus libertatem intra perfidiæ suæ laqueos implicitam retinere putabat. Et vt se Athanasius antiquorum auctoritate muniret, talia priscæ consuetudinis exempla protulit, quæ & Arrius non solum negare non posset, verum etiam pari cum eo fidei ratione defenderet. Proposuit igitur ad demonstrandam super nominum nouitatibus antiqui moris rationem, quia contra Sabellium, qui patrem genitum adserebat, ingenitum atque innascibilem debere catholicos profiteri, præteritorum consiliorum decreto fuisse initum, cum hoc ipsum euidenter positum, diuinæ scripturæ auctoritate ostendi non posset, sed hoc profitendum, & ipsa rei veritas & necessitas hæreticæ professionis exigeret. Item Deum de Deo, lumen ex lumine, filium confitendum, Episcopos religionis, quam Arrius tradidit sectatores, in Syrmensi synodo tradidisse, quod ipsum & simpliciter & specialiter in scripturis diuinis positum inueniri non posset: & quam plura his similia protulit documenta, quæ gestorum serie tenentur expressa, quibus ostenditur ob ostendendas hæreticorum insulentias, nonorum nominum vocabula fuisse præsumpta, nec tamen contra veritatem apostolicæ sententiæ eos fecisse credendum, quæ prophanas vocum nouitates præcipit euitandas. Sed prophanas inquit, non religiosas. Nam religiosum esse, ingenitum dicere patrem & Filium Deum de Deo, lumen ex lumine, veros quoque Christianos catholicos nuncupari, noui nominis docetur esse vocabulum. Simili ergo modo aiebat Athanasius etiam Nicæno euenisse concilio, vt quia Arrius contra fidem rerum, triousion, id est, tres substantias inducebat, homousion, id est, vnius cum patre filium substantiæ confitendum episcopos censuisse, & esse omnino consequens, vt si homousij professio tanquam à lege peregrina cassatur, triusiæ quoque inuentio pari ratione confrustretur, aut certe doceret Arrius, triousion specialiter in lege conscriptum, sicut Athanasium de homousij proprietate cogebat, sed cum hoc penitus ostendere nequiuisset, claruit eum superflua de Athanasio exegisse, quæ ipse minimè potuit demonstrare. Et cum se pari quæstionis vinculo arctatum cognosceret, candem aliquando in eum sententiæ placitum reflexit, vt nudi sermonis probatione omissa, rebus atque rationibus edoceret, Patris & filij aut vnam aut diuersas esse naturas. Sed hinc Athanasius clarius atque apertum vnius substantiæ initium dabat, quo patrem ex ipso, & non extrinsecus filium genuisse monstrabat, fierique non posse, aliud eum, quam id, quod ipse est, edidisse, cum & diuinæ generationis veritas, pro sui honoris reuerentia, id esse credendum exigeret, & rerum naturalium consuetudinis auctoritas inuitaret, non posse parentes dissimilis naturæ filios procreare. Et ideo secundum Arrij sententiam qui alterius substantiæ, quam pater est, filium asserebat, hoc humano sensui intelligendum posse reliquit, vt si vere filius in diuersitate naturæ est, non tam genitus quam factus esse videatur, sicque vacua & inanis filij patrisque appellatio, dum specie tenus magis quam veraciter, aut ille genuisse aut hic natus prædicatur, aut si vere quidem de patre natus asseritur, nec tamen vnius cum eo, eiusdemque substantiæ creditur, degenerem eum, & instar alicuius monstri, alias quam paterna natura dictabat, editum conuenit profiteri. Quod cum sanctæ illi beatissimæ atque ineffabili non congruat maiestati, maxime cum & animantes ab hoc pessimæ conditionis prodigio natura liberos reddidit, ne aliud quam quod ipsa sint, generent, liquido comprobatur, eiusdem filium cuius pater esse naturæ. Sed contra hæc Arrius illud præcipue opponebat, patrem non potuisse ex se filium generare, ne per hoc diminutionis alicuius vel corruptionis vitio videatur esse subiectus, quia ex semetipso (vt aiebat,) id est, ex hoc quod ipse est filium genuisse credatur, aliquam vtique substantiæ suæ portionem à se ipso secreuisse putabitur, per quod sine dubio à suæ perfectionis plenitudine admodum desciscens, & diuisus profecto, & imminutus esse videbitur. Quod obiectionis capitulum, tali Athanasius veritatis ratione submouit, esse impossibile dicens, Deum qui incorporeus sit & inuisibilis, atque impalpabilis, id in se recipere vel habere, quod sit diuisionis aut corruptionis vitio subiectum, quoniam scilicet diuidi vel minui contrectabilium soleat & corporalium esse materiarum. Deum vero qui in nullo est horum, tale aliquid perpeti omnino non posse, & ob id credendum quod genuerit, quia se genuisse testatur. Corruptum autem hac ipsa generatione, omnino non fatendum, quia semper incorruptus, maxime, cum pleraque inueniantur in rebus corporeis & corruptioni subiectis, ita ministrari vel nasci, vt nullum suis, vnde gignuntur materiis, adferant detrimentum, sicut lumen à lumine sumptum vel accensum, & per quosdam profectus natiuitatum ministratum, diminutionis damnum originali possit adferre materiæ, cum & diuinus sacratissimæ virginis partus, tale aliquid in se miro atque inexplicabili sacramentorum mysterio fuisse demonstrat, dum sine damno pudoris Deo plenus vterus vacuatur. Et si virginalis integritas, si natura corruptioni obnoxia, Deum pariendo non corrumpitur, quomodo natura incorruptibilis patris eundem Deum generando, corrumpi potuisse credatur? Sed iterum Arrius patris & filij longe imparem dissimilemque naturam, hinc ostendere nitebatur, quod filius *minorem se dixerit patre*, & non suam, sed eius in omnibus facere voluntatem. Multaque alia in hunc sensum conuenientia, de seipso fassum fuisse adserit, quæ mihi ad demonstrationem dissimilis naturæ, satis imbecilla & multum incongrua videntur. Quasi vero, si quilibet filius homo, patris hominis faciat voluntatem & cum sibi præstantem fateatur atque maiorem, diuersæ ab eo poterit esse naturæ, dum & si possit pater honore præferri, non tamen natura discerni. Quod quidem ego lege, atque conditione naturæ humanæ dixerim. Cæterum Athanasius manifestatione & sententia, huius nobis intelligentiæ viam aperuit, in qua omni cunctationis discussa

* Fort. magis.

Ioan. 14. 28.

caligine, clarum veritatis lumen eduxit. Quid enim ad totius erroris nebulas effugandas, dici vel credi manifestius potuit, quam sicut in vno Christo duas credimus esse naturas, Dei scilicet hominis, geminam quoque in eius verbis vel actis rerum cognoscamus esse virtutem, vt ea quidem, quæ sublimius
Ioan 10.30. loquitur, id est, *Ego & Pater vnum sumus*: & cætera his similia, ad diuinitatis referantur naturam, quæ verò humilius, secundum hominem fuisse locutum? De spiritu quoque sancto competens habita est disputatio, quem Arrius à communione naturæ patris & filij, per creaturæ confessionem longe secretum atque alienum esse putauit. Sed quod vnius sit eiusdemque substantiæ hinc præcipue Athanasius demonstrauit, dum ea eum loqui atque agere, quæ non nisi Deo possibile sit operari vel loqui, taliaque de eo referri, quæ nulli conueniunt creaturæ, perdocuit. Et ideo à patris & filij deitatis vnitate extraneum vel diuisum esse non posse, quem similis atque eadem operum virtus demonstrauit æqualem. Qui & re vera, detestabili prauitatis errore, patris & filij societate alienus putatur, quia parem nominis virtutisque honorem cum eisdem obtinere monstrauit. Difficilem quoque illam (& vt Arrius autumabat) insolubilem quæstionem, quod tres vnus Deus dici, & idem tribus distingui non posse personis intentauerat, ita Athanasius diuinæ Scripturæ authoritate dissoluit, vt maioris sit absolutione veritatis enodata, quam fuerit per syllogismos versutiarum plectiles inuoluta. Manifestius namque docuit, quod in Trinitate vnus Deus sit per naturæ vnionem, non secundum distinctionem personarum. Et idcirco tres vnus Deus est, quia trium vna natura est. Quia & cum multæ animæ vna anima, & cum omnes homines vnus homo dicitur, secundum naturæ conditionem, quæ omnibus vna est, non secundum diuersitatem asseritur personarum. Igitur qui natura vnus est Deus, idem in personis tres sunt, Pater, & filius, & Spiritus sanctus. Si ita horum trium nomen commune requiris, vnus Deus est, in quo vno ac singulari nomine baptismi mysterium celebratur. *Ba-*
Mat 28.19. *ptizate* (inquit) *gentes in nomine Patris & Filij & spiritus sancti*. Iuxta quam nominis communionem, & Pater Deus, & Filius Deus, & spiritus sanctus dicitur Deus. Et cum vnusquisque eorum singulariter Deus sit, Deos tamen eos pluraliter dicere, naturæ vnitas non admittit. Quoniam naturæ nomen, quod Deus est, non priuatum vnicuique & peculiare, sed commune est. Et quod commune atque vnum, plura esse non potest. Et ideo Trinitas non pluraliter Dij, sed vnus dicitur Deus. Vbi vero peculiare aliquid, & quod in aliud non reciprocat, inest, ibi & pluralitas & distinctio haberi potest. Quia ergo Pater proprie dicitur, & Filius proprie nuncupatur, & spiritus sanctus propria appellatione distinguitur, nec potest Pater filius, nec filius pater, nec spiritus sanctus, aut filius, aut pater intelligi, rectissime secundum distinctionem personarum tres nominantur, qui tamen secundum naturæ vnionem numerari non possunt. Et ideo tria sunt nomina in personis, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vnum nomen in natura Deus, & ob hoc tres vnus Deus. Ergo nec confusio in tribus, nec diuersitas in vno admittitur nomine, ac sic Trinitas vnus Deus est, secundum naturæ vnionem, & vnus Deus Trinitas secundum personarum distinctionem. Hæc iuxta sensum Athanasij verius adhuc & plenius potest quisque disserere, cui fidei assertio, tanta veritatis auctoritate, tantaque probabilium rerum astipulatione fulcitur, vt nouo atque inusitato actionis genere, suorum magis aduersariorum testimonio comprobetur, & ipsis, & alijs rationibus constet atque subsistat, quibus destrui posse putatur. Dixit enim Athanasius,

A tres esse personas, & vnam eorum esse naturam. Quæ sententia Sabellij quoque & Arrij testimonio comprobatur. Nam vsque adeo Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vnius sunt potestatis, vniusque naturæ, vt Sabellius tantam vim conspiciens vnitatis, vnam & singularem esse putauerit personam. Sed in tantum non est vna persona, sed tres distinctæ, vt Arrius eos inæquales, & natura dicat esse diuersos. Ergo inæqualitas Arrij, distinctionem iudicat personarum. Confusio Sabellij, naturæ apertius vnionem ostendit. Rursus Photinus ad confirmationem sententiæ suæ, qua putat Christum purum hominem esse, illa replicat testimonia, quod idem Christus humanæ conscius naturæ, aut locutus est, aut peregit, id est, dum
B patrem sibi maiorem, & non suam, sed eius dicit se facere voluntatem & cætera his similia, quæ disputationis corpore plenius habentur expressa, euidentissime Athanasij comprobat fidem, qua Christum asserit hæc omnia non secundum diuinitatis, sed secundum humanitatis, quam idem gestabat, fuisse naturam locutum. Sed & cum Arrius ex infirmitate dictorum vel gestorum eius, creaturam eum vult intelligi, indignum videlicet iudicans, naturam in eo Dei omnipotentis accipere, quem conspicit tantis necessitatum conditionibus subiacuisse, non solum per hæc Athanasij sententiam robustius firmat, quam in Christo secundum dispensationẽ carnis accipiendam esse definiuit, quæque viriliter aut locutus est, aut peregit, verumetiam simili cum Photino perfidiæ
C vinculo tenetur adstrictus, dum & ipse pari sententia filium Dei creaturam ausus est definire. At quanquam in eo sint dissimiles, quod Arrius cœlestem creaturam, & meliorem cæteris filium Dei opinatus sit, Photinus vero terrestrem, vterque tamen eorum creaturæ nomine copulatur, dum siue cœlestem, siue terrenam dixerint; minime tamen à creaturæ confessione discedunt. adimentes vtrique, filio id quod de patre natus est, & hoc solum ipso assertionis genere, idonei vtrique sunt Athanasij testes, Sed & dum Christum creaturam fatentur, errore consimili reperiuntur æquales. Probabilis igitur, & omni veritatis assertione subnixa, vtpote Apostolicis traditionibus communita ex eorum veniens regulis Athanasij fides apparuit. Euidentius namque
D nobis secundum normam catholicæ fidei, vnum Deũ ostendit, non tripartitum, non singularem, non confusum, non ex diuersitate compositum, non quadam compositione vnitum, sed ita Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, proprijs extare atque distingui personis, vt tamen secundum communis naturę vnionem vnus sit Deus. Illa quoque anilium fabularum figmenta, quibus Arrius & Photinus, pariterque Sabellius, dubia vocabulorum nomina patri & filio tribuebant. Dum vnus ipsum sibi filium effectum, alij eum non tam genuisse quam creasse, inanissime iactitabant, veritatis assertione destructa cesserunt. Nam licet per varios eorum incesserint calles, ad vnum compitum peruenerunt. Toti enim non patrem genuisse dixerunt. Siquidem Sabellius & Photinus
E aperta, hoc impietate adstruere conati sunt, *(vel nisi sunt) Arrius vero in prima quidem disputationis fronte subtilius eludendum putauit, sed processu certaminis hoc ipsum pertinaci impudentia defensauit, asserens patrem non ex seipso genuisse, sed extrinsecus filium creauisse. Ac per hoc secundum istorum nefandos errores frustra dicitur pater, si non genuit, incassum appellatur filius, quem genitum non esse hæretica impietas diffiniuit. Sed quod hæc commenta fuerint vanissimæ superstitionis, apertissima Athanasius veritate perdocuit, ostendens patrem vere genuisse, & filium ipsa paterni nominis veritate, verè genitũ esse. Cessit igitur mendacium veritati & omnis fucus adulterini dogmatis, integritate fidei manifestata,

* Videtur redundare vt glossema, & q cenau superiori explanatio.

fucus adulterini dogmatis, integritate fidei manifestata, tandem aliquando euanuit, atque tota nebulosæ assertionis caligo, quæ crasso perfidiæ velamine, humanas obduxerat mentes, ita nitore fulgentis fidei, vsque ad putum discussa est, vt ne vestigium quidem sui potuerit erroris relinquere. Vnde hortor & simul in commone suadeo, cunctos qui se nouerint Sabellij, Arrij & Photini, vel cuiuslibet alterius ficti dogmatis erroribus implicitos, si propriæ saluti consulunt, si lumini cæcitatem non præferunt, si sibi obesse nolunt, quod tam diu à veritatis lumine per palpabiles inanium opinionum tenebras errauerunt, si sibi prodesse cupiunt, quod Christiani dicuntur, omni verecundiæ pudore postposito, relinquentes noxia humani commenta erroris, quibus verbum se reperisse fallebantur, & quibus sub prætextu Christiani nominis, à Christi confessione procul extorres habebantur, totis viribus, totisque fidei nisibus, ad verum & rectum Apostolicæ fidei tramitem, cuius Athanasius idoneus & fidelis assertor extitit, remeandum ocyus festinare contendant, vt veræ integræque confessionis præmium indubitata sorte capessant, Amen.

Sententia Probi Iudicis in Sabellium, Arrium, Photinum hæreticos, pro Athanasio Alexandrino Antistite orthodoxæ fidei assertore lata finit.

ANASTASII PATRIARCHÆ THEOPOLITANI ET CYRILLI Alexandrini Compendiaria orthodoxæ fidei explicatio.

Catechista Heus tu, cuius es religionis? Cathecum. Christianus sum. Catechista. Quid est vero Christianus? Cathecum. Qui ex Dei voluntate viuit, & pie, & ita vt Deo placere studeat: bene denique se gerit. Catechista. Quod ad Deum attinet; quot naturas profiteris? Cathecum. Vnicam. Catechista. Quamnam? Cathecum. Deitatem. Catechista. Quid est Deus? Cathecum. Essentia cuius nullus est author, causa omnipotens, cui prorsus nihil desit: omnis denique causæ & naturæ superessentialis causa. Catec. Quomodo credis? Cath. Credo in vnum Deum Patrem, & in vnum filium ac Deum, ex Deo ac Patre genitum: & in vnum Spiritum sanctum, Deum ex Patre procedentem. Catec. Quare differt Filius à Patre? Cath. Hypostasi, quatenus Pater est ingenitus, Filius autem genitus. Est enim ex Patre. Catec. Spiritus sanctus vero quonam differt à Patre & Filio? Cath. Hypostasi, quatenus procedit. Catec. Ergo consequenter in tres Deos credis. Cath. Absit. Catec. At certe in tres naturas. Cath. Minime. Catec. Atqui tres Deos recensuisti: quomodo igitur inquis, Absit? Cath. Atqui etiamsi tres recensui, tria tamen dico propter triplicem coessentialis & indiuiduæ Trinitatis subsistentiam. Nam & Pater est vnus Deus, & Filius est vnus Deus, & Spiritus sanctus est vnus Deus, & vnica deitas in tribus hypostasibus statuitur, & vnica essentia, vnicum regnum, vnica potentia & natura. Catec. Quid est autem essentia? Cath. Res quæ per se est, neque altero indiget ad hoc vt ipsa subsistat. Catec. Quid est natura? Cath. res vniuersalis, & hypostases sibi subiectas complectens. Aut sic definitio: Vera existentia rerum? vt essentia natura, forma, sint vna & eadem res. Catechista. Quot hypostases agnoscis in Deitate? Cathecum. Tres, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Catechista. Quid est hypostasis? Cathecum. Essentia cum suis quibusdam proprietatibus, ab iis quæ eiusdem sunt speciei numero differens, id est, persona coessentialis. Personas autem in Deo dicimus incorporeas & omnis figuræ expertes, Catechista. Quidnam est singulis istis tribus hypostasibus proprium? quid item commune? Cathecum. Proprium est Patris, ingenitum esse: Filij vero, genitum esse: Spiritus sancti, processio, Commune autem illis est Deitas, & commune regnum. Catechista. *Matth. 1.* In œconomia, (*id est, incarnationis mysterio.*) quot *1. Tim. 2.* naturas profiteris? Cathecum. Duas. Deitatem & *Ioan. 5.* humanitatem: vt idem Filius sit perfectus Deus & perfectus homo. Catechista. Quot naturales voluntates & actiones in Christo profiteris? Cath. Duas: vnam diuinam, alteram humanam. Catec. Quæ est voluntas diuina. Cath. Purgare leprosos: vt, Volo, purgator: & cætera huiusmodi: vt & illud, Vade, & fiat tibi sicut credidisti. Catec. Quæ est actio diuina? Cath. vt seruentur omnes homines, & ad veritatis notitiam perueniant, vt illud, Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Catec. Quæ est voluntas humana? Cath. Potum quærere, quod etiam in cruce accidit: & cibum expetere, vt illud: Habetis hic aliquid edulij? Catec. Quæ actio humana? Cath. Iter *Ioan 4.* facere, fatigari, & similia Catec. Quot hypostases in *Ioan 19* fidei de Filio professione profiteris? Cath. Vnicam: *Luc. 24* vt idem & vnus sit Filius Dei & filius virginis. Catec. *Ioan 4.* Quid commune habet Filius cum Patre & Spiritu sancto? Cathecumen. Communem habet cum illis naturam suæ deitatis quatenus est Deus perfectus: communem vero cum hominibus habet naturam humanitatis suæ, quatenus est homo perfectus. Catec. Quid est Deus? Cath. Si vis nosse quid sit Deus & quomodo sit adorandus, attente ausculta & veritatem cognosce. Patris, Filij & Spiritus sancti vnum est consilium, sapientia vna, potentia vna: neque vnus quidem extitit ante secula, alter vero post secula, sed simul Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: Filius in Patre, & Spiritus in Filio, cohæret enim hæc natura: vnde vna est natura, & vna Deitas: distincta quidem in tres hypostases, sed in vnum item occurrens, habita essentiæ ratione. Idcirco etiam quum Patrem dicimus, & Filium ac Spiritum sanctum profitemur, vnicum Deum dicimus. Est vero Deus commune nomen Patri, Filio, & Spiritui sancto: Pater vero, & Filius, & Spiritus sanctus, non sunt communia nomina, sed propriæ singulorum hypostases. Pater enim non dicitur Filius, nec Filius dicitur Pater, nec Spiritus sanctus vocatur Pater aut Filius: at Deus semper Trinitas appellatur. Itaque quum tres hypostases siue tres personas dicimus, non dicimus tres essentias siue tres naturas, siue tres Deos: sed vnum Deum, vnam essentiam, siue vnam naturam profitemur, ne arianizemus. Et rursus quum vnam essentiam siue naturam dicimus, non dicimus vnam hypostasim, ne Sabellianizemus: sed tres hypostases, siue tres personas in vna deitate, vnam essentiam & naturam credimus. Est autem Deus, essentia quæ omnem contemplationem superat, mens quæ comprehendi nequit, pulchritudo cuius ratio a te nulla iniri potest, magnitudo quæ cerni non possit, gloria omnem cogitationem effugiens. Filius est ineffabilis proles, sermo nulla ratione explicabilis, mens insuperabilis, essentia inuariata, naturæ inaccessa, character subsistens. Spiritus est intellectualis & simplex, subtilis, planus ac pellucidus, omnis noxæ & maculæ expers, & omnia intuens. Imago Patris est sol radius Filij, radij calor est Spiritus sanctus. Itaque sol est Pater, radius Filius, splendor igneus est Spiritus ille prorsus sanctus. Et sol quidem nunquam cælum deserit: Filium autem vt radios splendorem videlicet ab ipso refulgentem, emisit in terram & Spiritum sanctum, vt calo-

rem quo superiorem & inferiorem mundum vndequaque foueret & bonis cumularet. Ita nobis cogitandum est de vnica in tribus hypostasibus Deitate. Natura, essentia, forma simul eadem est, hypostasis & persona idem est. Et essentia quidem siue natura id quod commune est designat: hypostasis autem siue persona, quod singulorum proprium est declarat. Vt (exempli gratia sic dicamus) in homine, Omnes homines vnius & eiusdem naturæ sumus, vna & eadem natura omnium est: siquidem omnes homines ex anima intellectuali & corpore constamus: hypostasibus vero multis, & infinitis & innumerabilibus. Et Petrus ac Paulus vnius & eiusdem sunt naturæ, hypostasibus autem diuersis, & naturam quidem inter se communẽ habent; diuiduntur autem hypostasibus siue personis.

SERMO SANCTI GALLI CONFESSORIS, DICTVS CONSTANTIÆ IN TEMPLO sancti Stephani.

IN CONSECRATIONE IOANNIS EPISCOPI Constantiensis.

Nunc primum ex m. s. S. Galli editus, per Henric. Canis.

VVALAFRIDVS STRABVS LIBER I. DE vita S. Galli Confessoris. Cap. 24.

PRæmissis ex more diuinæ libationis initiis (*die quo Ioannes Constantiæ consecratus est Episcopus*) post lectionem Euangelij rogauerunt venerabilem Gallum, vt multitudini, quæ aderat, verbi officio sacræ instructionis pabulum ministraret. Qui assumpto Ioanne Episcopo, gradum ascendit, eo videlicet pacto, vt ipse quidem ædificationis instrumenta colligeret, Episcopus vero ad vtilitatem barbarorum bene prolata interpretando transfunderet. D Cœpit ergo verbum facere de initio creaturarum, & Adæ peccatum, pro quo depulsus est de paradiso, commemorare. Transiens inde ad diluuium, Patriarcharum consequenter tempora perstrinxit & actus. Egressum quoque filiorum Israel de Ægypto, & transitum per mare rubrum, legisque lationem per Moysen & cœlestis alimenti miracula replicauit. Regum deinde successiones, & tempora Prophetarum breuiter attingens, aduentus Dominici tempus reterauit. Baptismum etiam Saluatoris, & mirabilium eius gloriam commemorans, crucis ignominiam cum impiis insectationum generibus veraci relatione subiunxit. Hæc audientes Ecclesiæ pastores cum populi multitudine lacrymas fuderunt vberrimas, E & ad inuicem dixerunt, vere Spiritus sanctus locutus est hodie per os viri istius. Ille vero prædicationem perduxit vsque ad resurrectionem Christi, & in commemoratione generalis iudicij terminauit. Omnes ergo qui aderant, alacri mentis exultatione repleti, benedicebant Dominum, & ad sua cum gaudio remeabant. Doctor itaque venerabilis manens apud Ioannem Episcopum septem diebus, inter multa salutiferæ consolationis verba, hæc sæpius inculcauit: Quem Deus elegit, homo non despiciet. *Hæc VValafridus: cui Hartmannus S. Galli doctissimus, pariter & religiosissimus Monachus vitio vertit, quod totam orationem S. Galli historia sua non intexuerit; vt fecit* A *S. Notkerus cognomento Balbulus eiusdem Monasterij Monachus, & Magni Othonis nepos, qui vitam S. Galli ligata & soluta oratione tribus libris complexus est.* Porro nobile hoc & eximium antiquitatis monumentum misit ad nos ex S. Gallo R. P. Iodocus Metzlerus, eiusdem Monasterij professus, & SS. Canonum Doctor, cui vna mecum lectores gratias debent.

SERMO SANCTI GALLI CONFESSORIS DOMINI, habitus Constantiæ.

B SEmpiternus & inæstimabilis Deus, cum coæterna sibi sapientia, hoc est, Filio sempiterno, & charitate sibi, & suo filio consempiterna, id est, Spiritu sancto, absque vlla inchoationis, vel temporis mutabilitate, vel locorum, vel ministeriorum indigentia, semper in semetipso beata & immortali maiestate subsistens. Nequaquam tamen sine congruo sibi seruitiorum obsequio solitarius mansisse putandus est, cum manifestissime dicat Apostolus: *Elegit nos in Christo ante constitutionem mundi*, prædestinatione scilicet æterna, non creatione tẽporaria, sed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed qui semper omnia futura in sua bonitate, & maxime sanctorum Angelorum, & hominum societatẽ, præsentialiter cernendo quasi facta disponit, aliquando etiam præscitam & C prædestinatam immobili consilio creaturam, ad se laudandum, & ex se, & in se, & per se beate viuendum omnipotentissimo dignatus est opificio creare de nihilo, & super cœlestia quidem beatis spiritibus habitaculum fecit: terram vero futuris hominibus præparauit. Quorum creationis caussam nosse nos conuenit, fratres Christianissimi, ne viles vos & abiectos arbitrantes pecudum conuersatione dignitatem vestram nullificetis.

Deus summe bonus, beneuolentia plenus, inuidiæ carens, malitiæ nescius, spiritus Angelicos exemplo sui rationabiles creare disposuit, vt ipsum Dominum, suæ cognoscentes originis autorem, dilectionis eius pinguedine referti, in ipso delectarentur esse beati. Sed cum de illis aliqui nondum de eius dulcedine de- D gustata, seipsos sibi esse principium, & caput, vitamq; & suauitatem, cursu temerario & stultissimo persuadere sibi præsumerent: intus inanes & vacui, superbiæque pondere prægrauati, de tranquillissimo cœlorum habitaculo, in huius aeris tempestuosam turbolentiam, vsque in diem generalis, & sempiterni iudicij repentino sunt casu detrusi. Sed immutabilis benignissimi creatoris voluntas præfinitum beatissimi cœtus numerum supplere disponens, humanum genus in eorum locum substituit. Quos homines ratione præditos, præceptis instructos, minus coercitos, proprio dereliquit arbitrio, vt imitatione Dei praua & iniqua contemnerent, ac recta & æqua retinere curarent. Impius autem homicida satanas, qui nec sibimetipsi pepercit, tantum à Deo terrigenis honorem E collatum perdolens, casum, quo ipse superbus periit, incautis & fallaciæ nesciis inuidus persuasit, vt videlicet non creatorem sempiternum pro Deo venerari: sed creaturam temporalem, hoc est, seipsos sibi pro diis habere delectatione mortifera consentirent. Quod maximum & immanissimum peccatum tanta flagitia & facinora, vel etiam crimina sunt subsecuta, vt iustitia diuina mundũ, quem omnimodo decorauit ornatu, cum humano genere, quod eidem regendo præfecit, aquis diluuij delere decreuerit. Et faceret nisi multã malitiã nostrã, eius immensa bonitas superaret.

Ergo nec tanta scelera inulta reliquit, nec tamen creaturam bene conditam penitus consumpsit, Ea

omnibus hominibus, vno delecto iusto, per cuius prouidentiam, immo suam admonitionem, talis quædam archa construeretur, in qua ipse cum domo sua, & reliqua creatura ad ressuscitandum semen competente, in supremis licet periculis, se quasi defuncti mundi superstitem remanere miraretur. Cumque post totius anni peractum circulum præsago nomine Noe nuncupatum, quasi consolatorem tantæ, licet iustissimæ vindictæ, de claustri illius ergastulo creator miseratus eduxisset, & ipsum cum prole sua, & seminarium cunctæ creaturæ noua benedictione ditauit. Iamque renascentibus filiis Adam, rursus, & superbia dudum in radice damnata; adeo vt luteï mortales, luteo & bitumine turrim construere molirentur, de cuius cacumine sidereum & immortale habitaculum, Deo possessore inuito possent inuadere. Cuius tam inulti (vt stolidis videbatur) machinamenti conspirationem tam facile omnipotentissima sapientia dissipauit, vt linguis omnium confusione diuersissima, vel similitudine dissimillima disparatis, nullus consanguinei, vel fratris sui linguam intelligere posset: Et idcirco vniuersi per regiones & loca vana dissecti, vt terris & loquela diuisi, ita & religione, vel potius furore dispersi, & alij quidem cælestem naturam hominum ministeriis, Deo auctore prouisam, diuino cultu & seruitute venerati sunt. Alii vero, mortuis hominibus, simolachra facientes, malignos spiritus assidentes eis, quasi tutores & fautores animæ, vel corporis viuorum, licet iuste mortalium dementes colere cœperunt. Sed adhoc indefessa pietas immortalis & veræ Deitatis creaturam benigne conditam, non vsquequaque sua miseratione priuatam dispulit. sed de medio idololatriæ deditarum gentium Abraham patrem futurorum fidelium, ad se, verum & viuum Deum cognoscendum de cælo vocauit.

Qui incomparabili plenus obedientia diuino parens imperio, exiit de terra & cognatione sua, nesciens adhuc quo ire deberet, dummodo Dei iussionem expleret. Qua de re huiusmodi desuper accepit oraculum, quod & terram peregrinationis suæ in possessionem esset accepturus: quod factum est in Iudæis de carne eius, mortali propagine descendentibus: & quod in semine ipsius benedicerentur omnes gentes. Quod in nobis ipsis per Christum, ex eius semine, secundum carnem, procreatum per virginem, completum esse gaudemus. Huius igitur fidei in præputio comprobatæ quasi quoddam signaculum eidem patri Abraham circumcisionis impositum signum. Quo tam diu gentem de eius femore propagatam oportuit insigniri, donec ille veniret, qui omnes in se credentes ab omni peccato, & circumcisionis iniuria, sua passione redimeret. Cum autem populus de illo nō modicus exortus, causa famis de terra Canaan, quam incolebant, terram ingrederentur Ægypti, quo Deus vnum de pronepotibus, eius causa multorum salutis, direxit; per cuius prouidentiam mundus pene totus, alimentorum penuria periclitatus, aliquatenus conseruaretur; & iuuata tirom gentis illius milleformia cœpissent monstra venerari, durissimis etiam operibus premerentur ab Ægyptus, recordatus Deus fidei, probitatisque Parrum; direxit ad eos secum suum Moysen, qui per mula signa & plagas intolerabiles, domitis Ægyptiis, Dei populum ad terram, Patriarchæ Abrahæ dudum promissam, cælesti ducatu directus introduceret. Cumque de terra illa progressi inter otam rubri maris, & vastissimam solitudinem sessi consedissent, Rex Ægyptiorum damno seruitutis amissæ stimulatus, congregato exercitu, ionctisque curribus, eos ita quasi pisces in gurgustio conclusit. Quibus ad Deum verum leuantibus vocem, aquæ marishuc atque illuc diuisæ, iter siccum viantibus præbuerunt. Quod cernentes cultores simiarum, & caniformis Anubis, Neptunum iam super uacue placandum sibi putabant, sic vndis in partes diuisis: Omnes igitur sequentes vestigia ebmmeantium, extremo suorum batatrum ingressi, nouissimoque plebis Dei ad naturale litus transgressi, ita sunt montibus aquarum inuoluti, vt nullus remaneret, qui factum domi resignantibus referre potuisset.

Cum autem expensæ, quas de Ægypto secum tulerant, Hebræis defecissent (quod nomen populo Dei idcirco impositum est, quia transietant de gente in gentem, & de regno ad populum alterum) dedit eis Deus panem vel carnes de cælo; aquam vero vel amaram dulcorauit, vel non habitam de petra produxit: & sic eos per desertum quadraginta annos ad terram promissionis circumduxit, donec, desiescerent idololatriam, de qua erant educti, & quam vbicumque venirent, erant inuenturi, à qua, sicut & de cæteris malis, de cælis illos cauere monuit, & ad se cognoscendum, vel alia bona & iusta sectanda diligenter instructos, tandem in terram, pollicitationis suæ memor, miseratus introduxit. Et vt pridem rubrom mare, ita modo Iordanem fluuium nauigabilem siccis pedibus transmeare præcepit & fecit. Dumque adhuc, qui hæc mirabilia viderunt, superstites in carne viuerent, nomina & cultus veræ Deitatis & diuinæ veritatis incontaminata perseuerauit. Illis vero ad patres suos repositis, filij de carne ipsorum propagati, non fidei bonum imitati: sed circumpositarum gentium simulachra colendo, sunt in præcipitium idololatriæ deuoluti. Pro quo scelere dati sunt in manus inimicorum suorum, circumcirca vel longè positorum. Et cum aliquando pressi iustissime, per preces ad Deum patrum suorum fuissent reuersi, suscitauit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis & saluator contra hostes, & ad concordiam inuicem retinendam iudex idoneus existeret. Cumque multo tempore influctuarent, id est, vt cum aliquando illis prosperitas arrideret, ad veorationes idolorum defluerent: Quum vero tempestas persecutionum imminetet, ad Deum verum, ad iustissimum potiùs, omni adnisu, redire conarentur.

Tandem dedit illis Regem, nomine Dauid, qui & à finitimarum gentium incursionibus defenderet, & timorem Dei, cuius ipse plenissimus erat, & iuxta nomen suum, Manu fortis, continuis retineret habenis. Post cuius mortem, cum propter peccatom filiorum eius, non amplius de duodecim tribubus filiorum Israel (quod nomen patri eorum, & ipsis idcirco impositum est: quia visione sua Deus eumdem dignaretur) quam duæ tantum, Beniamin scilicet & Iuda, à qua & Iudæi sunt appellati, posteris Dauid cum paucis Sacerdotibus & Leuitis adhærerent, (qua nomine omnes diuino ministerio mancipandi à parte suo Leui sunt nuncupati.) Reliquæ verò decem, vel potius vndecim tribus per Regem vna subuersorem suum Hieroboam nuncupatum, & pessimam ipsius progeniem ad immunditiam idololatriæ fœditatis à gloria sua, Deo scilicet sempiterno, immanissima dementia recesserunt. Qui & traditi eos in manus inimicorum suorum; quibus subiecti, idola, sunt etiam qui nollent adorare compulsi. Sed & fidelissimi Dauid propago ad infidelitatis malum non post multum temporis aberrauit, adeo vt & ipsi Reges & Sacerdotes, neglecto vnius veri Dei cultu, Saturnos, lunones, turpissimumque Priapum, in ipsa Hierusalem, quam ciuitatem cum templo in sanctificationem sibi delegit, facti furore, venerarentur. Proptereá quod competenti sanctatione impie derelictus ab eis, iuste dereliquit eos Deus, in potestatem paganorum, vt impleretur quod eis anteà comminabatur. Sicut seruistis Diis alienis in terra vestra, sic seruietis diis alienis in terra non vestra, qui non dabunt vobis requiem.

Sed & tunc non oblitus Fidei Abraham, & Dauid aliquos ex iis, pro reliquiis, in terra sua retinuit, templumq; suum in Hierusalem ad tempus aliquantulum conseruauit, donec peccatis eorum crebrescentibus, etiam ipsum cum ciuibus & ciuitate mereretur incendi. Sed neque tunc eos vsquequaque diuina deseruit clementia, quin imo de fauillis & ruinis vrbis euersæ quosdam reseruauit, quibus aptissimè propheticum illud conueniret: Facti estis quasi torris de incendio raptus, & nec sic redistis ad me, dicit Dominus. Quod quidem in eis, quos in terra sua residere fecit, completum cognouimus, vt peccata peccatis addentes, & se mutua cæde vastantes vltima necessitate, vt sibi videbatur, compulsi in Ægyptum quasi reseruandi, contra vetitum diuini oraculi, verè trucidandi confugissent. Qui vero à Rege, qui superbiam eorum Dei voluntate domuerat in captiuitatem longinquam fuissent abducti, ibi ad Deum Patrum suorum ex toto corde conuersi, ita tribulationis igne decocti sunt, vt nec igne materiali ab ipsius possent amore diuelli.

Tandem ergo misericors & miserator Dominus tam graues eorum labores miseratus, Regum adeo animos, qui eosdem in captiuitate tenuerunt, ad indulgentiam & relaxationem voluntariam illorum permutauit vt de publicis redditibus & ærariis, plurima impendi præciperent, in adminiculum ad terram suam reuertendi, & templum Dei in ea demum restaurandi. Sed heu, proh dolor! cum legem Dei vel cæremonias, in quantum à finitimis, imo commanentis hostibus impediri non poterant, sedulo curassent obseruare; quod nullus vmquam vel excogitare potuisset, repentino casu Rex nefandissimus Græcorum, vt puta, præuius & præco malissimi Antichristi, eos ita oppressit, vt non nisi manu cælestis Imperatoris se vllo modo vlterius crederent liberari. Qui & tanto miraculo ab immanissimorum, diuersissimorum atque innumerabilium aduersariorum eos impetu liberauit, vt paucissimi de Iudæis plurimis eorum interfectis, reliquos, qui manere poterant, non parum incuterent vbicumque terroris. At cum illi, qui talibus flagellis eruditi, Dominum patrum suorum metuere nossent diuersis casibus absumpti, morte sua mundum reliquissent orbatum, & propter peccata in sæculo remanentium. Primum viles personæ de successoribus eorum populo Dei præficerentur: Postea verò & ipsi alienigenis miscerentur, vel potius seruitutis eius iugo subiicerentur, necessarium erat, vt ipsa diuina sapientia, per quam cuncta sunt facta, reficiendo generi humano per seipsam consulere dignaretur.

Sed quia in sua incomprehensibili maiestate, natura illa diuina ab infirmis, & mortalibus comprehẽdi non poterat, mira pietatis dispensatione procurauit, vt nostræ infirmitatis mortali, manente tamen incommutabilitatis suæ potentia conformata, de incorruptæ Virginis vtero nasceretur, & consueto nobis more vsque ad iuueniles annos ætate & incrementis, gratia verò & sapientia singulari perueniret. Nec tamen cum carne sua Deitatis illius esset obumbrata, per totum potuit humanis mentibus abscondi, his dumtaxat, qui eum cognitum suscipere voluissent. Quando & in hora Natiuitatis illius Angelus Domini cum magna claritate pastoribus gentis ipsius apparuit, & ortum eius omnibus gentibus profuturum nuntiauit, in quæ verba eidem Angelo multitudo cælestis militiæ occurrit. Sed & ipsa hora in remotioribus Orientis partibus sapientissimis, & astrorum gnaris hominibus noua stella inopinato apparens, eos ad ortum noui Regis attraxit. Nec non & quadragesimo natiuitatis eius die, cum eum ad templum Dei, pro solemni eius gentis consuetudine, Mater Virgo præsentandum deferret, ibidem à sanctis hominibus mũdi Saluator est agnitus, & ab eis cæteris fidelibus nuntiatus.

A Duodecimo quoque ætatis anno, cum in eodem templo parentibus remaneret ignatis, videlicet æstimantibus inter cognatos & notos eum recessisse de vrbe, sed eo non inuento, regrederentur ad templum, & ibi eum post triduum in medio Doctorum sapientissime se agentem reperissent, interrogante Matre, cur eam dolentem reliquisset; respondit: in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse: vtique insinuans templum non minus ad se, quam ad Deum Patrem pertinere. Trigesimo vero, ex quo inter homines conuersari cœpit, anno ad Baptisma serui sui properauit, vt ex eo scilicet sequacibus suis exemplum tribueret, ne quis ab inferiori persona baptizari contemneret, quando ipsum Dominum & Deum suum famuli sui manibus baptizatum meminisset: sed quia B non aliqua sui necessitate; sed humilitatis propagandæ gratia voluisset in aqua lauari: Ecce Deus Pater cum voce de cælo delata, contestatus est dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite. Et Spiritus sanctus, cuius iam & opere conceptus est, ad declarandam sanctitatis eius innocentiam, in columbæ super eum specie descendit.

Ita ergo Christus homo glorificatus & confortatus ad prælium cum diabolo conferendum, quadraginta dierum ieiunium exacturus, abiit in desertum, Quibus expletis, callidissimus aduersarius, ex aliquibus, vt creditur, humani corporis gestibus, aut habitu, illum esurire persentiscens, & idcirco hominem eum tantum esse reputans. Sed propter vitam innocenter C actam super homines formidans, hac arte illum aggreditur, vt si quidem esuriem suam pane de lapide facto, vt ipse suadebat, consolari potuisset, diuina in eo potentia deprehensa, ab eius iniuriis & insectationibus quieuisset: si in tanta necessitate nec seipsum recreare quiuisset, puro tamen homine comprobato, non minus eum sibi, quam cæteros mortalium obnoxium consideraret. Sed admirabilis Magister pietatis, ita versutias eius elusit, vt nec in panes lapidibus permutatis, diuinitatis in eo deprehenderet insignia, nec impossibilitate confessa, ad nostra animaretur infirma. Dicens, quod vita rationalis animæ non tantum in materiali consistat alimento, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

In hoc ergo conflictu certior factus, quam ante D fuerat, diabolus per ostentationem inanis gloriæ, qua plurimum delectari mortalium mentes agnouerat, diuinitatem Christi se explorare posse putabat. Assumpto eo, & super fastigia celsissimi templi posito, suasoque, vt inde si filius Dei esset, se præcipitem daret, & non læderetur. Ad quem bellator inuictus huiusmodi temperauit eloquium, vt nec filium Dei se negaret, nec diaboli suasionibus consentiendum esse doceret, dicens: quia sanæ mentis non esset, vt quisquam Dominum & Deum suum tentare præsumeret. Igitur & in hoc elisus certamine inimicus, per auaritiam qua mundum se peremisse gaudebat, & Christum sibi subiugare non diffidens, ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, eo pacto, vt si pro his accipiendis ipsum prostratus adoraret, talibus ab eo donatus abiE ret. Quam immanissimam blasphemiam magister humilitatis exhorrescens, turbida indignatione monstrum nefandissimum à se repulit, dicens: Religiosi cordis esse, Dominum Deum adorare, & illi soli seruire. Cuius vi fulminis attonitus aduersarius, & ab eo recessit vsque ad tempus. Victoriosissimum vero Regis nostri triumphum admirantes Angeli, debitis eum venerari sunt obsequiis.

His ergo ita peractis, Christus Dominus ad homines regressus, secundum scripturam, operatus est salutem in medio terræ: Cæcis visum restituens, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis emundationem, mancis opificia, dæmoniacis mentem, paralyticis vigorem, claudis gressum, & mille sine nomine morbis

omni-

omnimodam impertiens medelam. Quin & sequentium quatuor millia de septem panibus, & paucissimis piscibus saturauit. Aliquando vero de quinque panibus & duobus piscibus ita quinque millia virorum, excepta mulierum & paruulorum immensa numerositate, repleuit, vt de fragmentis reliquiarum, quæ de his pauculis rebus, inter manus & dentes conuiuantium succreuerant, duodecim corbes ad testimonium tanti miraculi farcirentur. Mare quoque siccis pedibus ambulauit, & fœtentes mortuos de sepulchro suscitauit, & ad conuiuium vocatus, aquas in vina mutauit. Et super hæc omnia, Pater de cælo, quondam, discipulis audientibus, interdum verò turbis infinitis astantibus, pariter & auscultantibus eum filium suum commendauit, & se illum iam clarificasse, & adhuc clarificaturum promisisse.

De doctrina vero eius quis aliquid dignè commemoret? cum & discipulis suis talia mandata proponeret, quæ vix aut nequaquam humana possibilitas, nisi valida Dei ipsius adiuta, vel attracta posset exequi, & omni sexui, vel conditioni tam leuia, & ita salubria ipsa monita intimare curaret, vt nullus omnino, nisi multum ignarus, & per omnia, diuina gratia vel protectione indignus, à regno Dei debeat excludi. Deque ipsis Apostolis & eorum sequacibus ita bonum virginitatis arripiendum persuasit, vt hoc scirent non humanæ industriæ, sed muneris esse diuini. Abrenuntiationem quoque omnium facultatum & affectionum sic eisdem aggrediendum intimauit, vt se cognoscerent, & in hoc sæculo multo plura, quam reliquerant, accepturos, & in futuro vitam æternam possessuros, & in die magni iudicij cum ipso iudices esse venturos. Cæteros autem fideles docuit, vt humilitate, mansuetudine, pace, misericordia, iustitia, vel patientia Deo suos, & sibi regnum Dei, persecutiones etiam improborum, si ita necessitas incumberet, sustinendo acquirere non lassarentur. In commune autem cunctis præceptum dedit, ne fratribus nati conuitiorum maledicta in eos iacularentur, vel his occasionibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et ne quis vxorem proximi sui impuro conteretur oculo, & ideirco maculari posset adulterio, & ne temere iurare præsumeret, ne fortè periuraret, nec quisquam obstinatè aduersario suo resisteret, & inde non solum animæ; sed & corporis periculum incurreret.

Porro autem perfectioris vitæ cupidis, & regni cælorum auidis, ita nuditatem & contemptum terrenorum indixit, vt tamen nequaquam hæc sibi defutura confiderent, cum cæteros Christianos his abundantes, ita ad illorum accenderet obsequium, vt quicumque illorum hæc suis pauperibus ministraret, ipsi Christo & Deo Patri se impendere non dubitaret. Fictos autem Dei cultores, & de generis nobilitate gloriantes, Hypocritas & genimina viperarum nuncupauit. Ipsos quoque sacerdotes, qui pietatem nomine prætendebant, & malitiam in corde contegebant, cæcitatis notauit, & cæcorum duces redarguit, & multum conuenienti comparatione sepulchris dealbatis assimilea deuicit, quæ à foris quidem apparent hominibus pulchra, intus vero plena sunt omni spurcitia. Nec non & Pharisæos, qui sibi iusti videbantur, & aspernantes cæteros, pœnitentiam peccatorum recipere noluerunt, ita cōfutauit, vt seipsum diceret, ideo venisse, non vt iustos, sed peccatores & perditos inquireret, & saluos faceret. Et se esse verum Dei filium non solum attestatione signorum, & incomparabili sapientia manifestauit, sed etiam Propheticis literis, ac inuictissimis allegationibus approbauit, sed increduli Iudæi quotiens in Sanctis suis Deum contemnere non timuerunt, nec ab vnico filio eius malitiæ suæ machinamenta continuerunt, iniuriis eum lacessentes & maledictis: insuper & lapidibus eum insectantes. Cum ergo incorrigibiles eos peruideret, cum di-

A scipulis suis secedens ab eis seorsum, ruinam miserorum iam iamque incumbere, sed & mundi totius finem non longè post futurum renuntiauit: & se pro salute generis humani cito crucis patibulum subiturum, & die tertia se resurrecturum esse prophetauit.

Interea gens impia vnum de discipulis iamdudum auaritiæ morbo corruptum promissa pecunia, ad proditionem Magistri & Domini sui protrahere curauerat: dum ille diabolo plenius, & iam vltro inimicis eum tradere paratus esset. Captata igitur opportunitate, quando sine turbis, quæ illum frequentissimè sequi solebant, ita ab aduersariis capi, ligari, trahique potuisset, vt euadendi, vel defendendi facultates, sicut illis videbatur, non esset. Post orationem quam valde prolixam pro salute nostra Deo Patri profudit,
B obuiam persecutoribus suis processit, & quem quærerent, interrogauit. Qui cum se Iesum (quod nomen eius erat * proprium) quærere dixissent, & ille se esse responderet, iterum atque iterum retroacti abierunt, & ceciderunt in terram. Sed qui ad hoc venerat, vt passione sua nos ab æterna damnatione liberaret, tandem aliquando, maiestatis suæ potentia ad tempus abscondita, in potestatem furentium se sponte permisit, vt indebita morte sua nos ab omnibus debitis peccatis absolueret. Captum ergo & ligatum impij ministri, ad Tribunal Pilati præsidis perduxerunt, quod gentem illorum subuerteret, & tributa Cæsari dare prohiberet, & Christum regem se esse diceret: & idcirco Iudex ipse, si amicus Cæsaris esse voluisset, talem viuere in sui condemnationem capitis permittere
C non deberet. Tum ille necessitate compulsus, dedit illum militibus suis, ad illudendum. Qui irrisoria veste, veluti qui Regium sibi nomen vsurpare præsumeret, induens: Et corona spinea pro diademate coronatum, quin & arundine pro sceptro imperiali dextram complerum, sputis in faciem illius proiectis, & colaphis, alapisque creberrimis, ferulisque cædentib. eum iniuriantes, & regis nomine salutantes: insuper & singulorum nomina prodere velatum postulantes, quasi vile mancipium (vt interim Dei filium taceam) maximum Prophetam, & tantorum effectorem signorum, sapientissimumque virum turpissime tractare studuerunt, & illusum, imo castigatum, & vt apertius quidem dicam, mortificatum præfecto suo
D iterato illum præsentauerunt.

Iudæi vero nec dum tantis eius iniuriis saturati, petiuerūt Præsidem, vt eum crucifigi præciperet. Quod cum ille sæpius abnueret, dicens: in eo se nihil dignum morte inuenire. Tunc impia gens, & cunctis abominanda, tali maledicto se damnauit, vt imprecarentur sanguinem eius venire super se & super filios suos, adiicientes quia ipsi legem haberent, & ille secundum legem deberet mori, qui se Dei filium præsumptuosè faceret, sed ne verbo quidem simplici diceret, nisi eo modo, vt ipsi ex operibus, quæ in nomine Patris sui faciebat metirentur, aut coniectarent, verum tantorum mirabilium operator, filius Dei dici & credi merito deberet. His igitur Præses tremefactus, & maxime propter illud constrictus, quod quasi
E maximum & intolerabile sibi metuebat obiectum. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, adiudicauit fieri petitionem eorum.

Tunc imposuerunt ei crucem, quam ad locum vsque portaret, sed tamen quasi honorantes & compatientes ei, quem tam indigna morte perimere satagerunt, coegerunt quemdam alienigenam crucem ferre post illum. Et cùm venisset ad locum, qui Caluariæ dicebatur, pro eo quod ibidem ad mortem condemnati, trucidari solebant, Christum Dominum crucifigentes; vt ex hoc turpissima mors redderetur infamior, latrones vnum à dextris, alterum suspenderunt à sinistris, & his verbis irridere gaudebant: Alios saluos fecit; seipsum non potest saluum facere. Vona

*proprium.

etiam de latronibus simili bacchatus insania dixit ad illum. Si tu es filius Dei, saluum fac teipsum & nos. alter vero, cuius Deus illuminare dignatus est mentem, ad cognoscendam veritatem præsentem, increpabat socium, & obsecrauit Dominum pendentem; vt suimet in regno suo meminisse dignaretur. Cuius credulam mentem & os confitens, Christus approbans, eodem die secum in Paradiso illum spopondit affuturum. Dum hæc Creator à creatura quam rationabilem condidit, pertulisset: irrationabilia & insensibilia maiestatis eius nutu conterrita, defectum sui mortalibus minabantur: Cum & Sol in tenebras sit conuersus, & terra mota, & petræ scissæ, & monumenta aperta, & rerum natura turbata, quæ iniuriam Dei ferre non sustinebat. Posthæc vero cum omnia reliqua, quę fieri oportuerat essent impleta, vt consummaretur Scriptura, quod aceto potandus esset: sitire se dixit, & cum accepisset acetum, & suum spiritum in manus Patris commendasset, dixit: Consummatum est, & sic inclinato capite, tradidit spiritum, & honorificè sepultus ab amicis, cautissimè seruabatur à custodibus, metuentibus videlicet, ne die tertia, sicut ante prædixit, resurgere potuisset.

Sed Angelus cælo veniens, milites sepulchrum euigilantissime custodientes, mortuorum instar stupefactos reddidit, & post modicum recreato animo & spiritu, testes gloriosæ resurrectionis eius effecit. Porro interim cum ipsi iacerent, vt exanimes, pias cum aromatibus eius * corrumpendi corporis visitatrices idem Angelus * gratanter affatus, nec timerent hortatus est. Et quia Dominus Iesus Christus deuicto mortis imperio resurrexit, certo patefecit indicio, & vt locum viderent, vbi positus erat Dominus admonuit. Quo cum intrarent, viderunt duos Angelos in albis sedentes, vnũ ad caput, & vnum ad pedes, quondã ibi requiescentis, & modo resurgentis inde auctoris æternæ vitæ. Cumque pauefactæ cœpissent egredi, aufugere cupientes, occurrit eis ipse Dominus benignissime salutatas ad discipulos suos deuictæ mortis nuntias destinauit. Et eodem die Petro specialiter apparuit. Qui & duobus ambulantibus, & de se sermocinantibus conuiator effectus, de scripturis asseruit, *quia sic oportet Christum pati, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam.* A quibus etiam inuitatus ad cœnam, in fractione panis agnitus est, cum ob cæcitatem cordis prius videretur ignotus.

*vagendi.
* fort. gaudenter.

Sero quoque cùm factum esset, ipsa die apparuit Apostolis suis, & eis gaudia pacis mandans insufflauit, & dixit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Ad cõfirmanda quinetiam corda dubitantium, qui se putarent, spiritum potius videre quam corpus, ostendit eis manus & pedes recentissimæ passionis signa retinentes; vt indubiæ resurrectionis eius fierent idonei testes. Sed illis adhuc non credentibus & mirantibus præ gaudio, vt per effectũ comestionis veritas patesceret carnis, interrogauit, si haberent aliquid ad manducandum. Cumque obtulissent ei partem piscis assi & fauum mellis, manducans coram illis, reliquias dedit eis, & commemorauit eis hæc esse verba, quæ ante passionem suam prædixerat, quomodo necesse est sua morte mortis imperium dissolui, & in sua resurrectionis agnitione pœnitentiam & remissionem peccatorum, cunctis gentibus prædicari, necnon & ipsos adhuc gloriosissima Spiritus sancti missione roborari promisit. Nec tamen ita instructos, & tali promissione consolatos, mox abscessu corporali discedere voluit; sed per quadraginta dies in vniuersis argumentis eos visitauit.

Nunc foribus clausis, in medio eorum consistere, nunc vero per totam noctem frustra in piscando laborantibus, ipse stans in littore multitudine piscium rete eorum compleuerat, & inter prandendum beato Petro post claues regni cælorum, ac retentiones relaxationesve peccatorum ouium suarum curam præcepit, & quia pro earumdem cura omnium crucem subituros esset intimauit. Deinde in montem quemdam secutos in fide solidauit, & præcepit, *vt irent docere omnes gentes, & baptizare eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: docentes seruare omnia quæcumque ipse mandauerat illis, & ait illis: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.*

Et quia irritatores Dei & increduli Iudæi, & gentes idololatriæ deditæ signis erant ad fidem inuitandi, dedit Apostolis suis virtutem super omnia dæmonia, & vt languores curarent, cæcos illuminarent, leprosos mundarent, ipsos mortuos resuscitarent, & præcepit illis, vt annunciarent regnum Dei appropinquare. Et quia cunctis gentibus & linguis nouam hanc doctrinam prædicare debuerunt, dedit eis diuersarum linguarum agnitionem. Quin etiam ipsis & eorumdem fidei sequacibus multo maiora promisit & concessit, ita vt dum plurimarum linguarum hominibus in vna loquerentur, à cunctis intelligerentur, & vmbra illorum transeuntium infirmi sanarentur, & sudariis vel cingulorum fimbriis nequam spiritus fugarentur. Sed cum hæc in alia regione, hoc est, in Galilæa, vel ante passionem, vel post resurrectionem suam discipulis edidisset, vt in vicinia eius loci ad alta cæli conscenderet, vbi crucis ignominiam paulo ante subiit, atque ipso quoque nomine dispensationem Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, Ascensionis in cælum fidelibus aperiret, Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicitur, vnde cælos peteret, cum Apostolis inuisit, doctore gentium, qui hæc significent, exponente: *Iesus Christus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus illum exaltauit.* Cumque eum illi qui conuenerant, interrogarent, si dies iudicij & manifestatio regni Dei iam immineret, dicebat: non esse illorum, vel cuiusquam mortalium, sed ne ipsorum quidem Angelorum, nosse tempora & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, potiusque in ciuitate Hierusalem aduentum sancti Spiritus eis expectare præcipiebat. Quo spiritu roborati, testes illi essent primitus in eadem vrbe, deinde in tota Iudæa & Samaria, ad postremum vero, vsque ad vltimum terræ. Et his præmissis, eleuatis manibus suis benedixit illis, & cunctis nihilominus opinantibus, quasi pennis columbæ incorruptibile corpus suum librauit ad cælum. Cuius rei mox duo Angeli, hoc est, quia cælum penetraret adstipulatores adstiterunt, & quia in eadem specie, qua assumptus est ab illis, ad iudicandos viuos & mortuos venturus esset, dixerunt. Tunc vt sibi à dominatore cæli præceptum erat, Hierusalem ingressi, sancti Spiritus aduentum suspensi præstolabantur. Qui decima posthæc die venit, & scientiæ perfectione illos edocuit, & linguarum varietate donauit, & aduersus rabiem perfidorum roborauit. Congruentibus ad hæc signis ostensis, sono videlicet flatus vehementis, & linguis igneis, cuius authoritate confortati, resurrectionem Domini nostri Iesu Christi authoritate Prophetica comprobantes mille Iudæorum eodem die ad fidem conuerterunt. Et in sequentibus aliquot millia. Quandam vero turbam sacerdotum obedire fidei persuaserunt.

Interea vero dum omnia supradicta fierent, dimisit Dominus omnes gentes ingredi vias suas, & diuersissimorum errorum opinionibus impleri, ita vt quidam solem & lunam & stellas ministeria videlicet humanis vsibus attributa diuinis honoribus celebrarent. Alij vero maiore dementia capti, non solum aurum & argentum, sed & ligna, & lapides, quadrupedia serpentia, seu volatilia, & ipsa terræ virentia pro Deo authore venerarentur. Tandem ergo prius creator rerum omnium,

omnium, quando & nos ipsos adinuentionum & pessimorum actuum nostrorum pigere deberet, ac tædere, direxit ad nos Apostolos suos, qui docerent nos ab his vanis conuerti ad Deum viuum & verum: & exspectare filium eius de cælis, & in perceptione Spiritus sancti, quem in Christo regenerati percepimus, remissionem peccatorum consequi nos crederemus.

Huius igitur legationis nos indigni nostris temporibus vicem gerentes, obsecramus pro Christo, vt sicut quondam in baptismo, ita semper abrenuncietis diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius, cognoscatis vnum verum Deum Patrem semper in cælo regnantem, & sempiternam sapientiam eius in tempore pro nobis incarnatam, & sanctum Spiritum æternæ pignus salutis in hac vobis peregrinatione concessum, atque ita viuere curetis, sicut Dei filios decere cognouistis, deuitantes gulæ concupiscentiam & ebrietatis insaniam, fornicationis immunditiam, auaritiæ idololatriam, iræ vesaniam, tristitiæ nebulam, tædij rancorem, inuidiæ rubiginem, inflationis inanitatem, superbiæ subuersionem, & nullus cuilibet Christiano furtum aut homicidium, vel conuitium conferre, aut falsum testimonium de qualicumque crimine præsumat inurere, sed sitis inuicem benigni, & donatores vobismetipsis, sicut Deus donauit vobis peccata vestra. Et delicta præterita pœnitentiæ remediis, vel eleemosynarum largitate redimentes, imminentia cum Dei adiutorio præcauere studeatis. Scientes & diem generalis iudicij, iam iamq; proximare, & incertam singulis exitus sui horam impendere. Et quidem magni iudicij nouissima dies, cunctis est mortalibus expauescenda, vt puta in qua nihil incorrectum absque æternali pœna remanebit inultum.

Sed non minus cunctis sapientibus quotidianum Dei iudicium formidandum est, quo & quosdam probandos dispensatorie reliquit in mundo ad tempus, quosdam verò hic iustè condemnatos, obliniscitur in perpetuum. Alios quoque diu iacentes in criminibus manu misericordię suæ leuat: Alios autem de peracta iustitia præsumentes fœdæ quondam passioni concedit: hos vero quocumque verbere coercitos vsque in finem ab omni prorsus scelerum labe custodit. Quocirca sub his Dei iudiciis vnicuique in hac vita metuendum est, vt in futuro iudicio ab omni metu peccatorum & mortis absolui mereamur. Deus omnipotens, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui hæc per ministerium linguæ nostræ, auribus vestræ Fraternitatis infudit, ipse per gratiam suam eadē in cordibus vestris fructificare faciat, cooperante Domino nostro Iesu Christo, & Spiritu paraclito. benedictus Deus in sæcula, Amē.

CARMEN MONOSTICON,

BEATI COLVMBANI ABBATIS,

EX CODICE MANVSCRIPTO Frisingensi nunc primum suo auctori restitutum & editum.

AD LECTOREM.

SAnctus Columbanus vixit circa annum 614. Sigebertus de illustrib. scriptorib. cap. 60. ait, eum multa scripsisse, vel ad canendum digna, vel ad docendum vtilia. Carmen eius contra auaritiam ad Hunaldum extat in Biblioth. SS. PP. vbi hi duo versus:

Viue Deo fidens, Christi præcepta secutus.
Sint tibi diuitiæ diuina dogmata legis.

In nostro hoc monosticho secundo & tertio loco impositi inueniuntur. Et hæc causa fuit, quare breue illud carmen etiam huic subiungerem. Sane pietatis plena sunt hæc monosticha. Quæ dum prælo adornantur, ecce tibi adsunt poëmata nonnulla S. Aldhelmi hoc ipso anno 1601. à R. P. Martino Delrio Societatis Iesu notis illustrata, qui & hæc ipsa monosticha simul edidit, ex membranis m. s. Abbatiæ S. Laurentij Leodicensis: hoc titulo: *Incerti authoris monosticha.* Delrius incerti auctoris nomen sagaci coniectura indagans putat esse S. Althelmi Occidentalium Saxonum Episcopi, qui obiit anno 709. Coniecturam hanc ducit ex versu 21.

Octenas studeas vitiorum vincere turmas.

Cæteri Scriptores, *Septenas*, potius dicerent. S. Althelmo *peculiare est*, inquit Delrius, *octo vitia recensere castitati innoxia, quorum pugnam cum octenis virtutibus descripsit in carmine de virginitate Sanctorum.* Atque se carmen sancti Althelmi de laude Virginum, & octeno calculo vitiorum reperisse in m. s. subiunctum huic carmini monosticho. De hac coniectura liceat cuique mea pace quod volet sentire. Ego donec quid certius habeam, tribuo hoc carmen suo authori S. Columbano: & quidem ex fidem m. s. codicis Frisingensis: vbi iste titulus: *Incipit libellus cuiusdam Sapientis, & vt fertur beati Columbani.* In quo inter ea conquiesco. Neque me mouet ille versus: *Octenas studeas*, &c. Quo non ab octo vitiis sigillatim castitati oppositis: sed ab octo principalibus mortiferis peccatis deterret. Et licet ferè ab auctoribus numerentur septem principalia vitia; tamen veteres octo numerarunt: testis Theodulphus Episcopus Aurelianensis in Epist. ad Clerum, quam ex m. sc. Baron. tom. 9. ann. 835. edidit, vbi hæc: *Confessiones dandæ sunt de omnibus peccatis, quæ siue in opere, siue in cogitatione perpetrantur. Octo sunt principalia vitia, sine quibus vix vllus inueniri potest. Est enim gastrimargia, hoc est, ventris ingluuies: Secundo fornicatio: tertio accidia, siue tristitia: quarto auaritia: quinto vana gloria: sexto inuidia: septimo ira: octauo superbia, &c. Debet ei etiam iniungi, vt de octo principalibus vitiis faciat suam confessionem.* Ita etiam octo principalia vitia recensent Euagrius ad Anatolium, libr. de octo vitiosis cogitationibus, & S. Nilus, libr. de octo vitiosis affectionibus. De his ergo dicit sanctus Columbanus:

Octenas studeas vitiorum vincere turmas.

Si videas discrepare collocationem nostram ab editione Delrij, præsertim à versu 101. vsque ad 140. scito me ex fide m. sc. codicis Frisingensis dedisse.

MONASTICHON CARMEN

BEATI COLVMBANI:

Vitam, Acta, Scriptorum monumenta sancti Columbani, sume ex illis auctoribus quos percensent Notæ ad Roman. Martyrologium, 21. Nouembris, quo die Ecclesia festum sancti Columbani inter sanctos solemni ritu celebrat.

HÆc præcepta legat deuotus, * & impleat actu, † L. vt:
Virtutum titolis vitam qui quærit honestam,
Vel homines inter cupiat præclarus haberi,
Vel morum meritis cælestia regna mereri,
Atque Deo Christo socius sine fine videri.
Impleat ipse Dei, qui vult sua vota venire.
* Viue Deo fidens Christi præcepta sequutus.
* Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis.
* Diuitias, Domini faciet benedictio claras.
Corporis exsuperat vires prudentia mentis.
Omnibus est mundi melior sapientia gazis.
Semper amāda quidem est rerum doctrina bonarum.

* non est in L. & repetitur 93.

Optimus est animus Christi vestitus amore.
Dæmonas aduersus magna est oratio Virtus.
Vt moneas charum noli desistere amicum.
Morbi causa mali nimia est quæcumque voluptas.
*L. In dare ne. *& prendere pergas. — * Tu dare ne claudas palmas, & prendere pandas.
Semper in ore tuo resonent bona verba salutis.
Ne rogo vindictam tua mens meditetur amaram.
Sint tibi pacifici magna dulcedine mores.
Ne tua pœniteat, caueas victoria tenet.
*hic versus abest in L. — * Fer patris impetum, dum verbis exit in iras.
Quisque dies vitæ est velut vltimus ecce putandus.
*cogites. — Quod dare non * possis, noli promittere verbis,
*& hic repetitur infra versiculos. — * Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.
Octenas studeas vitiorum vincere turmas.
†L. triumphus — Te ferat ad cælum quadriga repleta * salutis.
Lingua suos habeat frænos in corde ligatos.
†L. sit in — Vir bonus esse nequit, nisi qui * fiet omnibus æquus.
†L. ne forte mereretur? — Qui scelera abscondit, veniam non * forte meretur.
Qui bona desuescit, mox hic consuescit iniqua.
Non tu quæso iocis lædas nec carmine quemquam.
*L. S. a fratris quam voce salutis — * Sæpius auditu instrueris, quam voce fruatis.
Sit seruus meoris Venter; sit serua libido.
*C. largiri, forte largiria. — Non perdit pietas quidquid * largire videtur.
Non opibus bona fama datur, sed moribus almis:
*L. derideat. — Fac ne te merito verbis * irrideat alter.
Pro misero miserans lachrymis effunde sodali.
Eripe, si valeas, non suggere tela furenti.
Sæpe nocet puero miseratio blanda magistri.
Ignotum noto numquam præponis amico.
Omnia quæ dicunt homines tu credere noli.
Non sibi quis viuat Christo, sed viuat vbique.
Non tua, sed Christi quæras, qui diligis illum.
Non te, non mundum, Christum sed dilige solum.
Cum sapiente loquens perpaucis vtere verbis.
Nil oculi prosunt, quibus est mens cæca videndi.
Diuitis opprobrium gemitus est pauperis ingens.
Plurima discenti semper sapientia crescit.
Iudicium restat cunctis certissime factis.
Adueniet Iudex cunctis qui iusta rependat.
*L. sapientia. — Inclyta perpetuam præstat * patientia vitam.
Te feritate magis faciet moderatio clarum.
Egregios faciat mentis constantia mores.
Consilio facias, rogo, si tibi quidquid agendum,
Omnis quippe ætas aliquo sub fasce laborat.
Vera quidem veterum inuenis paradigmata rete.
Felix qui causam loquitur prudentis in aurem.
Tantum verba valent, quantum mens sentiat illa.
*L. amicis. — Omnibus est locuples, qui rebus abundat * honestis.
Non erit antiquo nouus anteferendus amicus.
Difficile inuenies verum fortassis amicum.
Moribus egregiis facias tibi nomen honestum.
*L. expedit. — Nemo quidem plures habuit, quam * perdit amicos.
Cui prodest, socio qui non prodesse probatur?
†L. probabitur — Sola fides fidei dono * ditabitur almo.
*L. leuia non animi torquentis cura fatiget — * Leuis non animam torquentis cura fatiget.
Res * fruera quidem semper declarat honeste.
Quid peius, quam se vt iungat habitator iniquus?
Actibus, aut verbis noli tu adsuescere prauis.
†L. re vera. — Est non esse quidem satius, quam viuere praue.
Mens bona thesauros præcellit munere cunctos.
Vitam quippe tuam tota virtute tuere.
Omnia pro vita sunt amittenda tuenda.
Præmeditata quidem leuius sufferre valebunt.
Quæ subito adueniunt, multo grauiura videntur.
Gaudia sunt populi rector pius atque benignus.
Mors aliena monet propriæ nos mortis vbique.
†L. cui sunt. — Felix alterius * cuius documenta flagella.
Præmia non capiet, ingrato qui bona præstat.
Sit tibi charus homo, vt frater, Deus vt pater almus.
Omnis paulatim letho nos applicat hora.
Ante diem mortis nullus laudabilis extat.
*L. f. cognoscitur arbor in orbe. — Quælibet ex * fructu proprio cognoscitur arbor.
Doctor erit magnus, factis qui quod docet implet.

A Quod tibi vis fieri, hoc aliis præstare memento.
Pauperibus iustis cælestis gloria restat.
Quod tibi non optes, alij ne feceris vlli.
Æquum pondus habe, teneas & statera * iustum. †L. iusta
Non tibi sit modius duplex, nec statera dupla.
Corripe prudentem: reddetur gratia verbis.
Si tu recta facis, ne cures verba malorum.
Vtile consilium dominus ne despice serui.
Inter conuiuas fac sis sermone modestus.
Cum quid peccatis, castiga te ipse subinde.
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
Diuitias Domini faciet benedictio claras.
Æternam tribuit felix clementia vitam.
Vtere quæsitis opibus. fuge nomen auari.
Disce, sed à doctis; indoctos ipse doceto.
B Contra verbosos, noli contendere verbis.
Sermo datur multis. animi sapientia paucis.
Non læta extollant animum, non tristia frangant.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Quanto maior eris, tanto tu cautior esto.
Cumque alium causes, propriam prior inspice vitam.
Plus tua, quam alterius damnabis crimina iudex.
Sis bonus atque bonis; læsus nec læde nocentem.
Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.
Cum fueris felix, quæ sunt aduersa caueto.
Quæ culpare soles, hæc tu ne feceris ipse.
Vita aliena tuæ tibi sit * cathagita vitæ. *L. categita, doctrina, magistra.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Sit sale iam Sophiæ sermo tibi conditus omnis.
Magna quidem virtus, nostra est moderatio linguæ.
C Crede Deo, & proprios tunc tu tibi dirige gressus.
Lux, timor est Domini, cordis: hunc dilige semper.
In Domino sperans nullus confunditur vmquam.
Vir prudens animo est melior, quam fortis in armis.
Corporis excellit vires sapientia mentis.
Diuitias animo iniustas attendere noli.
Verbum dulce quidem tibi multiplicabit amicos.
Conuerti ad Dominum ne tardes tramite recto.
Doctrinis etiam variis non flexilis esto,
Te via nam Domini teneat firmissima semper.
Iustitiæ & pacis placeant tibi verba loquendo.
Pax precor alma tuo placeat tibi semper in ore.
Semper in ore tuo resonent pia verba salutis.
Rex sapiens populum melius defendit ab hoste.
D Insipiens rector populum disperserit omnem.
Gloria magna quidem Regi est sapientia iusta.
Iniuriasque tuas in fratrem vlciscere noli.
Semper auarus amat mendacia, furta, rapinas.
Sufficiat rerum dederat tibi quod Deus ipse.
Quid terrenus homo, puluis & terra superbit?
Principium sceleris, proh dira superbia constat.
Sit tibi cura tuæ, tota virtute salutis.
Vna dies, quales fuerint, ostendit amicos.
Peccasti solus ignoscere tu tibi noli.
Quod tacitum cupias, tacito committe sodali.
Inuidiam nimio cultu vitare memento.
Inuidiæ maculat famam mala pestis honestam.
Nil sine consilio facias, sic facta probantur.
Qui Domino credit, seruat mandata salutis.
E Semper enim sapiens metuit sibi iudicis iram.
Instanter facias, sors quæ tibi tradat agenda.
Cum homine iniusto noli tu manere frequenter.
Nec redit vnda fluens, nostrum nec tempus in annis.
Omnia finis edax deuastat gaudia mundi.
Qui pius & clemens, Dominus miserebitur illi.
Infer nullatenus benefactis mente querelas.
Improperes numquam, dederis munuscula si qua.
Omnis pertractet primum mens verba loquelæ.
Corporis auxilium medico permitte fideli.
Dum poteris, benefac charo tu semper amico.
Sic nouus atque nouum vinum veterascat amicus.
Rebus in aduersis numquam dimittis amicum.
Semper amicus amat, durat que fidelis * amicus. †L. vbique.

Alma

A Alma dies noctem sequitur, sic dona labores.
Tempora dum variant, animus sit semper honestus.
Consilio mentis quodque imminet ante videto.
Dum tibi vita viget, lachrymis mala crimina purges.
Noli iterare scelus, lachrymis dum diluis illud.
Luxuriis animo noli seruire malignis.
Qui modica spernit, minuit maiora per horas.
Tollitur ex numero sanctorum perfidus omnis.
Oderit insipiens sapientis verba magistri.
Excitat in risus fratres verbosus amaros,
Nil illo peius, sceleri qui gaudet iniquo.
Cui secreta quidem credas cautissime cerne.
Corripe peccantem, noli & dimittere amicum.
*Corripere est melius notum quam perdere amicum.
Qui fratri ignoscit, ignoscit Christus & illi.
B Obseruat sapiens sibi tempus * in ora loquendi.
Insipiens loquitur spretum sine tempore verbum.
Multiloquax animam meritis denudat honestis.
Gloria quippe Deum Dominumq; est magna timere.
Radix est Sophiæ Dominum * de menta timere.
Aurum flamma probat; homines tentatio iustos.
Sperate in Domino, & veniet miseratio vobis.
Dilige, qui cupias cæli bona gaudia, Christum.
Felices faciet natos benedictio patris.
Pauperis & miseri mentem ne afflixeris vnquam.
* Diligit in Sophia se semper Christus amantem.
Ne citus in lingua fueris, nec segnis in actu.
* Non erit innocuus falsus per semina testis.
Diuitias addit Domini benedictio plures.
C * Iam magnum reddas modico tu munus amico.
Semper amicus amat: amor est pretiosior auro.†
Diues erit, durè semper qui operatur in agro.
Otia qui sequitur, veniet huic semper egestas.
Omnibus est opibus melior vir mente fidelis.
* Exsuperat numerus iustorum regna potentum.
Ecce timens Dominum viuet felicibus annis,
Expectat lætus cælestia gaudia iustus.
Impius horrendas spectat pro crimine pœnas.
Corruit in præceps populus rectore nefando.
Præparat æternam mitis clementia vitam.
Qui bona sectatur, prima benè surgit in hora.
Multorum profert sapientis lingua salutem.
Hostibus in bello dominatur dextera fortis.
Seruiet & segnis duro sub fasce laborum.
D Lingua placata sibi multos acquirit amicos.
Pone tuis verbis vectes serasque loquelis.
Qui præcepta Dei metuit, in pace moratur.
Nam bona perpetuam tribuet doctrina salutem.
Diligit hic natum, virga qui corrigit illum.

*Abest in ms Frising.
*L. more.
*L. cum mente.
*L. Diligit omnipotens Sophiam sibi semper amantem.
†Abest in ms Fris.
†L. Iam magno reddas medio tu munus amici.
*L. exaltat numerus iustorum regna potentes.

SANCTI COLVMBANI ABBATIS EPISTOLA,

IN QVA DETESTATVR auaritiam.

E

COLVMBANVS HYBERNVS Hunaldo discipulo.

SVscipe Hunalde libens, & perlege mente serena
Dicta Columbani, fida tu voce monentis:
Quæ licet ornatu careant sermonis honesti,
Vota tamen, mentisque piæ testantur amorem.
* Viue Deo fidens, Christi præcepta sequendo,
Dummodo vita manet, dum tempora certa salutis;
Tempus & illa volat, momentis labitur ætas.
Despice, quæ pereunt, fugitiuæ gaudia vitæ.
Non fragiles sectaris opes & inania lucra.

*Iste in monosticho est secundus.

A Nec te sollicitet circumflua copia rerum.
* Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis.
Sanctorumque patrum castæ moderamina vitæ,
Omnia quæ dociles scripserunt ante magistri,
Vel quæ doctiloqui cecinerunt carmina vates:
Has cape diuitias; semper contemne caducas:
In mentemque tibi veniat tremebunda senectus,
Quam gelidæ tandem sequitur violentia mortis.
Vltima iam sapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes senio vires morbosque frequentes,
Incertumque diem lethi certosque dolores.
Multa senem fragilis vexant incommoda carnis.
Nam macie turpi tabescunt languida membra.
Tunc genuum iunctura riget, venasque per omnes
Illius in toto frigescit corpore sanguis.
B Sic baculo nitens artus sustentat inertes.
Quid tristes memorem gemitus, quid tædia mentis?
Somnus abest oculis, illum sonus excitat omnis.
Quid tunc argenti, fului quid proderit auri
Improba congeries, multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia mensæ?
Quid meminisse iuuat transactæ gaudia vitæ:
Venerit extremi tandem cum terminus æui?
Hæc, dum vita volat, vigili qui mente retractat,
Spernit auaritiam, vanosque refutat honores.
Quid modo terrenis mentes intendere curis
Mortales cupiunt? quid turpia lucra sequuntur?
Semper auarus eget, nec habet quod habere videtur:
Ille domi solus nummos abscondit in arca,
C Diuitias cumulans, dum se se nescit amare,
Plus amat hæredem, seruat cui cuncta fidelis.
O nimium felix, parens cui sufficit vsus,
Corporis vt eorum moderamine temperet æquo!
Non misera capitur cæcaque cupidine rerum,
Nec maiora cupit, quam quæ natura reposcit;
Non lucri cupidus nummis marsupia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula vestes;
Pascere non pingui procurat fruge caballos,
Nec trepido tales * doluit sub pectore curas,
Ne subitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.
Viuitur argento sine, iam sine viuitur auro;
Nudi nascuntur, nudos quoque terra receptat.
Diuitibus nigri reserantur limina ditis,
D Pauperibusque piis cælestia regna patescunt.
Temnere diuitias monuit Saluator auaros.
Quisquis amat Christum, sequitur vestigia Christi:
Nam breuis & fragilis moritura gloria carnis,
Quicquid habet, rapidi velox fuga temporis aufert.
Pulchrè veridici cecinit vox talia vatis,
Tempora dinumerans æui vitæque caducæ.
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur:
Alternant alimenta vices & tempora mutant.
Accipiunt alimenta dies noctesque vicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Tempora gaudendi; sunt tempora certa dolendi:
Tempora sunt vitæ; sunt tristia tempora mortis.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
E Ver, æstas, autumnus, hyams, redit annus in annum.
Omnia cum redeant, homini sua non redit ætas:
Hanc sapiens omni semper reminiscitur hora,
Atque domum luctus epulis præponit opimis.

†In monosticho est versus 3.
*voluit.

SANCTI PATRIS NOSTRI ANDREÆ EPISCOPI CRETENSIS HIEROsolymitani, Oratio habita in venerabilem pretiosæ & viuificæ crucis Exaltationem.

CRucis festum agitamus & fulgore collucet tota Ecclesiæ multitudo: Crucis festum celebramus, & lætitiæ splendore orbis facies refulget. Crucis festum celebramus, per quam tenebræ pulsæ sunt, & lumen redditum. Crucis festum celebramus, & vna cum crucifixo in sublime tolli- B mur, vt terra cum peccato infra relicta, superna comparemus. Crux erigitur, & secum erigit humi abiectam hominum naturam. Crux erigitur, & dæmonum ferociam terret. Crux exaltatur, & fractæ aduersariæ Satanæ vires decedunt, & eneruantur, Crux exaltatur. Ecclesia conuentus celebrat. Crux exaltatur, & ciuitates festum diem peragunt, populique lætitia gestiunt, Crucis siquidem meminisse, insignis gaudij materia, mœrorisque imminutio est.

Sed quantum est Crucis figuram aspicere? Nam eam intuentem fortem efficit, atque à timore liberat. Talis est, tantaque Crucis possessio, & qui hanc possidet, possidet thesaurum. De auri me forsitan putatis loqui thesauro, aut margaritarum, aut lapidum pretiosorum Indicorum, quibus corporis sur- C studiosi, & nihil excelsi cogitantes sese oblectant. Ego vero, id quod omnium bonorum pulcherrimum est, re ac nomine thesaurum iure appellauerim, in quo, & per quem, & in quem tota salutis nostræ summa reposita, & pristino statui restituta est. Si enim Crux non foret, Christus crucifixus non esset. Si Crux non esset, vita ligno clauis suffixa non esset. Si ea clauis affixa non esset, ex latere fontes immortalitatis sanguinem & aquam, quæ mundum expiant, non fudissent; peccati chirographum disruptum non foret, in libertatem asserti non essemus, ligno vitæ non frueremur; paradisus non pateret, versatilis romphæa è via Edem non cessisset, latro paradisum non incoleret.

Et quid his immoror; si Crux non esset, Christus in terra non fuisset? & si Christus in terris non D fuisset, non virgo, non secunda Christi generatio fuisset; non humanitatem induisset Deus; non fuisset partus, non præsepe, non fasciæ, non octauo die Circumcisio, non exhibita parentibus obedientia; non ætatis progressus, non corporis incrementum, non apparitio, non baptismi vsus, non patrata miracula, non Iudas proditor, non Pilatus iudicans, non Iudæorum audacia in Crucem agi indemnatum clamore postulans. Si Crux non esset, mors prostrata non esset, infernus non spoliatus, non enectus noxius serpens. Magna igitur & pretiosa res Crux est: magna quidem, quia multa per ipsam bona effecta sunt, & tanto plura, quanto magis Christi miraculis & cruciatibus potiores partes tribuendæ sunt: E pretiosa vero, quia Dei passio & trophæum Crux est? passio quidem ob spontaneam in ipsa passionis mortem, trophæum autem, quia in ipsa diabolus sauciatus, & cum eo mors deuicta est; atque inferorum claustra contrita sunt, & communis vniuersi orbis salus Crux facta.

Crux Christianorum spes, desperatorum seruatrix, tempestate iactatis portus, infirmorum medicatrix, perturbationum expultrix; sanitatis restitutrix, interemptorum vita, lex pietatis, blasphemiæ refrænatio. Crux contra hostes arma, regni sceptrum, diadema pulchritudinis, typus & exemplar non scriptum, virga potentiæ, firmamentum fidei, baculus

A senectutis, dux cæcorum, lumen eorum, qui sunt in tenebris, insipientum institutrix, errantium magistra. Crux scala in cælum deducens, vis ad virtutem adducens, vitæ conciliatrix, mortis solutio, corruptionis abalienatio, ignis exstinctio, in Deum fiducia, clauis regni cælorum. Crux custos in nocte, in die turris, in tenebris manuductrix, lætitiæ frænum, tristitiæ oblectamentum, reconciliatrix, supplicatrix; amicitiarum conciliatrix, patrona, propugnatrix, adiutrix. Crux in tentationibus auxiliatrix, in periculis dans salutem, in mœstitia solans, in necessitatibus opitulans, in mari gubernatrix, in calamitatibus refrigerium. Crux noctu seruat dormientes, vigilat cum vigilantibus, laborantes adiuuat. Crux languidorum vires, laborantium quies, esurientium B alimentum, ieiunantium robur, pugilum aliptes, nudorum tegumentum, comes peregrinantium. Crux diuites modestos retinet, pauperibus prospicit, viduas protegit, orphanorum auxilium & nutrix est. Crux Principum honor, Regum potentia, belli ducum victoria: castitatis signaculum, coniugij vinculum. Crux ciuitates custodit, domos tuetur, amicitias conglutinat, ab inimicorum iniuria vindicat, hostibus resistit, Gentes persequitur, Barbarorum stimulus, pacis arbitra est. Crux charitatis gubernatrix, mundi reconciliatio, finium descriptio, altitudo cæli, terræ profunditas, creaturæ coagmentatio, orbis apparentis longitudo, latitudo mundi, & vt paucis complectar? Crux Christi passionum summa, miraculorum nobis factorum corona.

C Hæc & Christi gloria appellatur, & Christi exaltatio dicitur. Hæc & calix desiderabilis intelligitur, & cruciatuum, quos pro nobis Christus perpessus, conclusio. Quod vero Christi gloria sit Crux, audi ipsum dicentem: *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo: & continuo clarificabit eum.* Et rursus: *Clarifica me tu Pater, claritate quam habui, antequam mundus esset, apud te.* Et iterum: *Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: & clarificaui, & iterum clarificabo*, illam significans gloriam, quæ tunc in Cruce consequuta est, elementorum scilicet immutationem, & commiserationem? oportebat enim cum Creatore & creaturas condolere. Quod autem exaltatio quoque Christi, Crux sit accipe? Quid ipsemet ait? *quando ego exaltatus fue-* D *ro, tunc omnes traham ad me ipsum.* Vt & alibi dicit: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis*: quare? *vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vides quod gloria & exaltatio Christi, Crux sit.

Ioan. 13.
Ioan. 12.
Ibidem.
Ioan. 3.

Cognoscere vis, quod vbi exaltatio, ibi & gloria consequatur, audi Dauidem dicentem: *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua.* Et iterum Esaiam, quasi in persona Christi: *Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc glorificabor.* Quoniam igitur exaltatio est gloria, exaltatur autem Crux hodie, glorificatur vtique & Christus. Si enim Christi gloria Crux, Christus ergo est altitudo Crucis. Crux ergo hodie exaltatur, E vt glorificetur Christus, non exaltatur Christus, vt Crux glorificetur; sed exaltatur Crux, vt Christus glorificetur? glorificatur autem Christus, vt nos secum exaltet. Exaltatur ergo Crux, & simul in altum piorum sensa erigit. Glorificatur Christus, & simul glorificat honorantes eum. Exaltatur Crux, & dæmonum deprimit supercilium, glorificatur Christus, & confundit mali auctorem serpentem. Exaltatur Crux, & lapsos surrigit; glorificatur Christus, & eorum, qui per peccatum ceciderunt, emaculat ignominiam. Exaltatur Crux, & ruunt idola: glorificatur Christus, & terrore percellitur diabolus. Exaltatur Crux, non solum propterea quod in ea Christus exaltatus

Psal. 107.
Esai. 33.

exaltatus fuerit, sed quod manifesta facta Iudæorum stoliditatem redarguat. Quando facta manifesta? Sub Imperatoribus in Christum credentibus, non, vt quidam prioribus sæculis finxerunt, multis ob sermonis phaleras in errorem inductis? sed diuina & sincera virtute, & omnino fidei viribus & soliditate; Dei siquidem repositus thesaurus erat. Postquam enim à morte in cruce, vitæ & mortis Dominus, tribus post diebus reuixit, inuidiæ stimulis agitati Iudæi & timore perculsi, ne quid ea venerabilibus, & sacris passionis illius instrumentis, Iudæis quidem in vindictam, Christiania autem in tutelam reseruaretur, depositum thesaurum in ima terra defoderunt, crucem intelligo, & omnia quæ ad crucem pertinent, clauos, lanceam, & titulum à Pilato scriptum, crucique affixum.

Deinde cum Deus Christianis regia sceptra, & vniuersum Romanorum Imperium tradidisset, eidem tunc placitum est, crucem pandere per piam mulierem, mulierem regiam, mulierem regali animo, filio tunc Christianis imperante, & sine difficultate, ac diuino, vt ita dicam, instinctu eam sapientia instruere, vt partim quidem regia seueritate, partim vulgari persuadendi ratione instaret; & omnia quæcumque inflexibilem Iudæorum mentem inflectere poterant, vt regiam personam decebat adferret. Cæterum celerius quæritanti imperatrici communis obuenit thesaurus, Deo feminæ donum illud spe citius offerente. hanc, inquam, tanto hodie honore exaltatam Domini crucem, & cum hæc omnia, quibus sacrosancta illa mundoque salutaris passio peracta est: ob hoc igitur ferias hodie & festum agimus, quia olim occultatum sanctum, manifestum hodie factum est; quia in abscondito thesauris ea terræ fodinis auri instar refulsit; quia terra obrutum nobilissimum Christiani Imperij labrum, retectum est? quia cessauit dæmonum procella, cruce apparente; quia gladius à Christo contra inimicos fabricatus ex terra conspicuus factus est; quia suum ipsius ornatum hodie resumpsit Ecclesia; quia quam perdiderat drachmam, regale inuenit Imperium. Hæc Christi crux est? Domini signum, salutis armatura, regia potentia: victoriæ trophæum, inter suprema & inferna medium, in fide constantium classis & ordo, fastigium Apostolicum, specula prophetica, martyrum corona, Christum adorantium arrha.

Ex quo enim crux, Christus adoratur, ex quo crux, Dei filius agnitus est, ex quo crux, cum Patre Filium adoramus; ex quo crux, Iudæorum res pessum ierunt, Græcorum Religio extincta est, Christianorum præualuit; aër expiatus est; à sanguine in ara effuso liberati sumus, cultum seu sacrificium incruentum gustauimus. Ex quo crux? à dæmonum nidore liberi sumus, spiritualem odoris suauitatem ex vnguento effuso percipimus? ex quo crux, fabulosæ Deorum genealogiæ euanuerunt? ex quo crux, Iesu secundum humanam naturam, generationis mysterium cognouimus; ex quo crux, summum illud principium ex principio priore, principij expertem, procedere didicimus? ex quo crux, fidem in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum edocti sumus, & Græcorum inanes ac perniciosas fabulas de Deorum multitudine exclusimus. Ex quo crux, typicorum signorum vmbras dispulimus, & in lucem veritatis, quæ est in gratia, restituti sumus. Ex quo crux contemptui est mors, obstupuere dæmones, confracta simulacbra, animalium sacrificia sublata sunt, idolorum templa euersa. Vbique Ecclesiæ, altaria, psalmodiæ, stationes totis noctibus, sermones de rebus diuinis, baptismata, fidelium confessus, scripturarum cognitio, terræ despicentia, cæli acquisitio, Dei communicatio: quid necesse multa dicere? ex quo crux, Angelorum ciues sunt homines,

& ipsum cælum terrigenis patet, & Deus inter homines versatur.

Sed ô crux, Christi ac nostra summa gloria: ô lignum nobile, in quo Christus extensus est, stirps immortalitatis, ex qua Christus botrus vitalem nobis effudit potum. O crux, per quam disrupto peccati chirographo libertatis contractus descriptus est. O crux, plurimorum bonorum thesaure, paradisum reddens, regnum tradens, peccata delens, rectè factorum auctor. Te Christus in te crucifixus, lignum immortalitatis declarauit. Te Christus in te affixus viæ ad cælum ducentis scalam esse voluit, Te Christus in te pendens benedictionis largitricem fecit. Te Christus in te expansus, eorum, qui catenis constricti, vinculis relaxandis præfecit. In te Christus voluntariè exaltatus, mundum secum exaltauit. In te Christus pro nobis exaltatus, exaltatum æneum serpentem publicè notauit: non amplius serpens mordens, in via calcaneum obseruat; non amplius æneus serpens mordentium serpentum medetur morsibus, si aspiciatur: non amplius maledictus omnis qui pendet in ligno. Quo modo & ratione; benedicto puero Iesu, Dei filio, maledictionem in benedictionem commutante, non amplius execranda crux, cum maledictum cruci affixum, & à Christo sublatum fuerit, substituta in locum eius benedictione. Gen. 49. Num. 21. Deut. 21.

Hæc Christi crux omnibus nos bonis cumulauit. Hæc crux Domini, multis appellata est nominibus. Crux dicitur, virga directionis, regni, virtutis, hæreditatis. *Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui, redemisti virga hæreditatem tuam: virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion*, Baculus; *virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt*: lignum vitæ; Vitæ lignum est omnibus amplectentibus eam, vt quæ in Domino firma sit ac stabilis: lignum vbinam plantatum? Dauid edocet: *secus decursus aquarum*. Qualium aquarum? A Deo inspiratarum scripturarum. Scabellum. *Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est*. Locus: *ingrediamur in tabernacula eius, adoremus in loco, vbi steterunt pedes eius. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inuenero locum Domino, tabernaculum Deo Iacob*. Hanc crucem, Patriarcha Iacob, cum permutatas olim manus nepotibus imponeret, symbolicè præsignificauit. Huius idem figuram exprimens, in virgæ apice Ioseph adorauit. Crucis typus fuit eiusdem Patriarchæ Iacob virga, cum transiuit Iordanem, ait enim: *In virga mea transiui Iordanem*: Et paulo ante crucis signum ostensum est Abrahamo, inter media arietis cornua expressum, quando typicum sacrificium, crucis ante præsentationem, per ouem mysticè peragebat. Psal. 44. Psal. 109. Psal. 22. Psal. 1. Psal. 98. Psal. 131. Gen. 48. Gen. 32. Gen. 22.

Crucis figuram gessit & Isaac, assumptis sacrificij lignis, sequens celeri pede patrem, qui ad eum ipsum sacrificandum properabat. Crucis virtutem habuit virga Mosis in serpentem conuersa, & transformans Ægyptiorum virgas; has quidem deuorans, illis autem flumen cruentans, ne biberent; & aliquando quidem ranas ex aquis ex improuiso educens; aliquando vero locustas, & cinyphes, & tenebras palpabiles, & quæcumque ad Ægyptiorum plagas pertinent; efficiens. Crucis typum gessit eadem Mosis virga, quando mare rubrum huc & illuc diuisit, ita vt ipsæ aquæ vniuerso populo muri instar essent. Crucis signum exhibuit columna ignis & nubis, quibus deducebat Deus errantem Israelem, & ex Ægypto profugum. Crucis figuram formabat & Moses in monte manus in altum extendens, & cum oppugnante Iosue alienigenam Amalech, ille quidem ab Aarone & Hur suffulciretur, Israel vero præualens vinceret. Crucis typum continebat & virga, quæ in deserto percussit petram, aquarumque fœcundam red- Exod. 17.

didit. Quid vero Iſaias, qui lignea ſerra in partea diſſecabatur, an non crucis exprimebat typum? Omitto
4.Reg.2. 4 Reg.6. diccre Aggæum crucifixum, & Siſaram clauo ſuffixum perſpicue crucem prædemonſtraſſe. Sed & Heliæ Meloten auſim diccre crucis virtutem ſignificare, quando Iordanis vndas in duas partes diuiſas, ſicco pede tranſiuit. Eliſæi miraculum, quo loco ponamus, cum ligno aquæ immiſſo ea fluminis profundo ſecuris ferrum ſuſtulit, leui, id quod graue erat, attollens? Quid virga, quæ nuces progenuit, nonne clarè
Num.17. crucem depingit?

Magna profectò res crux eſt, tot ſcripturæ locis teſtata & præfigurata, & ea quæ virtute illius quotidie patrantur miracula, prius deſcribere, & prædelineare conſueta. Adorate crucem, quia per ipſam Dominum cognouimus. Adoranda crux, quia in ipſa crucifixum benedicimus. Adoranda crux, quoniam per ipſam benedictionem accepimus, & à maledicto liberati ſumus. Adoranda crux, quoniam per ipſam, cum amarum ligni inobedientiæ euomuiſſemus cibum, ſuauitatem ſalutis degustauimus. Benedictum lignum, per quod Gentes benedictæ ſunt. Benedictum lignum, in quo Deus corpore ſuo extenſus eſt, & quid hoc admirabilius? Cernere Deum in cruce pendentem, & quidem inter latrones. Benedictum lignum, per quod latro paradiſum inhabitauit: & ligni eius amarum expulit edulium. Quid hoc mirandum magis? quia quem locum clauſit deceptus Adam, hunc aperuit latro, ad veri Dei agnitionem euectus, & à quo ille loco extorris factus eſt, huius iſte, inuitatus, adſcriptus eſt ciuis. O congruam permutationem! Egreſſus eſt fur, & loco eius ingreſſus eſt fur: ille quidem ob præuaricationem, hic vero ob agnitionem: ille ſeductus ab eo, qui illum ſupplantauerat; hic vero ſimul crucifixus cum eo, qui ipſum crearat.

Benedictum eſt lignum, ex quo arca fabricata eſt, mundum in diluuio ſymbolicè conſeruans. Benedictum eſt lignum, ex quo cum latro comediſſet, delitiis cumulatus eſt. Benedictum lignum, ex quo cum Adam communis parens non comediſſet, mortem prius cum vita permutauit, vt qui nimia præcipitantia lignum ſcientiæ degustaſſet, poſt illo ligno ſumpto, eius pinguedinem ſenſit, & reuocationem inuenit. Benedictum eſt lignum, per quod euruatur brachium ſuperbum, & ceruices inimicorum inflectuntur. & terga dat Barbarus, & fugit Scytha nemine perſequente. Quapropter mecum hodie vocem attollite, & cum Scriptura crucis theſaurum veneremur Scripturæ teſtimoniis. Theſaurum vero appello crucis, Chriſtum filium Dei, ad quem decentius eſt noſtra referre eloquia, dicendo:
Pſalm. 81. *Omnes gentes, quas feciſti, venient & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es ſolus Deus.*

ORATIO SECVNDA

SANCTI PATRIS NOSTRI ANDREÆ ARCHIEPISCOPI CRETÆ

Hieroſolymitani, in Exaltationem venerandæ Crucis.

MOueamus hodie, chariſſimi, labia, vt Cinyram. Aſſumamus pſalterium & cytharam. Pſallamus Deo, pſallamus ſapienter, canamus ea, quæ ad exaltationis gloriam pertinent. Oſtendamus in quot Scripturæ locis, res & vox exaltationis reperiatur, videamuſque, ſi quo modo intelligere valeamus inde crucis exaltationem magnam & cæleſtem: atque inuentionem non temerè celebrari in Dei Eccleſiis, quæ ſunt in vniuerſa terra. Exaltatur ergo crux ex terræ receſſibus educta, quæ paulo ante propter inuidiam celabatur. Exaltatur crux, non vt gloriam accipiat (quam enim maiorem conſequi poſſet gloriam, quam quod Chriſtus in ea fixus?) ſed vt glorificetur Deus, qui in ea adoratur, & per eam prædicatur. Exaltatur crux, vt cornu noſtrum ſecum extollat. Exaltatur crux, vt humiliet ſuperbum. Exaltatur crux, vt alliget fortem, & per nos vaſa eius diripiat. Exaltatur crux, vt oſtendat inanem eſſe Iudæorum inuidiam, ne theſaurus vitæ in terra defoſſus maneat. vt nos margaritam recipiamus, quam qui Dominum crucifixerunt, vel inuiti patefecerunt.

Quoniam enim fieri nequibat, vt perpetuo lateret vitæ theſaurus, multifariam vero miſeri examinati, & à ſua ipſorum conuicti malitia non poterant perpetuo latere oculum, qui numquam clauditur, quid facit Deus, qui in ipſo & per ipſum vniuerſi mundi ſalutem in medio terræ operatus eſt? Imperatrici quidem, vt paulo ante diximus, ardens immittit deſiderium: illis autem timorem incutit, qui totam illorum vitam conturbabat. Illi verò, cum viderent, fieri non poſſe, vt ab inquiſitione (crucis latentis) deſiſteretur, oſtendentes ſe ſua ſponte facere, quod faciebant inuiti, imprimis venerandum Domini ſignum manifeſtarunt. Illa autem tamquam ex aliquo proceſſit firmamento, nempe ex terræ penetralibus, inſtar ſolis, radios Dominicos emittens. Proceſſit itaque ex terræ adytis Domini ſignum, per quod inferorum concuſſæ cauernæ, abſoluerunt animas, quæ illic detinebantur. Proceſſit tamquam ex cubili ſponſus, ex terrenis thalamis crux Domini, per quam Chriſto deſponſa, quæ ex gentibus Eccleſia, depoſuit multiplicem gentilium impietatem. Proceſſit intelligibilis illa fidelium margarita coronæ Chriſti, tamquam lampas, inſiaa, vt vniuerſum terrarum orbem irradiet. Proceſſit ornamentum Eccleſiæ, crux Domini, vt vniuerſam terreſtrem naturam condecoret. Proceſſit tamquam ex cuſtodia inſons, vt ſontes reuocaret; ex vinculis, quæ tenere & vinci nequit, vt vinctos vinculis exſolueret; ex tenebricoſis locis lucerna lucis, vt difiecta ignorantiæ nocte lux cognitionis affulgeret.

Iure igitur Eccleſia crucis Domini gratulans veſta ſua amicitur, & ſponſæ oſtentans pulchritudinem diei huius cohoneſtat præſentiam. Merito etiam ingens hæc multitudo hodie congregata eſt, vt & crucem hodie patefactam contempletur? Chriſtumque ſimul in illa exaltatum adoret, patefacta enim eſt, vt exaltetur, exaltatur vero vt manifeſtetur. Quænam? illa videlicet, quæ paulo ante in loco Caluariæ abſcondebatur, nunc autem vbique adoratur. Huic hodie diem feſtum dedicamus, huius gratia in vnum conuenimus. Hoc præſentis feſti caput eſt, & myſterij declaratio. Sed iam tempus monet, vt exaltationem ipſius crucis Scripturæ teſtimoniis confirmemus. Hoc enim paulo ſuperius polliciti ſumus, etiamſi præcurrens oratio, ea quæ in medio erant, prætermit. Oportebat enim, oportebat, abſconditum & vitale illud lignum patefieri, & è ſublimi, inſtar ciuitatis ſuper montem ædificatæ, vel inſtar lucernæ ſuper candelabrum elatæ, vniuerſo mundo demonſtrari.

Ea de cauſa cum primi primitus Chriſtiani prima regni ſceptra ſuſcepiſſent, cum triumpho totius ſimul Eccleſiæ, velut ex excelſa quadam ſpecula, iuſſerunt eam in altum extolli, & oſtendi toti cœtui. Et hoc eſt, quod nunc faciunt, qui clauum ſuſceperunt pontificium. In excelſum Eccleſiæ locum conſcendentes, & hanc glorioſiſſimam & maximè adorandam crucem in altum extollentes, eleuant, & ſæpe in ſublime extendentes populis oſtendunt, tantum non clamantes. Ecce inuenta eſt qui abſconditus fuerat, ſalutis theſaurus. Ecce ſignaculum, in quo ſignati ſumus. Ecce crux,

A crux, per quam et crucifixo cogniti sumus. Ecce *cornu, in quo inimicos nostros ventilabimus*, (Psalm. 43.) in quo pedicas & plagas inimici sine damno pertransimus, quo consilii ictus dæmonum, infantium iacula arbitramur. Ecce hodie ante oculos ex aduerso vitam pendentem conspicamur. Audiamus ergo Prophetam dicentem: (Psal. 98.) *Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.* Canamus cum Dauide Dauidica modulamina: (Psal. 107. Psal. 93.) *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua. Exaltare, qui iudicas terram, Exaltetur manus tua. Firmetur manus dextera tua. Exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum tuorum in finem, sed in beneplacito tuo exaltetur cornu nostrum.* Ingrediamur in ipsum Scripturarum paradisum. Decerpamus & mutuemur inde, tamquam flores, ea, quæ huic tempori sunt oportunissima. B Accipiamus viæ duces Prophetas, qui de crucis Exaltatione vaticinati sunt.

Sit autem primus Moyses famulus Dei & legislator, (Num. 21.) qui æneum illum serpentem exaltauit: non vt glorificaretur; sed vt publicè notaretur, & vt inter æris rubiginem vtrique virus collatione instituta, veluti in iudicio ostenderet, æris cum malo conuenientiam. Exaltatus est igitur æreus ille serpens, non vt præfiguratio vel figura crucis, sed vt typi antitypus, vel typus metaphoricè acceptus. Eleuauit & ipse (Exod. 17.) Moyses aliquando manus, in figuram crucifixi Christi, & eius, & quæ nunc exaltatur, crucis. Stet Sol (Iosue 10.) contra Gabaon, & Luna contra vallem Ailon, precatus est quondam Iesus consumens Amalec: non tantum vt crucis diem, qua tenebræ super vniuersam terram diffusæ sunt, C prænotaret, neque in die illo confirmaret altitudinem potentiæ Dei, & brachium aduersus hostes elatum: sed vt & crucis exaltationem præsignificaret, & in eam eius, qui Sol gloriæ est, (Gen. 22.) ascensum præfiguraret. Adduxit & Abraham in figuram mysticæ victimæ sacrificium. Sed continuo voci ex alto demissæ obtemperans arietem, quem in planta Sabec viderat, in excelso montis fastigio symbolicè significauit, præfigurans crucis in altum elationem.

Sustulerunt olim manus in altum Azarias & socij (Daniel. 3.) in Babylonicæ fornacis igne precantes, & elatam in altum ignis flammam extinxerunt manuum extensione, crucem exaltatam adumbrantes. Eleuauit aliquando Ionas vocem, manibus in crucis formam sublatis, (Iona 2.) D & statim virtutem ex alto attraxit, sine noxa ex bellua eiectus. Eleuauit aliquando celeberrima illa (Iudith 13.) Iudith acinacem in Holofernis dormientis caput, crucis præfigurans exaltationem, salutemque Israeli peperit. Eleuauit aliquando in lacu leonum Daniel vocem ad Altissimum, crucis exaltationem prædelineans, (Dan. 13.) quando prandium Propheta Abacuc ei attulit, momento temporis raptus. Et quænam sententia Hieremiæ, ex persona eorum, qui Dominum occiderunt, dicentis: (Hier. 3.) *Venite, mittamus lignum in panem eius, & deleamus è terra vitam eius.* Quid autem illa Isaiæ sibi volunt his similia, dicentis, alicubi quidem, (Isai 53.) *Tamquam ouis ad occisionem ductus est.* Et, *vt agnus coram tondente se obmutuit.* E Et, *in humilitate eius iudicium eius sublatum est, quoniam tollitur de terra vita eius.* Alicubi vero, *& ipse peccata multorum tulit.* Vbi nisi in crucis ligno, in qua & panem cum affixissent, non prius dimiserunt, quam in altum erexerunt, in testimonium spectatorum, & in figuram hodiernæ exaltationis. Hoc verò quid aliud esse censebimus, quam crucis exaltationem & ostensionem, sicut & occisionem ouis in crucem sublatæ: & asfigentis peccata mundi, quo ipso crucis exaltationem perspicuè demonstrat. Et satis quidem fuerit hactenus adduxisse Scripturæ testimonia, quæ crucis exaltationem prænunciarunt, ne fortè multis oratio tædium & satietatem afferat.

A Nos vero Christum in illa adorantes, intelligamus potentiæ eius magnitudinem, & quanta per illam circa nos, diuina dispensatione, sint perpetrata miracula: sicut dicit diuinissimus Dauid (Psal. 73.) *Deus noster Rex ante sæcula salutem operatus est in medio terræ.* Quod autem in medio terræ Caluariæ locus situs sit, nemo dubitet. Necesse enim erat, vt, quasi in plani circuli descriptione, infigeretur in medio vniuersæ terræ salutare lignum, vt velut alter è cælo resplendens Sol iustitiæ ille medio cælo Sol inuectus, tamquam ex quodam crucis firmamento, lucifluos suos radios, occidens in cruce, vibraret illis, qui in terræ tumulis detinebantur. Crux hæc & lignum aspectabile est, & signum crebro in Scriptura appellatur. Quid enim est, quod Dauid ait: *Fac mecum signum in bonum.* Et, (Psalm. 85. Psalm 4. Psalm. 59.) B *Signetur super nos lumen vultus tui Domine.* Et, *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus*, quam quod & ipse Dominus in Euangelio clamat: (Matt. 24.) Et *tunc videbunt signum filij Dei.* Et ante hæc: *Signum quærit generatio ista, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.* Quod & ipsum per crucem demonstratur. Simeon autem, qui Deum vlnis tulit Virginem benedicens, quando Deum sub imagine infantis excepit, quid sibi vult his verbis: (Matt. 15. Luc. 2.) *Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur.* Cuius crucem nomine signi perspicuè significauit.

Quin & potentia crux nominatur. Quid enim dicit Dauid? (Psalm. 76.) *Notam fecisti in populis potentiam tuam.* Et brachium, (Ibid.) *redemisti in brachio populum tuum.* (1. Cor. 1.) C Quod autem Christi virtus sit crux, audi Paulum dicentem: *Verbum crucis pereuntibus quidem est stultitia, nobis autem qui saluamur, virtus Dei est.* Audi & ipsum Christum dicentem ad Moysem: *Indurans indurabo cor Pharaonis, vt ostendam in illo omnem virtutem meam.* Virtutem significans eam, quæ per virgam Moysi non sine crucis typo demonstrata fuit, multorum vtique mirabilium operum effectricem, per quam et admiranda illa prodigia sua demonstrabat. Sic & nos de cruce sentire & existimare edocti sumus. Sic populum fidelem perpetuo adhortamur colere & venerari crucem. Per illam enim, quasi per sagenam captæ sunt gentes, fides vbique disseminata est. Hæc cum Christi discipuli, tamquam aratro, infœcundam hominum naturam coluissent, & vberem D virentemque Ecclesiæ segetem effecissent, eorum qui in Christum crediderunt, magnam messem reportarunt. Hac confirmati Martyres, & hoc procidentes, verberarunt eos, qui feriebant. Per illam Christus agnitus est, & fidelium Ecclesia scripturam perpetuo euoluens, eumdem inducit Christum Dei filium, & ipsum per se Deum, & ipsum per se Dominum, magna voce clamantem: (Luc. 9.) *Si quis vult post me venire, tollat crucem suam, & sequatur me.* Per ipsam florent res Christianorum, & in omnem partem propagantur. Per ipsam regnum roboratur, Respublica stabilitur, cadunt inimici, supercilium Barbarorum deprimitur, Ismael interficitur, Dæmones fulmine percelluntur. Quoniam in ipsa & per ipsam nos saluos fore credimus, & in ipsa, omnis caro, sicut scriptum E est, (Isai. 52. Zach. 12.) *videbit salutare Dei nostri*: & *videbunt Iudæi, in quem confixerunt.* Nos vero, qui in lumine eius ambulauimus, cum ipsa glorificabimur, & regnabimus simul cum Deo circa Trinitatem cum Angelis choreas ducentes: quæ adoratur in Patre, in Filio, & Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

SANCTI PATRIS BENEDICTI, REGVLA,

ex vltima editione & recognitione eiusdem ordinis.

SANCTISSIMI AC DEO ACCEPtissimi monachorum Patris Benedicti, in regulam suam Prologus.

AVsculta, ô fili. præcepta magistri, & inclina
aurem cordis tui: & admonitionem pii pa-
tris libenter excipe, & efficaciter comple:
vt ad eum per obedientiæ labnrem redeas, à quo
per inobedientiæ desidiam recesseras. Ad te ergo
nunc meus sermo dirigitur, quisquis abrenuncians
propriis voluntatibus, Dnmion Christn vero regi
militaturus, obedientiæ fortissima atque præclara
arma assumis. In primis, vt quicqnid agendum in-
choas boonm, ab eo perfici instantissima oratinne de-
poscas; vt qui nos iam in filiorum dignatus est nume-
rn computare, non debeat aliquando de malis acti-
bus nnstris contristari. Ita enim ei omni tempore de
bonis snis in nobis parendum est: vt non snlum iratus
pater, nnn aliquando filios suos exhæredet; sed nec, C
vt metuendus dnminus, irritatus malis nostris, vt ne-
quissimos seruos, perpetuam tradat ad pœnam, qui
Rom. 13. eum sequi noluerint ad gloriam.

Exurgamus ergo tandem aliquandn, excitante nns
Scriptura, ac dicente: *Hora est iam nos de somno surge-
re.* Et apertius oculis nnstris ad deificum lumen, at-
tonitis auribns audiamus, diuina quntidie clamans
Psal. 94. qnid nos admoneat vox, dicens: *Hodie si vocem eius*
Apoc 2. *audieritis, nolite obdurare corda vestra*, & iterum:
Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat
Psal. 33. *ecclesiis.* & quid dicit? *Venite filij, audite me: timorem*
Domini docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis,
Ioan. 12. *ne tenebræ mortis vos comprehendant.* Et quærens Do-
minus in multitudine populi, cui hæc clamat, npera-
Psalm 33. rium suum, iterum dicit: *Quis est homo qui vult vi-* D
tam, & cupit videre dies bonos? Qood si tu aodiens,
respondeas, Ego: dicit tibi Deus: Si vis habere veram
& perpetuam vitam, prohibe linguam tuam à maln,
& labia tua ne loquantur dnlum. Diuerte à malo, &
fac bonum: inquire pacem, & sequere eam. Et cum
hæc feceritis, ocnli mei super vos, & aures meæ ad
preces vestras. Et antequam me inuocetis, dicam: *ecce*
Isai. 65. *assum.* Quid dnlcius nobis hac voce Domini inuitan-
tis nns, fratres charissimi? ecce pietate sua demnnstrat
nobis Dnminns viam vitæ.

Succinctis ergn fide, vel nbseruantia bonnrum
Ephe vlt. actuum lumbis oostris, per ducatum Euangelij perga-
mus itinera eius, vt mereamur eum, qui nos vocauit, in
regno soo videre. In cuius regni tabernaculo si volu-
mus habitare, nisi illuc bonis actibus currendo mini-
Psalm 14. me perueniτnr. Sed interrogemus cum propheta
Dominum, dicentes ei: *Domine, quis habitabit in ta-*
bernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto suo?
Post hanc interrogationem, fratres, audiamus Dn-
minom respondentem, & ostendentem nnbis viam
Psalm. 136. ipsius tabernaculi, ac dicentem. Qni ingreditur sine
macula & nperatur iustitiam: qui loquitur veritatem
in corde suo: qui non egit dnlum in lingua sua, qui
non fecit proximo suo malum: & opprnbrium non
accepit aduersus proximum suum. Qui malignum
diabolum aliqua suadentem sibi, cum ipsa suasione
sua à conspectibus cordis sui respuens, deduxit ad ni-
hilum, & paruulos cogitatus eius tenuit, & allisit ad

A Christum. Qui timentes Dnminum de bona nbser-
uantia sua oon se reddunt elatos: sed ipsa in se bona,
non à se posse, sed à Domino fieri existimantes, ope-
rantem io se Dnminum magnificant, illud cum Pro-
pheta dicentes: *Non nobis, Domine, non nobis: sed no-* Psalm 113.
mini tuo da gloriam, sicut nec Paulus Apnstolus de
prædicatione sua sibi aliquid imputauit, dicens: *Gra-* 1 Co 15.
tia Dei sum id quod sum, & iterum ipse dicit: *Qui glo-* 1 Cor. 1.
riatur, in Domino glorietur. Vnde & Dominus in 2. Cor 10.
Euangelio ait: *Qui audit verba mea hæc, & facit ea,* Matth 7.
similabo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam
supra petram: venerunt flumina, flauerunt venti, &
impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata
enim erat supra petram. Hæc complens Dominus, ex-
B pectat nos quotidie, his suis sanctis moniis factis nos
respondere debere. Ideo nobis propter emendatio-
nem malorum, huius dies vitę ad inducias relaxantur,
dicente Apostoln: An nescis qnia patientia Dei ad
pœnitentiam te adducit? Nam pius Dnmious dicit: Rom. 2.
Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Ezec. 18.
Cnm ergo interrngassemus Dominum, fratres, de ha-
bitatnre tabernaculi eius, audiuimus habitandi præ-
ceptum: sed si compleamus habitatnris officium, eri-
mus hæredes regni cœlnrum. Ergn præparanda sunt
corda & corpora nostra sanctæ præceptorum obe-
dientiæ militatura: & qnod minus habet in nobis na-
tura possibile, rngemus Dominnm, vt gratiæ suæ iu-
beat nobis adiutorium ministrare. Etsi fugientes ge-
hennæ pœnas ad vitam perpetuam volumus perue-
C nire; dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus, &
hæc omnia per hanc lucis* viam vacat implere, cur- *al. vitam
rendum & agendum est mndo, qnndiu perpetuum
nobis expediat.

Cnnstituenda est ergo à nobis Dominici schnla
seruitij: in qua institutinne nihil asperum, nihilque
graue nos constituturos speramns. Sed & si quid pau-
lulum restrictius, dictante æquitatis ratinne, propter
emendationem vitiorum, vel cnnseruationem chari-
tatis processerit, non illico pauore perterritus refu-
gias viam salutis, quæ nnn est nisi angusto initio inci-
pienda Processu vero conuersationis & fidei, dilata- Matt 7.
to corde, inenarrabili dilectinnis dulcedine curritur
via mandatorum Dei; vt ab ipsius nunquam magiste-
rio discedentes, in eius doctrina vsque ad mortem
D in monasterio perseuerantes, passionibus Christi per 1. Cor. 1.
patientiam participemus; & vt regni eius mereamur
esse consortes.

INCIPIT REGVLA SANCTISSIMI PATRIS BENEDICTI.

CAPVT I.

De generibus Monachorum.

E MOnachorum quatuor esse genera, mani-
festum est. Primum, Cœnobitarum, hoc Cœnobitæ.
est, monasteriale, militans sub regula vel
Abbate Deinde secundum genus est Anachoretarum, Anachoretæ
id est, Eremitarum, horum qui nnn conuersionis fer-
uore nouitio, sed monasterij prnbatinne diuturna, di-
dicerunt contra diabolum multnrum solatio iam do-
cti pugnare: & bene instructi fraterna ex acie ad sin-
gularem pugnam eremi, securi iam sine consolatione
alterius, snla manu vel brachio contra vitia carnis vel Sarabaitæ
cogitationum, Deo auxiliante sufficiunt pugnare. detestabiles.
Tertium vero monachorum teterrimum genus est,
Sarabaitarum, qui nulla regula approbati experien- *al. magi-
tia * magistri, sicut aurum fornacis: sed in plumbi na- stra.
tura

tuta molliti, adhuc operibus seruantes seculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini aut terni, aut certè singuli sine pastore, non Dominicis sed suis inclusi ouilibus, pro lege eis est desideriorum voluptas; cum quicquid putauerint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint putant non licere. *Gyrouagi.* Quartum vero genus, est monachorum quod nominatur gyrouagum; qui tota vita sua per diuersas prouincias ternis aut quaternis diebus per diuersorum cellas hospitantur, semper vagi, & nunquam stabiles, & propriis voluptatibus & gulæ illecebris seruientes, & per omnia deteriores Sarabaitis: de quorum omnium miserrima conuersatione melius est silere, quam loqui. His ergo omissis, ad cœnobitarum fortissimum genus disponendum, adiuuante Domino, veniamus.

B

CAPVT II.

Qualis debeat esse Abbat.

Abbas qui præesse dignus est monasterio, semper meminisse debet, quod dicitur: & nomen maioris, factis implere. Christi enim agere vices in monasterio creditur, quando ipsius vocatur prænomine, dicente Apostolo: *Rom. 8.* *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* Ideoq; Abbas nihil extra præceptum Domini (quod absit) debet aut docere, aut constituere, vel iubere: sed iussio eius vel doctrina, fermentum diuinæ iustitiæ in discipulorum mentibus conspargatur. Memor sit semper Abbas, C quia doctrinæ suæ vel discipulorum obedientiæ vtrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatque Abbas culpæ pastoris incumbere, quicquid in ouibus paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantum iterum liber erit, si inquieto vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus vniuersa fuerit cura exhibita: pastor earum in iudicio Domini absolutus, *Psal 39.* dicat cum Propheta Domino: *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi: ipsi autem contemnentes spreuerunt me.* Et tunc demum inobedientibus curæ suæ ouibus pœna sit ai præualans ipsa mors. Ergo cum aliquis suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis, id est, omnia bona & sancta, factis amplius D quam verbis* ostendere: vt capacibus discipulis mandata Domini verbis proponat: duris vero corde & simplicioribus, factis suis Diuina præcepta demonstret. Omnia vero quæ discipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda: ne aliis prædicans ipse reprobus inueniatur, ne quando dicat illi Deus peccanti: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Et qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti.*

** ostendat. Act. 1.*
1 Cor. 9.
Psal. 94.
Matth. 7.

Non ab eo persona in monasterio discernatur. Non vnus plus ametur, quam alius, nisi quem in bonis actibus aut obedientia inuenerit meliorem. Non E præponatur ingenuus ex seruitio conuertenti, nisi alia rationabilis causa existat. Quod si ita iustitia dictante Abbati visum fuerit, & de cuiuslibet ordine id faciat. Sin alias, proprias teneant loca. quia siue seruus, siue liber, omnes in Christo vnum sumus: & sub vno Domino æqualem seruitutis militiam baiulamus: quia non est personarum acceptio apud Deum. Solummodo in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores aliis in operibus bonis & humiles inueniamus. Ergo æqualis sit ab eo omnibus charitas: vna præbeatur in omnibus, secundum merita, disciplina. In doctrina namque sua Abbas Apostolicam debet illam semper formam seruare, in qua dicit: *Argue, obsecra, increpa,* id est miscens temporibus tempora, ter-

1. Cor. 12.
Rom. 2.
Galat. 3.
Ephes. 6.
Act. 10.
1. Tim 4.

A roribus blandimenta: dirum magistri, pium patris ostendat affectum, id est, indisciplinatos & inquietos debet durius arguere: obedientes autem & mites & patientes, vt in melius proficiant, obsecrare: negligentes autem & contemnentes vt increpet & corripiat admonemus.

Neque dissimulet peccata delinquentium: sed mox, vt cœperint oriri, *radicitus ea*, vt præualet, *amputet*: memor periculi Heli sacerdotis de Silo. Et honestiores quidem atque intelligibiles animos, prima vel secunda admonitione verbis corripiat: improbos autem & duros corda, ac superbos vel inobedientes, verberum vel corporis castigatione, in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum: *Stultus verbis non corrigitur.* Et iterum: *Percute filium tuum virga: & liberabis animam eius à morte.* Meminisse debet semper Abbas quod dicitur: & scire, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Sciatque, quam difficilem & arduam rem suscepit, regere animas, & multorum seruire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium suasionibus, & secundum vniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam, ita se omnibus conformet & aptet, vt non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiatur, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat.

Reg 1.
Prou. 13.

Ante omnia, ne dissimulans, aut parui pendens salutem animarum sibi commissarum, non plus gerat solicitudinem de rebus transitoriis, & terrenis atque caducis: sed semper cogitet, quia animas suscepit regendas, de quibus & rationem redditurus est. Et ne causetur de minore fortè substantia, meminerit scriptum: *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.* Et iterum, *Nihil deest timentibus eum.*

Matth. 6.
Psalm 34.

Sciatque, quia suscepit animas regendas & præparet se ad rationem reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est Domino rationem, sine dubio addita & suæ animæ. Et ita semper timens futuram discussionem pastoris de creditis ouibus, cum de alienis ratiociniis cauet, redditur de suis sollicitus. Et cum de admonitionibus suis emendationem aliis subministrat, ipse efficitur à vitiis emendatus.

CAPVT III.

De adhibendis ad consilium fratribus.

Quoties aliqua præcipua agenda sunt in monasterio, conuocet Abbas omnem congregationem: & dicat ipse vnde agitur. Et audiens consilium fratrum, tractet apud se: & quod vtilius iudicauerit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus: quia sæpe iuniori Dominus reuelat quod melius est. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione, vt non præsumant procaciter defendere quod eis visum fuerit, sed magis in Abbatis pendeat arbitrio, vt quod salubrius iudicauerit esse, ei cuncti obediant. Sed sicut discipulis conuenit obedire magistro, ita & ipsum prouide & iuste condecet cuncta disponere. In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam: neque ab ea temere declinetur à quoquam. Nullus in monasterio proprij sequatur cordis voluntatem: neque præsumat quisquam cum Abbate suo proterue intus vel foris monasterio contendere. Quod si præsumpserit, regulari disciplinæ subiaceat. Ipse tamen Abbas cum timore Dei & obseruatione regulæ omnia faciat: sciens se procul dubio de omnibus iudiciis suis, æquissimo iudici Deo rationem redditurum. Si qua vero minora agenda sunt in monasterij vtilitatibus, seniorum tantum vtatur consilio, sicut scriptum est: *Omnia fac cum consilio: & post factum non pœnitebis.*

Matth. 18.
Eccli 32.

CAPVT IV.

Quæ sint instrumenta bonorum operum.

PRimum *instrumentum*. In primis, Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute.

Deut. 6. 5 Deinde, proximum tanquam seipsum.
Luc. 10. 3 Deinde, non occidere.
4 Non adulterari.
Leuit. 19. 5 Non facere furtum.
Exod 20. 6 Non concupiscere.
Deut. 5. 7 Non falsum testimonium dicere.
1. Petri 2. 8 Honorare omnes homines.
Luc. 9. 9 Et quod sibi quis fieri non volt, alij non faciat.
Tob. 4. 10 Abnegare semetipsum sibi, vt sequatur Christum.
Matt 7. 11 Corpus castigare.
1 Cor. 9. 12 Delitias non amplecti.
2 Petri. 5 13 Ieiunium amare.
Dan. 1. Tobie. 4. 14 Pauperes recreare.
Isai. 58. 15 Nudum vestire.
16 Infirmum visitare.
Matth. 25. 17 Mortuum sepelire.
Tob. 1. 5. 18 In tribulatione subuenire.
Eccl. 6. 19 Dolentem consolari.
Eccl. 7. 20 A seculi actibus se facere alienum.
2. Tim 2. 21 Nihil amori Christi præponere.
Matth 10. 22 Iram non perficere.
Matth 5. Ephes. 4. 23 Iracundiæ tempus non reseruare.
Prou 18. 24 Dolum in corde non tenere.
Iob. 36. Psal 27. 25 Pacem falsam non dare.
1. Petri 4. 26 Charitatem non derelinquere.
Matth. 5. 27 Non iurare, ne forte periuret,
Psalm. 14. 28 Veritatem ex corde & ore proferre.
29 Malum pro malo non reddere.
1. Thes 5. 30 Iniuriam non facere, sed & factum patienter sufferre.
1. Cor. 6.
Matt 5. 31 Inimicos diligere.
Rom 12. 32 Maledicentes se non maledicere, sed magis benedicere.
1 Petri 3.
Matt 5. 33 Persecutiones pro iustitia sustinere.
Iob 4. 34 Non esse superbum.
1. Tim. 3. 35 Non vinolentum.
Eccle. 31. 37. 36 Non multum edacem.
Prou 20. Pro. 24. 26. 37 Non somnolentum.
Sapien. 1. 38 Non pigrum.
Prou. 4. 39 Non murmurosum.
Psal 36. 40 Non detractorem.
41 Spem suam Deo committere.
Iacobi 1. 42 Bonum aliquod in se cum viderit, Deo applicet, non sibi.
Osee. 13. 43 Malum vero semper à se factum sciat, & sibi reputet.
Iob. 32. 44 Diem iudicij timere.
Luc. 12 45 Gehennam expauescere.
Psalm 83. 46 Vitam æternam omni concupiscentia spirituali desiderare.
Phil. 1.
47 Mortem quotidie ante oculos suspectã habere.
Matt 24. 48 Actus vitæ suæ omni hora custodire.
49 In omni loco Deum se respicere, pro certo scire.
Deuter. 4. 50 Cogitationes malas, cordi suo aduenientes mox ad Christum allidere.
Prou 5. Psalm 136.
Eccl. 8. 51 Et seniori spirituali patefacere.
Psal 33. 38. 52 Os suum à malo vel prauo eloquio custodire.
Prou 10. 53 Multum loqui non amare.
Matt. 12. 54 Verba vana aut risui apta, non loqui.
2 Tim. 2. 55 Risum multum aut excussum non amare.
Eccl. 7. 56 Lectiones sanctas libenter audire.
Luc 11. Luc 18. 57 Orationi frequenter incumbere.
Psal. 6. 58 Mala sua præterita cum lachrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri: & de ipsis malis de cætero emendare.

A 59 Desideria carnis non perficere: Voluntatem propriam odire. Gal 5.
60 Præceptis Abbatis in omnibus obedire etiamsi ipse aliter (quod absit) agat, memor illius Dominici præcepti: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Heb 13. Matt. 23.
61 Non velle dici sanctum, antequam sit: sed prius esse quo verius dicatur. Matth. 6.
62 Præcepta Dei factis quotidie adimplere. Eccl. 6.
63 Castitatem amare. 1. Tim. 5.
64 Nullum odire. Leuit 19.
65 Zelum & inuidiam non habere. Galat. 5.
66 Contentionem non amare. 2. Tim 2.
67 Elationem fugere. Psalm. 130.
68 Seniores venerari. Leuit 19.
B 69 Iuniores diligere. 1. Tim 5.
70 In Christi amore pro inimicis orare. Matt. 5.
71 Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire. Ephe. 4.
72 Et de Dei misericordia nunquam desperare. Ezech 18.

Ecce hæc sunt instrumenta artis spiritualis quæ cum fuerint à nobis die noctuque incessabiliter adimpleta, & in die iudicij reconsignata, illa merces nobis à Domino recompensabitur, quam ipse promisit: *quod oculus non vidit, nec auris audiuit; nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt eum.* Officina vero, vbi hæc omnia diligenter operemur, claustra sunt monasterij & stabilitas in congregatione. Isai 64. 1. Cor 2.

C

CAPVT V.

De Obedientia.

PRimus humilitatis gradus, est obedientia sine mora, Hæc conuenit his, qui nihil sibi Christo charius aliquid existimant, propter seruitium sanctum, quod professi sunt, seu propter metum gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ, mox vt aliquid imperatum à maiore fuerit, ac si diuinitus imperetur moram pati nesciunt in faciendo. De quibus Dominus dixit: *Ob auditu auris obediuit mihi.* Et iterum dicit Doctoribus: *Qui vos audit, me audit.* Ergo hi tales, relinquentes statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deserentes, mox exoccupatis manibus & quod agebant, Psal 17. Luc 10.
D imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis sequuntur: & veluti vno momento prædicta magistri iussio & perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citius explicantur: quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit. Ideo angustam viam arripiunt, vnde Dominus ait, *Augusta via est, quæ ducit ad vitam:* vt non suo arbitrio viuentes, vel desiderijs suis & voluptatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio & imperio in cœnobus degentes, Abbatem sibi præesse desiderant. Sine dubio hi tales illam Domini imitantur sententiam, qua dicit: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me.* Sed hæc ipsa obedientia tunc acceptabilior erit Deo, & dulcis hominibus: si, quod iubetur, non trepide, non tarde, non te- Matt 7. Ioan 5.
E pide, aut cum murmure, vel cum responsione nolentis efficiatur. Quia obedientia quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. Ipse enim dicit: *Qui vos audit, me audit,* Et cum bono animo à discipulis præberi oportet, *quia hilarem datorem diligit Deus.* Nam cum malo animo si obedit discipulus, & non solum ore, verum etiam in corde si murmurauerit, etsi impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam immo pœnam murmurantium incurrit, si non eum satisfactione emendauerit. Matth 10. 2. Cor 9. Eccles 35.

CAPVT VI.

De taciturnitate.

Faciamus quod ait Propheta: *Dixi custodiam vias*
Psalm 38. *meas, vt non delinquam in lingua mea, Posui ori*
meo custodiam; obmutui, & humiliatus sum, & silui à
bonis. Hic ostēdit Propheta, si à bonis eloquiis inter-
dum propter taciturnitatem debet taceri: quanto ma-
gis à malis verbis propter pœnam peccati debet cessa-
ri: Ergo quamuis de bonis & sanctis ad ædificationem
eloquiis, perfectis discipulis propter taciturnitatis
grauitatem, rara loquendi concedatur licentia: quia
Prou. 10. scriptum est: *In multiloquio non effugies peccatum.* Et
Prou. 14. alibi: *Mors & vita in manibus linguæ.* Non loqui & B
docere, magistrum condecet: tacere & audire, disci-
pulo conuenit. Et ideo, si qua requirenda sunt à Prio-
re, cum omni humilitate & subiectione reuerentiæ
requirantur, ne videantur plus loqui quam expedit.
Scurrilitates vero vel verba otiosa & risum mouen-
tia, æterna clausura in omnibus locis damnamus: & ad
tale eloquium discipulū aperire os non permittimus.

CAPVT VII.

De humilitate.

Luc. 14. Clamat nobis diuina Scriptura, *fratres*, dicens:
Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se hu-
miliat, exaltabitur. Cum hæc ergo dicit, ostendit no- C
bis omnem exaltationem genus esse superbiæ: quod
se cauere Propheta indicat, dicens: *Domine, non est*
Psalm. 130. *exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque*
ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.
Sed quid: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui
animam meam: sicut ablactatum est super matre sua,
ita retribues in animam meam: Vnde, fra-
tres, si summæ humilitatis volumus culmen attinge-
re, & ad exaltationem illam cœlestem, ad quam per
præsentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus ve-
lociter peruenire: actibus nostris ascendentibus scala
illa erigenda est, quæ in somno Iacob apparuit, per
quam ei descendentes & ascendentes Angeli mon-
Gen. 28. strabantur. Non aliud sine dubio descensus ille & as-
census à nobis intelligitur, nisi exaltatione descende- D
re, & humilitate ascendere. Scala vero ipsa erecta, no-
stra vita in seculo: quæ humiliato corde, à Domino
erigitur ad cælum. Latera enim huius scalæ, dicimus
nostrum esse corpus & animam; in quæ latera diuersos
gradus humilitatis vel disciplinæ euocatio diuina as-
cendendos inseruit.

Grad I. Primus itaque humilitatis gradus est, si timorem
Dei sibi ante oculos semper ponens, obliuionem om-
An rectè hi nino fugiat: & semper sit memor omnium quæ præ-
ti gradus cepit Deus: vt qualiter contemnentes Deum, in ge-
assignentur hennam pro peccatis incidunt: & vitam æternam,
à D. Benedi- quæ timentibus Deum præparata est, animo suo sem-
cto quærit per reuoluat. Et custodiens se omni hora à peccatis &
S. Tho. 2. 2. vitiis, id est, cogitationum, linguæ, oculorum, ma- E
q. 161. art. 6. nuum, pedum, vel voluntatis propriæ: sed & deside-
ria carnis amputare festinet.

Æstimet se homo de cælis semper à Deo respici
omni hora: & facta sua in omni loco ab aspectu diui-
nitatis videri, & ab angelis Deo omni hora renuncia-
Psal. 7. ri. Demonstrat nobis hoc Propheta, cum in cogita-
tionibus nostris ita Deum semper præsentem osten-
dit, dicens: *Scrutans corda & renes Deus.* Et iterum:
Psal. 93. *Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ*
sunt. Et iterum dicit: *Intellexisti cogitationes meas à*
Psalm. 138. *longè:* & *Quia cogitatio hominis confitebitur tibi.* Nam
Psalm. 75. vt sollicitus sit circa cogitationes suas peruersas, dicat
* humilis. semper * vtilis frater in corde suo: Tunc ero immacu-

A latus coram eo, si obseruauero me ab iniquitate mea. Psalm 17.
voluntatem vero propriam ita facere prohibemur,
cum dicit Scriptura nobis: Et à voluntatibus tuis Eccle 18.
auertere. Et iterum, *Rogamus Deum in oratione, vt*
fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo merito non Matth. 6.
facere nostram voluntatem: cum caueamus illud,
quod dicit sancta Scriptura: Sunt viæ quæ videntur Prou 16.
hominibus rectæ; quarum finis vsque ad profundum
inferni demergit. Et cum item caueamus illud, quod Psalm. 52.
de negligentibus dictum est: *Corrupti sunt, & abomi-*
nabiles facti sunt in voluptatibus suis. In desideriis ve-
ro carnis ita nobis Deum credamus semper esse præ-
sentem, cum dicit Propheta Domino: *Ante te est omne* Psal. 37.
desiderium meum. Cauendum ergo ideo malum desi-
derium; quia mors secus introitum delectationis po- Eccle. 18.
B sita est. Vnde Scriptura præcipit, dicens: *Post concu-*
piscentias tuas non eas. Ergo si oculi Domini speculan- Psal. 33.
tur bonos & malos, & Dominus de cœlo semper res-
picit super filios hominum, vt videat si est intelligens,
aut requirens Deum: & si ab angelis nobis deputatis
quotidie Domino factori nostro opera nostra nun- Psalm 52.
ciantur; cauendum est omni hora, fratres, sicut dicit
in Psalmo Propheta, ne nos declinantes in malum, &
inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, & parcen-
do nobis in hoc tempore, (quia pius est, & expectat Psalm. 49.
nos conuerti in melius) dicat nobis in futuro: *Hæc*
fecisti, & tacui. Grad II.

Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis
non amans voluntatem, desideria sua non delectetur Iacob. 16.
implere: sed vocem illam Domini factis imitetur, di-
C censis: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui*
misit me. Item dicit scriptura: *Voluntas habet pœnam,* Grad. III.
& necessitas parit coronam.

Tertius gradus humilitatis est, vt quis pro Dei amo- Philip 2.
re, obedientia se subdat maiori: imitans Dominum,
de quo dicit Apostolus: *Factus est obediens vsque ad*
mortem.

Quartus humilitatis gradus est, si in ipsa obedien- Grad. IV.
tia duris & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet ir-
rogatis iniuriis, tacita conscientia patientiam ample-
ctatur: & sustinens, non lassescat vel discedat, dicente Matth. 10.
Scriptura: *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic sal-* & 24.
uus erit. Item, *Confortetur cor tuum, & sustine Domi-* Psal. 26.
num. Et ostendens fidelem pro Domino vniuersa
etiam contraria sustinere debere; dicit ex persona etiā
D sufferentium: *Propter te morte tota die afficimur,* Psalm 43.
æstimati sumus vt oues occisionis. Et securi de spe retri-
butionis diuinæ, subsequuntur gaudentes, & dicentes: Rom 8.
Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dile-
xit nos. Et item alio loco Scriptura: *Probasti nos, in-* Psalm. 65.
quit, Deus: igne nos examinasti, sicut igne examinatur
argentum. Induxisti nos in laqueum; posuisti tribulatio-
nes in dorso nostro. Et vt ostendat sub Priore debere Ibid.
nos esse, subsequitur, dicens: *Imposuisti homines super*
capita nostra. Sed & præceptum Domini in aduersis
& in iniuriis, per patientiam adimplentes, percussi in
maxillam, præbent & aliam. Auferenti tunicam, di- Matt. 5.
mittunt & pallium: angariati milliario, vadunt & duo: Luc. 6.
cum Paulo Apostolo falsos fratres sustinent, & perse- 2. Cor. 11.
cutionem: & maledicentes se, benedicunt.

E Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogita- Grad V.
tiones malas cordi suo aduenientes, vel mala à se ab-
sconse commissa, per humilem confessionem Abbati Psalm 36.
nō celauerit suo. Hortatur nos de hac re Scriptura, di- Psalm 105.
cens: *Reuela Domino viam tuam & spera in eum.* Et
item dicit: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniā* Psalm 31.
in seculum misericordia eius. Et item Propheta: *Deli-*
ctum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non
operui. Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitias
meas Domine: & tu remisisti impietatem cordis mei.

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel Grad VI.
extremitate contentus sit Monachus: Et ad omnia
quæ sibi iniunguntur, velut operarium malum &

Psalm. 72. Grad. vii. indignum se iudicet, dicens cum Propheta: *Ad nihilum redactus sum, & nesciui: vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.*

Psalm 21. Psalm. 87. Psalm. 118. Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem & viliorem, non solum sua lingua pronunciet, sed etiam intimo cordis credat affectu, humilians se, & dicens cum Propheta: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: exaltatus sum, & humiliatus, & confusus.* Et item: *Bonum mihi, quod humiliasti me, vt discam mandata tua.*

Grad. viii. Octauus humilitatis gradus est si nihil agat Monachus, nisi quod communis monasterij regula, vel Maiorum cohortantur exempla.

Grad. ix. Prou. 10. Psalm. 139. Grad. x. Eccl. 21. Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat Monachus; & taciturnitatem habens vsque ad interrogationem non loquatur, B monstrante scriptura: *Quia in multiloquio non effugietur peccatum. Et quia vir linguosus non dirigetur super terram.*

Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis ac promptus in risu: quia scriptum est: *Stultus in risu exaltat vocem suam.*

Grad. xi. Vndecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur Monachus leniter & sine risu, humiliter cum grauitate vel pauca verba & rationabilia loquatur: & non sit clamosus in voce, sicut scriptum est: *Sapiens verbis innotescit paucis.*

Grad. xii. Duodecimus humilitatis gradus est: si non solum corde Monachus, sed etiam corpore humilitatem videntibus se, semper indicet, id est, in opere, in oratorio, in monasterio, in horto, in via, in agro: vel vbi- C cunque sedens, ambulans, vel stans, inclinato sit semper capite, defixis in terram aspectibus: reum se omni hora de peccatis suis existimans, iam se tremendo iudicio Dei præsentari existimet: dicens sibi in corde semper illud, quod publicanus ille euangelicus, fixis in terram oculis, dixit *Domine non sum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cælum.* Et iterum cum Propheta: *Incuruatus & humiliatus sum vsquequaque.* (Luc. 18. Psalm. 118.) Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis, Monachus mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem: per quam vniuersa, quæ prius non sine formidine obseruabat, absque vllo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire: non iam timore gehennæ, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona & delectatione virtutum, D quæ Dominus iam in operario suo mundo à vitiis & à peccatis, Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

CAPVT VIII.

De officiis diuinis in noctibus.

Hyemis tempore, id est, à Calendis Nouembris vsque ad Pascha, iuxta considerationem rationis, octaua hora noctis surgendum est, vt modice amplius de media nocte pausetur, & iam digesti surgant. Quod vero restat post Vigilias à fratribus, qui Psalterij vel lectionum aliquid indigent, meditationi inseruiatur. A Pascha autem vsque ad supradictas Calendas Nouembris, sic temperetur hora Vigiliarum agenda, vt paruissimo interuallo, quo fratres ad necessaria naturæ exeant, custodito mox matutini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequantur.

CAPVT IX.

Quot Psalmi dicendi sint in nocturnis Horis.

Hyemis tempore, præmisso in primis versu, Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina. In secundo ter dicendum est: Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit

A laudem ruam. Cui subiungendus est tertius Psalmus, & gloria. Post hunc Psalmus nonagesimus quartus, cum Antiphona aut certe decantandus. Inde sequatur Ambrosianum: deinde sex Psalmi cum Antiphonis. Quibus dictis, dicto versu, benedicat Abbas. Et sedentibus omnibus in scamnis, legantur vicissim à fratribus in codice super analogium tres lectiones: inter quas & tria Responsoria canantur. Duo responsoria sine Gloria dicantur. Post tertiam vero lectionem, qui cantat, dicat Gloria. Quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilibus suis surgant ob honorem & reuerentiam sanctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigiliis tam veteris Testamenti, quam noui diuinæ authoritatis: sed & expositiones earum, quæ à nominatissimis doctori- (Capitulum) B bus orthodoxis & catholicis Patribus factæ sunt. Post has vero tres lectiones cum Responsoriis suis, sequantur reliqui sex Psalmi cum Alleluia canendi. Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda: & versus supplicatio Litaniæ, id est, Kyrie eleison: & sic finiantur Vigiliæ nocturnæ.

CAPVT X.

Qualiter æstatis tempore agatur laus.

A Pascha autem vsque ad calendas Nouembris, omnis (vt supra dictum est) psalmodiæ quantitas teneatur: excepto, quod lectiones in codice, propter breuitatem noctium, minime legantur: sed C pro ipsis tribus Lectionibus, vna de veteri Testamento memoriter dicatur: quam breue Responsorium subsequatur, & reliqua omnia, vt dictum est, impleantur, id est, vt nunquam minus à duodecim Psalmorum quantitate, ad Vigilias nocturnas dicatur: exceptis tertio & nonagesimo quarto Psalmo.

CAPVT XI.

Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ agantur.

Dominico die temperius surgatur ad Vigilias In quibus Vigiliis teneatur mensura, id est, modulatis (vt supra disposuimus) sex Psalmis, & Versu, residentibus cunctis disposite, & per ordinem in D subsellijs, legantur, in codice, vt supra diximus, quatuor Lectiones cum Responsoriis suis. Vbi tantum in quarto Responsorio dicatur à cantante, Gloria. Quam dum incipit, mox omnes cum reuerentia surgant. Post quas lectiones sequantur ex ordine alij sex Psalmi cum Antiphonis, sicut anteriores, & Versu. Post quos iterum legantur aliæ quatuor Lectiones cum Responsoriis suis ordine quo supra. Post quas iterum dicantur tria cantica de Prophetis, quæ instituerit Abbas: quæ cantica cum Alleluia psallantur. Dicto etiam Versu, & benedicente Abbate, legantur aliæ quatuor Lectiones de nouo Testamento ordine quo supra. Post quartum autem Responsorium incipiat Abbas Hymnum, Te Deum lau- E damus. Quo perdicto, legat Abbas Lectionem de Euangelio, cum honore & tremore stantibus omnibus. Qua perlecta, respondeant omnes, Amen. Et subsequatur mox Abbas Hymnum, Te decet laus. Et data benedictione, incipiant Matutinos. Qui ordo Vigiliarum omni tempore, tam æstatis quam hyemis, æqualiter in die Dominico teneatur: nisi forte (quod absit) tardius surgant, & aliquid de lectionibus breuiandum est aut responsoriis. Quod tamen omnino caueatur, ne proueniat. Quod si contigerit, digne inde satisfaciat Deo in oratorio, per cuius euenerit neglectum.

A

CAPVT XII.

Quomodo matutinorum solennitas agatur.

IN Matutinis Dominico die in primis dicatur sexagesimus seatus Psalmus sine Antiphona in directũ. Post quem dicatur quinquagesimus cum Alleluia. Postquem dicatur centesimus septimusdecimus: & seaagesimus secundus. Inde benedictiones & laudes: lectio vna de Apocalypsi ex corde, & Responsorium, & Ambrosianum: versus, canticum de Euangelio, Litania; & completum est.

CAPVT XIII.

Qualiter priuatis diebus Matutini agantur.

DIebus autem priuatis Matutiootum solennitas ita agatur, vt sexagesimus seatus Psalmus dicatur sine Antiphona, subtrahendo modice sicut in Dominica: vt omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum Antiphona dicatur. Post quem alii duo Psalmi dicantur secundum consuetudinem, id est, secunda feria quintus & tricesimus quintus. Tertia feria, quadragesimus secundus & quinquagesimus sextus. Quarta feria, sexagesimus tertius & sexagesimua quartus. Quinta feria, octogesimus septimus & octogesimus nonus. Sexta feria. septuagesimus quintus, & nonagesimus primus. Sabbato autem, centesimus quadragesimus secundus, & canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas Glorias. Nam cæteris diebus canticum vnum quoque die suo ex prophetis, sicut psallit Ecclesia Romana, dicatur. Post hæc sequantur laudes: deinde lectio vna Apostoli memoriter recitanda: Responsorium Ambrosianum, versus, canticum de Euangelio: Litania & completum est. Plane agenda Matutina vel Vespertina non transeat aliquando nisi in vltimo ordine, Oratio Dominica, omnibus audientibus, dicatur à Priore propter scandalorum spinas, quæ oriri solent in monasterio: vt conuenti per ipsius orationis sponsionem, qua dicunt, Dimitte nobis * sicut & nos dimittimus, * purgent se ab huiusmodi vitio. Cæteris vero agendis, vltima pars eius orationis dicatur, vt ab omnibus respondeatur, Sed libera nos à malo.

* Debita nostra.
*Debitoribus nostris.

CAPVT XIV.

Qualiter in natalitiis Sanctorum agantur Vigiliæ,

IN sanctorum vero festiuitatibus vel omnibus solennitatibus, sicut diximus Dominico die agendum ita, agatur excepto, quod Psalmi aut antiphonæ vel lectiones, ad ipsum diem pertinentes, dicantur, Modus autem supra scriptus teneatur.

CAPVT XV.

Quibus temporibus dicatur Alleluia.

A Sancto Pascha vsque ad Pentecosten, sine intermissione dicatur Alleluia, tam in Psalmis, quam in Responsoriis, A Pentecoste autem vsque ad caput Quadragesimæ, omnibus noctibus cum sex posterioribus Psalmis tantum ad nocturnos dicatur. Omni vero Dominica extra Quadragesimam cantica matutini, prima, tertia, seata, nonaque cum Alleluia dicantur. Vespera vero, cum Antiphona: Responsoria vero nunquam dicantur cum Alleluia: nisi à Pascha vsque ad Pentecosten.

CAPVT XVI.

Qualiter diuina opera per diem agantur.

VT ait Propheta, *Septies in die laudem dixit tibi.* Psal. 18.
Qui septenarius sacratus numerus, à nobis sic implebitur, si matutinæ, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, Completoriique tempore, nostræ seruitutis officia persoluamus, quia de his Horis diurnis dixit Propheta: *Septies in die laudem dixi tibi.* Nam de Ibid.
nocturnis vigiliis idem ipse propheta ait: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ, id est, matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorio, & nocte surgamus ad confitendum ei.

CAPVT XVII.

Quanti Psalmi per easdem Horas canendi sunt.

IAm de Nocturnis vel Matutinis digessimus ordinem psalmodiæ: nunc de sequentibus Horis videamus. Prima Hora dicantur Psal. tres, singulatim, & non sub vna Gloria. Hymnus eiusdem Horæ, post versum, Deus in adiutorium meum intende, antequam Psalmi incipiantur. Post expletionem vero trium Psalmorum, recitetur lectio vna, versus, & Kyrie eleison: & Missæ sint. Tertia vero, Seata, & Nona, eodem ordine celebretur: oratio, id est, versus: Hymni earundem Horarum terni Psalmi, lectio, versus, Kyrie eleison: & Missæ sint. Si maior congregatio fuerit, cum Antiphonis: si vero minor, in directum psallantur. Vespertina autem synaxis quatuor Psalmis cum Antiphonis terminetur, post quos Psalmos Apostoli lectio recitanda est, inde Responsorium Ambrosianum, versus, canticum de Euangelio, litania, & oratio Dominica, & fiant Missæ. Completorium autem, trium psalmorum dictione terminetur. Qui Psalmi directaneè sine Antiphona dicendi sunt: Post quos hymnus eiusdem Horæ, lectio vna, versus Kyrie eleison, benedictio: & post Missæ fiant.

CAPVT XVIII.

Quo ordine Psalmi dicende sunt.

IN primis semper diurnis Horis dicatur versus: Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina. & Gloria. Inde hymnus vniuscuiusque Horæ. Deinde prima Hora Dominica dicenda quatuor capitula psalmi centesimi octaui decimi dicantur. Reliquis vero Horis, id est, Tertia, Sexta, & Nona, terna capitula suprascripti psalmi centesimi octauidecimi dicantur. Ad primam autem secundæ feriæ, dicantur tres psalmi, id est primus, secundus, & sextus. Et ita per singulos dies ad Primam, vsque ad Dominicam dicantur per ordinem terni Psalmi, vsque ad nonumdecimum Psalmum. Ita sane, vt nonus Psalmus & septimus decimus, diuidantur in binas Glorias. Et sic fiat, vt ad Vigilias Dominica semper à vicesimo incipiatur. Ad Tertiam vero, Sextam & Nonam secundæ feriæ nouem capitula, quæ residua sunt de centesimo decimooctauo Psalmo, ipsa terna per easdem Horas dicantur. Expenso igitur Psalmo centesimo octauo decimo duobus diebus, id est, Dominica & secunda feria, tertia feria iam ad tertiam, & Seatam vel Nonam psallantur terni Psalmi, à centesimo nono decimo vsque ad centesimum vicesimum septimum, id est, Psalmi nouem. Quinque Psalmi semper vsque ad Dominicam per easdem Horas itidem repetantur. Hymnorum nihilo-

A minus, lectionum, vel versuum dispositione vniformi, cunctis diebus seruata. Et ita scilicet, vt semper Dominica à centesimo octauo decimo incipiatur. Vespera autem quotidie quatuor Psalmorum modulatione canatur. Qui Psalmi incipiantur à centesimo nono vsque ad centesimum quadragesimum septimum: exceptis, his qui in diuersis Horis ex eis sequestrantur, id est, à centesimo septimodecimo vsque ad centesimum vicesimum septimum: & centesimo tricesimotertio, & centesimo quadragesimosecundo.

Reliqui omnes in Vespera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres Psalmi, ideo diuidendi sunt, qui in numero suprascripto fortiores inueniuntur, id est, centesimus tricesimusoctauus, & centesimus quadragesimus tertius, & centesimus quadragesimusquar-
B tus. Centesimus vero sextusdecimus, quia paruus est, cum centesimo quintodecimo coniungatur. Digesto ergo ordine Psalmorum Vespertinorum, reliqua, id est, lectiones, Responsoria, Hymni, versus, vel cantica, sicut supra taxauimus, impleantur. Ad Completorium vero iidem Psalmi repetantur quotidie, id est, quartus, nonagesimus, & centesimus trigesimustertius. Disposito ordine psalmodiæ diurnæ, reliqui omnes Psalmi qui supersunt æqualiter diuidantur in septem noctium vigiliis, partiendo scilicet, qui inter eos prolixiores sunt Psalmi: & duodecim per vnamquamque constituantur noctem. Hoc præcipue commonentes, vt si cui forte hæc distributio Psalmorum displicuerit: ordinet, si melius aliter iudicauerit: dum omnimodis id attendatur, vt
C omni hebdomada Psalterium ex integro numero centum quinquaginta Psalmorum psallatur. Et Dominico die semper à capite repetatur ad vigilias: quia nimis iners deuotionis suæ seruitium ostendunt monachi, qui minus psalterio cum canticis consuetudinariis per septimanæ circulum psallunt: cum legamus sanctos Patres nostros vno die hoc strenue impleuisse, quod nos tepidi vtinam septimana integra persoluamus.

CAPVT XIX.

De disciplina psallendi.

D VBique credimus diuinam esse præsentiam, & oculos Domini in omni loco speculari bonos & malos; maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cum ad opus diuinum assistimus. Ideo semper memores simus, quod ait Propheta: *Seruite Domino in timore.* Et iterum: *Psallite sapienter.* Et, *In conspectu angelorum psallam tibi.* Ergo consideremus, qualiter oporteat nos in conspectu diuinitatis & angelorum eius esse: Et sic stemus ad psallendum, vt mens nostra concordet voci nostræ.

Psalm. 2.
Psal. 46.
Psalm. 137.

CAPVT XX.

De reuerentia orationis.

E SI cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non præsumimus nisi cum humilitate, & reuerentia: quanto magis Domino Deo vniuersorum, cum omni humilitate, & puritatis deuotione supplicandum est: & non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lacrymarum nos exaudiri sciamus. Et ideo breuis debet esse, & pura oratio; nisi forte ex affectu inspirationis diuinæ gratiæ protendatur. In Conuentu tamen omnino breuietur oratio, & facto signo à Priore omnes pariter surgant.

A

CAPVT XXI.

De Decanis Monasterij.

SI maior fuerit congregatio, eligantur de ipsis fratres boni testimonii, & sanctæ conuersationis, & constituantur Decani: qui sollicitudinem gerant super Decanias suas in omnibus, secundum mandata Dei, & præcepta Abbatis sui. Qui Decani tales eligantur in quibus securus Abbas partiatur onera sua. Et non eligantur per ordinem, sed secundum vitæ meritum, & sapientiæ doctrinam. Quod si quis ex eis aliqua forte inflatus superbia, repertus fuerit reprehensibilis: correptus semel, & iterum, & tertio si
B emendare noluerit deiiciatur: & alter in loco eius, qui dignus est subrogetur. Et de Præposito eadem constituimus.

CAPVT XXII.

Quomodo dormiant monachi.

SInguli per singulos lectos dormiant. Lectisternia pro modo conuersationis, secundum dispensationem Abbatis sui, singuli accipiant. Si potest fieri omnes in vno loco dormiant, si autem multitudo non sinit; deni, aut viceni, cum Senioribus suis, qui super eos solliciti sint, pausent. Candela iugiter in eadem cella ardeat vsque mane. Vestiti dormiant, & cincti
C cingulis, aut funibus, cultellos ad latus non habeant, dum dormiunt, ne forte per somnum vulnerentur dormientes: & vt parati sint Monachi semper, & facto signo absque mora surgentes festinent inuicem se præuenire ad opus Dei, cum omni tamen grauitate, & modestia. Adolescentiores Fratres, iuxta se non habeant lectos, sed permixti cum Senioribus. Surgentes vero ad opus Dei, inuicem se moderate cohortentur, propter somnolentorum excusationes.

CAPVT XXIII.

De excommunicatione culparum.

D SI quis Frater contumax, aut inobediens, aut superbus, aut murmurans, vel in alio contrarius existens Sanctæ Regulæ, & præceptis Seniorum suorum contemptor repertus fuerit, hic secundum Domini nostri præceptum admoneatur semel, & secundo secretè à Senioribus suis. Si non emendauerit, obiurgetur publice coram omnibus. Si vero neque sic correxerit, si intelligit qualis pœna sit, excommunicationi subiaceat. Si autem improbus est, vindictæ corporali subdatur.

CAPVT XXIV.

Qualis debeat esse modus excommunicationis.

E SEcundum modum culpæ, excommunicationis, vel disciplinæ debet extendi mensura, qui culparum modus in Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen Frater in leuioribus culpis inuenitur, tantum à mensæ participatione priuetur. Priuati autem à mensæ consortio, ista erit ratio: vt in Oratorio Psalmum, aut Antiphonam non imponat, neque lectionem recitet, vsque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi, post Fratrum refectionem accipiat, mensura vel hora qua præuiderit Abbas ei competere: Vt si verbi gratia Fratres reficiunt Sexta hora, ille Frater Nona, si Fratres Nona, ille Vespertina, vsque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

CAPVT

CAPUT XXV.

De grauioribus culpis.

IS Frater qui grauioris culpæ noxa tenetur, suspendatur à mensa simul & ab Oratorio. Nullus ei Fratrum in vllo iungatur consortio, neque in colloquio. Solus sit ad opus sibi iniunctum, persistens in pœnitentiæ luctu, sciens illam terribilem Apostoli sententiam dicentis: *Tradite huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini.* (Cor. 5.) Cibi autem refectionem solus percipiat, mensura vel hora quæ prouiderit ei Abbas competere. Nec à quoquam benedicatur transeunte, nec cibus qui ei datur.

CAPUT XXVI.

De iis qui sine iussione Abbatis iunguntur excommunicatis.

SI quis Frater præsumpserit sine iussione Abbatis Fratri excommunicato quolibet modo se iungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem sortiatur excommunicationis vindictam.

CAPUT XXVII.

Qualiter debeat esse sollicitus Abbas circa excommunicatos.

OMni sollicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes Fratres: *quia non est opus sanis Medicus, sed male habentibus.* (Matth. 9.) Et ideo vti debet omni modo, vt sapiens Medicus immittere quasi occultos consolatores Seniperas, id est Seniores sapiétes Fratres, qui quasi secrete consolentur Fratrem fluctuantem, & prouocent eum ad humilitatis satisfactionem: Et consolentur eum, ne abundantiori tristitia absorbeatur: Sed sicut ait Apostolus, *Confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus.* (Cor. 2. 2.) Magnopere enim debet sollicitudinem gerere Abbas circa delinquentes Fratres: & omni sagacitate, & industria curare, ne aliquam de ouibus sibi creditis perdat. Nouerit enim se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem: & metuat Prophetæ comminationem, per quem dicit Deus. *Quod crassum videbatis assumebatis: & quod debile erat proiiciebatis:* (Ezech. 34.) Et pastoris boni pium imitetur exemplum: *Qui relictis nonaginta nouem ouibus in montibus, abiit vnam ouem, quæ errauerat quærere.* (Luc. 16.) Cuius infirmitati in tantum compassus est: vt eam in sacris humeris suis dignaretur imponere, & sic reportare ad gregem.

CAPUT XXVIII.

De iis qui sæpius correcti non emendantur.

SI quis Frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendauerit, acrior ei accedat correctio, id est, vt verberum vindicta in eum procedat. Quod si, nec ita se correxerit, aut sorte (quod absit) in superbiam elatus, etiam defendere voluerit opera sua, tunc Abbas faciat quod sapiens Medicus. Si exhibuit fomenta, si vnguenta adhortationum, si medicamina scripturarum diuinarum, si ad vltimum vstionem excommunicationis, vel plagas virgarum, & iam si viderit nihil suam præualere industriam, adhibeat etiam, quod maius est suam & omnium Fratrum pro eo orationem: vt Dominus qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum Fratrem. Quod si nec isto modo sanatus fuerit: tunc iam vtatur Abbas ferro abscissionis, vt ait Apostolus: *Auferte malum ex vobis:* (Cor. 1. 5.) & iterum: *Infidelis si discedit, discedat: ne vna ouis morbida omnem gregem contaminet.* (Cor. 1. 7.)

CAPUT XXIX.

Si debeant iterum recipi Fratres exeuntes de Monasterio.

FRater qui proprio vitio egreditur, aut proiicitur de Monasterio, si reuerti voluerit spondeat prius omnem emendationem vitij, pro quo egressus est, & sic in vltimo gradu recipiatur: vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod si denuo exierit, vsque tertio recipiatur. Iam vero postea sciat omnem sibi reuersionis aditum denegari.

CAPUT XXX.

De Pueris minori ætate, qualiter corripiantur.

OMnis ætas, vel intellectus proprias debet habere mensuras. Ideoque quotiens Pueri, vel adolescentiores ætate, aut qui minus intelligere possunt, quanta pœna sit excommunicationis; Hi tales dum delinquunt, aut ieiuniis nimiis affligantur, aut acrib. verberibus coërceantur, vt sanentur.

CAPUT XXXI.

De Cellerario Monasterij qualis sit.

CEllerarius monasterij eligatur de congregatione sapiens, maturus, moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui omni congregationi sit sicut pater. Curam gerat de omnibus: sine iussione Abbatis nihil faciat: quæ iubentur, custodiat: fratres non contristet. Si quis autem frater ab eo forte aliquid irrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet: sed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget. Animam suam custodiat, memor semper illius Apostolici: quia qui bene ministrauerit, gradum bonum sibi acquirit. (1. Tim. 4.) Infirmorum, infantium, hospitum, pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat, sciens sine dubio, quia pro his omnibus in die iudicij rationem redditurus est. (Matth. 15.) Omnia vasa monasterij cunctamque substantiam, ac si altaris vasa sacrata conspiciat. Nihil ducat negligendum: neque auaritiæ studeat, neque prodigus sit, aut extirpator substantiæ monasterij: sed omnia mensuratè faciat, & secundum iussionem Abbatis. Humilitatem ante omnia habeat: & cui substantia non est quę tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus, vt scriptum est: *Sermo bonus super datum optimum.* (Eccles. 18.) Omnia quæ ei iniunxerit Abbas, ipse habeat sub cura sua. A quibus eum prohibuerit, non præsumat. Fratribus constitutam annonam sine aliquo typo vel mora offerat, vt non scandalizentur: memor diuini eloquij, quid mereatur qui scandalizauerit vnum de pusillis. (Matth. 18.) Si congregatio maior fuerit, solatia ei dentur: à quibus adiutus & ipse æquo animo impleat officium sibi commissum. Horis competentibus dentur quæ danda sunt, & petantur quę petenda sunt: vt nemo perturbetur, neque contristetur in domo Dei.

CAPVT XXXII.

De Ferramentis, vel rebus Monasterij.

SVbstantiæ Monasterij in ferramentis vel vestibus seu quibuslibet rebus, prouideat Abbas Fratres, de quorum vita & moribus securus sit: & eis singula vt vtile iudicauerit consignet custodienda, atque recolligenda. Ex quibus Abbas breue teneat: vt dum sibi in ipsa assignata Fratres vicissim succedunt, sciat quid dat aut quid recipit. Si quis autem sordide, aut negligenter res Monasterij tractauerit corripiatur: si non emendauerit disciplinæ Regulari subiaceat.

B

CAPVT XXXIII.

Si quid debeant Monachi proprium habere.

PRæcipue hoc vitium amputetur de Monasterio: ne quis præsumat aliquid dare, aut accipere, sine iussione Abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate. Omnia vero necessaria à Patre
Act. 7. Monasterij sperare: nec quicquā liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiserit. Omniaque omnibus sint communia, vt scriptum est, nec quisquam
C suum esse aliquid dicat, aut præsumat. Quod si quisquam hoc nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admoneatur semel, & iterum: si non emendauerit correptioni subiaceat.

CAPVT XXXIV.

Si omnes æqualiter debeant necessaria accipere.

Act. 4. SIcut scriptum est: *Diuidebatur singulis, prout cuique opus erat*, vbi non dicimus, vt personarum, quod absit, acceptio sit, sed infirmitatum consideratio. Vbi qui minus indiget agat Deo gratias, & non
D contristetur. Qui vero plus indiget humilietur pro infirmitate & non extollatur pro misericordia: & ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicunque causa in aliquo qualicunque verbo vel significatione appareat. Quod si deprehensus fuerit quis, districtiori disciplinæ subdatur.

CAPVT XXXV.

De septimanariis coquinæ.

FRatres sic sibi inuicem seruiant, vt nullus excusetur à coquinæ officio, nisi aut ægritudine, aut in
E causa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia exinde maior merces & charitas acquiritur. Imbecillibus autem procurentur solatia, vt non cum tristitia hoc faciant, sed habeant omnes solatia secundum modum congregationis aut positionem loci. Si maior congregatio fuerit, cellerarius excusetur à coquina, vel si qui, vt diximus, maioribus vtilitatibus occupantur. Cæteri vero sibi sub charitate inuicē seruiant. Egressurus de septimana, sabbato munditias faciat. Lintea, cum quibus sibi fratres manus aut pedes tergunt, lauet. Pedes vero tam ipse qui egreditur, quam ille qui intraturus est, omnibus lauent. Vasa ministerij sui, munda & sana cellerario reconsignent. Qui cellerarius item intranti consignet: vt sciat quid dat, aut quid recipit. Septimanarij autem, ante vnā horam refectionis accipiant super statutam

A annonam, singulos biberes, & panem: vt hora refectionis sine murmuratione & graui labore seruiant fratribus suis. In diebus autem solennibus vsque ad Missas sustineant. Intrantes & exeuntes hebdomadarij, in oratorio mox Matutinis finitis Dominica, omnium genibus prouoluantur, postulantes pro se orari. Egredientes autem de septimana dicant hunc versum. Benedictus es Domine Deus, qui adiuuisti me, & consolatus es me. Quo dicto tertio, accipiat benedictionem egrediens. Subsequatur ingrediēs & dicat. Deus, in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus. Et accepta benedictione, ingrediatur.

CAPVT XXXVI.

De Infirmis Fratribus.

INfirmorum cura ante omnia & super omnia adhibenda est, vt sicut reuera Christo, ita eis seruiatur; quia ipse dixit, Infirmus fui, & visitastis me. Matth. 25. Et quod fecistis vni de his minimis meis, mihi fecistis. Sed, & ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi seruiri, & non superfluitate sua contristent Fratres suos seruientes sibi. Qui tamen patienter, portandi sunt; quia de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur. Quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata, & seruitor timens Deum, & diligens ac
C sollicitus. Balneorum vsus infirmis quotiens expedit offeratur. Sanis autem, & maxime iuuenibus tardius concedatur. Sed & carnium esus infirmis omninoq; debilibus pro reparatione concedatur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more solito omnes abstineant. Curam autem maximam habeat Abbas neā Cellerariis aut seruitoribus negligātur infirmi: quia ad ipsum respicit, quicquid à discipulis delinquitur.

CAPVT XXXVII.

De Senibus, vel infantibus.

D LIcet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam, in his ętatibus, Senum videlicet & Infantium, tamen & Regulę authoritas eis prospiciat. Cōsideretur semper in eis imbecillitas, & nullatenus eis districtio Regulæ teneatur in alimentis: sed sit in eis pia consideratio, & præueniant horas Canonicas.

CAPVT XXXVIII.

De Hebdomadario Lectore.

MEnsis Fratrum edentium lectio deesse non debet: nec fortuito casu qui arripuerit codicē legere audeat ibi, sed lecturus tota hebdomada Dominica ingrediatur. Qui ingrediens post Missas &
E Communionem, petat ab omnibus pro se orari, vt auertat ab eo Deus spiritum elationis. Et dicatur hic versus in Oratorio tertio ab omnibus, ipso tamen incipiente. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Et sic accepta benedictione ingrediatur ad legendum. Summumque fiat silentium ad mensam, vt nullius mussitatio, vel vox, nisi solius legentis ibi audiatur. Quæ vero necessaria sunt comedentibus, & bibentibus, sic sibi inuicem ministrent Fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscumque signi potius petatur quam voce. Nec præsumat ibi aliquis de ipsa lectione, aut aliunde quicquam requirere, ne detur occasio: nisi forte Prior voluerit pro ædificatione aliquid breuiter dicere. Frater autem Hebdomadarius accipiat mixtum priusquam incipiat

piat legere, proptar Communionem Sanctam, & ne fotta graue sit ei ieiunium sustinere. Postea autem aum Coquinæ bebdomadarijs & seruitoribus reficiar. Fratres autem non per ordinem legant, aut caotent, sed qui ædificent audientas.

CAPVT XXXIX.

De Mensura Ciborum.

SVfficeta credimus ad refectionam quotidianam tam Sextæ quam Nonæ omnibus mensis aucta duo pulmentaria, propter diuersorum infirmitates; vt forte qui ex vno non poterit edera, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta Fratribus sufficiant, & si fuerint inda poma, aut oascentia leguminum, addatur & tartium. Panis libra vna propensa sufficiat in die, siue vna sit rafectio; siue prandij & cœnæ. Quod si cœnaturi sunt, de eadem libra tertia para à Cellatario raseruetur, reddenda cœnaturis. Quod si labor forte factus fuerit maior, in arbitrio & potestata Abbatis erit si expediat aliquid augere, remota præ omnibus crapula: vt nunquam surrepat Monacho indigeries: quia nihil sic contrarium est omni Christiano, quomodo crapula, sicut ait Dominus noster: *Videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.* Pueris vero minori ætata non eadem seruetur quantitas, sed minor quam maioribus, saruata in omnibus parcitara. Carnium vero quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur aumestio, prætar omnino dabilea & ægrotos.

Luc. 21.

CAPVT XL.

De Mensura potus.

1. Cor. 7.

VNusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius vero sic. Et idao cum aliqua scrupulositate à nobis mensura victus aliorum constituitur: tameo Infirmorum aontuentes imbecillitatam, credimus heminam Vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiæ, propriam se habituros mercedem sciant. Quod si, aut loci necassitas, vel labor, aut ardor Æstatis, amplius poposcerit, in arbitrio Prioris consistat, considerans in omnibus ne subrepat satietas, aut ebrietas, licat legamus Vinum omnino Monachorum non esse. Sed quia nostris temporibus in monachis persuaderi non potest, saltem vel hoc consentiamus, vt non vsque ad satietatem bibamus, sed parcius: quia Vinom apostatara facit etiam Sapientes. Vbi autem loci neaessitas exposcit, vt nec supra scripta mansura inueniri possit, sed multo minus, aut ex toto nihil: benedicant Deum, qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc ante omnia admonentes, vt absque murmurationibus sint.

Eccles 13.

CAPVT XLI.

Quibus horis oporteat reficere Fratres.

A Sancto Pascha vsque ad Penteeosten ad Sextam reficiant Fratres, & ad setam cœnent. A Pentacoste autem tota Æstare, si labores agrorum non babent Monachi, aut nimietas Æstatis non perturbat, Quarta & Sexta feria ieiunent, vsqua ad Nonam, reliquis vero diebus ad Sextam prandeat. Quę prandij Sexta si opera in agris habuerint, aut Æstatis feruor nimius fuarit, continuanda erit, & in Abbatis sit prouidentia. Et sia omnia temperet atque disponat, qualiter & animę saluentur, & quod faciũt Fratres absque vlla murmurationa faciant. Ab Idibus autem Septembris vsque ad aaput Quadragesimæ, ad Nonam semper reficiant Fratres. In Quadragesima vero vsque ad Pascha ad Vesperam reficiant. Ipsa tamen Vaspera, sic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant raficientes, sed luca adhuc diei omnia cõsummantur. Sed & omni tempore, siue cœnę, siue refectionis hora sic temperatur, vt cum luce fiant omnia.

CAPVT XLII.

Vt post Completorium nemo loquatur.

OMni tempore silentio debent studere Monachi, maxime tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore, siue ieiunij, siua prandij, mox vt surrexerint à cœna sedeant omnes in vnũ, & legat vnus aollationes, vel Vitas Patrum, aut certe aliquid quod ædificet audientes. Non autem Heptatcuchum, aut Regum: quia infirmis intellectibus non erit vtile illa hora hanc Scripturam audire: aliis vero horis legantur. Si autem ieiunij dies fuerint, dicta Vespera paruo interuallo mox accadant ad Lectiooem, vt diximus, & lectis quatuor, aut quinque folijs, vel quãtum hora parmittit, omnibus in vnum concurrentibus, per hanc moram Lectionis. Si quis forte in assignato sibi aommisso, fuerit occupatus occurrat. Omnes ergo in vnum positi complaant: & exeuntes à cõpletorio nulla sit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod si inuenius fuerit quisquam præuaricans hanc taciturnitatis tegulam, grauiori vindictæ subiaceat: Excepto si necessitas Hospitum superuenerit, aut forte Abbas alicui aliquid iusserit. Quod tamãn & ipsum cum summa grauitara & moderatiooe honestissime fiat.

CAPVT XLIII.

De iis qui ad opus Dei vel mensam tarde occurrunt.

AD horam Diuini Officij mox vt auditum fuerit signum, relictis omnibus quælibat fuerint in manibus summa aum festinatione curratur: cum grauitare tamen, vt non scurrilitas inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei præponatur. Quod si quis ad Nocturnas Vigilias post Gloriam Psalmi Nonagesimi quarti (quem propter hoc omnino protrahendo & morosè volumus dici) occurrarit: non stet in ordine suo in Choro, sed vltimus omniom stet, aut in loco quem talibus negligantibus saorsum constituerit Abbas, vt videatur ab ipso, vel ab omoibus; vsque dum completo Opere Dei publica satisfactiooe pœniteat. Ideo autem aos in vltimo aut seorsum iudicauimus debere stare: vt visi ab omnibus, vel pro ipsa verecundia sua amandantur. Nam si foras Oratorium ramancant, erit forte talis qui sa aut recollocet & dormiat, aut aerta sedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occasio maligno: sed ingrediatur intro, vt nac totum perdat, & de reliquo amandetur. Diurnis autẽ horis, qui ad opus Dei post versum, & Gloriam Primi Psalmi, qui post versum dicitur occurrerit, lega qua supra diximus in vltimo stet, nec præsumat sociari Choro Psallentium vsque ad satisfactionem: nisi forte Abbas licentiam dedarit permissione sua, ita tamen, vt satisfaciat raus ex boc. Ad Mensam autem, qui ante versum non ocaorrit, vt simul omnas dicant versum, & orent, & sub vno simul omnes accedant ad mensam, qui per negligentiam suam, aut vitium non occurrerit, vsque ad secũdam vicem pro hoa corripiatur: si denuo non emendauerit, nõ permittatur ad mensæ communis participationem, sed sequestratus à consortio omnium reficiat solus, sublata ei portione sua vini, vsque ad satisfactionem & emandationam. Similiter autem patiatur, qui ad illum versum non fuerit præsens, qui post cibum dicitur. Nec quisquam præsumat ante statutam horã vel

postea quicquam cibi vel potus percipere. Sed & si A ei offertur aliquid à Priore, & accipere tenuerit: hora qua desiderauerit hoc quod prius recusauit, aut aliud omnino non percipiat, vsque ad emendationem congruam.

CAPVT XLIV.

De iis qui excommunicantur, quomodo satisfaciant.

QVi pro grauiori culpa ab Oratorio, & à mensa excommunicatur, hora qua opus Dei in oratorio celebratur, ante fores Oratorij prostratus iaceat, nihil dicens, nisi tantum posito in terram capite, & prostratus, pronus omnium de oratorio exeuntium pedibus se proijciat. Et hoc tandiu faciat vsque dum Abbas iudicauerit satisfactum esse. Qui dum iussus ab Abbate venerit, prouoluat se ipsius Abbatis pedibus, deinde omnium vestigiis Fratrum, vt orent pro eo. Et tunc si iusserit Abbas recipiatur in choro vel in ordine quo Abbas decreuerit: ita sane vt Psalmum aut Lectionem vel aliud quid non præsumat in Oratorio imponere, nisi iterum Abbas iubeat. Et omnibus horis dum completur opus Dei, proiiciat se in terram in loco in quo stat: & sic satisfaciat, vsque dum ei iubeat Abbas, vt quiescat iam ab hac satisfactione. Qui vero pro leuibus culpis excommunicantur tantum à mensa, in Oratorio satisfaciant: vsque ad iussionem Abbatis, hoc semper faciant vsque dum benedicat, & dicat sufficit.

CAPVT XLV.

De iis qui falluntur in Oratorio.

SI quis dum pronuntiat, Psalmum, Responsorium, aut Antiphonam, vel Lectionem fallitur, nisi cum satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit maiori vindictæ subiacet: quippe qui noluit humilitate corrigere quod negligentia deliquit. Infantes vero pro tali culpa vapulent.

CAPVT XLVI.

De iis qui in aliis quibuslibet delinquunt.

SI quis dum in labore quovis, in Coquina, in Cellario, in ministerio, in pistrino, in horto, in arte aliqua dum laborat, vel in quocunque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam, aut perdiderit, vel aliud quid excesserit vbi: & non veniens continuo ante Abbatem, vel Congregationem ipso vltro satisfecerit, & prodiderit delictum suum: dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendationi. Si animę vero peccati causa latens fuerit: tantum Abbati, aut Spiritualibus Senioribus patefaciat, qui sciant curare sua, & aliena vulnera non detegere aut publicare.

CAPVT XLVII.

De significanda hora operis Dei.

NVntianda hora Operis Dei die noctuque sit cura Abbatis, aut ipse nuntiare: aut tali sollicito Fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur. Psalmos autem, vel Antiphonas post Abbatem ordine suo, quibus iussum fuerit imponant. Cantare autem, aut legere non præsumat, nisi qui potest officium implere, vt ædificentur audientes. Quod cum humilitate, & grauitate, & tremore faciat, & cui iusserit Abbas.

CAPVT XLVIII.

De opere manuum quotidiano.

OCiositas inimica est animæ: Et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum: certis iterum horis in lectione diuina. Ideoque hac dispositione credimus vtraque tempora ordinari, id est, vt à Pascha vsque Kalendas Octobr. mane exeuntes, à prima vsque ad horam pene quartam laborent, quod necessarium fuerit. Ab hora autem quarta vsque ad horam quasi sextam, lectioni vacent. Post sextam autem surgentes à mensa, pausent in lectis suis cum omni silentio: aut forte qui voluerit legere, sibi sic legat, vt alium non inquietet.

B Et agatur nona temperius, mediante octaua hora: & iterum, quod faciendum est, operentur vsque ad vesperum. Si autem necessitas loci, aut paupertas exegerit vt ad fruges colligendas per se occupentur, non contristentur: quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum viuunt: sicut & Patres nostri & Apostoli. Omnia tamen mensurate fiant, propter pusillanimes. A Calendis autem Octobris, vsque ad caput Quadragesimæ, vsque ad horam secundam plenam, lectioni vacent, hora secunda agatur tertia, & vsque ad nonam omnes in opus suum laborent, quod eis iniungitur. Facto autem primo signo horæ nonæ, disiungant se ab opere suo singuli, &

C sint parati dum secundum signum pulsauerit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis, aut Psalmis. In Quadragesimæ vero diebus à mane vsque ad tertiam plenam, vacent lectionibus suis: & vsque ad decimam horam plenam, operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus Quadragesimæ accipiant omnes singulos codices de Bibliotheca; quos per ordinem ex integro legant. Qui codices in capite Quadragesimæ dandi sunt. Ante omnia sane deputentur vnus aut duo seniores, qui circumeant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni: & videant ne forte inueniatur frater accidiosus, qui vacat otio, aut fabulis, & non est intentus lectioni, & non solum sibi inutilis est, sed etiam alios extollit. Hic talis si (quod

D absit) repertus fuerit, corripiatur semel & secundo: si non emendauerit, correptioni regulari subiaceat taliter, vt cæteri metum habeant. Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes, exceptis his, qui variis officiis deputati sunt. Si quis vero ita negligens & desidiosus fuerit, vt non velit, aut non possit meditari, aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, vt non vacet. Fratribus infirmis vel delicatis talis opera aut ars iniungatur, vt nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur, vt effugentur. Quorum imbecillitas ab Abbate consideranda est.

E

CAPVT XLIX.

De Quadragesima obseruatione.

LIcet omni tempore vita Monachi Quadragesimæ debeat obseruationem habere: tamen quia paucorum est ista virtus, ideo suademus istis diebus Quadragesimę omni puritate vitam suam custodire omnes pariter negligentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere. Quod tunc digne fit, si ab omnibus vitiis nos temperemus. Orationi cum fletibus, Lectioni, & compunctioni cordis, atque abstinentiæ operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad solitum pensum seruitutis nostræ: Orationes peculiares, ciborum & potus abstinentiã: vt vnusquisque super mensuram sibi indictam, aliquid propria voluntate cum gaudio sancti Spiritus offerat

offerat Deo: id est subtrahat corpori suo de cibo, de A potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, & cum spiritualis desiderij gaudio sanctum Pascha expectet. Hoc ipsum tamen quod vnusquisque offert, Abbati suo suggerat, & cum eius fiat oratione & voluntate: quia quod sine permissione Patris spiritualis fit, præsumptioni deputabitur & vanæ gloriæ non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda sunt.

CAPVT L.

De Fratribus qui longe ab Oratorio laborant, aut in via sunt.

FRatres qui omnino longe sunt in labore, & non possunt occurrere hora competenti ad Orato- B rium, & Abbas hoc perpendit, quia ita est, agant ibidem opus Dei, vbi operantur, cum tremore Diuino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi sunt non eos prætereant horæ constitutæ, sed vt possunt agant sibi, & seruitutis pensum non negligant reddere.

CAPVT LI.

De fratribus, qui non satis longe proficiscuntur.

FRatres qui pro quouis responso proficiscuntur, & ea die sperant reuerti ad Monasterium, non præsumant foris manducare, etiam si à quouis rogentur: nisi forte eis ab Abbate suo præcipiatur. Quod si aliter fecerint, excommunicentur. C

CAPVT LII.

De Oratorio Monasterij.

ORatorium hoc sit, quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei, omnes cum summo silentio exeant, & agatur reuerentia Deo: vt Frater qui forte sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed si alter vult sibi forte secretius orare, simpliciter intret & oret, non in clamosa voce, sed in lachrymis, & intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit, non permittatur expleto opere Dei re- D morari in Oratorio, sicut dictum est: ne alius impedimentum patiatur.

CAPVT LIII.

De hospitibus suscipiendis.

Matth. 25. OMnes superuenientes hospites, tanquam Christus suscipiantur: quia ipse dicturus est, *Hospes fui & suscepisti me.* Et omnibus congruus honor exhibeatur, maxime domesticis fidei, & peregrinis. Vt ergo nũciatus fuerit hospes occurratur ei à Priore vel à fratribus cum omni officio charitatis: & primitus orent pariter, & sic sibi socientur in pace. Quod pacis osculum non prius offeratur, nisi oratione pro- E pter illusiones diabolicas. In ipsa autem salutatione, omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus siue discedentibus hospitibus, inclinato capite vel Matth. 18. prostrato omni corpore in terra, Christus in eis adoretur qui & suscipitur. Suscepti autem hospites ducantur ad orationem: & postea sedeat cum eis Prior, aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex diuina, vt ædificetur: & post hæc omnis ei exhibeatur humanitas, Ieiunium à Priore frangatur propter hospitem: nisi forte præcipuus sit dies ieiunij qui non possit violari. Fratres autem consuetudines ieiuniorũ prosequantur. Aquam in manibus Abbas hospitibus det: pedes autem hospitibus omnibus tam Abbas

A quã cuncta congregatio lauet. Quibus lotis, hunc versum dicant: *Suscepimus, Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Psal. 118. Pauperum, & peregrinorum maxime, susceptio omni cura solicita exhibeatur: quia in ipsis magis Christus suscipitur. Nam diuitũ terror ipse sibi exigit honorem. Matth. 18. Coquina Abbatis & hospitum per se sit, vt incertis horis superuenientes hospites, qui nunquam desunt monasterio, non inquietent fratres. In quã coquinam ad annum ingrediantur duo fratres, qui ipsum officium bene impleant. Quibus, vt indigent, solatia ministrentur, vt absque murmuratione seruiant. Et iterum, quando occupationem minorem habent, exeant vbi eis imperatur, in opera. Et non solũ in ipsis, sed in omnibus officiis monasterij ista sit consideratio: vt quando indigent B solatia, accommodentur eis: & iterũ, quando vacant, obediant imperanti. Item & cellã hospitum habeat assignatam frater, cuius animã timor Dei possideat, vbi sint lecti strati sufficienter, & domus Dei à sapiẽtibus sapienter administretur. Hospitibus autem, cui non præcipitur nullatenus societur, neque colloquatur: sed si obuiauerit aut viderit, salutatis humiliter, vt dictum est, & petita benedictione, pertranseat, dicens, non licere sibi colloqui cum hospite.

CAPVT LIV.

Quod non debeat Monachus literas, vel Eulogia accipere sine iussu Abbatis.

C NVllatenus liceat Monacho nec à parẽtibus suis, nec à quoquam hominum, nec sibi inuicem literas, aut Eulogia, vel quælibet munuscula accipere aut dare, sine præcepto Abbatis sui. Quod si etiam à parentibus suis ei quicquam directum fuerit: non præsumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit Abbati. Quod si iusserit suscipi, in Abbatis sit potestate cui illud iubeat dari: Et non contristetur Frater cui forte directum fuerat, vt non detur occasio Diabolo. Qui autem aliter præsumpserit, disciplinæ Regulari subiaceat.

CAPVT LV.

D *De Vestimentis, & Calciamentis Fratrum.*

VEstimenta Fratribus secundum locorum qualitatem vbi habitant, vel aërum temperiem dẽtur: quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis vero minus. Hæc ergo consideratio penes Abbatem sit. Nos tamẽ mediocribus locis sufficere credimus Monachis, per singulos Cucullam, & Tunicã Cucullam in Hyeme villosam, in æstate puram aut vetustam, & Scapulare propter opera. Indumẽta pedum, Pedules & Caligas. De quarum rerum omniũ colore aut grossitudine non causentur Monachi: sed quales inueniri possunt in Prouincia qua degũt, aut quod vilius comparari potest. Abbas autem de mensura prouideat, vt non sint curta ipsa vestimẽta vtentibus eis, sed mensurata. Accipientes noua, vetera E semper reddant in præsenti, reponenda in vestiario propter pauperes. Sufficit Monacho duas tunicas & duas cucullas habere, propter noctes, & propter lauare ipsas res. Iam quod supra fuerit, superfluum est, & amputari debet. Et pedules & quodcũque est vetustum reddant, dum accipiant nouum. Fœmoralia hi qui in via diriguntur de vestiario accipiant: quæ reuertentes lota ibi restituant. Et cucullę & tunicæ sint aliquanto iis quas habere soliti sunt meliores: quas exeuntes in viam accipiant de vestiario, & reuertentes lotas ibi restituant. Stramenta autẽ lectorũ sufficiant, Matta, Sagum, Lena & Capitale. Quæ tamen lecta frequenter ab Abbate scrutanda sunt;

propter opus peculiare, ne inueniatur. Et si cui inuétum fuerit quod ab Abbate non acceperit, grauissime disciplinæ subiaceat. Et vt hoc vitium peculiaris radicitus amputetur, dẽtur ab Abbate omnia quæ sunt necessaria: Id est, cucullа, tunica, pedules, caligæ, bracile, cultellus, graphium, acus, mappula, tabulæ: vt omnis auferatur necessitatis excusatio. A quo tamen Abbate semper consideretur illa sentẽtia Actuũ Apostolorum: *quia dabatur singulis, prout cuique opus erat.* Ita ergo & Abbas consideret infirmitates indigentium, non malam voluntatem inuidentium. In omnibus tamen iudiciis suis, Dei retributionem cogitet.

Act. 4.

CAPVT LVI.

De Mensa Abbatis.

MEnsa Abbatis cum Hospitibus & Peregrinis sit semper. Quoties tamen minus sunt Hospites, quos vult de Fratribus vocare, in ipsius sit potestate. Seniorum autem vnum, aut duos, semper cum Fratribus dimittẽdos procuret, propter disciplinam.

CAPVT LVII.

De Artificibus Monasterij.

ARtifices, si sunt in Monasterio, cum omni humilitate & reuerentia faciant ipsas artes: si tamen iusserit Abbas. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suæ, eo quod videatur aliquid conferre Monasterio: hic talis euellatur ab ipsa arte, & denuo per eam non transeat: nisi forte humiliato ei iterum Abbas iubeat. Si quid vero ex operibus artificum venundandum est, videant ipsi, per quorum manus transigenda sunt: ne aliquam fraudem præsumant inferre. Memorentur Ananiæ & Saphiræ: ne forte mortem quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti vel omnes qui aliquam fraudem de rebus Monasterij fecerint in anima patiantur. In ipsis autem pretiis, non subrepat auaritiæ malum: sed semper aliquantulum vilius detur quàm à sæcularibus datur, vt in omnibus glorificetur Deus.

Act. 5.

CAPVT LVIII.

De disciplina suscipiendorum fratrum.

NOuiter veniens quis ad conuersionem, non ei facilis tribuatur ingressus: sed sicut ait Apostolus, *probate spiritus, si ex Deo sunt.*

Ioan. 4.

Ergo si veniens, perseuerauerit pulsans, & illatas sibi iniurias & difficultatem ingressus post quatuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare, & persistere petitioni suæ, annuatur ei ingressus: & sit in cella hospitum paucis diebus. Postea autem sit in cella nouitiorum, vbi meditetur, manducet, & dormiat. Et senior ei talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas: qui super eum omnino curiose intendat, & solicitus sit, si vere Deum quærat si solicitus est ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædicentur ei omnia dura & aspera per quæ itur ad Deum. Et si promiserit de stabilitate sua perseuerantiam, post duorum mensium circulum legatur ei hęc regula per ordinem, & dicatur ei. Ecce lex, sub qua militare vis. Si potes obseruare, ingredere: si vero nõ potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam nouitiorum: & iterum probetur in omni patientia. Et post sex mensium circulum relegatur ei regula, vt sciat, ad quid ingreditur.

Et si adhuc stat, post quatuor menses iterum legatur ei hæc eadem regula. Et si habita secum deliberatione, promiserit se omnia custodire, & cuncta sibi imperata seruare, tunc suscipiatur in congregatione, sciens lege regulæ constitutum, quod ei ex illa die non liceat de monasterio egredi, nec collum excutere de subiugo regulæ, quam sub tam morosa deliberatione licuit recusare aut suscipere. Suscipiendus autem, in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua, & conuersione morum suorum, & obedientia coram Deo & sanctis eius, vt si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat, quem irridet.

De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen sanctorum, quorum reliquię ibi sunt, & Abbatis pręsentis. Quam petitionem manu sua scribat, aut certe si non scit literas alter ab eo rogatus scribat: & ille nouitius signum faciat, & manu sua eam super altare ponat. Quam dum posuerit, incipiat ipse nouitius mox hunc versum: *Suscipe me Domine, secundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea.* Quem versum omnis congregatio tertio respondeat, adiungentes, Gloria Patri. Tunc ipse frater nouitius prosternatur singulorum pedibus, vt orent pro eo: & iam ex illa die in congregatione reputetur.

Psal. 118.

Res, si quas habet, aut erogет prius pauperibus, aut facta solenniter donatione, conferat monasterio, nihil sibi reseruans ex omnibus: quippe qui ex illo die nec proprij corporis potestatem se habiturum sciat. Mox ergo in oratorio exuatur rebus propriis, quibus vestitus est, & induatur rebus monasterij. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conseruanda: vt, si aliquando, suadente diabolo, consenserit vt egrediatur de monasterio, (quod absit) tunc exutus rebus monasterij projiciatur. Illam tamen petitionem eius, quam desuper altare Abbas tulit non recipiat: sed in monasterio reseruetur.

CAPVT LIX.

De filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.

SI quis forte de nobilibus offert filium suũ Deo in Monasterio, si ipse puer minori ætate est, Parentes eius faciant petitionem, quam supradiximus. Et cum oblatione, ipsam petitionem, & manum pueri inuoluant in palla altaris, & sic eum offerant. De rebus autem suis, aut in præsenti petitione promittãt sub iureiurando, quia nunquam per se, nunquam per suspectam personam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occasionem habendi. Vel certe si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemosynam Monasterio, pro mercede sua, faciant ex rebus, quas dare volunt Monasterio donationem, reseruato sibi, si ita voluerint vsufructuario. Atque ita omnia obstruantur, vt nulla suspitio remaneat puero, per quam deceptus perire possit (quod absit) quod experimento didicimus. Similiter autem, & pauperiores faciant. Qui vero ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant, cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

CAPVT LX.

De Sacerdotibus, qui voluerint in Monasterio habitare.

SI quis de ordine Sacerdotum in Monasterio se suscipi rogauerit, nõ quidem ei citius assentiatur: tamen si omnino perstiterit in hac petitione, sciat se omnem Regulę disciplinam seruaturum, nec aliquid ei relaxabitur, vt sit sicut scriptum est. *Amice ad quid venisti?* Concedatur ei tamen post Abbatem stare, & benedicere, aut Missas tenere, si tamen iusserit ei Abbas, sin alias, nullatenus aliqua præsumat, sciens se disciplinæ Regulari subditum, & magis humilitatis exempla

Matth. 16.

exempla omnibus det. Si forte ordinationis, aut alicuius rei causa fuerit in Monasterio illum locum attendat quando ingressus est in Monasterium, non illum qui ei pro reuerentia Sacerdotij concessus est. Clericorum autem, si quis eodem desiderio Monasterio sociari voluerit, loco mediocri collocetur. Et ipse tamen si promittit de obseruatione Regulæ, vel propria stabilitate.

CAPVT LXI.

De Monachis peregrinis, qualiter suscipiantur.

SI quis Monachus peregrinus de longinquis Prouinciis superuenerit, si pro Hospite voluerit habitare in Monasterio, & contentus fuerit consuetudine loci, quam inuenerit, & non forte superfluitate sua perturbat Monasterium, sed simpliciter contentus est, quod inuenerit: suscipiatur quanto tempore cupit. Si qua tamen rationabiliter & cum humilitate charitatis reprehendit, aut ostẽdit, tractet Abbas prudenter, ne forte eum propter hoc ipsum Dominus direxerit. Si vero postea voluerit stabilitatem suam firmare non renuatur talis voluntas: & maxime, quia tẽpore hospitalitatis potuit eius vita dignosci. Quod si superfluus, aut vitiosus inuentus fuerit tẽpore hospitalitatis, non solum non debet sociari corpori Monasterij, verum etiam dicatur ei honeste vt discedat: ne eius miseria etiam alij vitientur. Quod si non fuerit talis, qui mereatur proijci, non solum si petierit suscipiatur Congregationi sociandus, verum etiam suadeatur, vt stet, vt eius exemplo alij erudiantur: Et quia in omni loco vni Domino seruitur, & vni Regi militatur. Quem etiam si talem esse perspexerit Abbas, liceat eum in superiore aliquãtulum constituere loco. Non solum autem Monachum, sed etiam de supradictis gradibus, Sacerdotum, vel Clericorum stabilire potest Abbas in maiori quam ingrediuntur loco, si eorum talem prospexerit esse vitam. Caueat autem Abbas, ne aliquãdo de alio noto Monasterio Monachum ad habitandum suscipiat, sine consensu Abbatis eius, aut literis commendatitiis, quia scriptum est: *quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.*

10 q. 1. Monachum & 18 q. 2. Abbate.

Matth. 7. Tob. 4.

CAPVT LXII.

De Sacerdotibus Monasterij.

SI quis Abbas sibi Presbyterum, vel Diaconem ordinare petierit, de suis eligat, qui dignus sit Sacerdotio fungi. Ordinatus autem caueat elationem aut superbiam. Nec quicquam præsumat, nisi quod ei ab Abbate præcipitur: Sciens se multo magis disciplinæ Regulari subditum. Nec occasione Sacerdotij obliuiscatur Regulæ obedientiam, & disciplinã: sed magis, ac magis in Domino proficiat. Locum vero illum semper attẽdat, quo ingressus est Monasterium, prætер officium altaris, & si forte electio Congregationis, & voluntas Abbatis pro vitæ merito eum promouere voluerit: Qui tamen regulam à Decanis, vel Præpositis constitutam sibi seruandam sciat: quod si aliter præsumpserit, non vt Sacerdos, sed vt rebellis iudicetur. Et sæpe admonitus, si non correxerit, etiã Episcopus adhibeatur in testimonium. Quod si nec sic emendauerit, clarescentibus culpis, proijciatur de Monasterio: si tamen talis fuerit eius contumacia, vt subdi aut obedire Regulæ nolit.

CAPVT LXIII.

De ordine congregationis.

ORdines suos in Monasterio ita conseruent, vt conuersionis tempus & vitæ meritum discernit, vtque Abbas constituerit. Qui Abbas non turbet gregem sibi commissum, nec quasi libera vtens potestate, iniuste disponat aliquid: sed cogitet semper, quia de omnibus iudiciis & operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines quos cõstituerit, vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedãt ad pacem, ad cõmunionem, ad Psalmum imponendum, in choro standum. Et in omnibus omnino locis ætas non discernatur in ordine, nec præiudicet: quia Samuel & Daniel pueri presbyteros iudicauerunt. Ergo exceptis his, quos, vt diximus, altiori consilio Abbas prætulerit, vel degradauerit certis ex causis, reliqui omnes vt conuertuntur, ita sint: vt verbi gratia, qui secunda hora diei venerit in Monasterium, iuniorem se nouerit illius esse, qui prima hora venit diei, cuiuslibet ætatis aut dignitatis sit. Pueris vero per omnia ab omnibus disciplina teneatur. Iuniores igitur, priores suos honorent priores, iuniores suos diligant. In ipsa autem appellatione nominum, nulli liceat alium puro nomine appellare: sed priores, iuniores suos fratres nominent: Iuniores autẽ priores suos Nonnos vocent: quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem, quia vices Christi agere creditur, domnus & Abbas vocetur: non sua assumptione, sed honore & amore Christi. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, vt dignus sit tali honore. Vbicunque autem sibi obuiant fratres, iunior à Priore benedictionem petat. Transeunte maiore minor surgat, & det ei locum sedendi. Nec præsumat iunior consedere, nisi ei præcipiat senior suus. vt fiat quod scriptum est: *Honore inuicem præuenientes.* Pueri paruuli, vel adolescentes in oratorio vel ad mensas, cum disciplina ordines suos consequantur. Foris autem vel vbi vbi, custodiam habeant & disciplinam, vsquadum ad intelligibilem ætatem perueniant.

1. Reg. 7. Dan. 13

Rom. 12.

CAPVT LXIV.

De ordinando Abbate.

IN Abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, vt hic constituatur, quem sibi omnis cõcors congregatio secundum timorem Dei, siue etiam pars quamuis parua congregationis saniori cõsilio elegerit. Vitæ autem merito, & sapiẽtiæ doctrina eligatur, qui ordinandus est, etiam si vltimus fuerit in ordine cõgregationis. Quod si etiam omnis congregatio vitiis suis (quod quidem absit) consentientem personã pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiã Episcopi (ad cuius Diœcesim pertinet ille locus) vel Abbatibus, aut vicinis Christianis claruerint, prohibeant prauorum præualere consensum, & domui Dei dignum constituant dispensatorem: scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud caste & zelo Dei faciant, sicut è diuerso peccatum si negligãt. Ordinatus autem Abbas, cogitet semper quale onus suscepit, & cui redditurus est rationem villicationis suæ. Sciatque sibi oportere prodesse magis, quam præesse. Oportet ergo eum esse doctũ lege diuina, vt sciat sit vnde proferat noua & vetera. Castum, sobrium, misericordem, & semper superexaltantem misericordiam iudicio, vt idem ipse consequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas. Suamque fragilitatẽ semper suspectus sit: memineritque calamum quassatum non conterẽdum. In quibus non dicimus, vt permittat nutriri vitia, sed prudẽter & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire, sicut iam diximus, & studeat plus amari, quam timeri. Non sit turbulentus & anxius, non sit nimius & obstinatus, non sit zelotypus & nimis suspitiosus, quia nunquam requiescet. In ipsis impetus suis sit prouidus & consideratus, siue secundum Deum, siue secundum seculum sint. Opera quæ iniungit, discernat & temperet, cogitans discretionem sancti Iacob, dicentis: Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, mo-

rientur cuncti vna die. Hęc ergo aliaque testimonia discretionis matris virtutum sumens, sic omnia temperat: vt & fortes sint qui cupiant, & infirmi non refugiant. Et præcipue, vt præsentem regulam in omnibus conseruet, vt dum bene ministrauerit audiat à Domino, quod seruus bonus qui erogauit triticum conseruis suis in tempore suo. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

CAPVT LXV.

De Præposito Monasterij.

SÆpius quidem contingit, vt per ordinationem Præpositi scandala grauia in Monasteriis oriantur: Dum sint aliqui maligno spiritu superbiæ inflati, qui æstimantes se secundos Abbates esse, assumentes sibi tyrannidem scandala nutriunt, & dissensiones in Congregatione faciunt, & maxime in illis locis, vbi ab eodem Sacerdote, vel ab eisdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipsis etiam & Præpositus ordinatur. Quod quam sit absurdum facile aduertitur: quia ab ipso initio ordinationis materia ei datur superbiendi: dum ei suggeritur à cogitationibus suis, exutum eum esse à potestate Abbatis sui, quia ab ipsis est ordinatus, à quibus & Abbas, Hinc suscitantur inuidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, dissensiones, exordinationes. Et dum contraria sibi inuicem Abbas præpositusque sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari. Et ij, qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus eunt in perditionem. Cuius periculi malum illos respicit in capite, qui talis inordinationis se fecerunt authores.

Ideoque nos præuidemus expedire propter pacis charitatisque custodiam, in Abbatis pẽdere arbitrio ordinationem Monasterij sui. Et si potest fieri, per Decanos ordinetur, vt antea disposuimus, omnis vtilitas Monasterij, prout Abbas disposuerit: vt dum pluribus committitur, vnus non superbiat. Quod si aut locus expetit, aut Congregatio petierit, rationabiliter cum humilitate, & Abbas iudicauerit expedire, quemcunque elegerit Abbas, cum consilio Fratrum timentium Deum, ordinet ipse sibi Præpositũ. Qui tamen Præpositus illa agat cum reuerentia quæ ab Abbate suo ei iniuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens: quia quãto prælatus est cæteris, tanto eum oportet solicitius obseruare præcepta Regulæ. Qui Præpositus, si repertus fuerit vitiosus, aut elatione deceptus superbiæ, aut contemptor S. Regulæ fuerit comprobatus, admoneatur verbis, vsque quater si non emendauerit adhibeatur ei correctio disciplinæ regularis. Quod si neque sic correxerit, tunc deijciatur de ordine Præposituræ: & alius qui dignus est, in loco eius subrogetur. Quod si & postea in congregatione quietus & obediens non fuerit, etiam de Monasterio expellatur. Cogitet tamen Abbas se de omnibus iudiciis suis Deo redditurum rationem; ne forte inuidię aut zeli flamma vrat animam suam.

CAPVT LXVI.

De Ostiario Monasterii.

AD portam Monasterij ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum & reddere: cuius maturitas eum non sinat vagari. Qui Portarius Cellam debet habere iuxta portam: vt venientes semper præsentem inueniant, à quo responsum accipiant. Et mox vt aliquis pulsauerit aut pauper clamauerit Deo Gratias, respondeat, aut Benedicat: & cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinantes, cum feruore charitatis. Qui Portarius si indiget solatio, iuniorem Fratrem accipiat. Monasterium autem si possit fieri ita debet construi: vt omnia necessaria, id est aqua, Molendinum, Hortus, Pistrinum, vel artes diuersæ, intra Monasterium exerceãtur, vt non sit necessitas Monachis vagandi foras: quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem Regulam, sæpius volumus in Congregatione legi: ne quis Fratrum de ignorantia se excuset.

CAPVT LXVII.

De Fratribus in via directis.

DIrigendi Fratres in via, omnium Fratrum, vel Abbatis orationi se commendent: & semper Orationem vltimam Operis Dei commemoratio omnium absentium fiat. Reuertentes autem de via Fratres ipso die quo redeunt per omnes Canonicas horas dum expletur Opus Dei prostrati solo Oratorij ab omnibus petant Orationem, propter excessus: ne quid forte subripuerit in via visus, aut auditus malæ rei, aut otiosi sermonis. Nec præsumat quisquam aliis referre quæcunque foris Monasterium viderit aut audierit: quia plurima destructio est. Quod si quis præsumpserit, vindictę regulari subiaceat. Similiter & qui præsumpserit Claustra Monasterij egredi, vel quocunque ire, vel quippiam quamuis parum sine Abbatis iussione facere.

CAPVT LXVIII.

Si Fratri impossibilia iniungantur.

SI cui Fratri aliqua forte grauia aut impossibilia iniunguntur, suscipiat quidem iubentis imperiũ, cum omni mansuetudine & obediẽtia. Quod si omnino virium suarum mensuram viderit pondus excedere: impossibilitatis suæ causas ei qui sibi præest patienter & opportune suggerat, non superbiendo aut resistendo, vel contradicendo. Quod si post suggestionem suam in sua sententia Prioris imperium perdurauerit: sciat iunior ita sibi expedire, & ex charitate confidens de adiutorio Dei obediat.

CAPVT LXIX.

Vt in monasterio non præsumat alter alterum defendere.

SVmmopere præcauendum est, ne quauis occasione præsumat alter alterum defendere Monachum in Monasterio, aut quasi tueri: etiam si qualibet consanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id à Monachis præsumatur: quia exinde grauissima occasio scandalorum oriri potest. Quod si quis, hæc transgressus fuerit, acrius coërceatur.

CAPVT LXX.

Vt non præsumat quisquam aliquem passim cædere, aut excommunicare.

VT vitetur in Monasterio omnis præsumptionis occasio, Ordinamus atque constituimus, vt nulli liceat quenquam Fratrum suorum excommunicare aut cædere: nisi cui potestas ab Abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur: vt cęteri metum habeant. Infantibus vero vsque ad quintum decimum annum ætatis disciplinæ diligentia sit, & custodia adhibeatur ab omnibus. Sed & hoc cum omni mensura, & ratione. Nam in fortiori ętate qui præsumpserit aliquatenus sine

præcepto

præcepto Abbatis, vel in ipsis infantibus sine discre- A
tione exarserit disciplinæ Regulari subiaceat: quia scriptum est: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

CAPVT LXXI.

Vt obedientes sint sibi inuicem Fratres.

OBedientiæ bonum non solum Abbati exhibendum est ab omnibus: sed etiam sibi inuicem ita obediant Fratres, scientes se per hanc obedientiæ viam ituros ad Deum. Præmisso ergo Abbatis, aut Præpositorum qui ab eo constituuntur imperio (cui non permittimus priuata imperia præponi) De cætero omnes iuniores Prioribus suis omni charitate & sollicitudine obediant. Quod si quis contentio- B sus reperitur corripiatur. Si quis autem Frater pro quauis minima causa, ab Abbate vel à quocunque Priore suo corripiatur quolibet modo, vel si leuiter senserit animum Prioris cuiuscunque contra se iratum vel commotum quamuis modice, mox sine mora tandiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens vsque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod si quis contempserit facere, aut corporali vindictæ subiaceat: aut si contumax fuerit, de Monasterio expellatur.

CAPVT LXXII.

De zelo bono, quem debent habere Monachi.

C SIcut est zelus amaritudinis malus, qui separat à Deo, & ducit ad infernum: ita est zelus bonus, qui separat à vitiis & ducit ad Deum & ad vitã æternam. Hunc ergo zelum feruentissimo amore exerceant Monachi: id est vt honore se inuicem præueniant. Infirmitates suas siue corporum siue morum patientissime tolerent: obedientiam sibi certatim impendant. Nullus quod sibi vtile iudicat sequatur, sed quod magis alij. Charitatem Fraternitatis casto impendant amore. Deum timeant: Abbatem suum sincere, & humili charitate diligant. Christo omnino nihil præponant, qui nos pariter ad vitam æternam perducat. Amen.

CAPVT LXXIII. D

De eo quod non omnis obseruatio iustitia in hac sit regula constituta.

REgulam autem hanc descripsimus, vt eam obseruantes in monasteriis, aliquatenus vel honestatem morum aut initium conuersationis nos demonstremus habere. Cæterum ad perfectionem qui tendit, sunt doctrinę sanctorum Patrum: quarũ obseruatio perducit hominem ad celsitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis sermo diuinæ authoritatis veteris ac noui Testamenti, non est rectissima norma vitæ humanę? Aut quis liber sanctorum catholicorum Patrum hoc non resonat, vt recto cursu perueniamus ad creatorem nostrũ? Nec E non, & collationes patrum, & instituta, & vita eorũ, sed & regula S. Patris nostri Basilij, quid aliud sunt, nisi bene viuentium & obedientium monachorum exempla & instrumenta virtutum? nobis autem desidiosis & male viuentibus atque negligentibus rubor confusionis est. Quisquis ergo ad patriam cœlestem festinas, hanc minimam inchoationis regulam descriptam adiuuante Christo perfice: & tunc demum ad maiora, quæ supra commemorauimus, doctrinæ virtutumque culmina Deo protegente peruenies. Facientibus hæc regna patebunt superna, Amen.

A

S. GREGORIVS ROMANVS PP. huius nominis primus, de approbatione regulæ sanctissimi Patris Benedicti: ex priuilegio monasterio Sublacensi concesso.

EGo Gregorius S. Romanæ Ecclesiæ Præsul; scripsi vitam B. Benedicti: & legi regulam, quam ipse Sanctus manu propria scripsit. Laudaui eam: & confirmaui in sancta Synodo: & per diuersas partes B Italiæ, & vbicunque Latinæ literæ legerentur, præcepi vt diligentissime obseruarent quicunque ad conuersionis gratiam accessuri essent, vsque in finem mundi. Et confirmo duodecim monasteria, quæ ipse Sanctus construxit.

AD PIVM LECTOREM

PRÆFATIO.

NE cuipiam insolentia dubiaque viderentur hæc refricata antiquitatis Benedictina monumenta, tria præmonitum Lectorem velim. C *Primum S. Patrem Benedictum, inter cætera miracula quibus in mundo floruit, doctrina quoque verbo non mediocriter falsisse, vt refert vitæ ipsius scriptor clarissimus ac fide dignissimus S. Gregorius: qui in 2. Dialogorum libro (qui totus est de vita S. patris) passim multis in locis idem indicat: cum ait, S. patrem scripsisse regulam discretione præcipuam, sermone luculentam: deinde ingentem Paganorum multitudinem, destructa Apollinis ara, per eum conuersam: & eius gratia multos ad pietatis gratiam, à bestiali mente mutatos. Denique plurimos ei in eremo cibos corporis deferentes, ab eius ore, in suo pectore alimenta vitæ retulisse: quæ causa fortassis fuerit, propter quam S. Odo Cluniacensis monasterij Abbas sanctissimus, in sermone quem de S. Benedicto composuit, eum modo lucernam ardentem, modo stellam, modo Solem nuncupat: quia,* D *inquit, verbo simul ac exemplo, suis lucebat & alienis. Alterum est, Diuum Gregorium vitæ S. Benedicti scriptorem, pauca multorum de eius vita & doctrina mirabilis scripsisse, & plurima studiose prætermisisse, metu nimiæ prolixitatis, & quia vt idem ipse ibidem testatur, ad aliorum sanctorum gesta voluenda festinabat. Vltimum est, veritatem temporis filiam, vt dicta est ab antiquis, sic à Neotericis passim agnosci, qui quidem ea opera quæ primo aspectu adulterina suspicarunt, successu temporis (die nimirum diei verbum eructante; & nocte nocti scientiam indicante) germana agnouerunt & comprobarunt, dum multa olim omissa, antiquorum patrum scriptis de nouo addiderunt. Quorum motus exemplo & pio zelo, ac proborum quorundam* E *fratrum consilio impulsus, paucula hæc opuscula (quæ pro fouendo in nostrum legislatorem pio affectu in his aliis collegeram & apud antiquos & fide dignos auctores passim legendo genuina probaram) prælo mandanda curaui, memor præcepti dominici quo iubemur cum Apostolis, colligere quæ superauerunt fragmenta pietatis: ne nimia vetustate sopulta, pereant aut corrumpantur.*

EPISTOLA S. BENEDICTI. ad S. Remigium Rhemorum Antistitem missa.

Dominico Sacerdoti Remigio, frater & conseruus in Christo Iesu, cœnobialis vitæ humilis cultor Benedictus, æternæ benedictionis munus.

SAnctissimo tuo congratulans profectui (sacerdos regis summi) quia summi capitis membra sumus, quod mihi deesse sentio in me, totum (laus Deo) possidere me credo in te. Ecce quod mea peccata fieri prohibuerunt, tuæ auctoritatis sacerdotalia habent meritá: & desinant amodo circa me rumores hominum; cum apud te constet omnium esse perfectionem virtutum. Hanc captiuam & ab antiquo hoste obsessam, tuæ delego celsitudini; quatenus pro eius liberatione sacram hostiam offerre Deo debeas, & meam praoitarem, victoria ipsa non minimum lętifices. Vale sacerdotom Christi lepidissime calcule.

Cum vero signatis literis, idem hospitibus valefaceres, proprium nuncium cum illis in Galliam destinauit, qui beato Remigio tanta humilitatis munus offerret. Cumque Remensium vrbem intrarent, & sanctus domini Pontifex tanti patris apices prouidisset, lachrymis vberrimis profusus in has verba prosiliuit. Gratias tibi Christe redemptor clementissime, qui nostra tempora tanta sublimasti gloria, vt in speciali famulo tuo Benedicto, tota te per orbem magnificet Ecclesia. *Surrexitque continuo gloriosus Archimandrita Remigius, & episcopali se infula more solito trabeauit: atque oblaturus Deo sacrificium, ecclesiam concitus intrauit. Cumque miserabilis illa parentum solatio in Ecclesiam venisset, versipellis vafer ille, per os puellæ hæc verba inuitus protulit. O sacerdos Remigi, noli aduersus Benedictum gloriari: quia non per tuum imperium, sed per eius humilitatem exire cogor: his dictis liberata est mulier: & omnes qui audierunt dederunt gloriam Deo, qui est mirabilis in sanctis suis & benedictus in secula.*

Epistolam hanc vna cum miraculo in fine epistolæ contento, affert Hincmarus Rhemensis Antistes, successor sancti Remigij & vitæ ipsius scriptor antiquissimus: florebat siquidem tempore Caroli magni ante annos octingentos. Et quamuis in testamento S. Remigij quod est apud Brissonium in suis formulis, ipse miraculum istud sibi ascribat de curata filia cuiusdã nobilis nomine Benedicti, non abnuimus: multis siquidem potest ascribi miraculum illud, primo quidem & præcipue Missæ sacrificio, secundo sancti Remigij ardentissimis precibus, tertio & humilitati sancti Benedicti, quam mirum quantum præ se fert tota hæc epistola, vt & tota vita & doctrina ipsius. Quod si adhuc irrepsisse hac in re errorē ob similitudinem nominis, Benedicti suspiceris, cur non potius arrideat coniectura opposita; fuisse scilicet horū nominum conuenientiam occasionem aptissimam sancto Remigio agnoscendi diui Benedicti, cuius sanctitatis fama vndique volabat; maxime autem in Gallia nostra per sanctum Romanum qui sancto patri sanctæ conuersationis habitum dederat: cuo cum esset dictum diuinitus, vt illis parceret locis; quia alter amicus aderat, in Galliam venerat: vbi monasterium Fons Regis nominatum ædificabat in territorio Antissiodorensi, tempore quo sanctus Maurus in Galliam venit teste Adrenaldo Floriacensi qui florebat anno 890. lib. 1. de miraculis S. Benedicti cap. 8. Eandem epistolam affert Appendix Chronici Cassinensis, & Arnoldus Vuion ligni vitæ lib. 1. qui & ait eã sæpe diuersis in locis impressam, eam vidi excusam vna cũ regula & ipsius explicatione facta per Cardinalem Turrecremata, anno 1517.

SERMO SANCTI BENEDICTI, in morte S. Placidi.

SIcut patris est gaudere in suorum profectibus filiorum, ita & filiorum est, augmentum patris sua lucra reputare. Quapropter nouetitis dulcissimum & amantissimum filium meum Placidum, martyriali trabea adornatum, migrasse ad Dominum. Iam enim meis interioribus oculis, eius immaculatam hostiam & Deo beneplacentem deduxi in alta cœlorũ. Hunc nempe, quo illum à patre suo suscepi, memineram esse mortalem, nec fefellit opinio. Nunc non est quod conquerar, habeo in quo Deo gratiam agam: quia semper optaui, vt de fructu cordis mei omnipotenti Deo sacrificium offerretur. Nihil enim hoc sacrificio habui pretiosius, nihil amabilius, nihil charius: Elegit namque Placidus pro Christo momentaneam mortem: & peruenit ad eum, in cœlesti solio ad dexteram patris regnantem. Ob id enim Christus pro omnibus mortuus est, vt nos non nobis, sed Christo viueremus. Grates autem omnium refero redẽptori, quia ingratus esse non possum. Congaudendũ enim mihi est, quod talem discipulum habuerim, non dolendum quod amiserim. Nam illud munus fuit, hoc debitum est, functus sum famulatu Placidi discipuli mei quandiu Deus voluit: & post, qui dedit, recepit. Quod naturæ communis fuit, Placidus pro Christo posuit, & quod singularis est gratiæ meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum filium meum ereptũ: cum ob salutem nostram Deus filio suo non parcens, pro nobis omnibus tradidit illum? Quis vnquã exceptus est à conditione moriendi, qui non est exceptus à conditione nascendi? Non ergo Placidum defleam filium, quem scio transisse de morte ad vitam. In illius namque morte gaudendum est, nõ dolendum: quia illam pro veritate gustauit. Nam cur ego te Placide fili charissime defleam, qui mihi sic ereptus es, vt omnium esses? Non enim perdidisti vsum naturæ: sed commutasti, ante corpore separabilis à Deo existens, nunc indiuiduus cum Deo permanens: felicia verba quę in te expendi! felices labores quos in te sustinui! dum viueres mecum, non te Tertulli patricij patris tui amor à me diuellere potuit: nec ipse mihi vnquam partem prætulisti, vsquequo ad ęternam vitam migrasti.

Sermonem istum videre potes apud Surium tomo 7. in vita S. Placidi quæ adscribitur Cardiano S. Benedicti discipulo, eundem affert appendix Chronici Cassinensis in fine epistolæ missæ à Siculis ad S. Benedictum & citatur ab Arnoldo Vuion lib. 2. ligni vitæ cap. 1. Coniecturam probabilem facit eum esse S. Benedicti, vltra supradictas auctoritates, conuenientia styli illius cum stylo sermonis sequentis habiti in discessu S. Mauri qui à multis auctoribus antiquis D. Benedicto adscribitur.

SERMO S. BENEDICTI, HABITVS in discessu S. Mauri & sociorum.

SI tristandum (dilectissimi Patres ac filij) pro tali esset negotio: mihi magis quam vobis in hoc esset mœrendum, qui quorum ad præsens, magnis videor destitui solatiis. Sed quia dicente Apostolo charitas benigna est, benignitatem charitatis nostræ, omnimodis impendere debemus his quos aliquo modo ea indigere cognoscimus: nec nostra tantum, quantũ aliena quærere. Quapropter vos amoris paterni sollicitudine, à fletib. & mœrore temperare deposcimus: quia potens est Deus, meliores nobis post huius depositionem corporis huic sanctæ immittere

congregationi: quorum meritis & exemplis, longe præstantius quam nostris, ædificemini. Sed & illud summopere nobis procurandum est: ne versutia antiqui hostis, vnde aliis salus acquiritur, inde nobis tristitiæ malo, detrimentum in aliquo ingeratur Nos etenim quos vnitatis semel in sancta charitate iunxit concordia, nunquam vel longissima terrarum diuident spatia: quoniam semper interioris hominis aspectu, qui renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum, nos quoad vixerimus tempore inuicem intuebimur.

Post quæ verba, D. Maurum & socios sic effatus est, Nos autem fratres charissimi, quos ad opus Domini construendum, ad illas dirigimus partes, viriliter agite & confortetur cor vestrum in sancto proposito & religione: proculdubio scientes: quia quanto austeriora, causa salutis aliorum, in huius via sæculi pertuleritis, tanto maiora à Deo recipietis cælestiũ gaudia præmiorum. Nec vos vllo modo resolutio huius nostri mœstificet corpusculi: quoniam præsentior vobis ero carnis deposito onere, vestrique per Dei gratiam cooperator existam assiduus.

Melius confirmari non potest sermo iste quam testimonio occulati simul & auriti testis, scilicet B. Fausti S. P. discipuli, ad quem & alios tres socios tendebant vltima verba huius sermonis: venit enim in Galliam, vna cum B. Mauro: post cuius obitum, à fratribus Romam aduocatus, & scribens iussu summi Pontificis vitam sancti Mauri, hæc ipsa verba sancto Benedicto adscribit: Sequitur sanctum Faustum Adrinaldus Floriacẽsis author antiquissimus (florebat siquidem anno 8.0.) lib. 1. de miraculis sancti Benedicti cap. 6. Sãctus Faustus (inquit) vitam beati Mauri composuit ex quo opere nos quoque hæc quæ scripsimus mutuauimus *& immediate postea subiungit istum sermonem vna cum epistola ad sanctum Maurum missa. Vide Surium tomo 1. & Arnoldum Vuion ligni vita lib. 1. capite 1. Denique huius sermonis veritatem videntur valde stabilire cum verba illa sancti Mauri quibus sanctũ Romanum de obitu sancti Benedicti consolatur apud scriptorem antiquissimum vitæ sancti Romani in Bibliotheca Floriacensi, tum versus isti P. Damiani S. R. E. Cardinalis, vbi de laudibus montis Cassini, his verbis:*

Si cecidit Synai mons qui legem dedit olim.
Quod perisse tamen sua mœnia credere nolim.
Regula namque manet digitis descripta sacratis
Tradita discipulis Mauro Placidoque beatis.
Si rex Antiochus ex auro vendidit aram
Lego labore nouem Macchabæus restruet aram
Lator ait legis, vobis præsentior adsum.

Post mortem, quam nunc dicam clamantibus, adsum. Citat Arnold. Vuion in martyrologio suo ad diem S. Mauri.

EPISTOLA SANCTI BENEDICTI ad sanctum Maurum missa.

ACcipe dilectissime extrema institutoris tui dona: quæ & longum nostrum testentur amorem, & tibi ac commilitonibus tuis contra omnium perpetim munimem præbeant impedimenta malorum. Post expletã enim rotam trinam vicenorum annorum decursionem, ex quo monasterialem adisti perfectionem, in gaudium Domini tui es introducendus: vt nobis hesterno die, postquam à nobis digressus es, Dominus ostendere dignatus. Prædico etiam tibi, moram vos in eundo esse passuros, ac cum difficultate habilem locum inuenturos, pro his quæ & Deo ordinante perficientur, & quæ inimicus humani generis, molimine calliditatis suæ in vos concitabit. Nusquam tamen benignitas misericordis Dei vobis deerit: sed potius differendo licet, ac desiderium animi vestri in longum expetiendo, aliorsus quam sperauimus, aptissimam largiri dignabitur metationem. Iamque valeas fœlix in professione, fœlicior futurus in peruentione.

Authores omnes superius citati in not. ad sermonem in discessu S. Mauri habitum, hanc etiam afferunt epistolam adscribuntque S. Benedicto: quos citasse denuo visum est superfluum. Addo solum testimonium Adrenaldi Floriacensis eodem libro quo supra cap. 7. vbi de sanctis Mauro & sociis loquens, sic ait: Profecti itaque à Cœnobio Cassini Epiphaniorum diebus quinta Sabbati haud procul in prædium eiusdem cœnobij ea deueniunt die: susceptique sunt à duobus fratribus quos pridie illinc hac de causa reuerendissimus pater miserat: dumque illic quietis gratia pernoctarent, superueniũt eis nocturnam synaxim agentibus duo fratres, missi à S. Benedicto cum piis muneribus, capsula scilicet reliquiarum ac breui Epistola, &c.

Capsula illa reliquiarum quæ eburnea est, ostenditur apud S. Maurum Fossatensem iuxta Parisios, Epistolam sepultam cum S. Mauro iuxta ipsius desiderium & voluntatem, aliqui testantur.

INCIPIT ORDO QVALITER FRATRIBVS in Monasterio religiose ac studiose conuersari, ac Domino militare oportet.

IN primis nocturnis horis, cum ad opus diuinum de lecto surrexit frater, primum signum *sibi sanctæ crucis imponat*, per inuocationem *sanctæ Trinitatis*: Deinde dicit versum, *Domine labia mea aperies.* Postea Psalmum: *Deus in adiutorium*, cum *Gloria Patri.* Tunc prouideat *sibi frater corporea* necessitatem naturæ, & sic ad oratorium festinet, psallendo Psalmum: *Ad te Domine leuaui animam*, vsque ad finem, cum summa reuerentia & cautela intrans, ne alios orantes impediat: & profectus in locum congruum, effundat preces in conspectu Domini magis corde quam ore: ita vt illius vox vicinior sit Deo quam sibi: & tunc referat gratias Deo, dicendo:

Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui me dignatus es in hac nocte custodire, deprecor immensam clementiam tuam, vt concedas mihi venturum diem sic peragere in tuo seruitio cum humilitate & discretione, quatenus tibi complaceam, Amen.

Tunc omnes sint parati, stantes in loco suo in choro per ordinem, vt cum signum nouissimum cessauerit, cum summa humilitate & honestate, referant laudes Deo in conspectu angelorum: & si forte alicui frequens tussis, aut flegma euenerit ex pectore aut naribus, post dorsum projeiat, aut iuxta latus. Caueat autem curiose, vt infirmis fratribus non vertatur in nauseam; sed semper quod spuitur, pedibus conculcetur: vt dum ad orationem curritur, vestimenta eorum non sordidentur. Quod omnibus locis eis obseruandum, siue sint in Ecclesia, siue in refectorio, siue in porticu, & in omni loco & conuentu, vt quod spuitur pedibus conculcetur.

Post expletionem vero nocturnæ laudis, in illo interuallo, summum silentium fiat, tam in voce, quam in incessu, siue sono alicuius rei: vt liceat vnicuique sine alterius inquietudine, peccata Domino confiteri, & veniam, & remissionem pro ipsis flendo postulare.

Cum vero inchoante aurora diei signum insonuerit, omnes festinent cum humilitate cordis, quasi ad Deum clamantes, ac misericordia sibi placabilem factum, matutinis laudibus prompta volũtate, vocum modulis, nec nimis producte, nec multum correpte,

cum summa grauitate & honestate officium persol- A uere diuinum: ex hac autem matutina laude summum & præcipuum silentium fiat in orando, vel loquendo.

Conuenientes vero fratres ad primam, postquam completum fuerit ipsum officium, ante Psalmum quinquagesimum, donent cõfessiones suas vicissim, pariter supplici voto pro se certatim orantes. Hoc expleto, veniant omnes ad capitulum, & conuersi ad orientem, salutent crucem, & cæteris fratribus se vndique humilient, similiterque faciant in omni conuentu. Post recitata nomina Sanctorum quorũ festa crastina dies excipiet, surgentes pariter, dicant versum: Pretiosa, quem sequatur oratio à Priore: deinde versus: Deus in adiutorium, tribus vicibus, cum Gloria Patri. Surgentes iterum, dicant versum, B Respice Domine in seruos tuos. cum Gloria Patri. Post hunc versum sequatur oratio à Priore, Dirige & sanctificare Domine, &c.

Post hæc, qui culpabilis est veniam postulet, & secundum modum culpæ, vindictam recipiat: & tam in claustro, quam in quolibet conuentu vel loco, veniam postulet frater, ante dominum Abbatem, vel Præpositum, aut Decanum, aut quemlibet de senioribus: cum enim dixerit Senior, quæ est causa, frater ille qui veniam postulat, respondeat, mea culpa Domine; si vero aliud quodcunque dixerit, iudicetur exinde culpabilis. Postea dicatur à domino Abbate, vel cæteris à quibus obedientia est facienda, quidquid est necessarium, & vtile fuerit in communi mo- C nasterij: frater vero qui veniam postulat pro culpa, quanto plus se humiliat & culpabilem asserit, tanto misericordius & leuius à Priore iudicetur: necesse est enim vt omnes negligentias nostras, vel cogitationũ, vel linguę, vel operis, in pręsenti vita, per humilem confessionem & humilitatem semper iudicemus, vt non post mortem nos reos faciant.

Surgentes à capitulo, atque ad opera exeuntes, simul omnes circumstantes dicant versum, *Deus in adiutorium, &c. Gloria Patri*, & orationem Dominicam, flectentes genua. Post orationem dominicã, dicat Prior: *Adiutorium nostrum in nomine Domini.* Et respondentibus omnibus: *Qui fecit cælum & terram.* Vadant omnes simul aut separatim ad opus in- D iunctum sibi, custodientes silentium, decantent Psalmos aut Pater noster, bini aut singuli, iuxta id quod congruum est, nihil aliud loquentes: nisi forte de ipsa arte necessarium fuerit dicere, quod dicatur caute.

Cum ad opus diuinum horis canonicis auditum fuerit signum (sicut continet regula) relinquant statim quidquid in manibus est, sic tamẽ vt non pereat: & tunc conueniant simul omnes ad ostium oratorij, aut certe sint parati ad obedientiam, & dicant versum: *Benedictus es Domine Deus, quia audiuisti me, & consolatus es me*, tribus vicibus Priore incipiente, subiungentes, *Gloria Patri*, flectentes genua: Oratione completa, surgant & dicat Prior *Misereatur nostri* E *omnipotens Deus*, & respondeant omnes, *Amen.*

A Calendis Octobris vsque ad Pascha, tertia hora hoc faciant à Pascha autem vsque ad Calend. Octobris, hoc hora sexta & nona fiat.

Omni tempore, in ecclesia summum silentium teneatur, excepto hoc quod ad aures Dei pertinet: & nullus ex fratribus, alium puro nomine aliquando audeat appellare, sed (sicut decet) seniores, minores suos fratres nominent, iuniores vero, seniores suos Nonnos, quod est paternæ reuerentiæ, Abbas autem Domnus & pater ab omnibus vocetur.

Iuramentum aliud nemo proferat, nisi crede mihi, sicut in Euangelio legimus Dominum Samaritanæ affirmasse: aut certe, aut sane.

Si frater increpetur à Priore qualibet de causa, aut ab alio quolibet, etiam minore, statim cum summa velocitate, in faciem suam cadens veniam postulet: quia hęc humilitas Deo exhibetur non homini, & si ex corde fiat, indulgentiam promerebitur.

Oportet autem ante omnia, vt obedientes sibi inuicem sint, & ipsa obedientia (si recto corde omnino Deo offertur) ipsa est quæ ducit ad vitam: citius enim exauditur vna oratio obedientis, quam decem mille contemnentis.

Cum vero sibi obuiant fratres, vbiq; dicat iunior seniori. Benedicite; si iunior sedeat, transeunte seniore, surgat: & si senior voluerit sedere, iunior non sedeat nisi iussus. Si deprehensus fuerit frater aliquis inuidiam, iram, aut tristitiam in corde retinere, statim corripiatur, vt emendetur, & quot dies hoc confiteri neglexerit, tot dies pœniteat, & si humiliter responderit & pœnitentiam postulauerit, cum venia iudicetur.

Cum autem domnus Abbas, aut certe aliquis ex senioribus, alicui ex fratribus aliquod opus præceperit, suscipiat iunior cum summa honestate iubentis imperium, & sit auris parata ad audiendum ac si diuinitus dicatur, sint pedes recti, manus expeditæ ad faciendum opus, & humiliato capite, dicat. Benedicite.

Egredientes de domo aut de conuentu, dicant. Benedicite, etiamsi solus sit: quia dominus vbique præsens est, vnicuique postulanti paratus reddere rationem.

Si aliquid in cellario, vel refectorio, vel coquina, vel quolibet alio loco frater neglexerit, statim sine vlla mora currat ad veniam postulandam: & si talis est res quam neglexerit, manu teneat, in terram prostratus veniam postulando de eo quod egerit.

Caueant à seculari & superfluo risu, & à frequenti loquutione cum amicis secularibus, si tamen necesse fuerit: vbi aliter esse non poterit, non loquatur quisquam solus cum seculari, nisi præsentibus & audientibus aliis fratribus, de quorum fide certa sit fiducia: & hoc maxime in iuuenibus obseruetur: mens enim quæ Deo seruire cupit, secularium loquutionem & conuersationem contemnere & derelinquere debet.

Non vadant iuxta monasterium passim vbicunque voluerint, nisi obedientia vniuscuiusque exigat, vel licentiam impetrauerint.

Nullum opus etiamsi bonum videatur, sine iussione agere præsumant, nihil dare aut accipere, sine iussu Abbatis: nec habere proprium, nisi quod Abbas dederit, aut permiserit, non debet aliud vnicuique in cibo, & potu, vel vestimento dari, quam regula præcipit: qui autem plus habere desiderat, occasionem contra se occulti hostis nostri excusare non pertimescit.

Nullus alteri aliquid præteritum, vel turpe peccatum improperet, si senior viderit iuniorem delinquere, corripiat eum inter se & ipsum solum, semel, secundo, & tertio, de leuioribus tantum culpis: quia de grauioribus si contingat aliquid perpetrari, statim secundum regulam emendetur: & qui alium vult castigare, leuiter solidare studeat, secundum qualitatem neglecti quia sæpe fractura membri deterius frangitur, quæ inaute ligatur. Pro immundis vero cogitationibus, & nociuis vel ineptis loquutionibus, semper ad confessionem recurratur: humiliter sibi inuicem respondeant fratres.

Hora canonica audito signo, cito ad oratorium recurratur, & non contendant de aliquo: quod si contigerit, qui prius tacuerit, sapientior reputetur.

Ante horam vel post horam, nihil cibi percipiant: exceptis infirmis & infantibus, quorum imbecillitas à Priore consideranda est.

Non detrahat quis, aut detrahenti consentiat. Pacem

eem inter se femineos fratres, non discordiam sæcularium: fabulæ longè fine ab eis.

Statutis horis, non oegligaot opera manuum agere: quia virtus est animæ & corporis: cæteris autem horis, lectioni vacene: & si fieri potest, in vno loco, aut io claustro sedeant, vt inuicem se videntes coarctentur, & sub silentio legaot, & ne alius ad aliurn iungatur, nisi necessitaa exposcat, id ipsum tamen, sioe inquietudine alterius fiat. Æstiuo tempore vnusquisque ad proprium locum pergat, cum summa cautela, & sine alterius perturbatione aut legat aut dormiat.

Nullus ex fratribus, suum aliquid dicat, aut rem aliqoam, aut membrorum corporis, sed semper nostrum; hoc solum oportet dicere proprium, mea culpa, omnia quæ Deus donat nobis commonia esse debent, excepto peccato; quia ex oostra fragilitate est.

Prooidendum magnopere est, vt iussum domini Abbatis, de quaeumque re impleatur sollicitè, quia hæc eadem obedieotia, si rectè perficitur, non illi ministratur qui præcipit, sed Deo, etsi fortè oegligatur, quod absit, qui deliquerit, ciro recurrat ad indulgentiam postulandam.

Quando in Choro ad psallendom stant, consona voce, & corde psallaot, & illi incipiant versum, qui præ cæteris vtilius possint, vt ad primam vel secundam syllabam cæteri coouenire possint iuuenculi pronunciantea voce.

Ad horam vero refectionis, post expletionem expectent in Ecclesia, psallentes in Choro; cum audierint cymbalum, ordinatè & sine vllo strepitu, festinent, lotis manibus iorroite refectorium, salutantes crucem, versis vultibus ad Orieotem, & sedeant omnes ad mensam, singuli ordine suo, cum omni silentio. Nullusque præsumat quidquam accipere cibi, aut potus, aote domnum Abbatem, ipse autem Abbas non tardet accipere: Cum autem accipiunt panem, dicat frater fratri, Benedicite, & respondeaot: Dominus, & similiter faciant de potu, eum primum biberint de cæteris polmentis quæ sunt in meosa, non est necesse amplius benedictionem petere.

Aotequam iocipiant cibum sumere, petat lectoe benedictionem, & iocipiat legere, & oullus ibi vox audiatur, oisi solius legentis, nisi forte pro ædificatione, aliquid breuius dicatur. Postea vero quidquid pulmeoti, ex coquina mioistrator, qoi ministrat, à nouissimo incipiat, & vsqoe ad domnum Abbatem, ministrando perueniat, & tunc sonent cymbalum tacitè, & dicant fratres: Benedicire, æqua voce, & productè. Data benedictione io commnoi, expectent (sicot iam diximus) vt Abbas prius accipiat, postea singuli dicentes: Beoedicite.

Quando benedicuot cibom, aut potum, aut aliud non sedendo, sed stando benedicant: si autem cum talibus mixtum fuerit, Cellarius facit modice signum ad ministrum, & statim surgant iuuenculi ad misceodum, & lotos calices impleant poto æqua mensura, & stent ordinati, sicut sunt coniuetsi: tunc Cellarius iterum sonet cymbalum tacitè, & dicant fratres vna voce, productè: Benedicite: & data benedictione à Priore, frater iunior, qui dat calicem in manu sedentis, caput inclioet humiliter: cum vero impletom fuerit opus miscendi, inclinet se in circoitu ad omnes fratres sic quoque ad meosas suas. Poma autem, & quælibet nasceotia terræ quæ cruda suot, siue horâ prandij, siue æqoaliter com alio cibo. Io meosa, antequam fratres veniaot aut sedeant, à Cellario voicuique fratri partiantur: & statim post alium cibum, illa ad mensam adiuncta comedantur. Quo expleto statim finiatur lectio, & surgentes à mensa dicto versu, sinister Chorus exeat prior ordinatè, dexter vero posterioe, nooissimè autem domous Abbas, psallentes Psalmum: Miserere mei Deus secundum, &c. distioctè & noo festinanter. Cum iotroierint oratorium, psallentes inclioent se vsque ad Gloriam: Ad Gloriam verò, flectant geoua, & post Orationem Domioicam surgentes, vadant cum silentio, secundum quod tempori congruit.

Post Vesperas autem, hora competenti, facto signo, omoes conueniant in Capitulo, & legatur scriptura quæ ædificet audientes, quantum hora permittit: & finita lectiooe, surgaot omnes pariter, & dicat domnus Abbas: *Adiutorium nostrum in nomine Domini*, & omnes respoodeant: *Qui fecit calum & terram*, & cum silentio & reuerentia intrent ad Completorium, & orent cum intentione mentis, & dent confessiones suas ad alterutrum, & sic incipiant Completorium.

Expleto vero Officio, summum sileotiom teneant: & ore, & corde, fiant orationes secretæ, & recordationes peecatorum, cum gemitu & lachrymis, & fletu; sine suspirio, ita ve alteri oullus oocear: Tunc agat gratias Deo, ita referendo. *Gratias tibi ago omnipotens aterne Deus, qui me per tuam sanctam misericordiam, in hac die custodire dignatus es; deprecor immensam clementiam tuam, vt concedas mihi hanc noctem sine vllo peccato, aut impedimento Sathana, cum dulci & pudica requie pertransire: vt matutino veniente tempore, purè & strenuè surgens, tibi Deo meo laudes referre valeam.* Et sic cum magna cautela, vadant ad dormitorium, & dum ad proprium lectum frater accesserit, dum se collocat, dicat Psalmum: *Deus in adiutorium*, totum Gloria: & posteat dicat versum: *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis*: & sic muniat se sigoo sanctæ crucis, & dormiat in Domino. Ameo.

Ita quoddam M. S. Cassinense; cuius exemplar ab ipso originali extractum mihi communicauit. R.P. Iacobus du Breuil Monachus sancti Germani à pratis: quod quidem M. S. huiusmodi ordinationes sancto Benedicto ascribit: quia reporta sunt in fine regula quam sanctus Benedictus propriis manibus scripsit, & sancto Mauro cum ad Gallias eum mitteret, tradidit quas D. Petrus venerabilis IX. Abbas Monasterij Cluniacensis, cum apud maius Monasterium Turonense in eadem Regula (quapro reliquiis ibi seruabatur) inuenisset, rogauit sibi transmitti: ita M.S. Quod si ita sit, credendum est huiusmodi ordinationes valde esse antiquas: & si non sint sancti Benedicti, fuisse saltem antiquissimè nostra Gallia cœnobij pias & sanctas constitutiones: quas propterea F.R. Arnoldus Vuion vna cum regula curauit imprimendas Venetiis, anno 1593. apud Iunsas.

DEVOTISSIMA PROFITENDI FORMA SVB BEATISSIMI Patris Beoedicti Regula.

Quando Nouitius profiteri debet, Pater Monasterij praparet se Missam celebraturus, aut alius assistente Patre. Et post Offertorium, accedat Nouitius professurus ante altare, & erectus legat petitionem suam dicens.

FORMA PETITIONIS.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, Ameo. Anno à natiuitate eiusdem. N. die N. mensis N. Ego. N. de tali loco & diœcesi promitto stabilitatem meam, & coouersionem morom meorum, & obedientiam secuodum Regulam sancti Benedicti, coram Deo & omnibus Sanctis, quorum Reliquiæ habentur in hoc Monasterio N. diœcesis N. io præsentia domini N. Abbatis eiusdem Monasterij, sub

Ooo

Congregatione N. Ad cuius rei fidem, hanc petitionem manu propria scripsi die quo supra.

Quam perlectam offerat super altare, illud osculando, ac signum crucis in eam manu propria imprimendo. Postea stante eo genibus flexis, Pater Monasterij dicat hanc Orationem absolutè.

ORATIO.

OREmus, fratres charissimi, vt quod frater iste ore professus est, opere fideliter compleat, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Tunc iste Nouitius dicat ter hunc Versum, faciendo tres genuflexiones in modum psallendi.

Suscipe me Domine secundum eloquium tuum & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

Et Chorus similiter ter respondeat eumdem Versum cum Gloria Patri. *Nouitio igitur stante genibus flexis, capite aliquantulum inclinato, capitium profundè in capite tenente, Pater Monasterij mediocri voce cantando, dicat versus sequentes cum suis orationibus.*

Kyrie eleison.

Choro respondente, Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluum fac seruum tuum Domine.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Ostende ei Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da ei.

℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

℟. Et de Sion tuere eum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

DEus, indulgentiæ Pater, qui seueritatem tuæ districtionis temperans indulsisti, ne filius portaret iniquitatem patris: & qui mira dispensatione etiam malis bene vtens, tuæ dignationis gratiam per eos frequenter operaris: quæsumus clementiam tuam, vt huic famulo tuo non obsistat, quod habitum religionis per nos tanta ac tali re indignos accepit: sed ministerium quod per nos exterius exhibetur, tu interius per donum sancti Spiritus exequaris. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Oratio.

DEus, qui per coæternum Filium tuum cuncta creasti, quique mundum peccatis inueteratum per mysterium Incarnationis eius renouare dignatus es, te suppliciter exoramus: vt eiusdem Domini nostri gratia super hunc famulum tuum abrenuntiationem sæculi profitentem clementer respicere digneris, per quam spiritu mentis suæ renouatus, veterem hominem cum actibus suis exuat, & nouum qui secundum Deum creatus est induere mereatur. Per eumdem Christum Dominum nostrum, Amen.

Oremus. *Oratio.*

DOmine Iesu Christe, qui es via sine qua nemo venit ad Patrem, quæsumus benignissimam clementiam tuam: vt hunc famulum tuum à carnalibus desideriis abstractum per iter disciplinæ regularis de-

A ducas: vt qui peccatores vocare dignatus es, dicens; venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: præsta vt hæc vox inuitationis tuæ ita in eo conualescat, quatenus onera peccatorum deponens, & quam dulcis es gustans, tua refectione sustentari mereatur: & sicut attestari de ouibus tuis dignatus es, agnosce eum inter oues tuas, & ipse te agnoscat, vt alienum non sequatur, sed te: neque audiat vocem alienorum, sed tuam qua dicis, qui mihi ministrat, me sequatur. Qui viuis.

Oremus.

SAncte Spiritus, qui te Deum ac Dominum reuelare dignatus es mortalibus, immensam tuæ pietatis gratiam postulamus: vt sicut vbi vis spiras, sic &

B huic famulo tuo affectum deuotionis indulgeas, & quoniam tua sapientia est conditus, tua quoque prouidentia gubernetur: quem iuxta tibi consuetam gratiam vnctio tua de omnibus doceat: & per intercessionem beatissimi patris nostri Benedicti (quem præcipuum huius sanctæ institutionis legislatorem dedisti) nec non & aliorum sanctorum ad quorum nomina petitionem facit: fac eum à vanitate sæculi veraciter conuerti, & sicut es omnium peccatorum remissio, deprimentes impietatis obligationes in eo dissolue, & ad obseruantiam huius sancti propositi fac eum certatim feruere: vt in tribulationibus & angustiis tua indeficienti consolatione valeat respirare: & iustè & piè per veram humilitatem atque obedientiam in fraterna charitate fundatus, quod te donante hu-

C die promittit, felici perseuerantia compleat: Qui cum Deo Patre, sanctoque vnigenito filio eius Domino nostro Iesu Christo viuis & gloriaris Deus, per infinita sæcula sæculorum, Amen.

His completis, vertit se ad benedicendum indumenta monachalia, absolutè incipiens orationem sequentem.

DOmine Iesu Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam: vt hoc genus vestimenti, quod sancti Patres ad Innocentiæ vel humilitatis indicium abrenuntiantes sæculo ferre sanxerunt, tu ita bene✠dicere & sanctificare digneris: vt

D hic famulus tuus qui hoc indutus fuerit indumento, te quoque induere mereatur. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Oremus.

DEus æternorum bonorum fidelissime promissor & certissime persolutor, qui vestimentum salutis, & indumentum iucunditatis tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam humiliter exposcimus: vt hæc indumenta humilitatem cordis & contemptum mundi significantia, quibus famulus tuus sancto visibilem informandus proposito propitius bene✠dicas, vt beatæ abnegationis habitum quem te aspirante suscepit, te protegente custodiat: & quem vestibus venerandæ Religionis induis temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Christum Domi-

E num nostrum, Amen.

Oremus.

DOmine Deus bonorum virtutum dator, & omnium benedictionum large infusor, te submissis precibus deprecamur: vt has vestes benedicere & sanctificare digneris, quas famulus tuus pro indicio agnoscendæ Religionis induere vult, vt inter reliquos fratres tibi cognoscatur dicatus. Per Dominum.

Quibus finitis, Nouitius ac indumenta prælata, adoleantur incenso, & aqua benedicta aspergantur. Postea Pater genuflectens in medio ante altare, incipiat cantare hymnum sequentem.

Veni

VEni creatot Spiritus, mentes tuorum visita: imple superna gratia, quæ tu creasti pectore. A

Qui paracletus diceris, donum Dei altissimi: fons vious, ignis, chatitas; & spiritalis vnctio.

Tu septiformis munere, dextræ Dei tu digitus: tu rite promissum patris, sermone ditens guttura.

Accende lumen sensibus, infunde amotem cotdibus: infirma nostri cotpotis, virtute fitmans petpetim.

Hostem repellas longius, pacemque dones protinus: ductore sicte præuio, vitemus omne noxium.

Pet te sciamus da pattem, noscamus atque filium: te vtriusque spititum, credamus omni tempote.

Sit leus Petri cum Filio, sancto simul paraclito: nobisque mittat filius, charisma sancti Spiritus, Amen.

Hunc Hymnum à patre Monastery inchoatum, Chorus prosequitur. Interim pater ipse exuit Nouitium habitum nouitialem, dicendo hunc Versum. B Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis.

Subsequenter induat eum vestibus benedictis dicens hunc Versum: Induat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum creetus est in iustirie & sanctitete veritetis.

Quo induto Pater absolutè incipiat Orationem.

OMnipotens sempiterne Deus, cuius chariratis ardote succensus hic famulus tuus stabilitetem suam tibi in hae Congregetione promittendo, tuo iugo collum summitrit: concede propitius, vt in vltimo tui examinis die in dextera tua collocatus, C cuncta deuottonis suæ promissa se adimplesse lætetur. Per Christum Dominum oostrum, Amen.

Oremus.

DEus qui beatissimum Benedictum abstractum à mundi turbinibus tibi soli militare iussisti: tribue quæsumus huic famulo tuo sub eius magisterio ed tuum seruitium festinanti perseuerandi instantiam & perfectam vsque in finem victoriam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

PRæsta Domine famulo tuo renuntianti sæcularibus pompis gratiæ tuæ ianuas aperiri: qui despecto diabolo confugit sub titulum Christi. Iube eum venientem ad te sereno vultu suscipi: ne de eo valeat inimicus triomphare: tribue eum brachium D infetigabile auxilij tui: & mentem eius fidei lorica circumda, vt pericule cuncta & diaboli tentamenta se gaudeat euasisse. Per eumdem Dominum oostrum Iesum Christum Filium ruum, qui tecum viuit & regnar in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Quibus completis Pater det ei osculum pacis, & sic successiue omnes fratres à Choro venientes. Postea surgens de loco illo iaceat Nouitius, super vnum latus ante altare honestè superposito pallio nigro ad hec præparato, facie manibusque cum pedibus de cuculla coopertis, positis duobus cereis vno ad caput, & altero ad pedes in signum vt viuat mortuus & moriatur viuens. Completa vero post communione, sacerdos siue subdiaconus vertens se ad ipsum mediocri voce dicat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. E

Tunc ipse frater surgens ad communionem: demum pater benedicat ei, dicens:

Benedictio Dei Patris omnipotentis & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, & maneat semper, Ameo.

Postea assignetur sibi locus in vltimo professorum gradu. Et sic completum est.

DEO GRATIAS.

EPISTOLA

EVANTI

ABBATIS

Contra

EOS QVI SANGVINEM animalium immundum esse iudicant, & carnem mundam esse dicunt.

Nunc primum edita ex m. s. membranis S. Galli, per Henr. Canis.

AD LECTOREM, HENR. CANISIVS.

QVis hic Euantius, vel Euantus? an Euantius, de quo mentionem facit Fortunatus lib. 3. Epist. ad Euphronium, qui & Enentius & Auentius nominatur? Christophorus Brewerus in optimis suis notis illum Euantium Fortunati, putat fuisse Viennensem Episcopum, quem lib. 8. cap. 39. diem obiisse testatur Gregorius anno vndecimo regni Childeberti Austrasiorum. Celebrat eum ecu sanctum, Ado in temporum lib. ætate 6. & Philipi successorem, atque cum Prisco & Artenio Senonum, Remigio Biturigum, & cum aliis sanctis Episcopis, viginti capitulis Ecclesiastica perfectè roborasse. Quæ de synodo secunda Matiscensi collecta, Guntrami regis auctoritate, seu diligentia, Baronius ad annum Christi 588. rectè obseruanit accipienda, Tom. 2. Concil. Greg. libr. 8. cap. 7.

An noster Euantus vel Euantius iste est?

INCIPIT EPISTOLA EVANTI ABBATIS, CONTRA eos qui sanguinem animalium immundum esse iudicant, & carnem mundam esse dicunt. D

QVia se præbuit occasio opportuna, ideo hanc exiguitatis meæ pagiuulam vestris obtutibus perferendam mea curauit destinare mittis; per quam & salutis munia impensius pendo, & me sacris vestris orationibus tuendum committo. His * explosis, ad agnitionem nostram venit, quod exurgentes in quibusdam Cæsar Augustæ partibus reperisse vos asseritis Christianos, oec dum eruditos * paginibus sacris Iudaico more sequi litteram occideorem, & postponere spiritum viuificantem, qui dicunt immondum fieri hominem alicuius animalis sanguinem comedentem, nescientes, neque intelligentes præcepta prisca magis mores hominum demonstrare, quam in natura seruare. Nam si ista ita sunt, cur aperta fronte cum Iudæis & alia quæ vetita sunt præcepta priscæ legis, carnaliter non teneent; nescio, carnes suillas, vel cuniculas non abiiciunt, qui piscium carnes pinnulis carentium non reprobant; qui vetere sacrificia non immolant; qui vxorem fratris sine filiis morientem ad suscitandum semen eius non accipiunt: aut ad sacerdotium debiles corpore, aut alique macula corporis * sordentem, qui tamen animo digni videntur accedere, non repu-

* fort. explicitis.

* f. paginis.

* m f operiens.

diant; qui paxillos in balteis non gestant, vt gesta humo* operiant. Cur autem cum pullis inuentam, si possunt, tenent, & non, sicut præceptum est, tenentes pullos, matrem sinunt abire? Cur etiam otium Sabbati cum Iudæis non* sectant, & nouam gratiam Euangelij absterso rubore Christianitatis non abiciunt? Nam in Christi nomine* frontis & fidei Christianæ effecti, & sanguinem comedendum Christianos apertè docemus, & à sanguinis opera declinare omnes* hortamur. Carnes suillas edere concedimus, & à volutabro vitiorum recedere omnibus modis optamus. Pisces* pinnulis carentes manducare permittimus, & tamen ad cælestia quasi alas habentes conuolare fideles omnes optamus. * Sacerdotibus corpore debilibus, vel maculam corporis habentibus liber Pastoralis sancti Gregorij legatur, quia nobis longum est plurima enodare. Paxillo egesta humo operire est, cum mala perpetrata bonis operibus insudando fœtores carnalium voluptatum opprimimus, de quibus scriptum est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Matrem cum pullis inuentam abire sinimus, & pullos tenemus, cum testimonia ex lege excerpta ad refutandos Iudæos atque hæreticos tenemus, & legi carnaliter non seruimus. Otium Sabbati negligimus, quia propter illam futuram requiem, quam istud Sabbatum figurat, vt ad illam perueniamus, legem Domini spiritaliter intelligendo decertamus. Quod si fortè obiciunt, ista in* canonibus ista reperiuntur, quando Ecclesia ex circumcisione & præputio ad fidem congregabatur; quando adhuc non solido cibo, sed lacte nutriebatur. Tale quid ad Corinthios Apostolos dixisse nouerint, & in Actibus Apostolorum facta inuenient. Nunc vero Ecclesia Dei solido cibo fide roborata consistit, vt viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, non in infantium mollitie eneruata succumbat.

m. s. operiunt.
seruant.
m. s. frontis.
m. s. ortamus.
m. s. pinnulas.
m. s. sacerdotes & debiles.
Psal. 31. 1. Rom. 4. 7.
m. s. canones habere.
m. s. antiquos Canones ista reperitur.
1. Cor. 3. Act. 15.

Ne tamen epistolaris consuetudo in longinquas periodos pertracta lectoribus lepidis fastidium nutriat; veniant ad illud, quod Apostolus ait: Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Et in alio loco idem Apostolus ait: Omnis creatura Dei bona, & nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et Saluator in Euangelio ait: Nihil est introiens in hominem, quod possit coinquinare eum; quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur, nec hæc coinquinant hominem, sed quæ de corde procedunt: de corde enim procedunt adulteria, homicidia, & his similia. Nam quod Apostoli primitiuæ Ecclesiæ à fornicatione, & à suffocato, & à sanguine abstinere præceperunt, hæc extitit causa, tunc ex circumcisione, & gentibus credentes congregabantur, ne propter discretionem ciborum à se inuicem scinderentur, ideo lacte nutriebantur, non solido cibo, quibus & postea scribebat, dicens: Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tamquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis, adhuc enim estis carnales. Nam si vbicumque sanguinem legunt prohibitum; & hoc ad litteram intelligunt, & nihil spiritaliter hoc dictum putant; quid est, quod Propheta dicit: Speculatorem dedi te domui Israel: Si non annuntiaueris impio, vt custodiat ab iniquitate sua, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Quis est iste sanguis, nisi opera sanguinis? Quid est in Psalmo, vbi dicit: Libera me de viris sanguinum? nisi ab operibus iniquitatis? Et quid est, quod alius Propheta dicit: sanguis sanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea?

Tit. 1. 15.
1. Tim. 4. 4.
Matt. 15. 17.
Act. 15.
1. Cor. 3.
Ezec. 3. 17.
Ezech. 33. 7.
Psal. 58. 3.
Osee 4. 3.
Act. 15.

Quod tria ista præcepta ex libro Actuum Apostolorum tenere gloriantur, id est, abstinere à suffocato, & sanguine, vel fornicatione: confiteantur; si primum & secundum cum tertio implent, id est, si non fornicantur, si aucupum ministeriis non vtuntur, si audiunt Apostolum dicentem: qui habent vxores, tamquam non habentes sint, si obediunt præcepto eius, vbi ait: Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum. Si consentiunt, quod eis præcipit: imitatores mei estote, sicut & ego Christi, si faciunt: quod idem Apostolus dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. Si faciunt, quod intonat: Exhibete vos sicut Dei ministros, in multa patientia, in castitate, in vigiliis, in ieiuniis, & his similia; vnde peccatum non incurrant, sed cum gratiarum actione, quæ Deus bona creauit, sumerent. Quasi enim Apostolis obedientes à duobus abstinent, à suffocato, & sanguine; & tertium præceptum, quod grauius peccatum est, dissimulantes abiciunt, & negligunt* cælestia iussa, & ceremonias enormiter perhorrescunt. Talibus Saluator in Euangelio dicit; Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum; & ea, quæ legis sunt grauiora, commisistis. Quid multa? legant libros Doctorum, & maximè sancti Augustini contra Faustum, Manichæum, in quo ista, quæ isti euacuant, & faciebant, & dicebant, & secum illos victus erubescant: nam & librum sancti Hieronymi contra Donatianum legant, & salutem suam ibi reperient. Nam ridiculum est, carnes mundas, quas Deus creauit, vsque ad nauseam deuorare, & sanguinem illarum carnium quasi immundum respuere. Quasi Deus carnem creauerit immundam, & sanguinem carnium, qui vnque nutrimentum & salus carnis est, fecerit immundum. Alia scribere debui: sed cui modica vtilia non sufficiunt, nec plurima proderunt. Absit à fidelium cordibus, vt ista carnaliter intelligentes, à sinu matris Ecclesiæ discedant, & se cum taliter credentibus gehennæ ignibus tradant.

1. Cor. 7. 29.
Rom. 14. 21.
1. Cor. 11. 1.
1. Cor. 9. 27.
2. Cor. 6. 6.
m. s. & cælestia iussa agens enormiter perhorrescunt.
Matt. 23. 23.

CHRONICON
MARCELLINI COMITIS
V. C. QVOD RERVM ORIENTALIUM HISTORIAM EUSEBIJ & DIUI HIERONYMI, VSQUE AD IUSTINIANI TEMPORA PROSEQUITUR.

EX ANTONII SCONHOVII præfatione ad reuerendissim. P. & D. Gerardum ab Hamerscourt Abbatem S. Bertini.

QVis is fuerit Marcellinus nondum mihi comperire licuit: non videtur idem fuisse, cui Ammianus prænomen est: qui vno & triginta libris, à principatu Cæsaris Neruæ vsque ad obitum Valentis, tum Orientis quam Occidentis res gestas à Romanis, descripsit: Nam ætate ducentis pene annis distare videntur, siquidem Ammianus sub Valente, noster vero sub Iustiniano Imperatore vixit. Cæterum hic se inscio operis clarissimum fuisse testatur Comitis (vt opinor) nomine, fuerunt enim Comites omnes verè clarissimi habiti, Iustiniani ætate. Itaque adiectus (vt apparet) huic fuit Marcellino, dignitatis atque officij titulus, vt eo, à Marcellino Ammiano distingueretur. Prosequitur autem is auctor, Eusebij, diuique Hieronymi Chronicon: quod licet fecerit & Prosper Aquitanicus eo paulo antiquior, tamen multo plura, præsertim rerum Orientalium, iste habet: vt hunc in parte illi longè præferendum sit. Nec posthac magna parte operis vtriusque Palmerij, aut

Hermeni

Hermani contracti (qui Prospero continentem historiam annexuerunt) opus erit, cui Marcellinus noster erit. Multa sunt in eo quæ ab aliis Chronographis discrepant, sed ea malumus doctorum virorum iudicio relinquere, quam nostro temere censere.

Ex Bellarmino de Scriptoribus Ecclesiast.

De Marcellino Comite. 520.

Marcellinus Comes vixit tempore Iustiniani: nam anno Iustiniani nono, & salutis 535. finem imposuit Chronico suo, quod à Cassiodoro valde laudatur libro de diuinis lectionibus cap. 17. extat hoc *Chronicon*. Scripsit idem Marcellinus, teste Cassiodoro, *quatuor libros de Vrbe Constantinopolitana & Hierosolymitana*: qui libri (vt opinor) non extant. Cassiodorus libro diuinarum lectionum cap. 17. hæc habet, *Marcellinus Comes quatuor libros de temporum qualitatibus & positionibus locorum pulcherrima varietate conficiens itineris sui tramitem laudabiliter percurrit*, & paulo post agens de Eusebij Chronico subdit, *Hunc subsecutus est supradictus Marcellinus Illyricanus, qui adhuc Patritij Iustiniani fertur egisse cancellos: sed meliore dictione deuotus à tempore Theodosii Principis vsque ad fores Imperij triumphalis Augusti Iustiniani opus suum Domino iuuante perduxit: vt qui ante fuit in obsequio suscepto gratus postea ipsius Imperio copiose amantissimus appareret*, Hactenus Cassiodorus Marcellino coæuus: porro errores aliquot historiæ, qui in Marcellini chronicon irrepserunt in Annal. Ecclesiast. corriguntur.

MARCELLINI COMITIS, V. C. Chronicon.

Post mirandum opus quod à mundi fabrica vsque in Constantinum principem Eusebius Cæsariensis, huius sæculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium, & variarum artium repertores, omniumque pene Prouinciarum Monumenta commemorans Græco edidit stylo, noster Hieronymus transtulit in Latinum, & vsque in Valentem Cæsarem Romano adiecit eloquio. Igitur vterque huius operis auctor V. & D. LXXIV. annorum hunc mundum tunc forte miro computauit eloquio. Ego vero vir clarissimus Marcellinus Comes, simplici dumtaxat computatione Orientale tantum secutus imperium, per Indictiones, perque Consules infra scriptos, centum & XI. annos, à septima videlicet Indictione, & à Consulatu Ausonij & Olibrij (quibus etiam Coss. Theodosius Magnus creatus est Imp.) enumerans, & vsque in consulatum Magni Ausonij, id est, Indictionis vodecimæ, colligens eorum auctorum operi subrogaui, itemque alios xvi. annos, à consulatu Augusti, id est, vsque in consulatum Iustiniani Augusti iv. suffeci: id sunt simul anni cxvi. meoque rustico operi supposui.

Indict. viii. Ausonio & Olibrio Coss.

Theodosius Hispanus, Italicæ diui Traiani ciuitatis, à Gratiano Augusto apud Syrmium xxvii. anno post Valentis interitum Imperator creatus est, Orientalem dumtaxat Rempubl. rectusus, vir admodum religiosus & Catholicæ Ecclesiæ propagator, omnibusque Orientalibus principibus præponendus, nisi quod Martianum tertium post se principem imitatorem habuerit, & duos reliquerit filios. Alanos, Gothos, Gethas, Scythas magnis multisque prælis vicit.

Indict. ix. Gratiano Aug. v. & Theodosio Aug. i. Cos.

Gregorius Nazianzenus facundissimus Christi sacerdos, & Hieronymi nostri præceptor, Ecclesia nostra apud Bisantium capta ab Arrianis, plebem Catholicam in B. Anastasiæ oratorio, Catholica quotidie allocutione continuit; sæpè namque prauorum conuitiis insectatus est, sed Christi gratia præditus, vsque ad id tempus quo eadem Ecclesia sui præsentia nostris est reddita, perfidis obstitit Arrianis: Nam his Coss. Theodosius Magnus postquam de Scythis, & Getibus triumphauit, expulsis continuo ab Orthodoxorum Ecclesia Arrianis, qui eam ferè per xl. annos sub Arrianis Impp. tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxis restituit Imperator mense Decembri.

Indict. x. Eucherio & Syagrio Coss.

Sanctis C. L. Patribus vrbe Augusta congregatis aduersus Macedonium in Spiritum sanctum naufragantem, ab iisdem Episcopis sancta Synodus confirmata est, Damaso scilicet sedem B. Petri tenente: Constantinopolim vero per Timotheum Alexandrinum, perque Meletium Antiochenum, & Cyrillum Hierosolymitanum Episcopos, Nectario ex Pagano protinus baptizato, & in præfata Synodo, Pontifice ordinato. Athanaricus Rex Gothorum cùm quo Theodosius Imp. fœdus pepigerat, mense Ianuario venit, eodemque mense morbo periit.

Indict. xi. Antonio & Syagrio Coss.

Diui Valentiniani Magni cadauer Theodosius princeps ab Italia reportatum, apud Comitatum regio in sepulchro recondidit. Eodem anno vniuersa gens Gothorum Athanarico rege suo defuncto, Romano sese Imperio dedit. Mense Octobri Damasus Romanæ Ecclesiæ (exceptis Liberio & Felice) 35 Episcopus, anno Pontificatus sui 18. in Domino requieuit.

Indict. xii. Merobaude & Saturnino Coss.

Romanæ Ecclesiæ Syricius 36. Antistes factus, vixit annos 15. Archadius à patre suo Theodosio Aug. consors imperij septimo ab vrbe milliario coronatus est. Gratianus Imp. Maximi tyranni dolo apud Lugdunum occisus est. 8. Calend. Septembris.

Indict. xiii. Archadio Bautone Coss.

Indict. xiiii. Honorio & Euodio Coss.

Legati Persarum Constantinopolim aduenerunt pacem à Theodosio principe postulantes. Et eodem tempore Honorius alter Theodosio natus est filius mense Septembri.

Theodosius Imp. aliquantas sæuas nationes per legatos suos inuite Imperio subdidit.

Inuasam princeps Theodosius ab hostibus Thraciam vindicauit, victorque cum Archadio filio suo vrbem ingressus est; Galla Theodosij regis alter vxor his Coss. Constantinopolim venit.

Indict. xv. Valentiniano 3. & Eutropio Cos.

Archadius Cæsar cum patre suo Theodosio, sua quinquennalia celebrauit. Theodosius Italiam contra Maximum tyrannum pugnaturus accessit.

Indict. i. Theodosio Aug. ii. & Cynegio Coss.

Valentinianus Gratiani frater, & Theodosius Imp. Maximum tyrannum, & Victorem filium eius apud Aquilegiam rebellantem vicerunt. Andragathius Comes, morte Maximi cognita, præcipitem sese è naui in vndas dedit ac suffocatus est.

Indict. ii. Timasio & Promoto Coss.

Theodosius Imp. cum Honorio filio suo Romam mense Iunio introiuit. Congiarium Roman. pop. tribuit, vrbeque egressus est Calend. Septembris. Per idem tempus grando crepitans per biduum continuum pro pluuia cecidit pecorum arborumque pernicies. Stella à Septentrione gallicinio surgens & in modum Luciferi ardens potius quam splendens apparuit, vigesimoque die esse desinit. Templum Serapidis apud Alexandriam Theodosij Imp. edicto solutum est.

Indict. iii. Valentiniano Aug. 4. & Neotorio Coss.

Signum in cælo quasi columna pendens ardensque per dies 30. apparuit. Galla Theodosij vxor, ab Archadio priuigno suo sepolta est. Obeliscus in circo positus est, columna haud longè ab Ecclesia constituta, quæ argenteam Theodosij imaginis staruam ferens hactenus contemplatur.

Indict. iv. Tatiano & Symmacho Coss.

Theodosius Imperator Italiam decedens Constantinopolim remeauit. Valentinianus Imp. apud Viennum dolo Arbogastis strangulatus interiit Idib. Martiis. Eugenius Arbogastis fauore confisus imperium sibimet vsurpauit.

Indict. v. Archadio & Rufino Coss.

Arbogastes Valentiano Imp extincto, & Eugenio Cæsare facto, innumeras inuictissimasque copias vndique in Gallias contraxit, Occidentale imperium vtpote sibi vindicaturus vir barbarus, animo, consilio, manu audacia, potentiaque nimius. Contraxit an-

tem vndique innumeras copias, vel Romanorum præsidiis, vel Barbarorum auxiliis, alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Vsque hunc 54. Theodosij Imperij annum, beatus Hieronymus post Ascensionem Domini nostri Iesu Christi à Petro Apostolo incipiens, & in semetipsum desinens, cap. 35. virorum illustrium Ecclesiastica contra Porphyrium & Iulianum Augustum volumina descripsit apud Bethlehem oppidum degens, vbi & Monasterium sibi condidit, & alia multa Ecclesiastica litteris quoque Hebraicis edoctus scripsit, finemque vitæ suæ admodum senex fecit, ibique sepultus est, Catholicis quidem inexpugnabilis Ecclesiæ * turbis, hæreticis autem omnibus infatigabilis hostis, tam proposito vitæ suæ quam librorum à se editorum assertionibus depugnans.

** forte turrir.*

Indict. vi. Theodosio 3 & Abundantio Coss.

Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem eius Arcadium Cæsarem fecit, id est, septimo ab vrbe Regia milliario: Tunc quippe hora diei tertia tenebræ factæ sunt.

Indict. vii. Archadio 4 & Honorio Coss.

Theodosius Augustus assumpto Honorio Cæsare, eodemque filio contra Arbogasten qui Eugenium tyrannum Imperatorem facere nisus est, iterum properauit, bello commisso Eugenius victus atque captus interfectusque est, Arbogastes sua se manu perculit. Terræmotu mense Septembrio in Nouembrium continuo imminente, aliquantæ Europæ regiones quassatæ sunt. Thermæ Archadianæ ex conditoris sui nomine nomen acceperunt.

Indict. viii. Olibrio & Probino Coss.

Theodosius Magnus apud Mediolanum vita decessit. Imperauit annos 17. eius corpus eodem anno Constantinopolim allatum est, atque sepultum. Archadius & Honorius Germani, vtrumque Imperium diuisis tantum sedibus tenere cœperunt. Ruffinus clàm Archadio principi insidias tendens, Alaricum Gothorum regem missis ei clam pecuniis infestum Reipubl. fecit, & in Græciam misit. Porro detecto dolo suo Rufinus ab Italicis militibus, olim cum Cathyna Comite Archadio missis, ante portas vrbis merito trucidatus est: Caput eius manusque dextra per totam Constantinopolim demonstrata.

Indict. ix. Archadio. 4 & Honorio. 4 Coss.

Rufini vxor & filia exulant. Eutropius sacri palatij cubicularius, omnes opes arripuit, auaritiamque transgressus est. Terræmotus per dies plurimos fuit, cælumque ardere visum est.

Indict. x. Cæsario & Attico, Coss.

His consulibus Flaccia Archadio nata est filia.

Indict. xi. Honorio 4 & Eutychiano Coss.

D Romanæ Ecclesiæ Anastasius 37. Episcop. ordinatus, vixit annos 4. Ambrosius Mediolanensis, virtutum Episcopus sanctus, arx fidei, orator Catholicus ad Christum Dominum commigrauit. Ioannes Antiochiæ natus, ibiq; à Meletio eiusdem ciuitatis Episc. eodemque confessore, lector Ecclesiæ ordinatus per singulos officij gradus ascendit, vbi per quinquenniũ continuum Diaconus multos diuinosque edidit libros. Presbyter quoque factus per 12. annos plures confecit. Tanta debine opinione vbique merito propagatus, Constantinopoli in locum Nectarij Pontifex subiectus est, vbi plurima dulciaque diuinarum scripturarum volumina suo operi Catholico addidit, hosque Episcopos habuit inimicos: E Theophilum Alexandrinum, Epiphanium Cyprium, Acacium Beroensem Antiochum Ptolomensem, Euerianum Gabalensem, & Seuerianum Caldonensem: Gildo Comes, idemq; paganus (qui mortuo Theodosio principe Africæ præerat) dum Archadio & Honorio adhuc pueris regnantibus inuidet, Africamque nititur obtinere, frater eius Mascezel cognita eius vesania, relictisq; duobus apud Africam filiis in Italiam remeat: Gildo vtrumque fratris filium dolo trucidat. Mascezel fratris scelere cognito cum quinque millibus suorum contra Gildonem cum lxx. millibus armatorum sibimet obuiantem infestus accedit, Gildonemque parricidam ieiuniis & orationibus suis, imo B. Ambrosij in somnis

Indict. xii. Theodoro & Eutropio Eunucho Coss.

A admonitu, auxiliantibus fugauit: Gildo fugiens propria se manu strangulauit, sicque Mascezel hoc bello victoriam meruit, ac sine cæde vindictam.

Hic Eutropius omnium Spadonum primus, atque vltimus consul fuit: de quo Claudianus Poëta ait, omnia cesserunt Eunucho consule monstra, Pulcheria Archadio altera filia nata est. Gagana Comes apud Constantinopolim ad præparandum ciuile bellum, Barbaros suos occultè admonet, ipse valetudinem simulans vrbe digreditur, cœpto aduersus baptizatos prælio plurimi hostium cadunt, cæteri fugientes Ecclesiæ nostræ succedunt, ibique rerecto Eccles. culmine, iactisque desuper lapidibus obruuntur.

Indict. xiij. Stilicone & Aureliano Coss.

Bellum nauale contra Gaganam tyrannum inter Cheronissum & Hellespontum gestum est, multitudo B ibidem Gothorum cæsa, vel demersa sunt. Gagana Comes de hoc bello fugiens euasit.

Indict. xiv. Vincentio & Flauio Coss.

Caput Gaganæ hastili præfixum Constantinopolim allatum est. Maris Ponti superficies ita gelu frænata est, vt per triginta dies soluta, tandem glacies instar montium per Propontidem superne portata decurreret. Theodosius Iunior patre Archadio natus est, iiij. Idus Aprilis.

Indict. xv. Archadio v & Honorio v Coss.

Romanæ Ecclesiæ Innocentius XXXVIII creatus Antistes, vixit annos xv. Theodosius Iunior in loco, quo pater, patruusque suus Cæsar creatus est, Constantinopoli ingens terræmotus fuit.

Indict. j. Theodosio Iuniore, & Rumeride Coss.

Marina patre Archadio nata. Eudoxiæ Archadij vxoris super porphyreticam columnam argentea statua iuxta Ecclesiam posito hactenus sistit. Ioannem C Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopum, cui supradicti sex antistites in cassum æmuli fuere, aliosque triginta sibimet Episcopos consuete, volente Archadio principe in Cuium oppidum exulem miserunt, eumque post annum in villam, quæ Comana in regione Pontica dicitur, de exilio in exilium relegarunt. Hunc ibidem mortuum, religiosa Orthodoxorũ plebs in atrio Basilici Episcopi sancti idemque Martyris, in somnis admonita, in nouo mox que repertum sepulchrum condidit. Ecclesiam Constantinopolitanam flamma ignis quæ de B. Ioannis throno quondam Episcopi nata fuit subito conflagrauit, vicinamque Ecclesiæ vrbis faciem serpens nihilominus exussit. Eudoxia vxor Archadij diem obiit.

Indict. ij. Honorio vj & Aristenete Coss.

Indict. iii. Stilicone ii & Anthemio Coss.

Indict. iv. Archadio vi, & Probo Coss.

D Isauri per montem Tauri discursantes, ingens dispendium Reipub. importarunt, quibus Narbazaicus legatus maius continuo rependit incommodum.

Indict. v. Honorio vii Theodosio iii. Coss

Theodosius Iunior quinquennalia dedit, Radagaysus paganus & Scyta cum ducentis millibus suorum, totam Italiam inundauit: Huldin & Saurus Hunnorum, Gothorumque reges Radagaysum continuo confecerunt, ipsius capite amputato, captiuos eius singulis aureis distraheotes.

Indict. vi. Basso & Philippo Coss

Cisterna maxima iuxta Porphyreticam Constantini Imperatoris, Columnam in foro eius sub plateæ transitum constructa est.

Indict. vii. Honorio. v. ii & Theodosio iuniore iii. Coss

Indict. viij. Varano solo Coss

E Stilico Comes, cuius duæ filiæ Maria & Tharmantia singulæ vxores Honorij principis fuere, vtraque tamen virgo defuncta, spreto Honorij regno, regnum inhians, Alanorum, Sueuorum, Vuandalorumque gentes donis pecuniisque illectas contra regnum Honorij excitauit. Eucherium filium suum paganum, & aduersum Christianos insidias molientem cupiens Cæsarem ordinare, cum eodem Eucherio dolo suo detecto occisus est. Romæ in foro pacis per dies septem terra mugitum dedit. Archadius Imperator vitæ finem fecit: regnauit post obitum patris sui Theodosij annos xiij.

Indict. ix. Theodosio iii. Coss.

Apud Constantinopolim magna exarsit populi seditio, panis scilicet penuria ingruente.

Indict. x. Theodosio v & Honorio Coss.

Halaricus trepidam vrbem Romam inuasit, partemque eius cremauit incendio, sextoque die quam ingressus fuerat deprædata vrbe egressus est: Placidia

Honorij

A Honorij principis sorore abducta, quam postea Ataulpho propinquo suo dedit vxorem.

Indict. xj. Lucio solo Coss.

Theodosius Iunior decennalia, Honorius Romæ vicennalia dedit. Constantinus apud Gallias inuasit Imperium, filiumque suum ex Monacho Cæsarem fecit: ipse apud Atelatum ciuitatem occiditur. Constana filius eius apud Viennam capite plectitur.

Iouinus & Sebastianos in Gallijs tyrannidem molientes occiti sunt. Attalus in mari captus, atque Honorio exhibitus truncata manu vitæ relictus est.

Indict. xij. Constantio & Constante Coss.

Eraclianus Africæ Comes cum septingentis & tribus millibus nautum ad vrbem tendens, mox territus & in fugam versus: arrepta naui solus Carthaginem rediit, ibique illico interfectus est.

Indict. xiij. Honorio xiij & Theodosio vi Coss.

B Pulcheria Theodosij soror Aug. appellata est. Valia rex Gothorum facta cum Honorio principe pace, Placidam sororem eiusdem viduam reddidit.

Ecclesia Constantinopolitana dudum igni cremata his coss. restaurata dedicataque est. Attico Episcopo eamdem regente Ecclesiam. Lucianus Presbyter vir sanctus, cui reuelauit Deus his coss. locum sepulchri & reliquiarum corporis sancti Stephani Martyris, scripsit ipsam reuelationem Græco sermone, ad omnium Ecclesiarum personas.

Indict. xiv. Theodosio vii & Palladio Coss.

Horosius Presbyter Hispania generis, septem libros historiarum descripsit. Missus ab Augustino Episcopo idem Horosius pro discenda animæ ratione ad Hieronymum Presbyterum, reliquias beati Stephani tunc nuper inuentas rediens primus intulit Occidenti. Atticus Constantinopolitanus Episcopus scripsit ad reginas Archadij Imp. filias de fide & virginitate

C valde egregium, in quo præueniens Nestorianum dogma impugnat.

Tenebræ in die factæ sunt. Cybera Asiæ ciuitas aliquantaque prædia terræmotu demersa. Romanæ Eccles. Zosimus XXXVIII. Episc. sanctus ordinatus vixit annos iij.

Indict. xv. Honorio xi & Constantio Coss

Plinta Comes idemque rebellium apud Palæstinam Prouinciam auctor deletus est. Defectus solis factus est. Stella ab Oriente per septem menses surgens, ardensque apparuit.

Indict. i. Honorio xii & Theodosio viii. Coss.

Valentinianus Iunior apud Rauennam, patre Constantio & Placida matre, vi. Nonas Iulias natus est. Multæ Palæstinæ ciuitates, villæque terræmotu collapsæ. Dominus noster Iesus Christus semper vbique totus, & super montem Oliueti Hierosolymæ vicinum sese de nube manifestauit: multæ & tunc vtriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu quam

D Indict. ii. Monaxio & Plinta Coss

auditu perterritæ atque credulæ, sacro Christi fonte ablutæ sunt, omniumque baptisatorum in tunicis crux Christi saluatoris, diuinitatis nutu, ex templo pressa refulsit. Romanæ Ecclesiæ Bonifacius XL. Episcop. sanctus ordinatus, vixit annis tribus. In Oriente tumultum milites excitarunt. In Perside in Christianos, persecutio deseuit.

Indict. iiij. Theodosio ix. & Constantio iv. Coss

Indict. iiii. Eustatio & Agricola Coss.

Theodosius Eudochiam Mœcham duxit, Archadio patri suo in foro eius super immanem columnam, ingentem statuam idem Theodosius dedicauit. Cisterna Ætij constructa est. Romani cum Persis conflixere.

Indict. v. Honorio xiv. & Theodosio xi Coss

E Theodosius Imperator Eudoxiam filiam genuit iij. Tricennalia Honorij, Maximus tyrannus & Iouinus ferro victi, abducti de Hispaniis, atque interfecti sunt. Hunni, Trachiam vastauerunt Persæ cum Romanis pacem pepigere.

Indict. vi. Asclepiodo & Mariniano Coss

Indict. vii. Victore & Castino Coss

Cœlestinus Romanæ Ecclesiæ XLI. Antistes creatus est, vixit annis ix Euagrius scripsit altercationem Iudæi Simonis & Theophili Christiani, quæ penè omnibus nota est. Terræmotus multis in locis fuit, & frugum inedia subsecuta. Philippus & Salustius Philosophi morbo perierunt, stella sæpe ardente crinita Honorius Imp. fatale munus impleuit.

Indict viij. Theodosio xi & Valentiniano Coss.

Indict ix.

Placidia mater Valentiniani Augusta nuncupata

A est. Valentinianus Cæsar creatus, Theodosij Imp. Eudoxiam filiam sibimet desponsauit. Ioannes regnum Occidentale Honorio defuncto inuasit.

Theodosio xi & Valentiniano ii Coss.

Suprafatus Ioannes dolo potius Ardaburis & Asparis quam virtute occiditur. Valentinianus Iunior apud Rauennam factus est Imp.

Indict. x. Hiero & Ardabure Coss

Sisinnius vir sanctæ simplicitatis & simplicis sanctitatis, Constantinopolitanus Episcopus factus est.

Indict. xi.

Pannoniæ quæ per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptæ sunt, Thermæ Theodosianæ dedicatæ.

Fœlice & Tauro Cos. Indict. xii. Florentio & Dionysio Coss.

B Nestorius Antiochiæ natus, vir satis quidem eloquentiæ, sapientiæ vero parum habens, Constantinopolitanis admodum adnitentibus ex Presbytero Episcopus sanctus ordinatus est Beatissimi Ioannis Episcopi sancti dudum Episcoporum exul, atque apud Comitatum cœpit memoria celebrari mensis Septembris xxvj.

Orthodoxi nostri Macedonianorum Ecclesiam extra muros vrbis positam abstulerunt, quoniam idem

Indict xiii. Theodosio xiii. & Valentiniano iii Cos.

Macedoniani Antonium Germis Catholicum Episcopum sanctum interfecerunt. Beatissimus Augustinus Hipponensis Ecclesiæ elegantissimus Christi sacerdos, doctorque præcipuus morte placida quieuit.

Theodosius Imp. triennalia gessit, Felix apud Rauennam occiditur. Cœlestinus Romanæ arcis Pontifex Nestorio prauitatis Episcopo: per Epistolam suam datis eidem x. dierum inducijs, vel pœnitenti veniam, vel dissentienti damnationem denuntiat. Idem Nestorius Ecclesiæ Constantinopolitanæ per-

C fidus antistes (à quo & Nestoriana perfidia pullulat) apud Ephesum ducentorum sanctorum Patrum in Synodo condemnatus est. Cœlestino Cyrillum in Alexandrinæ ciuitatis Episcopum pro tempore vicarium denuntiante, in locum Nestorij Maximianus Episcopus est subrogatus.

Indict. xiv. Antiocho & Basso Coss.

Flaccilla Theodosij Augusti filia extremum spiritum fudit. Barbari vrbe Augusta enutriti, ad Ecclesiam nostram hostili ritu confluunt: ignemque in Ecclesiam ad comburendum altare dum infesti iaciunt, inuicem sese, resistente Deo, trucidant. Hoc tempore dum ad horrea publica Theodosius processum celebrat Imp. tritici in plebem ingruente penuria, ab Orientis populo lapidibus impetitus est.

Indict. xv. Valerio & Aetio Coss.

D Romanæ Ecclesiæ Xistus XLII. Episcopus ordinatus, vixit annos viii. Placidiæ matris Valentiniani Imp. instinctu ingens bellum inter Bonifacium & Ætium Patricium gestum est. Ætius longiore Bonifacij telo pridie sibi præparato, Bonifacium congredientem vulnerauit illæsus: tertioque mense Bonifacius, vulnere quo sauciatus fuerat emoritur. Pelagiam vxorem suam valde locupletem, nulli alteri nisi Ætio, vt nuberet exhortans.

Indict. i. Theodosio xv & Maximo Coss. Indict. ii. Ariobindo & Aspare Coss

Maxima vrbis regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuos incensa, collapsaq; est mense Augusto.

Indict. iii. Theodosio xv & Valentiniano iii Coss

Honoria Valentiniani Imp. soror, ab Eugenio procuratore suo stuprata concepit, palatioque expulsa, Theodosio principi de Italia transmissa est, malè enim contra Occidentalem rem cogitabat.

Indict. iv. Isidoro & Senatore Coss.

E Forum Theodosij Imp. in loco qui Helianæ dicitur, ædificatum est. Sebastianus Bonifacij quondam patricij gener vrbe Augusta fugit, atque in Africa interemptus est.

Indict. v. Aetio & Sigisbuldo Coss

Theodosius Imp. Cyzicum ciuitatem nauibus petit, multaque eidem ciuitati munificentia præstita, vrbem Augustam renauigauit.

Indict. vi. Theodosio xvi & Fausto Coss.

Valentinianus Imp. Roma digressus est, ad copulandam sibi in matrimonium Eudoxiam Theodosij principis filiam quam dudum desponsauerat. Constantinopolim aduenit, eaque sibi nupta apud Thessalonicam, Italiam repetens hyemauit.

Indict. vii. Theodosio xvi & Fausto Coss.

Contra dia prædo cum pyratis, suisque comitibus captus interfectusque est. Reliquiæ beatissimi Ioannis

Augustæ vrbis quondam Episcopi eidem redditæ ciuitati, ibique sepultæ mense Ianuar. die xxviij. Valentinianus Imp. cum Eudoxia vxore Rauennam ingressus est.

Indict. viii. Valentiniano. v. & Anatolio Coss.

Theodosius Imp. octaua quinquennalia edidit. Eudoxia vxor Theodosij principis ab Hierosolymis vrbem Regiam remeauit, beatissimi Stephani primi Martyris reliquias quæ in basilica S. Laurentij positæ venerantur, secum deferens. Hoc tempore Gensericus Rex Vuandalorum Africam Prouinciam Carthaginemque metropolim cum suis satellibus occupauit. Cal. Nouemb.

Indict. ix. Cyro, solo Coss.

Paulinus Magister officiorum in Cæsarea Cappadociæ, iubente Theodosio Romanæ Ecclesiæ Leo. xlvij. Papa creatus vixit annis. xxj.

Indict. x. Eudoxio & Dioscoro Coss.

Persæ, Sarraceni, Zanoi, Isauri Hunni finibus suis egressi Romanorum sola vastarunt. Missi sunt contra hos Anatolius & Asper Magistri militiæ, pacemque cum eis vnius anni fecerunt. Ioannes natione Vuandalus Magisterque militiæ Arnegisti fraude in Trachia interemptus est. Hunnorum reges cum numerosis suorum millibus in Illyricum irruerunt: Naisum, Singidunum aliasque ciuitates, oppidaque Illyrici plurima exciderunt.

Indict. xi. Maximi ii. & Paterio Coss.

Stella quæ crinita dicitur, per plurimum tempus ardens apparuit. Bella & Attila fratres multarumque gentium reges, Illyricum Trachiamque depopulati sunt.

His consulibus tanta nix cecidit vt per sex menses vix liquescere potuerit: multa hominum & animalium frigoris rigore confecta millia perierunt. Theodosius Imp. ex Asiana expeditione vrbem regiam redijt. Thermarum aquæ Achillæ dicuntur Eucæniæ factæ.

Indict. xii. Theodosio xviii. & Albino Coss.

Theodosius princeps noua quinquennalia dedit. Archadia soror Theodosij, viuendi finem fecit: Aliquanta Bithiniæ oppida atque prædia cononuatum vi longa pluuiarum, & fluuiorum inundatione crescentium sublapsa dissolutaque perierunt. Seuerum Presbyterum & Ioannem Diaconum, Eudoxiæ reginæ apud Heliam vrbem ministrantes, missus ab Imp. Theodosius Saturninus Comes domesticorum occidit: Eudoxia nescio quo excitata dolore Saturninum protinus obtruncauit, statimque mariti Imp. nutu regiis spoliata ministris, apud Heliam remansit mortua. Bella rex Hunnorum, Attilæ fratris sui insidiis interimitur. Apud Bysantium popularium ortu in Circo seditione, multi sese inuicem occiderunt, multaque extrinsecus hominum pecudumque corpora perierunt.

Indict. xiii. Valentiniano vi & Nomo Coss.

His consulibus magna fames Constantinopolim inuasit, pestisque illo subsecuta. Templum Regiæ ciuitatis igne crematum.

Indict. xiv. Symmacho vii & Aetio iii. Coss

Indict. xv. Ardabure & Callepio Coss.

Ingenti terræ motu per Locaria imminente, plurimæ vrbes, Augustæ muri recenti adhuc ædificatione constructi, cum lvij. turribus corruerunt. Sana quoque ingenua in foro Tauri dudum super sese in ædificio posita, statuæque plurimæ sine vllius scilicet læsione collapsæ sunt, plurimis nihilominus ciuitatibus collapsis, fames, & aëris pestifer odor multa millia hominum iumentorumque deleuit ingens bellum & priore maius per Attilam regem nostris inflictum, pene totam Europam, excisis inuasisque ciuitatibus atque castellis, corrosit. Eodem anno, vrbis Augustæ muri olim terræmotu collapsi, intra tres menses Constantino præfecto Prætorio operam dante reædificati sunt. Attila vsque ad Thermopolim infestus aduenit.

Indict. i. Zenone & Posthumiano Coss.

Arugissus magister militiæ in Ripensi Dacia iuxta Vtum amnem ab Attila rege, viriliter pugnans, plurimis hostium interemptis, occisus est. Prouincia India Theodosio principi pro munere, Tigrim domitam misit. Vtramque porticum Troadensem, turresque portarum vtrasque, ignis subitus exussit: quarum ruinam continuo repurgatam, Antiochus præfectus

A Prætorio in pristinam erexit speciem Legatis Attilæ a Theodosio depactas olim pecunias flagitantibus.

Indict. ii. Protogene & Asturio Coss

Marina Theodosij vxor fati munus impleuit. Flauianus Episcopus secunda apud Ephesum Synodo, vi Dioscori Alexandrini Episcopi & Saturnini Spadonis in Epipam exulat. Ariobinda & Taurus patricij, communi vita defuncti sunt.

Indict. iii. Valentiniano vii & Abieno Coss.

Theodosius Imp. viuendi finem fecit: regnauit post mortem Archadij patris sui annos, xlij. Loco eius Martianus imperium adeptus est. Crysaphius eunuchus, Pulcheriæ Theodosij sororis nutu, sua cum auaritia interemptus est.

Al. 27. Indict. iiii. Marciano Aug. & Adelfio Coss.

Leone pontifice sedem B. Petri regente. DCXXX. patrum sancta & vniuersalis synodus contra Eutychetem nefandissimorum præsulem monachorum, apud B Calcedonem in basilica sanctæ Eufemiæ firmata est: solus Dioscorus Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus descendit, statim ab iisdem Catholicis patribus sacerdotio abdicatus est.

Indict. v. Spurano & Herculano Coss.

Martianus August. suis statuit decretis, vt hi qui consules fieri cupiebant, nihil æris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum vrbis aquæductum dependerent. Hoc tempore tres magni lapides è cœlo in Trachia ceciderunt. Aquileia ciuitas ab Attila Hunnorum rege excisa est.

Indict. vi. Vincomalo & Opilione Coss.

Ioannes præcursor Domini & Baptista, caput suum, quod olim Herodes impia nefandaque postulatione ab humeris amputatum & in disco positum accepit, proculque à truncato eius corpore sepeliuit, duobus Orientalibus monachis ob adorandam apud Hierosolimam Christi Domini resurrectionem C introeuntibus reuelauit, vt ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes admodum requirerent fideliterque humo extollerent. Hoc ergo caput fidei repertum, suaque hispida in mantica conditum, dum ad propria remeantes habitacula * peruenerunt, quidam Emisenæ figulus ciuitatis diuturnam imminentemque sibi fugiens paupertatem sese his exhibuit comitem, quique dum nesciens peram sibi creditam cum sacro capite portat, ab eo cuius caput vehebat noctu admonitus, vtrunque comitem, statimque Emisenem vrbem cum sancto leuique onere introgressus est. Ibique dum aduixit præcursoris Christi veneratus est caput, moriensque sorori suæ rerum nesciæ, signatum in vasculo tradidit colendum. Illa vero successori suo positum, D signatumque vt erat dereliquit. Porro Eustochius quidam occultus Arrianæ perfidiæ Presbyter, talem tantumque thesaurum indignus obtinuit, gratiamque quam Christus Dominus per Ioannem Baptistam infirmo populo tribuebat, is eam, ac si suam duntaxat in vulgo dissemiuabat. Hic prauitate sua detecta, Emisena vrbe expulsus est. Hoc inde antrum in quo beatissimi Ioannis caput in vrnam missum sub terraque conditum erat, quidam Monachi pro habitaculo habere cœperunt: Marcellus demum Presbyter totiusque Monasterij præsul dum in eodem specu, vita irreprehensibili habitat, idem B. Ioannes Christique præcursor sese eidem suumque caput ostendit, ibidemque sepultum multis præfulgens virtutibus E patefecit. Hoc igitur venerabile caput Iuliano memoratæ Episcopo ciuitatis, per præfatum Marcellum Presbyterum constat inuentum, Vincomalo & Opilione coss. mense Februario, die. xxiij. media ieiuniorum paschalium septimana, Imp. vero Valentiniano & Marciano regnantibus. Pulcheria Augusta, Marciani principis vxor, B. Laurentij atriũ mirabili opere cõsummauit. beatũq; viuẽdi finẽ fecit.

In Iohanne * al. peruenerunt.

al. Emisenam.

al. Iuliano.

Indict. vii. Aetio & Studio Coss.

Attila Rex Hunnorum Aetij hortatu, prouinciæ, noctu mulieris manu cultroque confoditur. Quidam vero sanguinis reiectione eum necatum perhibent. Aetius patricius magna occidentalis Reipu. salus & Regis quondam Attilæ terror, à Valentiniano Imp. cum Boëtio amico in palatio trucidatur, atque cum

ipse

ipso Hesperium cecidit regnum, nec hactenus valuit reuelari.

Indict. viij. Valentiniano viij. & Antemio Coss.

Valentinianus princeps dolo Maximi patricij, cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio per Optilam, & Traustilam Aetij satellites, iam percusso Heraclio spadone, truncatus est. Idem Maximus inuasit Imp. tertioque tyrannidis suæ mense, membratim Romæ à Romanis tractus discerptusque est. Gensericus Rex Vuandalorum ab Eudoxia Valentiniani vxore Epistolis inuitatus ex Africa Romam ingressus est, eaque vrbe rebus omnib. spoliata, eandẽ Eudoxiã cum duabus filiabus secum rediens abduxit.

Indict. ix. Ioanne & Varano Coss.

His consulibus innumera locustarum agmina fructum Phrygiæ vastauerunt. Eucherius Lugdunensis Ecclesiæ pontifex multa scripsit tam Ecclesiasticis, quam Monasticis studiis necessaria.

Indict. x. Constantino & Rufino Coss.

Marcianus Imp. bonis principibus comparandus vitæ spiritum amisit, imperauit annos vj. menses vj. Leo eidem defuncto successit, cuius voluntate Maioranus apud Rauennam Cæsar est ordinatus.

Indict. xj. Leone August. & Maiorano Coss.

Leo Imp. protomo Calcedonensi per vniuersum orbem singulis Orthodoxorum Episcopis, singulas consonantesque misit Epistolas, quo sibi quid de eodem tomo sentirent suis rescriptionibus indicarent. Horum omnium Episcoporum ita conspirantes suscepit Epistolas, vt eas putares vno tempore vniusque viri eloquio fuisse dictatas.

Indict. xij. Patritio & Ricimere Coss.

Isaac Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter scripsit Syro sermone multa, præcipue aduersus Nestorianos & Euticianos. Ruinam etiam Antiochiæ eglogo carmine planxit, quemadmodum Effrem Monachus Nicomediæ lapsum.

Indict. xiij. Appollonio & Magno Coss.

Quizicus ciuitas terræ motu concussa murorumq; suorum ambitu interrupta sese suosque diu deplanxit.

Indict. xiv. Degalafio & Seuerino Coss.

Romanæ Ecclesiæ Hilarius xliij. pontifex factus vixit an. vj. Maioranus Cæsar apud Desthonam iuxta fluuium, qui Hyra dicitur, interemptus est, locum eius Seuerus inuasit.

Indict. x. Leone Aug. ij. solo Cos.

Iacobus natione Achaius, religione paganus medicinę artis peritia, tam ingenio quam litteratura claruit. hic ob medendum Leonem August. febre defatigatum, sacrum palatij cubiculum intrauit, statimque regia in sella iuxta thorum imperialem posita sine vllo Augusti nutu consedit, sicque medicas adhibuit manus. Porro meridie ad eundem reuersus, sacrum puluinar sublatum sibi propter solum in quo matutinus resederat protinus intellexit: spondamque thori regiam intrepidus supersedit, veterum studij Iurisperitorum præceptionibus monitum id sese gessisse, non temere præsumpsisse ægrotantem docuit principem.

Indict. j. Viuiano & Felice Coss.

Prosper homo Aquitanicæ regionis, sermone Scholasticus, & assertionibus verbosus multa composuisse dicitur. Epistolæ quoque Leonis aduersus Eurychem de vera Christi incarnatione datæ, ab isto dictatæ creduntur.

Indict. ij. Rustico & Olibrio Coss.

Beorgor Rex Alanorũ à Ricimere Rege occiditur.

Indict. iij. Basilisco & Herminerico Coss.

Constantinopolis magno inuasa incendio, facieque fœdata deplangitur.

Indict. iv. Leone August. iij. solo Coss.

Seuerus qui occidentis arripuit principatum, Romæ interiit. Theodoritus Episcopus sanctus Cyri ciuitatis scripsit de incarnatione Domini aduersus Eutychen & Dioscorum Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopos, qui humanam in Christo carnem negant.

Indict. v. Pastio & Ioanne Coss.

Leo Imp. Anthemium patritium Romani misit, Imperatoremque constituit. Rauennam ciuitatem terræmotus deterruit.

Indict. vj. Anthemio Aug. ij. solo Coss.

Marcellinus Occidentis patritius idemque paganus, dum Romanis contra Vuandalos apud Carthaginem pugnantibus opem auxiliumque fert, ab iisdẽ dolo cõfoditur pro quibus palã venerat pugnaturus.

Indict. vij. Zenone & Martiano Coss.

His consulibus caput Densicis Hunnorum Regis Attilæ filii Constantinopolim allatum est.

Gennadius Constantinopolitanæ Ecclesiæ pontifex Danielem Prophetam ex integro ad verbum commentatus est, & Homilias multas composuit.

Indict. viij. Iordane & Seuero Coss.

Aspar primus patritiorum cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo quidem olim patritio, hoc autem Cæsare generoque Leonis appellato, Arrianus cum Arriana prole spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit.

Indict. ix. Leone August. iv. & Probiano Coss.

Indict. x. Marciano & Festo Coss.

Vesuuius mons Campaniæ torridus intestinis ignibus æstuans exusta vomit viscera, nocturnisque in die tenebris omnem Europæ faciem minuto contexit puluere. Huius metuendi memoriam cineris Bizantij annuè celebrant viij. Idus Nouemb. Anthemius Imp. Romæ à Ricimere genero suo occiditur. Loco eius Olybrius substitutus, septimo mense imperij sui vita defunctus est. In Asia aliquantæ ciuitates vel oppida terræmotu collapsa sunt.

Indict. xj. Leone August. v. solo Coss.

Licerius apud Rauennam plus præsumptione quam electione Cæsar factus est. Constantinopoli in Circo seditione orta multi Isaurorum à populo interfecti sunt.

Indict. xij. Leone Iuniore solo Coss.

Leo senior imp. Leone Iuniore à se iam Cæsare constituto, morbo perijt, tam sui imperij annis quam huius Leonis mensibus computatis anno xvij. mense vj. Zenonem Leo Iunior idemque filius Imp. Principem regni constituit. Clicerius Cæsar Romæ imperium tenens à Nepote Marcellini quondam patritij sororis filio, imperio expulsus, in Porta vrbe ex Cæsare Episc. & ordinatus est & obiit.

Indict. xiij. Zenone Aug. ij. solo Coss.

Zeno Imp Verinæ socerus suæ & Basilisci fratris eius insidiis circumuentus cum Mariagna vxore sua profugus in Isauriam tendit: Regnum Zenonis Basiliscus tyrannus inuasit Nepos qui Clicerium regno pepulerat Romæ eleuatus est Imp. Nepote Orestes protinus effugato, Augustulum filium suum in imperium collocauit.

Indict. xiv. Basilisco & Armato Coss.

Basiliscus tyrannus Marco filio suo Cæsare facto, dum contra fidem Catholicam Nestoriana perfidia intumescens conatur assurgere, ante inflatus crepuit quam pœnitere potuerit. Basiliscus cum filio suo & Xenodioa vxore sua, iam Zenone pristinum ad imperium remeante, in exilium missus est, atque in oppidulum quod Lyminis in prouincia Cappadociæ dicitur, trusus fame extabuit. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit, Orestem Odoacer illico trucidauit, Augustulum filium Oresti Odoacer in Lucullano Campaniæ castello exilij pœna damnauit. Hesperium Romanæ gentis Imperium, septingentesimo octauo vrbis conditæ anno primus Augustorum Octauianus August. tenere cæpit, cum hoc Augustulo periit, anno decessorum regni Imperatorum D. XXII. Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus.

al. *Zenodina*

Indict. xv. Sine consulibus.

Bracilam Comitem Odoacer rex apud Rauennam occidit. Theodolus presbyter in Cælasyria multa conscripsit, clarusque habetur.

Indict. i. Illo solo Coss.

Indict. ii. Zenone August. iij.

Sabinianus magnus Illyricianæ militiæ ductor creatus Citnam Collatoremque, & iustum Reipu. censum, vel præparantem fouit vel dependentem tutatus est. Præterea militaris ita optimus institutor coercitorque fuit, vt priscis Romanorum ductoribus comparetur. Theodoricum regem idem Sabinianus apud Græciam debacchantem ingenio magis quam virtute deterruit.

Indict. iii. Basilisco solo Coss.

Vrbs Regia per xl. continuos dies assiduo terræmotu quassata magnopere sese afflictam deplanxit. Ambæ Troadenses porticus corruerunt, aliquantæ Ecclesiæ vel scissæ sunt collapsæ. Statua Theodosij Magni in foro Tauri super Coclidem colomnam posita corruit, duobus fornicibus eius fori collapsis. Hunc formidolosum die Byzantij celebrant vij. Calend. Octobris. His Cos. Nepos quem dudum Orestes Imperio abdicauerat, Viatoris & Ouidæ circumuentus insidiis, haud longe à Salonis sua in villa occisus est.

Indict. iv. Placido solo Coss.

Theoduricus Triarij filius rex Gothorum, accitis suis vsque ad Anaplum, quartum vrbis milliarium aduenit, nulli tamen Romanorum noxius continuo reuersus est Porro in Illyricum properans dum inter suorum mouentia plaustra progreditur, iacentis super Carpentum teli acumine, & pauescentis equi sui impulsione, fixus transuerberatusque interiit. Sabinianum Magnum, mors quæ huic peccanti immodo merito imminuet, ante eum ademit, quanquam integrum defatigatæ reipu. præsidium esset.

Indict. v. Trocondo & Seuerino Coss.

Romanæ Ecclesiæ Fælix xlvj. Episcopus ordinatus vixit annis xij. Theodoricus cognomento Valamer vtramque Macedoniam, Thessaliamque depopulatus est: Larissamque metropolim deprædatur.

Indict. vi. Fausto solo Coss.

Idem Theoduricus rex Gothorum Zenonis Aug. munificentiis pene pacatus, magisterque præsentis militiæ factus, Consul quoque designatus, creditam sibi Ripensis Daciæ partem Mesiæque inferioris cum suis satellibus pro tempore tenuit.

Indict. vii. Theodorico & Venantio Coss.

Illus natione Isaurus, dignitate magister officiorum, amputata apud Comitatum auricula, Orientem Zenoni inuasit, Porro cum Leontio tyrannidem arripuit, totam namque per Africam crudelis Honorychi Vuandalorum regis in nostros Catholicos persecutio importata est, exulatis diffugatisque plusquam cccxxxiiij. Orthodoxorum sanctis, Ecclesiisque eorum clausis, plebs fidelium sub variis acta suppliciis beatum consummauit agonem: nempe tunc idem rex Honorychus, vnius Catholici adolescentis, vitam à natiuitate sua sine vllo sermone ducentis, linguam præcepit abscindi; idemque mutus quod sine humano auditu Christo credens fide didicerat, mox præcisa sibi lingua locutus est, gloriamque Deo in primo vocis suæ exordio dedit. Denique ex hoc fidelium contubernio aliquantos egu religiosissimos præcisis linguis, manibus truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi loquentes. Hæc Arrianorum crudelitas in religiosos Christi cultores suprascriptis Consulibus mense Februario cœpit infligi.

Auct. de sc.

Indict. viii. Symmacho solo Coss.

Longinus Zenonis frater Aug. post decennalem custodiam quam eidem Illus apud Isauriam implexerat ad germanum suum Constantinopolim aduenit.

Indict. ix. Longino solo Coss.

Ioannes Antiochenæ Parrochiæ ex grammatico Presbyter, scripsit aduersum eos qui in vna tantum substantia adorandum asserunt Christum, nec adquiescunt duas in Christo confitendas naturas.

Indict. x. Boetio solo Coss.

Theodoricus rex Gothorum Zenonis Augustini beneficiis satiatus, cum magna suorum manu vsque ad regiam ciuitatem & Malentiadam oppidum infestus accessit, plurimisque locis igne crematis ad Nouensem Mæsiæ ciuitatem vnde aduenerat, remeauit.

Indict. xi. Dinamio & Sifidio Coss.

Leonis Interrex & Illus tyrannus in Papirio Isauriæ castello capti decollatique sunt. Capita eorum Constantinopolim allata præfixaque hastilibus tabuere Eodem anno Theodoricus rex omnium suorũ multitudine assumpta Gothorum, in Italiam tendit.

Indict. xii. Eusebio & Probino Coss.

Idem Theodoricus rex Gothorum, optatam occupauit Italiam: Odoacer itidem rex Gothorum metu Theodorici perterritus Rauennam ingressus est. Porro ab eodem Theodorico periuriis illectos, interfectus est.

Indict. xiii. Longino ii. & Fausto Coss.

Zeno Imp. Pelagij gulam in insula quæ Paganorum dicitur, laqueo frangi præcepit.

Indict. xiv. Olibrio solo Coss.

Zenu August. vita decessit tum sui Imperii annis quam Basilisci tyrannidis mensibus computatis, anno xvij mense vj. Anastasio ex silentiario Imperator creatus est Bellum plebeium inter Byzantios ortum, parsque vrbis plurima atque Circi igne combusta.

Ind. xv. Anastasio August & Rufo Coss.

Dum bellum paratur Isauricum, dumque Isauri Imperium sibi vindicare nituntur, in Phrygia iuxta Cortiarum ciuitatem vnde confluunt. * Lilij Linguis, segnis quidem pedes sed eques in bello acerrimus, à ... nauis primus in prælio trucidatus omnesque simul Isauri fugæ dediti per montana aspersque loca Isauriam repetunt. Hoc bellum Isauricum per sex annos tractum est.

† al. Lilingis.

Indict. i. Eusebio ii. & Albino Coss.

Bella Ciuilia aduersus Anastasii regnum apud Constantinopolim gesta sunt, statuæ regis, reginæque in funibus per vrbem tractæ, Iulianus magister militiæ nocturno prælio pugnans Gettico ferro in Thracia confossus interiit.

Indict. ii. Asterio & Præsidio Coss.

Anastasius Imp. contra Orthodoxorum fidei maiestatem intestina cœpit prælia commouere, piaculi sui perfidiam prius In Eufemium vrbis Episcopum sibi pro orthodoxorum fide viriliter resultantem profano manifestauit ingenio. Laudicea, Hierapolis, atque Agaticum vno tempore vnoque terræmotu collapsæ sunt. Romanæ Ecclesiæ xlvij. Gelasius Episcopus sanctus ordinatus vixit annos tres.

Indict. iii. Viatore solo Coss.

Eufemius Augustæ ciuitatis antistes de quo superius fecimus mentionem falso ab Anastasio principe accusatus atque damnatus in exilium ductus est. Locum Eufemii Macedonius tenuit.

Indict. iv. Paulo solo Coss.

Augustatico suo dudum Anastasius militibus præstito, donatiuum quoque hoc, fratre consule tribuit, India Anastasio principi elephantem quem Plautus poëta noster Lucabum nomine dicit, duosque Camelos * pardalos pro munere misit.

* al. camelopardalos

Solis defectus apparuit. Bellumque Isaurium hoc sexto anno sedatum. Antenodorus Isaurorum primus in Isauria captus decollatusque est. Caput eius Tharsum ciuitatem allatum pro portis, hastili fixũ extabuit.

Indict. v. Anastasio Aug. solo Coss.

Romanæ Ecclesiæ xlviij. Anastasius pontifex ordinatus vixit annos ij. Longius Isaurus cognomento Selinunteus, apud Antiochiam Isauriæ ciuitatem à prisco comite captus Constantinopolim missus est, Catenatusque per Agentem circunductus, Anastasio principi spectante populo ingens spectaculum fuit, variisque deinde cruciatibus apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem expensus est. Nummis quos Romani Terentianos, Græci follerales vocant, Anastasius princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.

Indict. vi. Ioanne Scytha & Paulino Coss.

Indict. vii. Ioanne Gibbo solo Coss.

Aristus Illyricianæ ductor militiæ cum xv. millibus armatorum, & cum D.xx. plaustris, armis ad præliandum necessariis oneratis, contra Bulgares Thraciam deuastantes progressus est. Bellum iuxta Zurtam fluuium consertum, vbi plus quam iiij millia nostrorum aut in fuga, aut in præcipitio ripæ siccæ & sine flumine interempta sunt. Ibique Illyriciana virtus militum periit, Nicostrato, Innocentio, Tanco & Aquilino Comitibus interfectis. Hoc anno ingens terræmotus Ponticam concussit prouinciam.

Indict. viii. Patricio Hypatio Coss.

Romanæ Ecclesiæ Symmachus Episcopus sanctus factus vixit annos xv. Anastasius imp. donatiuum Illyricianis militibus per Paulum Tribunum notariorum, erogandum misit.

Indict. ix. Pompeio & Abieno Coss.

Constantino præfecto vrbis, ludos theatrales meridiano tempore spectante, pars in eodem spectaculo Cerealis, sub diuersis cellulis occultas præparauit insidias. Namenses saxaque vasis inclusa fictilibus, eademque arma diuersis pomis desuper cumolatis sub Theatri porticu ritu vendentium statuit. Dum residente Constantino ex more ciuium crepant voces, ante visa quam audita arma excutiuntur, saxaque in incautos ciues instar imbrium iaciuntur, ensesque vibrati in amicorum inque vicinorum capita, sanguine obliti suis cum percussoribus debacchantur: nutat & contremiscit Theatri cauea, & fugientium hucatque illuc suorum pedibus conculcata occisorumque fædata cruore deplangitur, plus enim quam tria millia ciuium saxis gladiisque, comprehensionibus & aquis proscemnia missus vrbs Augusta defluit.

Indict. x. Probo & Abieno. Coss.

Conuicta gens Bulgarorum deprædata sæpe Thraciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum deuastauit. Amydam opulentissimam ciuitatem monacho-

nacborum eius astu pruditam Choadis rex Persarum quioto mense quam expugnare eam cœperat irrupit, proditoresque eius monachos obtruncauit.

Indict. xi. Dexecrato & Voluhano Coss.

Tres Romanorum ductores, Patritius, Hypatius & Areobinda qui cum a v. millibus amatorum olim contra Persas missi fuerant, pugnaturi iuxta Syfream Castellum cum iisdem Persis, sine audacia conflixerunt, multi tunc militum ductoribus de exercitu fugientibus cæsi sunt, Immenso dehinc auri pondere hostibus dato, capram rebusque vacuam Amydam ciuitatem, iidem nostri redemerunt ductores, Celere magistro officiorum sibi cum ij. millibus bellatorum in subsidium destinato

Indict. xii. Cetubo solo Coss.

Interea Celerio gister officiorum per Callinicum Mesopotamiæ ciuitatem armato duce milite ad deuastaoda Persarum rura discurrit, plurimos agrestes rusticis intentos laboribus more pecudum trucidat, pastores diuersorum pecorum cum numerosis iumentis abducit, Castella latere luroque coostructa inuadit, vsque ad pontem sertcum sic nomine dictum cuncta vastãda progreditur, omni præda potitus ad communia castra ditato milite remeat, aliquanta de hinc ob percutiendum fœdus cum Persis, deliberat, misso ad se pro pangendo fœdere Armonia à secretis.

Indict. aiii. Sabiniano & Theodora Coss.

Idem Sabinianus Sabiniani Magoi filius ductorque militiæ, delieatus contra Mundonem Getamarma construxit x millia armatorum sibi asciuit, horum plaustra quæ armis atque commeatibus onerata erant secum trahens pugnaturus accessit. Commissu iuxta Margum plano oppido multis suorum militibus in hoc conflictu perditis, & in Margo flumine enecatis, amissis prætetea plaustris in castellum quod nato dicitur cum paucis fugit, tanta in boc lamentabili bello spes cecidit, vt quantum apud mortales nequaquam potuerit reparari.

Indict. xiiii. Ariobinda & Messala Coss.

His Coss. Anastasii principis statua in eodem loco quo dudum Theodosii Magni steterat super immanem columnam in foro Tauri facta est.

Indict. xv. Anastasio August. ii. Coss.

Seditio popularis in Circo facta est, miles & armatus obstitit, Gradus circi Septentrionalis sua cum fornice incensi collapsique sunt Athanasio Cæsare in processibus commorante.

Indict. i. Celere & Venantio Coss.

Romanus Comes Domesticorum, & Rusticus Comes scholæ cum Coss. armantis nauibus totidemque dromonibus viij. militum armatorum secum ferentibus ad deuastanda Italiæ littora processerunt, & vsque ad Tarentum antiquissimam ciuitatem aggressi sunt, remensoque mari inhonestam victoriam: quam pyratico casu Romani ea Romanis rapuerunt, Anastasio Cæsari reportarunt.

Indict. ii. Opportuno solo Coss.

Orto Augustæ vrbis incendio vtramque porticum à foro Constantini vsque ad Iccæ tenuissimam statuam ignis in puluerem redegit. Portus Iuliani vndis sois rotabilibus machinis prius exhaustus, cœnoque affosso purgatus est.

Indict. iii. Boetio solo Coss.

Simulachrum æneum in foro Strategij super fornicem residens, & cornu copiæ fortunæ retinens incendio proflammatom est, combustumque brachium, quod tamen statuarij continuo solidarunt. Appius Patritius exulat. Coostantinus olim magister militiæ Episcopus Laodiceæ ordinatus est.

Indict. iv. Secundino & Fælice. Coss.

Macedonius Augustæ vrbis Episcopus licet olim Anastasij Imp pauoremque eiusdem Cæsaris, accusatus quoniam tomum sanctorum patrum apud Chalcedonam sancta dudum subscriptione roboratum, eidem principi dare distulit, ab eodem Euchaita in exilium deputatus est Locum Macedonij Timotheus

Indict. v. Paulo & Musciano Coss.

meridiano tempore ab Anastasio Cæsare Episcopus ordinatus inuasit.

*al in Ecclesia consistentes.

Sæpe cœlum septentrionali plaga ardere visum est, Die dominico, dum iubente Anastasio Cæsare perque Platonem* in Ecclesia pulpito insistentem in hymnum Trinitatis Dei, Passianorum quaternitas A additur, multi Orthodoxorum pristina voce psallentes perfidosque præcones clamoribus obiurgantes in eiusdem Ecclesiæ gremio cæsi sunt, ductique in carceres perierunt, altera nihilominus die in atrio sancti Theodosii maiori cæde pro fide vnica perculsi sunt. Qua propter commota Orthodoxorum agmina die sequenti, id est, 8. Idus Nouemb. (in quo die memoria cineris dudum totam Europam regentis apud Bizantium celebratur) in forum cum constantia vndique confluunt, quorum alij quidem cæteris die noctuque hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus totam peragrant ciuitatem, & Anastasium Cæsaris monastico habitu adsertatores ferro flammisque interimunt, alij claues portarum omniaque signa militaria ad forum quo religionis castra metati fuerant deB ferunt, ibique Anastasio Cæsare in processibus degente Ariobindam sibi Imperatorem fieri clamitant, imaginibus deinde statuisque Anastasii in terram deiectis Celerem & Patritium Senatores ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos, tactis pluuiæ instar lapidibus repulerunt domibus Marini & Pompei succensis. In circum ad Anastasium venientes & ante suum solium consistentes, hymnum Trinitatis iuxta morem Catholicum concinentes, coruscansque Euangelium, Crucemque Christi ferentes è foro plurimi conuenerunt, Marinum Platonemque prauitatis eius autores ferro subiici debere conclamantes. Hos ciues idem Anastasius Cæsar solitis periuriis, simulatisque vocibus sæpe fractoruo cuncta promittens, tertio die quam in forum aduenerat, sine vllo rerum C effectu ad sua fecit habitacula repedare. Porro redintegrata Anastasius prauitate, infamem & irridendam synodum apud Sydonem ciuitatem (cuius de nomine ridicula nomina præponuntur) taxa. ferme perfidorum Episcopis congregatis aduersum Orthodoxorum Episcopos, fieri imperauit Flauianus Antiochiæ Catholicus Patriarcha & Ioannes Paltensium oppidi pontifex quoniam hunc cœtum sacrilegum refellerunt, in Castellum quod Petra dicitur exules missi sunt; ibi, Flauianus confessor Christi in Domino requieuit, Ioannem Iustinus Aug. mox Imperator factus reuocauit Iisdem ferme temporibus defectus solis contingit Gens Erulorum in terram inque ciuitates Romanorum iussu Anastasii Cæsaris introducta.

Aliud exemplar non habet.

Indict. vi. Clemente & Probo Coss.

D Seuerus Eutychetis perfidiæ, Anastasio Cæsare volente, sedem Flauiani antistitis ex monacho Episcopus occupauit. Dorotheus Ancheræ ciuitatis venerandus antistes, & Anastasio principi propter vnicam Orthodoxorum fidem iugiter aduersarius, finem viuendi, quem sibimet misso contra se Magistriano ipse prædixerat, in dicto tempore fecit.

Indict. vii. Senatore solo Coss.

Vitalianus Scytha assumpto Romanorum equitum intriduo congregatorum auxilio, in locum qui Septimus dicitur, aduenit: ibique castra metatus est, dispositisque à mari in mare suorum ordinibus, ipse ad portam, quæ aurea dicitur, sine vllius accessit dispendio, scilicet pro Orthodoxorum se fide, proque Macedonio vrbis Episcopo incassum ab Anastasio principe caulato, Constantinopolim accessisse asserens. Porro Anastasii simulationibus atque periuriis E per Theodorum internuncium illectus atque illusus. 8. die quam vrbem accesserat, remeauit. Hinc Odyssum Mæsiæ ciuitatem Vitalianus pernoctans astu ingressus est. Cyrillum loquacem magis quam strenuum militiæ ductorem inter duas pellices Vitalianus reperit dormientem, eumque mox abstractum cultro Getico iugulauit hostemque se Anastasii Cæsari palam aperteque exhibuit.

* al. per noctem.

Indict. viii. Anthemio & Florentio.

Romanæ Ecclesiæ L. Hormisda episcopus ordinatus vixit annos 9. Item Vitalianus eidem Anastasio Imp. immanior factus est inimicus, præmissis suorum equitibus armatisque nauiculis sinistro sibi littora decurrantibus, ipse peditum armis stipatus Sistinē-

sam prædium ingressus est, totiusque loci palatium habuit mansionem, missi sunt ad Vitalianum senatores qui pacis, cum eo leges componerent, nonaginta auri pondera exceptis regalibus muneribus pro pretio tunc accepit. Hyparij iam mille centum auri libris cum Hutanio caprino sibi à suis in Zotopoli oblatis, magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypanum quem captiuum catenatumque apud Acres castellum tenebat, reuersus suo remisit auunculo. Hac tempestate Hunni Armenia transmissa totam Cappadociam deuastantes vsque ad Licaoniam perrexerunt. Ariagne Augusta lx. in palatio exactis vita decessit.

Indict. ix. Petro solo Coss.

Mutata fide Anastasius Imp. Vitalio succedit, idemque Rufinum destinat successorem. Helias Hieropolitanæ vrbis Episcopus in villa quæ Habyla dicitur ab eodem principe relegatus emoritur. Laurentium præterea Lychidensem, Alchysam Nicopolitanum, Gaianum Naisitanum, & Euangelium Pauliraliensem, Catholico Illyrici Sacerdotes, suis Anastasius præsentari iussit obtutibus, Alchysus, & Gaianus Episcopus apud Byzantium vita defuncti sunt, Dominione & Euangelio ad sedes proprias, ob metum Illyriciani Catholici militis, exemplo remissis, solus Laurentius Anastasium Imp. in palatio pro fide Catholica sæpe conuincens, apud Comitatum ac si in exilio relegatus, retentus est mobiliorque corpore deinde quam Constantinopolim aduenerat, effectus est. Nam septimo infirmitatis suæ anno idem Laurentius fide sua & Christi gratia, in atrio Cosmæ & Damiani sanatus est pedibus, sistere propriisque gressibus meruit confirmati, suæque deio patriæ reddi, vbi maior octogenario requiescit.

Indict. x. Anastasio & Agapito Coss.

Olla illa quæ in Hieremia vate ab Aquilone aduersum nostra delicta sæpe succenditur, tela ignita fabricata est, maximamque partem Illyrici iisdem iaculis vulnerauit. Duæ tunc Macedoniæ, Thessaliaque vastata est, & vsque Thermopylas veteremque Ephyrium gentem, equites deprædati sunt, mille tunc librarum auri denarios per Paulum Anastasius Imp. pro redimendis Romanorum captiuis Ioanni Præfecto Illyrici misit, deficiente pretio, vel inclusi, suis cum domunculis captiui Romani incensi sunt, vel pro muris clausarum vrbium trucidati.

Indict. xi. Magno & Floreatio Coss.

In prouincia Dardania assiduo terræmotu 24. castella vno momento collapsa sunt. Quorum duo suis cum habitatoribus demersa 4. dimidia ædificiorum suorum hominumque amissa parte. at. tertio domorum tondemque populi clade deiecta. 7. quartæ tectorum suorum, tantaque plebis parte depressa vicinarum metu ruinarum despecta sunt. Scupus namque metropolis licet sine ciuium suorum olim hostes fugientium clade, funditus tamen ruit, plurimi totius prouinciæ montes hoc terræmotu scissi sunt, saxaque suis euulsa compagibus, deuolutarumque arborum crepido per 30. passuum longitudinem patens & in 12. pedum latitudinem dehisceos, profundam aliquantis voraginem ciuibus, castellorum, saxorum ruinas vel adhuc hostium incursiones fugientibus iussa parauit, Vno in castello regionis Canisæ quod Sarnonto dicitur, ruptis tunc terræ venis & ad instar torridæ fornacis exæstuans diutius, altrinsecus feruentem imbrem euomit. Anastasius subita morte præuentus maior octogenario periit, regnauit annos 27 menses, 2. dies 29. Daras ciuitate huiuscemodi condita in Mesopotamia (Daras quædam possessio. 60. ab Amyda ciuitate milliaria ad Austrum sita & 15. millibus è Nisibino oppido ad occasum distans) Amydensi Ecclesiæ reditum pensauit. Huius ergo humilis villæ casus Anastasius Imp. ob condendam ibi ciuitatem dato precio emit, missisque continuo pro fabris construi præcepit: Calliopium deinde Antiocheoæ vrbis patritium huic operi præfecit, nempe hic in collem in planiciem desinente mira sagacitate ob fundamenta locanda sulcum sarculo designauit, murisque firmissimis facie teous consummatis vndique texit, riuum quoque qui ea prædij nomine iuxta quod nascitur Cordissus nominatur, serpensque per murmura, D. 5. milliariis eundem collem nouamque diuidit ciuitatem, concesso vtrique ostio prolabentem inclusit, Publicis præterea mœnibus decoratæ ciuitati pristinum nomen villæ reliquit. Inges huius frontispicio ciuitatis, in editiori loco coostructa muris que conuouata turris Herculea nomine dicta suspicitur, Nisibinum ad Orientem, Amydam ad Aquilonem respiciens.

Indict. xii. Iustiniano August. & Eutherio Coss.

Iustinus Imp. creatus Amantius palatij præpositus, & Andreas subicolatius, vterque rogo eius inimicus in insula decapitatus est, Vitalianus Scytha vrbem data acceptaque fide accitus ingreditur, statimque magister militum ordinatur.

Indict. xiii. Vitaliano & Rustico Coss.

Vitalianus his Coss. 7. mense cōsulatus sui 17. vulneribus confossus in palatio cum Celeriano & Paulo satellitibus interemptus est.

*al. Denario.

Indict. xiiii. Iustiniano & Valerio Coss.

Famosissimum hunc Consulatum Iustinianus præconsulibus omnium Orientalium, vtilitatibus edidit. Nam cclxxxviij. solidorum HS. libera Consulum profecta munificentia in populum, inque spectacula siue spectaculorum machinam distributa sunt 20. Leones, 30 pardos, exceptis aliis feris, in amphitheatro simul exhibuit. Numerosos præterea phaleratosque in Circo caballos iam donatis quoque impertiuit aurigis, vna duntaxat vltimoque mappa insanienti populo denegata.

Indict. xv. Symmacho & Boetio Coss.

Indict. i. Maximo solo Coss.

Ioannes Romanæ Ecclesiæ Papa. Liij. anno à Petro Apostolorum pontificumque præsule. ccccclxxxv. sessionis eius annus. Theodorico rege pro Arrianorum suorum cæremoniis reparandis laborante, solus duntaxat Romanorum sibi decessorum, vrbe digressus Constantinopolim venit, miro honore resumptus est Dexter dextro Ecclesiæ insedit solio, diemque Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebrauit.

Indict. ii. Iustino ii. & Opilione iii. Coss.

Indict. iii. Filoxeno & Probo Coss.

Indict. iv. Olybrio solo Coss.

Totam Antiochiam Syriæ ciuitatem repens inter prandentium ora terræmotus inuasit, alioquin occiduam vrbis magnamque eius partem, sinistris mox ventis vbique flantibus flammasque coquinarum pro tempore æstuantes ruentia in ædificia miscentibus, duplex torridumque exitium importauit. Eufrasium quoque loci huius vrbis Episcopum adempto eius capite, combusto simul obruit sepulchro, obelisco Circi inuerso & humi defosso.

Indict. v. Mauortio solo Coss. Aliud exemplar addit M.

Anno Regiæ vrbis conditæ cacvij. Iustinus Imperator Iustinianum ex sorore sua nepotem iam dudum à se nobilissimum designatum regni quoque sui successorem creauit Cal. Aprilis, ipse vero quarto ab hoc mense vita decessit, annis imperatis 9. mensibus a.

Indict. vi. Iustiniano Aug. solo Coss.

Anno Regiæ vrbis conditæ M.ccxviij. regium vestibulum, priscumque in eo solium ob aspicienda probandaque in Circo certamina structum, victor Iustinianus princeps, eminentius clariusque quam fuerat, & vtramque Senatorum ea more spectantium porticum solita magnanimitate redintegrauit, bonis quidem agitatoribus præmium, ignauis autem seueritatem innuens.

Indict. vii. Decio solo Coss.

Indict. viii. Lampadio & Oreste Coss.

Indict. ix. P.C. Lampadio & Oreste Coss.

Mundo Illyricianæ militiæ ductor vtriusque, dudum quidem Getis Illyricum incurrentibus primus omnium Romanorum Ducum incubuit, eosque haud paucis ipsorum interemptis fugauit. His autem deinde Coss. idem diu audacia sua fecundus in Thraciam quoque aduolans prædantes eam Bulgaros fœliciore pugna cæcidit, quingentis eorum in prælio trucidatis.

His Coss. Codex Iustiniani, orbi promulgatus est.

Hypa-

Indict. x. iiem P. C. Lampadio & Oreste Cos.

Hypatius, Pompcius, & Probos gerare consobrini, Diuique Anastasij nepoias, impetium quod sibi singuli indigna ambitione eauptantes, Idib Ian iam plerisque nobilium coniuratis, omniquc seditiosorum turba armis donisque ministratis illecta, dolis inuaderc tentauetunt, atque per quinquc cootinuos dies vrbem Regiam rapinis, ferro, igneque pet scelestos ciues sine certo ioter regc discursantes hostili impicrate ipsi se fidclas reip. in palatio dissimulaores, depopulati sunt. Quinta veto huius infandi scelaris die dum de foro Hypstius sceleratorum Comitatum manibus torque redimitus sureo, & Pompeius Comes sua sub veste loricatus ad inuadendum tanendumqua ascenduot palatium vterque eorum ante fores palatij capius est, statimqua piissimi principis oostri nutu catanatus trucidatusque pœnas luit, & ante imperium perdidit quam haberet, innumetis

Indict. xi. Iustiniano 3. Coss.

passim in Circo populis trucidatis & tyrannoium sociis contiouo pro'criptis. Post diuturnum immanemque laborem contta Mædos Romanis gestum sudoribus, tandem par Rufinum patritium perque Hetmogenem magistrum officiorum, vtrumqua legstum à principe nostro missum, pax cum Parthis depacta est. Spoosionem perrussi fœdaris ab vtroque impctatore, inuicem sibi munera in concotdiam missa secuta sunt.

Indict xiii Iustiniano Aug 4 & Paulino Cos al Galli. mero.

Prouincia Africa quæ in diuisione orbis tarrarum à pletisque in pstte tertia propositz est, volenta Deo vindicata est. Carthago quoque ciuitas eius anno excessionis suæ 96 pulsis deuictisqua Vvandalis, & Gelimero rege eorum capto, & Constantinopolim misso, quarto Iustiniani principis Consulatu ipsius modarationa tecepta est, suaque cum pattia firmius quam dudum fuerat, redintagrata.

Finis Marcellini Comitis Chroniti.

EX NARRATIONE SANCTI Patris Germani, œcumenici Patriarchæ ad Anthimum Diaconum, de sacris Synodis, & quænam quouis tempore Apostolicæ prædicationi hæreses succreuerint.

Ex Canis. Tomo 3. Antiq. Lect.

TVnc vel paulo anre (videlicet ante Origenem) cum magnus pater noster & miraeolorum effector Gregorius de his inqoirerat; admiranda dogmatis huius doctrina ei patefacta est; qoando diuam Virgioem & Deiparam Mariam, & Ioannem Virginem Apostolumquc manifesta vidit, ostendentes ei, eorom, quæ inuestigabat, accuratam cognitionem. Hæc ast illa apud omnas decaotara doctrins, quæ à patris dioioirste exorsa vnus, ait, Deus, pater Verbi viuentis, sapientię sobsistentis, potentiæ, & propriæ figuræ. Simul atiam docet eiosdem gloriæ ac maiestatis cum Patre & Filio esse Spiritum sanctum, & in sanctissima Trinitate nihil creatum, aut subditum, aut introductitiom reperiri, quasi prius quidem oon fuerit; postea autem introductum sit: incrcatam vero, & semper immortalem essa Trinitatem perspicue & diserte edoctus ipse (Gregorius) edocet.

ORATIO GERMANI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI in primam ieiuniorum Dominicam, & in sanctarum & venerabilium imaginum restitutionem.

Vixit tempore Alexii Comneni

QVam dilecta tabernacula tua Domine virtutũ, cōcupiscit & deficit anima mea in atria Domini, noo propter pulcbritudinē creaturarum murorumque elegaotiam & marmorum splendorem, aliorumque, quæ solers & iodustrius homo ingeniosè aseogitauit. Hæc enim secuodas apud Deum obtineot, & exigua ratio horum vitæ animaque careotium habetur. Quod vero potissimũ Dominus curat, quodque omoi sollicitudioe dignum iudicat, est homo, pretiosa illa res, quem Deus præ omnibus aliis honorat, cœlestis simul & terrestris, oeausque cœlestium & terrestrium, parvus mundus, cuius gratia, totus hic est mundus. Si igitur taberoacula Dei hominibus repleotur, & si in domo Domini, & in atriis Dei nostri, iusti suot plātati sanguine Christi, & si florent vt palma, multiplicanturque taoquam cedrus in Libano, verè dilecta sunt hæc tabernacula. Neque merito quis ea terrena appellauetit. Nam vniuersorum Dominos in his talibus habitat; vbi verò ipse, ibi & cœlestes ordines, & axareius Angelorum flammas specie imitantium. Itaque ego si vnquam alias totius anni decursu, hodie profacto dilexi diuinum hoc & sacrum tabernaculum. Adeo enim repletum est hominibus, vt propemodum quasi effusi templo capi nequeant, tam arcte vniti & coniuncti cum Deo, & ioter se vinculo, vt & corpora qoodammodo ad vnionem & coniunctiooem compellaot, vtque in voum quasi pegma coagmeotentur & concrascant.

Tanti verò coocursus causa est commemoratio sanctarum imaginum restitutarum. Iacebat enim Christi imago, non triduo, sed longissimo tempore soo obscuro & teoebrieoso loco inoidia Hereticorum idem cum Iudæis seoticorium: sed nunc iude voluntate Patris exsurgit, & prima huius resurrectionis annuntiatrix existit grauissima ioter mulieres & discipuls Christi Regina, quæ à diuino munere nomen habet: & per ipsam ad omnes, qoi tuoc erant Apostolici viri, Christique præcones, resurrectionis huius præconium manat, rursusqua exornatur Christi Ecclesis SS. imaginibus & typis, gratumque odorem acquirit, ab Iconomachorum abominatione, liberata. Vasis enim vnguentarij vica functa egregia illa discipula, & à Deo coronata Regina, omnes qui Copronymi Hæresi infecti erant, taoquam Scarabæos quosdam, ex cæno progenitos, suffocans perdidit: & proprium coniugem Imperatorem Theophylum miseiabiliter à tyrannica impietate captum, tāquam de stercore inopem excitauit, vitæ quidem consors, at sententiæ exsors. O aaimiam mulierem, quæ multarum mulierum clades & damna præstitit. Eua virum ex paradiso eijcit, contaminata per Inobedientiam illa, quæ secundum Deum est, similitudioe. Sedebat Iob in sterquilinio, corpore quidem grauiter olens, anima autem gratum odorem halans. Et improba illa mulier suadebat ei, vt & animam blasphemiis proferendis inquinaret. Non ita Dei amantissima hæc fœmina. Ipsi enim mariti nomen competit. Nam cum Deum diligeret, à Deo dilecta est, propterque Deum virum quoque eam vehemen-

desertores istos, & in communem rerum effectorem, & creatorem iniuriosos, vt & olim Dathan & Abiron cum suis.

Quod igitur dicere instituebamus, hoc erat; Interrogarunt aliquando Christum Iudæi, si liceret *censum dare Cæsari, an non.* Ille verò respondit dicens: *Ostendite numisma census.* Illisque ostendentibus, rursus respondit: Cuius est imago hæc & superscriptio. *Dicunt ei, Cæsaris.* Et Christus, *reddite,* inquit, *quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Audisti execrande Bogomile Christum dicentem: Cuius est hæc imago & superscriptio; quodque similitudo Cæsaris in numismate expressa imago fuerit, non idolum. Sed obijcit. Scriptura testatur: *Simulacra gentium argentum & aurum* esse, & nec loqui, nec videre, neque ambulare. Cum igitur etiam imagines nihil eorum operentur vel agant, quæ agere solent illi, quibus ea appetitu sese mouendi, & loquendi, & ambulandi facultas inest, affirmamus, illas idolis nõ esse absimiles. Insipiẽs, & stolido corde homo, si loquerẽtur imagines, si viderent, si audirent, si circuirent, non essent imagines, neque similitudines, sed prototypa & homines perfecti. At imago est tantum similitudo prototypi, & imitatio quædam notis expressa, diuina verò Scriptura idola appellat Dæmonum similitudines. Dæmones enim erant gentium Dij. Num igitur, quod Dæmones fuerunt Dij gentium, abnegabimus nos verum Deum, & vt athei in hoc mundo versabimur? Hoc enim affirmare tuæ tenebricosæ mentis est, vt cum Dij gentium Dæmonia fuerint, neque vos honoretis Deum, ne censeamini Dæmonum cultores, sed Athei sitis. Si verò hoc atheum & impium est, eadem quoque ratio erit imaginum: Gentiles enim Dæmonum formas adorabant. Nos Christi & Sanctorum eius. Quæ enim participatio luci ad tenebras, vel quæ conuentio Christo ad Belial?

Si igitur lux & tenebræ vnum & idem sunt, tunc itidem imago Christi & Idolum vnum & idem erũt, sed in sceleratum tuum caput, ter execrande Bogomile, hæc blasphemia expetat. Disce igitur ô hostis veritatis, veritatem. Gentes illas multorum Deorum cultrices & atheas, Dæmonum sculptiles similitudines effecisse, eisque, vt Dijs seruisse, & vitæ suæ curatores, vitæ expertes constituisse; erantque simul & prototypa & similitudines, Dæmones & Dæmonum effigies. Christus verò cum verus Deus sit, tanquam vnigenitus filius, & verbum Patris principio carẽtis, factus est homo propter nos secundum veritatem, & non tantum imaginariè, manens id quod erat; speciemque humanæ ipsius formæ exprimimus & honoramus, vt sanctam, quia & Christus sanctissimus est. Idem & in cæteris Sanctis præstamus, honorãdo & adorando sanctas imagines propter exemplarium similitudinem. Nec vt Deos istas colimus, absit; quin & anathemati subijcimus illos, qui hanc calumniam nobis irrogant; cum Christo excepto, neque ipsa sanctarum imaginum prototypa, Deos natura sua arbitremur; sed potius legitimos Dei seruos, amamusque illos, quod in veritate Deum amarint, & honoramus, quod pro gloria Christi vsque ad finem decertarint.

Iterum ego interrogo te, Quis est, qui dicit: *Idola gentium argentum & aurum esse* &c. quæ sequuntur. Dauid, inquies. Ipse verò Dauid cuius legis discipulus & cultor exstitit? Num veteris & vmbratilis, an nouæ claræque lucentis? Veteris certè. Et quomodo tu, qui Bogomilus es libros veteris legis expungens, totamque legũlationem illam à maligno, non à bono Deo profectam asseuerans, & omnia illa silẽtio condemnans, solum hoc frustillum versuum abscissum nobis proponis? Oportet enim te totam legẽ recipere, vel si illam non recipis, neque hunc pauca-

A tum syllabarum versiculum approbare. Stultum est enim vnum duntaxat radium ex toto sole, vt splendidum, & vt aurifluum laudare, reliquis omnibus, vt caliginosis, condemnatis. Vel quomodo potes vnius & eiusdem fontis aquam dulcem & amaram internoscere? Et qua tandem ratione volens libensq; hoc præteruolas; nimirum veterem legem, vel potius Deum verum, qui in vetere lege locutus est, qui mãdando Israëli hoc præcepit: *Non facies omnem similitudinem, neque eorum, quæ in cælo, neque eorum quæ in terra,* illum eundem iussisse præparari duos aureos tornatiles Cherubinos, & vtrinque ad sacram arcam collocari? Testis verbis meis accedit & Paulus, ille in cœlis grassans Apostolus, facta eorum mentione in ea, quæ est ad Hebræos epistola: vbi sic ad verbũ B scribit. *Post velamentum autem secundum, tabernaculum quod dicitur Sancta Sanctorum: aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ frondueràt, & tabulæ testamenti, superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium;* super quibus Cherubinis sæpè iis, qui digni erant, Dominus apparebat. Ea enim de caussa à Paulo Cherubim gloriæ nominata sunt.

Vides, cæce, quomodo, vt suprà dicebamus, sanctæ sint similitudines Sanctorum prototyporum, seu exemplarium. At verò Dæmones execrandi, & penitus detestandi sunt, eorumque idola execranda, & penitus detestanda sunt; & qui colunt illos, eorumque simulacra, pariter cum ipsis ignem æternum hæ C reditabunt. Ignis verò est funiculus hæreditatis Bogomilorum; cum & illis competat illud, *Dij gentium Dæmonia.* Et attendas velim ad orationis seriẽ. Omnis homo, qui ratione & oratione regitur, Deum, quem colit, eundem confitetur conditorem cœli & terræ, & omnium quæ in terra: & qui verè horum effector est, ipse est & Deus. At verò Bogomili effectionem mundi Diabolo assignant, vt proinde, si sibi constare velint, eundem & Deum existimare & adorare debeant: Quo fit, vt Bogomilorũ Deus sit Dæmon, Idolumque horum Dæmonum, quilibet ex Bogomilis, assimilatus ad vnguem suo prototypo. Sunt enim & isti tenebricosi informes, &, vt vno verbo dicam, Dæmonis quasi vultum & personam induti. D Similes illis fiant, qui colunt eos, quique eorum blasphemias recipiunt, subiaceantque omnes æterno anathemati.

Suppetebant quidem & alia, quæ prædictis adderem refutandæ Bogomilorum stultitiæ, sed modò vocat nos diuinæ mystagogiæ, & sacrificij offerendi tempus, quod dum auspicamur omnes veritatis hostes, & amici mendacij, ab omnium, qui Christiano nomine censentur, linguis, anathemati subdentur. Ego verò, charissimi filij, si perbreuem cohortationem ad vtilitatem animarum adiecero, dicẽdi finem faciam. Memini me & aliàs vos instruere & monere, vt quinque hebdomadis diebus semel duntaxat circa horam nonam cibum capiatis. Et nunc denuò de eodem vestram charitatem commoneo. In hoc E enim consistit ieiunium, vt serius in die cibus, isque mediocris sumatur. Quod si non ita agis, sed consueta hora manducas, non est hoc ieiunij obseruatio, sed dissolutio; Etiamsi mensa cibis tenuibus, & minimè superfluis sit exstructa. Non enim hoc ipso, quod carnibus abstines, ieiunium obseruas: Ne fallaris, sed oportet te ventrem ante horam præfinitam cibos appetentẽ continere. Seruus Domini es. Prius Dominum tuum cura. Vaca orationi. Appone illi curam salutis tuæ quasi comedendam. hanc enim esuriens quærit. Quo facto ad curam ventris tui cõuertere. Quod si hunc Domino tuo præponis, haud Christi famulus, sed mancipium ventris appellandus eris. Et hoc quidem semper facere debemus, nempe

Matth. 22.

Psal. 113.

Exod. 25.

Hebr. 9.

Psal. 95.

diuinum cultum & venerationem corporali nutrimento A præferre; sed infirmi sumus, vel potius ignaui, resides & tardi. Si igitur his ieiunij diebus hoc fecerimus, Latinorum aduersus nos probrum de duplici cibi sumptione cohibebimus, & euitabimus, si nimirum semel quotidie & serius comedamus.

Sed aiunt; licet serius cibum sumant; at serius quoque ex mensa surgunt, lautius instructo & præparato conuiuij loco, promiscuè simul, pisces, olera, legumina oleo pinguefacta, in dies singulos, vsque ad satietatem comedunt, vt vix vsque ad eandem crastini diei tardiorem horam, omnia quæ vorarunt, digerere possint. Contine linguam, ô homo, ad hæc verba, sicut & os, ad cibum, & tu qui non manducas, manducantem ne sperne. At ego te hortor, non vt totam Latini ieiunij formam & rationem secteris, sed vt B quale quale, quod in ea apparet, bonum amplectaris. Prudens enim & intelligens nouit non modicum ex eo etiam, quod inimicum & noxium est, vtilitatem reportare. Quando igitur Dominus nos monet: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba*, non vult, vt morem serpentis, quem habet, venena spargendi & interficiendi; vel vt insipientiam columbæ imitemur, sed vt serpentis instar curam & solertiam capitis custodiendi ostendamus. Id enim vnum elaborat serpens, vt præ reliquo corporis tractu, caput illæsum conseruet. A columba autem mutuari nos cupit animum malitiæ expertem, & vt eos, qui nos iniuria afficiūt, toleremus, neque vindictam expectamus, priuata enim pullis suis, sustinet, neque ob id domo excedit: Et hæc rarum ad imitationem C proponenda, alia omnia procul abijcienda sunt. Hoc & tu fac; idque quod in Latinis ieiuniis inesse cernitur bonum, quod est, tardius cibum sumere; æmulare. Crebriorem verò cibi sumptionem, & vberiorem; illis relinque.

Si dicas, à fame superor, & esuriens manducare cogor, præsertim cum aliàs venter mala bestia sit, & nescia curari; audi quid respondeam. Ideirco tempus hoc ieiunij, dilecte, & est, & dicitur, vt esuriamus. Et qui famem fugit, is fugit & ieiunium, & satietatem sequitur. At satietas & ieiunium ita sibi aduersantur, sicut aqua & ignis. Quando autem esuris, in mentem reuoca & reputa paradisi delicias, & eorum, quæ istic sunt, bonorum fruitionem, [illegible]tamque gloriam, & aperi os tuum, & imple Dauidicis D canticis, & libere ad Christum dicito: *Ego verò in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit mihi gloria tua*. Cum veneris cum sanctis Angelis tuis, reddere vnicuique secundum opera sua. Summa orationis sit, per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cælorum, cum *angusta & arcta sit via*, quę ducit ad vitam, *lata* verò & *spatiosa*, quæ *ducit* ad perditionem. Si ad vitam æternam peruenire velis, amplectere ea, quæ sensum affligunt, & contristant. Alia enim via in eam ingredi non licet, si autem fugiendo id, quod asperum & laboriosum, declinaueris ad id, quod spatiosum est, noueris finem huiuscemodi viæ esse ignem inextinctum, & vermem irrequietum. Ecce testificatus tibi sum, & E ostendi duas istas vias, & vtriusque exitus. Gradere quacunque voles. Hoc vnum te ignorare nolo, licet quis centum secula in hoc mundo affligatur, id totum nihil esse ad cruciatus vel vnius diei, qui sunt in gehenna. Vtinam verò nobis contingat per pusillas tribulationes, & mediocres ærumnas, malorumque perpessiones æternam inuenire in cælis requiem, gratia & humanitate Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, ipsi gloria cum Patre principio carente, & cum Sancto & verè viuificante Spiritu, nunc & semper & in secula sæculorum, Amen.

S. ANSHELMI LVCENSIS EPISCOPI.

LIBRI DVO.

CONTRA GVIBERTVM Antipapam.

PRO DEFENSIONE GREGORII VII.

Legitimi Pontificis Romani.

B *Ex Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis Ratisbonensis, per Henric. Canis.*

EX TRITHEMIO, DE SCRIPTORIBVS Ecclesiasticis.



Nshelmus Episcopus Lucensis, vir in diuinis Scripturis eruditissimus, & in sæcularibus litteris nō infime doctus, Gregorij Papæ VII. Cooperator indefessus & contra Guibertum ei subordinatum ab Henrico defensor egregius, adeo vt omnia eius facta, dicta, vel scripta contra C *Henricum Imperatorem auctoritate iuris & scripturarum defenderet. Reliquit ingenij magna monumenta clarissima, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam cum gloria transmisit. E quibus exstant. In Hieremiā Prophetam lib. 1. In Psalterium quoque lib. 1. contra Guibertum Antipapam lib. 1. Et plures Epistolæ ad diuersos, lib. 1. Claruit sub Henrico IV. anno Domini* 1080. Hæc Trithemius. Eadem fere Sixtus Senensis lib 4. Bibliothecę. Vtrum autem libri isti aliquando sint typis excusi, incompertum habeo. Nullum certe exemplar, quamuis studiose indagatum reperire potui. Quocirca licet editi fuissent, pro ineditis tamen ob raritatem merito censeri possent.

D

Abbas Vespergensis in Chronico.

Scripsit posthac Anshelmus Lucensis Episcopus, Epistolam ad eundem Vuigbertum, in qua illum præuaricatorem ac superbum cognominat, inter alia subinferens, vt ergo de beato Gregorio patre nostro dicam quod de Cornelio scripsit beatus Cyprianus, factus est Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de Clericorum pene omnium, & vt verius dicam, omnino omnium testimonio, de plebis, quæ tunc aderat, suffragio, de Sacerdotū antiquorum & bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus, id est, cum locus Petri, & gradus Sacerdotalis cathedra vacaret. Quo occupato, & de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensu ordinato, quisquis iam Episcopus voluerit E *fieri, foras fiat necesse est, nec habet Ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet vnitatem. Quisquis ille fuerit, licet multum de se iactans, sibi plurimū vendicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cū post primum secundus esse non possit, quisquis post vnum, qui solus debet esse, factus est, iam non secundus ille, sed nullus est. Hac priori sententia* (aduersariorum Gregorij septimi) *valde contraria scripsit Anshelmus Episcopus, vir literis apprime eruditus, ingenio acutissimus, facundia præcipuus, & quod omnibus maius est, in Dei timore & sancta conuersatione eminentissimus, adeo vt tam in vita, quam post mortem referatur miraculis clarus.* Hęc Vispergensis.

Ad

Ad hanc Epistolam alludere vel respicere videtur ipse Anshelmus, cum initio primi libri sic alloquitur Guibertum. Scripsi tibi pauca cum multo dolore & sinceræ charitatis affectu, vt cognoscens errorem tuum redires ad cor, &c. Sed quia verba tua iniquitas & dolus, &c. audi interea, &c.

Ex Bellarmino de Scriptoribus Ecclesiasticis.

SAnctus Anshelmus Mantuanus, Episcopus Lucensis ab Alexandro II creatus, ac deinde, cum in Monasterium se abdidisset, à Gregorio VII. ad Episcopatum reuocatus, sanctitate, & miraculis clarus obiit Anno Domini 1086.

Scripsit *libros duos ex Patrum sententiis, pro Gregorij VII. decreto, & rebus gestis contra Henricum Imperatorem, & contra Guibertum Antipapam*, qui extant apud Henricum Canisium tomo 6. antiquæ lectionis.

Scripsit quoque *in lamentationes Hieremiæ, & in Psalmos aliquot explicationem*: quæ duo posteriora opera vtrum extent, ignoro, post obitum innumeris miraculis floruit: vide Annales Cardin. Baronij ad annum 1086. tomo 11.

INCIPIT LIBER PRIMVS sancti Anshelmi Lucensis Episcopi, contra * Vvibertum & sequaces eius.

* Vvibertum.

PRoprium est bonarum mentium ibi metuere culpam vbi non est, reproborum vero, se præferendo, alios de fatuis sensibus, alios de indignis meritis reprehendere. Redargui despiciunt, dum se redarguentibus, sapientiores suspicantur: ea quæ intelligunt, aliis libenter dicunt, vt plus illis tam subtilia, & tam vtilia, & aliis ignota videantur scire. Cum habent intelligentiam, non seipsos sed semper alia, vt plus videantur scire, scrutantur, nec scrutantur sua facta, sed aliena inuestigant. Sed iusto omnipotentis Dei iudicio agitur, vt quia non habuerunt timorem Dei, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum, & in lege eius noluerunt ambulare, diuitias quas deuorauerunt, euomant, & de ventre eorum extrahat eas Dominus. Et sicut dicit Apostolus, quia non probauerunt Deum habere in notitia, *tradidit illos Deus in reprobum sensum*. (*Rom. 1.*) Spiritus enim sanctus disciplinæ effugit fictum, & aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. *Super quem*, inquit: *requiescam, nisi super humilem & mansuetum, & trementem verba mea?* (*Esa. 66. Prou. 3.*) Et alibi: *cum simplicibus sermocinatio mea.* Quo recedente, veternosus serpens tantum virus insipienti obscuratoque cordi infundit, & ita totum veneno mortiferæ deceptionis mancipatum siue seruum inebriat, vt amarum dulce, & dulce amarum sapiat, vt tenebras lucem, & lucem tenebras credat, bonum denique malum, & malum bonum asserat: sicque fit, vt ex duobus conuenientibus immundis Spiritibus, plenitudo superbiæ firmata, dæmoniacis humanisque contagiis, desertam vacantemque domum, omnium vitiorum comitatu stipata, circa finem mundi occupet, occupatam possideat, possessam prostituat, vt minor iam videatur in capite, & quasi per incrementa temporum in ætate perfecta profecisse. Diabolus enim dixit: *ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo*: (*Esaia 14. 2. Thessal. 2.*) De patre vero vel socio tuo dicit Apostolus: *Qui extollitur supra omne quod dicitur aut quod colitur Deus.*

Audi itaque sceleratissime omnium, qui sic mihi iam nominandus es, eo quod latrare non timuisti contra Dominum & Magistrum tuum: cognosce quæ propria sunt. Scripsi tibi pauca cum multo dolore & synceræ charitatis affectu, vt cognoscens errorem tuum redires ad cor, & pœnitentiam ageres delictorum tuorum. Sed quia verba tua iniquitas & dolus, & noluisti intelligere vt bene ageres, audi interea, quæ Dominus contra te per Prophetam clamat: *Hæc dicit Dominus Deus. Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terram: Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quam gentes, & præcepta mea vltra quam terra quæ in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerũt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium, & faciam in te quæ non feci, & quibus similia vltra non faciam propter omnes abominationes tuas. Ideo patres comedent suos filios in medio tui, & filij comedent patres suos.* (*Ezech. 5.*) Hæc itaque cum videas tuis temporibus impleta, & veritas dicat: *faciam quæ nunquam in te feci, & quibus similia vltra non faciam*, quandoquidem abominatio noua & inaudita tui tẽporis te & Dominum tuum. N. & per vos cõplices vestros nouæ addicat maledictioni; tibi etiam necesse est, si vis saluus esse, inauditum iudicium ascribas: *Ista est mater Hierusalem*, & reliqua: Adultera siquidem quæ nunc est in parte tua, olim videbatur Hierusalem, sancta videlicet Ecclesia, filia Regis Dauid. Sed, proh dolor! corrupta est à fratre suo, & constuprata vsque ad verticem. Omnis decor eius recessit ab ea, facta est quasi vidua domina gẽtium, quia Rex Babylonis possidet eam. Cum enim Dominus dicat B. Petro, *Tibi dabo claues regni cælorum, & super hãc petram ædificabo Ecclesiam meã, & pasce oues meas*, & alibi, *Vna est columba mea*, (*Matth 16. Ioan 21. Cant. 6.*) quæcunque alterius iuris vsurpatione corrumpitur, non iam sponsa Christi sed adultera, non libera sed ancilla conuincitur, sicut dicit beatus Ambrosius: (*Ambrosius.*) *Conuenior à Comitibus, & Tribunis, vt per me Basilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure suo vsum esse, vt quæ in potestate eius essent, omnia tradi debere? respondi. Si à me peteret quod meum est id est, fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum, quamquam omnia quæ mea sunt, pauperum sint, verum ea quæ diuina sunt, Imperatoriæ potestati non esse subiecta*: Et paulo post: *Nec mihi fas est tradere, nec tib[i] Imperator accipere expedit. Domus priuati n[ulli] potest iure temerari, domum Dei existimas auferendam? Allegatur Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo: noli grauare te Imperator, vt putes te in ea quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus: Scriptum est enim: Quæ Cæsaris Cæsari, quæ Dei Deo. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium ius est commissum, non sacrorum. Iterum dicitur mihi mandasse Imperatorem. Debeo & ego vnam Basilicam habere. Respondeo: Non licet tibi vllam habere. Quid tibi cum adultera? Adultera enim est quæ non est legitimo Christi coniugio copulata. Veteri iure à Sacerdotibus donata imperia non vsurpata.*

Constat itaque quia Ecclesia hæc non est vera Ecclesia sed adultera, cum sicut beatus Cyprianus dicit: (*Cyprianus.*) *Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteræ iungitur à promissis Ecclesiæ separatur; nec perueniet ad Christi præmia, qui relinquit Ecclesiam Christi. Alienus est, profanus est, hostis est, habere non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem.*

Vnde & beatus Gelasius inter cætera dicit: (*Gelasius.*) *Ad sacerdotes Deus voluit, quæ Ecclesiæ sunt, disponenda pertinere, nõ ad sæculi potestates, quas si fideles sunt, Ecclesiæ suæ & sacerdotibus voluit esse subiectas. Nõ sibi vẽdicet Imperator alienũ ius, & ministeriũ quod alij deputatum est.* Et paulo post: *Obsequi solere Principes Christianos Ecclesiæ decretis, non suam præponere potestatem.*

Noli itaque dicere, quia vniuersalis Ecclesiæ curam suscepimus. Quomodo enim tibi commissa est Ecclesia, quem cõstat non intrasse per ostium, quod Christus est, sed aliunde ascendisse vt furem? Apostolica enim & vniuersalis Ecclesia suum habebat pastorem. Vt enim de beato Gregorio patre nostro dicam, quæ de Cornelio scripsit Cyprianus, *factus est Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de Clericorum pene omnium, & vt verum dicam, omnino omniũ testimonio, de plebis quæ tunc adfuit suffragio, de Sacerdotum antiquorum & virorum bonorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus, & cum locus Petri, vel gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret. Quo occupato & de Dei voluntate atque omnium nostrum consensu ordinato, quisquis iam iam Episcopus fieri voluerit, foras fiat necesse est, nec habeat Ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet vnitatem. Quisquis ille fuerit licet de se multum iactans, & sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est, & cum post primum secundus esse non possit, quisquis post vnum qui solus esse debet, factus est, non secundus ille, sed nullus est.* (Cyprianus.)

Hæc sunt iudicia Dei, quæ proiecistis, & præcepta in quibus ambulare noluistis, omnium gentium iniquitatem supergressi, cum in infernum viuentes descendistis. Omnes itaque gentes in comparatione vestri sceleris iustificatas credimus, quia post donum acceptum sancti Spiritus, virtutesque superuenturi seculi non solum sicut Deum glorificare noluistis, sed contra præcepta eius leges iniquas statuẽtes, omnem vobis aditũ veniæ interclusistis, nisi ad vnitatem matris Ecclesiæ vnde præcisi estis redeatis, quæ sola ius ligandi & soluendi possidet. Dominus namque
Matth. 10. dicit: *gratis accepistis gratis date. Qui non intrat per*
Ioan. 10. *ostium, non est pastor ouium. Et quodcumque ligaueris*
Matth. 16. *super terram, erit ligatum & in cœlo.*

Rex autem tuus sine intermissione vendit Episcopatus suos, edicta proponens, vt nullus habeatur Episcopus, qui à Clero electus, vel à populo fuerit expetitus, nisi præcesserit honor regius, quasi ipse sit
Ioan. 10. huius ostij ostiarius, de quo veritas dicit: *Huic ostiarius aperit.*

Tu vero aliunde ascendisti, & non vocatus à Deo accessisti, noli vsurpare tibi tanti curam regiminis. Sicut enim iam dictum est, si Gregorius in Ecclesia fuit, qui apud te etiam constitit, & iudex à nullo condemnari potuit, manifestum est te ab Ecclesiæ radice præcisum aruisse, nihilque habere potestatis ac iuris.
Cyprianus. Sicut enim beatus Cyprianus dicit, scribens Magno Presbytero: *Ecclesia vna est, quæ intus & foris esse non potest: Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui Fabiano Episcopo legitima ordinatione successit, Nouatianus in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest*: Et paulo post: *Inuenimus in tali facinore non solum duces & authores, sed & participes pœnis destinari, nisi se à communione malorum separauerint, præcipiente per Moysem Domino: Separamini à Tabernaculis hominum istorum*
Num. 16. *durissimorum, & nolite tangere ab omnibus, quæ sunt eorum, ne simul pereatis in peccato eorum. Et quæ comminitans Dominus per Moysen fuerat impleuit. Vt quisque se à Chore & Dathan & Abiron non separasset, pœnas statim pro impia cõmunione persolueret. Quo exemplo ostenditur & probatur obnoxios omnes culpæ & pœnæ futuros qui se Schismaticis contra præpositos & Sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint, sicut etiã*
Osee 9. *per Osee Prophetam Spiritus sanctus contestatur & dicit: sacrificia eorum tanquam panis luctus omnes qui manducant ea contaminentur: docens scilicet & ostendens omnes omnino cum authoribus, supplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati.*

His & aliis innumeris salutaribus præceptis admoniti detestamur non Sacramenta Ecclesiæ, sicut tu

A mentiris, sed Schismaticos & sacrilegos quorum parricidalibus manibus, sese Sacramenta diuina subtraxerunt, & cum Catholica matre nostra Ecclesia persequar inimicos eius, nec conuertar donec deficiant. Sanctum quippe suum quod foris habetis, quod malo vestro accepistis, quia bono odore peristis, veneratur Ecclesia, sed vos persequitur, vt Sara ancillam, quæ tamen de semine Abrahæ concepit & peperit. Intellige itaque quomodo persequatur adhuc ancillam domina, vt doceris quæ sit persecutio beata, & scias quo modo nec pro iustitia Christianis iurgandum sit, cum competenter exponi tibi permiseris, vt addatur aduersus Catholicos, & non redarguas Christum qui dicit: *compellite intrare*, & Luc. 14.
alia multa, quæ in consequentibus posita audies.

B Dicit beatus Augustinus aduersus Donatistas, *Si* Augustinus.
Ecclesia ipsa est quæ persecutionem patitur, non quæ facit, quærant ab Apostolo quam Ecclesiam significabat Galat. 4.
Sara, quando persecutionem faciebat ancilla. Liberam quippe matrem nostram cœlestem Ierusalem, idem veram Dei Ecclesiam in illa muliere dicit fuisse præfiguratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo, quam illam Sara coercendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam, ista imponebat superbiæ disciplinam. Deinde quæro si boni & sancti viri nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant in Psalmo vocem vbi legitur: persequar inimicos meos, &c. Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est Psal. 17.
persecutio iniusta quam faciunt impij Ecclesiæ Christi.
C *Ista namque beata est quæ persecutionem patitur propter iniustitiam.* Item. *Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse à Regibus terræ Apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator: qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret, quando adhuc Propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes, & reliqua. Nondum* Psal. 2.
autem agebatur quod paulo post in eodem Psalmo subditur: Seruite Domino in timore: Quando enim reges Ibidem.
seruiunt Domino in timore, nisi ea quæ contra iussa Dei fiunt religiosa seueritate prohibendo atque plectendo? Idem alibi: *Vbi est quod isti clamare consueuerunt? Cui vim Christus intulit? Quem coegit? Ecce* Act. 9.
D *habent Paulum Apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum & postea docentem, prius ferientem, & postea consolantem.* Item: *Non mihi placet, vt omnes habeant occidendi licentiam, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur vt non pro se hoc faciat, sed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personæ. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne mala faciant, etiam ipsis fortasse aliquid præstatur. Hinc autem dictum est, non* Matth. 5.
resistamus malo, ne nos vindicta delectet quæ alieno malo animum pascit, non vt & correctionem hominum negligamus. vnde nec reus mortis alienæ, qui cum suæ possessioni murum circumduxerit, aliquis ex ipsorum casu percussus intereat: Neque enim reus est Christianus,
E *si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcitrando aliquem occidat, aut ideo non debent Christiani boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis: At vero quomodo Apostolus Paulus satagit, vt in tribuni* Act. 23.
notitiam perferretur, insidias sibi à quibusdam perditis parari, & ob hoc deductores accepit armatos? Sed si illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? absit vt ea quæ propter bonum & licitum facimus aut habemus, si quid per hoc præter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Item. *Si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus, in Euangelio diceretur, vt abiicerent arma, seque militiæ omnino subtraherent. Dictum*

Luc. 3. *ctum est autem eis: Neminem concusseritis, neque calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit.* Item ad Bonifacium: *Grauis de pugna conquereris? dubites nolo, vtile consilium tibi cuisque dabo: arripe manibus arma, oratio aures pulset auctoris, quia quando pugnatur, Deus apertis cœlis spectat, & partem quam aspicit iustam defendit, & ibi dat palmam.* Item: *Noli existimare neminem Deo placere posse qui armis bellicis ministrat.* Matth. 8. *Ex his erat sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium, in his etiam plurimi illius temporis viri: In his erat Centurio ille, qui Domino dixit: Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus etiam tua corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis de Dei dono non facere contra dominum: Esto ergo bellando pacificus, vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas.*

Augustinus. Idem Augustinus Donato Presbytero: *Displicet tibi quod traheris ad salutem cum tam multos nostrum ad perniciem traxeris. Quid enim volumus nisi te comprehendi & præsentari, & seruari ne pereas?*

Pelagius Pontifex. Pelagius Papa. *Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem Ecclesia faciat, dum vel ea quæ committuntur reprimit, vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi rumoris fabulatores: non persequitur, nisi quis ad malum cogit. Qui vero malum vel iam factum punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si vt illi putant nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus ad bonum est, humanas ac diuinas leges necesse est euacuari, quæ & malis pœnam, & bonis præmia iustitia suadente constituunt. Malum autem schisma esse & per exteras etiam potestates huiusmodi opprimi debere, & Canonica scripturæ authoritas, & paternarum nos regularum veritas docet.* Item alibi: *Nec putetis aliquius esse peccati si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc enim & Diuina gratia & mundanæ leges statuerunt, vt ab Ecclesiæ vnitate diuisi, à secularibus etiam potestatibus comprimantur, nec quidquam maius est, vnde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, vt hi qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.*

Hieronym. Hieronymus super Ezechielem libro tertio: *Qui malos percutit in eo quod mali sunt, & habet vasa interfectionis, minister est Domini.*

Augustinus. Augustinus super Psalmum centesimum decimum octauum. Deuter. 19. 1. Reg. 15. *Est iniusta misericordia, de qua in lege scriptum est, non misereberis eius, & in libro Regum legis, quia Saul propterea contraxit offensam, quia miseratus est Agag iniustum Regem quem prohibebat sententia Diuina seruari. Vel si quis latronis filiis deprecantibus motus, & lacrymis coniugis eius inflexus absoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem?*

De deprædatione autem eorum qui ab Ecclesia præcisi sunt, respondeant patres nostri. Augustinus. Augustinus, *Quidquid*, inquit, *à parte Donati possidebatur, Christiani Imperatores legibus religiosis cum ipsis Ecclesiis ad Catholicam transferre iusserunt. Si autem consideremus quod scriptum est in libro Sapientiæ;* Sapient. 10. Prouerb. 13. *ideo iusti tulerunt spolia impiorum: Item quod legitur in Prouerbiis: thesaurizant autem iusti diuitia impiorum: tunc videbimus non esse quærendum, qui habeant res hæreticorum, sed qui sint in societate iustorum.*

Gregorius. Item, beatus Gregorius, Veloci magistro militum, inter cætera: *Nunc vtile visum est, vt aliquanti illic milites transmittantur, quos gloria tua admonere & hortari vt parati sint studeat, & occasione inuenta cum gloriosissimis filiis nostris Martio & Vitalio loquere, & quacunque vobis Deo adiutore pro vtilitate republicæ steterint, facite, & si hic vel ad Rauennates partes nec dicedũ Ariulfum cognoueritis excurrere, vos à dorso eius sicut viros fortes condecet laborate:* Item Maurino & Vitaliano inter cætera: *Gloriosi filij estote soliciti, quia quantum comperi, hostem collectum habet, & in marinis dicitur residere, vt si huc cursum Deo sibi irato mittere voluerit, vos locum ipsius quantum Dominus adiuuerit deprædate,* Quibus diligenter perspectis, scies nos veritatem docere, non Pseudo prædicationibus dedocere, & te pro superbia in reprobum traditum sensum, sancto Patri nostro crimen imposuisse, & dicta sanctorum patrum, quæ in Epistola tua posuisti, non intellexisse.

Hæc & his similia prædicamus, & cum multo dolore cordis ab his necessitatibus nostris eripi laboramus, & ad Dominum Deum nostrũ de ista tribulatione clamamus, vt vos humiliter sub manu sua, diésque nostros in sua pace disponat. Cum multo siquidem dolore secat pius medicus, ni secaret, moriturum, cum multis lacrymis ligat pater filium freneticum. Dans denique gloriam nomini Domini lætatur iustus cum videt vindictam, sed tamen animum eius semper cruciat pereuntium multa.

Verum quidem est quia nec pro iustitia ferrea arma corripi concessum est, sed propter se, quatorum ad iustitiæ perfectionem, quantum spectat ad Domus Dei decorem. Nec hoc quidem laudat Apostolus; quod contentiones sint inter sanctos, sed tamen dixit: *Contemptibiles qui sunt inter vos, constituite ad iudicandum* & cum omnes vellet esse sicut seipsum, concedit tandem, vt propter incontinentiam vnusquisque habeat suam vxorem, & vt vir vxori, & vxor viro debitum reddat. 1. Cor. 6.

Cum veritas ipsa in Euangelio præmisisset, *Nolite iurare omnino, & sit sermo vester, est, non.* Subdidit tamen dicens: *Quod amplius est, à malo est,* non enim dixit, malum est, sed, *à malo.* ac si diceret, si iurare necesse fuerit, & malo incredulitatis aliorũ compulsi, iurate, non sine causa, non propria voluntate. Hinc est quod Moyses pro temperamento vindictæ, *oculum,* inquit, *pro oculo, dentem pro dente,* vt clementiore hac via eriperet occidendi facultatem. Matth. 5. Exod. 21.

Vtinam non esset colluctatio Catholicis aduersus carnem & sanguinem, vt quieti viuerent, & tantæ persecutionis essent, vt omnes palmam Martyrij desiderarent, & non essent quos vindicare minister Dei vindex in iram ei, qui male ageret, haberet, qui non sine causa gladium portat. Nos vero in nullius sanguine miscuimus, nec protegente Deo miscebimus, nec de perditione morientium exultamus. Vindicare propriam iniuriam omnes prohibemus, vt illum spectent iudicem, qui pollicetur dicens: *Mihi vindictam, ego retribuam.* Defendere pupillum & viduam, armis, etiam carnalibus, tueri sanctam Ecclesiam, non eos, qui in causa sunt, sed ossi pro communi Republica sub quorum regimine sunt vniuersalis Ecclesiæ cupimus. Rom. 12. Pecuniam eorum & terram non concupiscimus, sed vt thesaurizent impiorum diuitiæ iustis, & spolia impiorum tollant iusti, ea tamen intentione, vt eos lucrari possint, & non solum quæ illorum sunt, sed omnia etiam sua in charitate distribuant summopere satagimus & desideramus.

Non itaque aduersum nos clamat sanguis Saxonũ, sed contra vos cum vniuerso mundo, qui sceleris vestri tabe inhorruit. Clamat cœlum, clamat terra, clamat omnis Ecclesia iustorum, & quæ adhuc peregrinatur, & quæ iam cum Christo regnat, clamat Christus, clamat Pater pro Sponsa Filij sui, clamat Spiritus sanctus qui quotidie postulat pro ea gemitibus inenarrabilibus. Vos siquidem Ecclesiam laniatis & scinditis, qui partem vestram ab eius vnitate præcidistis, eamque crudelius gladio Schismatis, quam idololatriæ scelere in frusta concidistis, vt iam non

cum granis palea, sed præcisa à vite in ignem proijciantur sarmenta. Vos enim Ecclesię Catholicæ, quā inuasistis per totum Regnum, quod quia in tos cecidit, fortis diu stare non poterit, membra distrahitis, & in seruiturem redacta quasi vile mancipium in vestrū dominium redigitis, & diuini iuris libertatem vestro obsequio mancipatis, dicentes: omnia Imperatoris iuri esse subiecta, Episcopatus, Abbatias, omnes omnino Dei Ecclesias, cum Dominus dicat: *Ecclesiam meam columbam meam, oues meas.* Paulus dicit: *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatus est à Deo tanquam Aaron*, in parte tua quis præficitur, nisi quem aut gratia exhausto fœnore, vel munus à manu, vel munus à lingua, vel munus ab obsequio attraxerit? Quis moribus, quis honestate, quis vitæ integritate eligitur? Persequendi sunt itaque lupi, vitandi sunt vniuersi qui ad hoc, vt hæretici fiant, promouentur, qui lepram Giezi cum diuitiis suis possident, & mala quæsita mercede, non tam patrimonium facultatum quam thesaurum criminum congregasunt.

Matth. 16. Cant. 2. Ioan. 21. Heb. 5.

Quia itaque nec gratis datis, nec gratis accepistis, & à mandatis Domini declinantes, maledicti estis, & quia nō obeditis Apostolicis præceptis, formidamus commisceri vobis. Dicit namque beatus Ambrosius. *Si qua est Ecclesia, quæ Apostolicæ veritatis fundamēta non possidet, ne quam tibi labem possit ingerere, deserenda est. Hæc enim legibus adulta, salibus est documētis exculta, huiusmodi institutionibus est propagata. Qui his aduersatur, qui ista dissimulat, qui hanc veritatis lucernam sub modio abscondit, non pastor Ecclesiæ sed inimicus existit, & de eius manibus pereuntium sāguinem Dominus requirit. Si ergo Christum causam perditionis eorum, ad quos missus est, & vocem eius non audierunt, dicere non præsumis, nec Paulo audes ascribere stultitiam gentium & scandalum Iudæorum, à nostra quoque detractione linguam compesce, qui compellimur dicere veritatem sicut per Prophetam Dominus comminatur: Sacerdos ingrediens & regrediens nisi sonitum dederit morietur: Item: maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.*

Ambrosius. Exod. 28. Ierem. 48.

Innocentius Papa: *Error cui non resistitur approbatur, & veritas cum minime defenditur opprimitur:* Itē eiusdem: *negligere quippe cum possis deturbare peruersos, nihil est aliud quā fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.*

Innocentius.

Pius Papa: *quid prodest illum errore suo non pollui, qui consensum præstat erranti? sine dubio contra mandata dimicat, & qui consensum præstat erranti.*

Pius Papa.

Clemens: *Certissimum est quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque Regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate.*

Clemens.

Fabianus: *Qui omnipotentem metuit Deum, nec cōtra Euangelium, nec contra Apostolos, vel contra Prophetias, aut sanctorum patrum instituta agere aliquid vllo modo consentit.*

Fabianus.

Leo: *Qui alios ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.*

Leo.

Augustinus: *Quisquis metu alicuius potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem quam Deum.*

Augustinus.

Gregorius: *consentire videtur erranti, qui ad resecanda vt corrigi debeant, non occurrit.* Nō igitur quod propter bonum & licitum facimus, sicut superius dictum est, nobis, si quid mali inde acciderit imputabitur.

Gregorius.

Quod autem dicis, qui vniuersalis Ecclesiæ curam suscipimus licet inuiti, nunquid vita comite ad tam immane facinus pertrahi debuisti, vt temerares thorum matris tuæ & patris tui? Et si violentiam sustinuisti, cur saltem iam adulter non resipiscis?

Quod autem obsecras per Iesum, ne nobilissimam fœminarum amplius circumueniam, deludam, & fallam, Deum testem inuoco, nihil terrenum, nihilque

A carnale in ea vel ab ea ex intentione concupisco, & sine intermissione oro vt ab hoc seculo nequam cito eripi mereat, nimio affectus tædio, quia incolatum meum prolongari video, seruiens die ac nocte in custodiendo illam Deo meo, & sanctæ matri meæ Ecclesiæ, cuius pręcepto mihi commissa est, & spero quod multa mihi retributio per gratiam Dei in eius custodia excrescat, quę non in vanum sua dispergit, sed indeficientem in cœlo thesaurizat sibi thesaurum quem tinea non demolitur, vbi fures non effodiunt nec furantur, parata pro defensione iustitiæ non solum terrena omnia distribuere, sed vsque ad sanguinem pro vestra confusione & reuerentia ad sanctæ Ecclesiæ gloriam & exaltationem certare, donec tradat Dominus inimicum suum in manu fœminæ.

B Tu vero memento vnde excideris, & age pœnitētiam, si forte remittat tibi Dominus, vt nos reddita pace Ecclesiæ voti nostri mereamur fieri compotes. Depone Cidarim, aufer Coronā & induere lugubribus vestibus, tanto humilior & abiectior omnibus effectus, quanto prę omnibus differentius superbiæ extulisti cornu. Dic Regi tuo vt cognoscat, aliis omnibus generationibus inauditum facinus suum, qui duos iam adulteros matri suæ ingessit, & calamitates totius orbis, illam præcipue, de qua superius diximus, tecum defleat, quæ nouo sceleri noua iusto Dei iudicio successit. Veni ad dolentem & protegementem matrem Ecclesiam, vt ipsa pro te offerat sacrificium acceptum Domino. Sola enim est per quā sacrificium libenter Dominus accipit, sola quæ pro C errantibus, fiducialiter intercedit, extra quam quicunque inuentus fuerit, peribit regnante diluuio, extra quam quicūque agnum comederit, profanus est, de cuius carnibus, lex efferri foras, prohibet. In multis quidem estis secum, sed in hoc nolite gaudere: Illud potius timete quod in eodem Psalmo sequitur: *Contaminauerunt testamentum eius.* Sicut non profuit Pilato & Herodi vinctus & flagellatus Christus, sic ad impietatem & perditionem vestram magis officiunt Sacramenta eius.

Exod. 12. Psal. 54.

Cum fiducia veni ad pinguedinem matris Ecclesię, à cuius vtero errasti, vt coalescas ei, Potens enim est Deus iterum te inserere, cui nihil est impossibile, & certe gaudebit in te, irruetque super collum tuum, D & prima stola induet, immolabitque vitulum saginatum pro filio prodigo. Omnipotens Deus qui vult neminem perire, qui supra maternum amorem diligit peccatores, illuminet cor tuum gratię suæ splendore & reducat ad viam salutis, vt cognoscas quæ sit voluntas eius beneplacens & perfecta.

Incipit Liber secundus.

OPitulante Domini Dei nostri clementia, qui nos & sermones nostros suo mirabili nutu regit, atque disponit, accingimur respondere his qui dicunt Regali potestati Christi Ecclesiam subiacere, vt ei pro suo libito vel prece, vel pretio, vel gratis liceat Pastores imponere, eiusque possessiones vel in E sua, vel in cuius libuerit iura transferre. Et ne diutius exordium protrahamus, in primis dicendum videtur, quo modo certum est, quod beatissimus Petrus Apostolus primus Ecclesiæ Pontifex, prius patriarchalibus sedibus Orientis: postmodum vero primos misit Pontifices ciuitatibus Occidentis. Ipsi enim hæc ordinatio maxime competebat, cui principaliter Christus Dei Filius cœlestis regni clauibus traditis suas oues pascere iusserat, & pro cuius fide ne deficeret specialiter orauerat, cuique fratres suos in eadem fide confirmare præceperat.

Sed & reliquos Apostolos, quos reliqui mundi partibus nouimus prædicasse, singulis vrbibus, illarum partium quibus quisque verbum Dei prædicauit,

cauit, itidem Pastores non dubitamus misisse. Et quomodo Spiritu sancto docente cognouerunt seculi Principes, ad fidem veoturos, & succedentibus temporibus stimulante auaritia quosdam eorum Dei Ecclesiam suæ ditioni velle subijcere, suaque auctoritate & libitu Pastores eidem subrogare, inter reliquos Canones, quos pro religionis cautela, & Ecclesiastica disciplina statueruot, eorum prauis conatibus hac constitutione obuiauerunt, quæ ita se habet:

Constitut. Apostol.

Si quis Episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur & segregetur, omnesque qui illi communicant.

Hanc autem constitutionem, quæ eorum scribitur, si quis authenticam non esse contender, sanctę septimę vniuersalis Synodi CCCL. Partum, nec non & Antiochenæ Synodi, quibus authentica esse docetur, euersor: ac per hoc hęreticus iudicabitur: Nam & Calistus & Gregorius & quidam alij Romani Pontifices vt curioso lectori notum est, eorundem Apostolicorum Canonum auctoritate suas constitutiooes firmauerunt. Stephanus vero Quartus & Ioannes Septimus vt ait Anastasius in prologo septimæ Synodi, quinquaginta capitula eorundem Canonum in plenissimum auctoritatis robur recipi censuerunt.

Porro eisdem Apostolis decedentibus, Ecclesiæ vbique terrarum consuetudinem ab eis traditam inuiolabiliter seruauerunt, vt decedente cuiuslibet Ecclesiæ Pontifice, Clerus & populus eiusdem communi deliberatione de suo vel alterius Ecclesiæ Cleso sibi Pastoram pręficerent. Et hæc tam sancta tamque Deo grata consuetudo tamdiu integra illibataque permansit, quousque fideliũ multitudo Dei Ecclesias amplissimis possessionibus ditare cœpit. Tunc enim ambitionis Spiritu interueniente, alij suarum, alij etiam aliarom Ecclesiarum ceperunt Episcopatus ambire, & nefandi Simonis commercio suis faororibus, etiam quam non habebant pecuniam promittere. Quod videntes Deo dignissimi Romani Pontifices, qui Sacerdotij primatum in toto orbe tenebant, scilicet Bonifacius, Celestinus, Leo, Gelasius, Symmachus, Hormisda, Gregorius, alij, Simoniacam hæresin prius à Petro damnatam, ex tunc & in æternum damnauerunt; alij priscam consuetudinem decretalibus constitutionibus ita firmauerunt, vt statuerent nullam ea alia Ecclesia alij Ecclesię præponi, nisi forte qui suæ digne præficeretur Ecclesiæ in eadem, quod ipsi vix posse contingere crediderunt, nullatenus posset inueniri.

Hanc itaque quam prædixi consuetudinem ab Apostolis traditam nullatenus violare præsumpserunt Christianissimi Imperatores, Constantinus, Constans, Valentinianous, Theodosius, Archadius, Honorius, Carolus, Ludouicus & his imperio & religione consimiles, qui vel à se vel ab alijs ædificatas Ecclesias amplissimis donis ditauerunt, & in Clero & rebus Ecclesiarum nullum sibi dominium vel iudicium vendicare voluerunt, imo ne quis sibi vendicaret, quidam eorum, vt in sequentibus docebimus, legibus vetuerunt.

At contra Zenon & Anastasius Imperatores Eutychianistæ, hi leguntur prius sanctam Dei Ecclesiam sibi subdidisse, ita vt Catholicos Episcopos in exilio relegarent, & Apostolica traditione postposita sibi consentaneos in eorum sedibus videlicet subrogarent. Nam ante horum tempora leguntur quidam hæretici Imperatores, Catholicos Episcopos multis modis vexasse, electioni vero & promononi cuiuslibet Pontificis nusquam legũtur se immiscuisse, siquidem sub eisdem Eutychianistis & Constantinopoli & in reliquis vrbibus, legitur innumerabilis fidelium multitudo Cleri scilicet & populi extitisse, quod Pseudoepiscopos eorundem nullatenus voluerunt suscipere, vt ex hoc aperte clareat, eundem Clerum & populum idcirco eosdem Pseudoepiscopos respuisse, quia constabat eosdem absque sui electione in Dei contemptum, & erroris augmentum à Præfatis Principibus promotos fuisse.

Et vt exemplo quod dicimus astruamus: Anastasius S. Ecclesiæ Romanæ Bibliothecarius, in Chronica quæ de Græco in Latinum sermooem transtulit, quæque ex vetustissimis Chronicis Græcorum compilauerunt quidam Græci Dei cultores, Theophanes scilicet & Georgius, quos idem in eiusdem libri præfatione miris laudibus attollit: in eadem inquam Chronica de Imperio Anastasij sic inter cætera scribit: *Vicesimo Imperij Anastasij anno Ioanne Alexandrino Antistite hæretico mortuo, Dioscorus iunior prælatus est Episcopus Alexandriæ. Cum autem venisset Constantinopolim pro Alexandrinis apud Imperatorem intercessurus, propter occisionem filij Calliopij augustalis, ob Orthodoxus publice conuitiis appetebatur cum procederet, æstimantibus eum contra recta dogmata aduenisse, ergo cum ob homicidium intercessisset cum festinatione discessit. Causa vero cadis ista fuit: Cum idem Dioscorus manus impositionem accepisset, recesserunt multitudines rusticorum dicentes, quia nisi secundum quod sanctorum Apostolorum canones continent fiat Episcopus, non recipietur. Principes vero inthronizauerunt eum. Dioscorus vero venit ad sanctum Marcum, & venientes Clerici induerunt eum secundo & iterum consecrauerunt. Et ita veniens ad sanctum Ioannem perfecit collectam. Cum autem esset illic Theodosius filius Calliopij augustalis, & Achatius magister militum, turba turbata, ceperunt iniuriis afficere filium augustalis, eo quod laudaret Imperatorem Anastasium. Cum vero surgium motum fuisset, insilientes quidam à sede posuerunt filium Augustalis, & interemerunt eum: ut vero Achatius magister militum, quotquot capere potuit, iute fecit. Quod audiens Imperator, iratus est aduersus eos. Porro Dioscorus interueniens mitigauit eum.*

Anastasius Bibliothecarius.

Ecce qui primum Apostolicam traditionem de Pontificali promotione ausi sunt violare, ecce quibus primum authoribus seculi principes suos Pontifices nituntur Dei Ecclesiæ promouere; Et vt cepta persequamur, secuti sunt horum esempla hæreticorum quidam Græcorum Imperatores, regni sui vrbibus, suos Episcopos imponentes. Romanæ vero vrbi Deo præstante meritis Apostolorum qui in ea viuunt & præsident, io hoc pepercerunt, decretum tamen electionis futuri Pontificis à Clero & Senatu subscriptum prius, quam idem consecraretur, sibi mitti statuerunt. Quod cum legatur eisdem Imperatoribus, sæpe directum fuisse, nusquam tamen legitur eosdem Romanorum electionem mutasse. Hoc autem quia Deo contrarium erat, vt Ecclesia Pontifice careret, vsque dum qui decretum ferebat iret & rediret, penitus respuerunt sequentes Imp. pietate religioneque præstaotes. Si enim legitur in Romano Pontificali: *Benedictus enim natione Romanus suscepit iussiones clementissimi Principis Constantini ad venerabilem Clerum, & populum Romanæ ciuitatis, per quas concessit, vt qui electus fuerit Pontifex è vestigio consecretur absque tarditate.*

Pontificale Romanum.

Itaque qui aduertit alios Græcorum Imperatores ante consecrationem decretum sibi mitti voluisse, attendat eosdem Romanam electionem nunquam reprobasse, attendat etiam posteros eoruodem, quia hoc contrarium Deo erat, penitus respuisse. Itaque percurramus sanctorum Patrum decreta quę de Põtificum promotione statuerunt, vt sciamus quid iuris Imperatorum suorum vel quorumlibet temporum in eisdem seruauerunt.

Leo Doctor eximius & primus Ecclesiæ Romanæ

Pontifex, Anastasio Thessalonicensium Episcopo, qui vices Romani Pontificis super quadraginta Episcopos Illyrici & Græciæ habebat, sic inter cætera scribit: *De persona consecrandi Episcopi, & de Cleri plebisque consensu Metropolitanus fraternitati tuæ referat*: Et paulo post: *Metropolitano vero defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogandus, comprouinciales Episcopi ad ciuitatem Metropolim conueniant, vt omnium Clericorum atque omnium ciuium voluntate discussa, ex Presbyteris eiusdem Ecclesiæ vel ex Diaconibus optimus deligatur. Cum ergo de summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri plebisque consensus concorditer postulauerit, ita vt si in aliam forte personam partium se vota diuiserint, Metropolitani iudicio is alteri præponatur, qui maioribus & studiis iuuatur & meritis, tantum vt nullus inuitis & non petentibus, ordinetur, ne ciuitas Episcopum non optatum aut contemnat aut oderit, cui non licuerit habere quem voluit*: Item idem: *Nulla ratio sinit vt inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebe expetiti, nec à prouincialibus cum Metropolitani iudicio consecrati.* (Leo Papa.)

(Celestinus.) Celestinus. *Nec emeritis in suis Ecclesiis peregrini & extranei, & qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui bene suorum merentur ciuium testimonium præponantur.* Item ibidem: *Nullus inuitis detur Episcopus, Cleri, plebis & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc alter de Ecclesia eligatur altera, si de ciuitatis ipsius Clericis, cui est Episcopus ordinandus, nullus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri. Primum enim illi reprobandi sunt, qui ibi sunt, vt aliqui de alienis Ecclesiis merito præferantur. Habeat vnusquisque fructum militiæ suæ in Ecclesia in qua suam per omnia officia transegit ætatem, in aliena stipendia minime alter obrepat. Sit facultas clericis renitendi si se viderint prægrauari, & quos sibi ingeri ex transuerso cognouerint, non timeant refutare. Quod si non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos est recturus, debent habere iudicium.*

(Gregorius.) Gregorius Gaudioso Episcopo inter cætera: *Et ideo fraternitas tua ad prædictam Ecclesiam ire properabit, & Clerum plebemque admonere festinet, vt remoto dissidio vno eodemque consensu talem præficiendum sibi expetant Sacerdotem, qui à venerandis Canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate electus, omnium subscriptionibus roboratus & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. Commonemus etiam vt nullum eligi permittatis de altera Ecclesia, nisi forte inter Clericos ipsius ciuitatis nullus ad Episcopatum dignus, quod euenire non credimus, poterit inueniri, prouisuri ante omnia ne ad cuiuslibet conuersationis meritum lasciuæ personæ aspirare præsumant, & tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras.*

(Concilium Nicenum.) Ex Concilio Niceno Patrum CCCX. & VIII. cap. 6. *Per omnia autem manifestum est, quia si quis præter voluntatem & conscientiam Metropolitani Episcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnum & sanctum censuit non debere esse Episcopum. Sane, si communi omnium consensu rationabiliter probato secundum Ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicunt, obtineat plurimorum Sacerdotum sententia.*

Ex VII. Synodo vniuersali habita à V. Patriarchis, cum CCCL. Patribus, sub Adriano primo Pontifice, cap. 3. *Omnis electio Episcopi vel Presbyteri aut Diaconi à Principibus facta, irrita maneat, secundum regulam, quæ dicit: Si quis Episcopus secularibus potestatibus vsus Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregetur, omnesque qui illi communicant.*

(Octaua Synodus.) Ex VIII. Synodo item vniuersali habita à V. Patriarchis cum Patribus CCXL. sub Nicolao primo Pontifice: *Promotiones & cõsecrationes Episcoporum, concordans prioribus Conciliis, electione ac decreto Episcoporum fieri, hæc sancta & vniuersalis Synodus definiuit, & statuit, atque iure promulgauit, neminem Laicorum Principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni Patriarchæ vel Metropolitæ aut cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio vel contentio, præsertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum Laicorum habere conueniat, sed potius silere & attendere sibi, quousque regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si quis vero Laicorum ad concertandum & cooperandum inuitatur ab Ecclesia, licet huiusmodi cum reuerentia, si forte voluerit se obtemperare adsciscentibus, taliter enim dignum Pastorem sibi regulariter ad suam salutem Ecclesia promouet. Quisquis autem secularium Principum aut potentum, aut alterius dignitatis Laicus, aduersus communem ac consonantem atque Canonicam electionem Ecclesiastici ordinis egerit tentauerit, anathema sit, donec obediat & consentiat, quod Ecclesia de electione atque ordinatione proprij Præsulis se velle monstrauerit.*

(Concilium Antiochenum.) Item ex Concilio Antiocheno CXXII. *Si quis Presbyter vel Diaconus per secularem dignitatem Ecclesiam Domini obtinuerit, deiiciatur, & ipse & ordinator à communione modis omnibus abscindatur, & sub anathemate sint, sicut Simon Magus à Petro.*

(Synodus sub Symmacho.) Ex Synodo Symmachi Pontificis cum ducentis & octodecim Episcopis: *Non placuit Laicos adstatuendum aliquid in Ecclesia habere aliquam potestatem, cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.* In eadem: *Defuncto Pontifice, si in vnum totius inclinauerit Ecclesiastici ordinis electio, consecretur Episcopus. Si vero, vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa, conuincat sententia plurimorum.*

(Pontificale Romanum.) Ex Romano Pontificali. *Benedictus natione Romanus fecit constitutum in Ecclesia beati Petri Apostoli, in quo sederunt Episcopi septuaginta duo, Presbyteri Romani triginta tres, præsente Clero, sub anathemate, vt nullus Pontifice Romano viuente, aut Episcopo ciuitatis suæ, præsumat loqui aut sibi partes facere, nisi tertio die depositionis eius, adunato Clero & filiis Ecclesiæ, & tunc electio fiat.* Ex eodem. *Stephanus natione Siculus, congregatis Episcopis totius Tusciæ, atque Campaniæ, considentibus pariter duodecim Episcopis Francorum & Romanis Presbyteris, in præsentia totius Cleri & populi Concilium fecit in Ecclesia Constantiniana, in quo damnauit Constantinum Neophytum inuasorem sedis Apostolicæ, & allatis sacris Canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem Concilio sub anathematis interdicto, vt nullus vnquam Laicorum neque ex alio ordine præsumat nisi per distinctos gradus ascendens Diaconus aut Presbyter factus fuerit Cardinalis, ad sacrum Pontificatus honorem promoueri.*

(Concilium sub Leone IV.) Ex Concilio Leonis IV. Episcoporum L. cap. V. *Si quis Sacerdotibus, seu primatibus nobilibus, seu cætero Clero huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ electionem Romani Pontificis contradicere præsumpserit, sicut in Concilio beati Stephani legitur statutum, anathema sit: Item quod electio Pontificis non pertineat Laicis tantum.*

(Concilium Laodicense.) Ex Concilio Laodiensi cap. XII. *Non est permittendum turbæ electiones eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium prouehendi.*

(Celestinus Papa.) Item ex decreto Celestini Pontificis: *Docendus est populus, & non sequendus, nosque si nesciunt eos quid liceat, quidve non liceat commonere, non consensum præbere debemus.*

Decursis itaque tot sanctorum patrum authoritatibus, Latinorum scilicet & Græcorum, patet nihil iuris Imperatoriæ potestati in Pontificum electione seu promotione ab eisdem attributum esse, imo ne

qua

qua laicalis potestas sibi quidquam in his vendicet, à quibusdam eorum sub anathemate, hoc est, separatione à Deo, inhibitum fuisse. Et certe sub præfatis Romanis Pontificibus, leguntur extitisse potentissimi Imperatores, non solum Orienti, sed etiam Occidenti imperantes, scilicet Valentinianus & Theodosius iuniores, Martianus, Mauritius & Phocas. Et cum præfatæ vniuersales Synodi, id est, prima & septima à tot patribus agerentur Niceæ, Christianissimi Imperatores Constantinus magnus, & item Constantinus, & Hirene mater eius affuisse leguntur; sed & Basilio magno, Imperatore magno petente & præsente legitur octaua Synodus item vniuersalis Constantinopoli celebrata fuisse. Itaque cum prima earum censeret non habendum quemquam Episcopũ sine Concilio Metropolitani: Septima vero trium sacrorum ordinum electionem à Principibus prohiberet fieri: Octaua vero sub anathemate interdiceret Pontificum electionem laicali potestati, nunquid qui præsentes aderant Imperatores questi sunt hoc ad sui contemptum fieri, vt nihil de Pontificum electione eorum quidem referretur potestati? Imo potius leguntur sanctorum patrum constitutiones amplexati fuisse, easque quidam eorum post quinque Patriarcharum subscriptiones suis quoque subscriptionibus, roborasse. Item, cum contingeret præfatos Romanorum Pontifices de Põtificum electione decernere, contigit suorum temporum Imperatores hoc ad sui Imperij iniuriam fieri questos fuisse? Non equidem.

Sunt autem quidam eorum contra quos scribimus, qui putant se quiddam magni in sui defensionem adinuenisse, cum introducunt Gregorium & Ambrosium à seculi principibus ad Pontificatum promotos fuisse. Quod quia friuolum, quiaque falsum sit, euidenti iudicio clarebit, collatis eorum electionibus cum ca. 8. Synodi, quod supra scripsimus: Nam quamuis multorum annorum interstitio à se distent, tamen ita sibi concordare videntur, vt & Synodus & eorum electio vel promotio, vno eodemq; Dei Spiritu acta fuisse, probentur. Sic enim in gestis eorum describitur vel scriptum habetur: *Gregorium licet totis viribus renitentem, Clerus, Senatusque & populus Romanus sibi concorditer Pontificem sibi delegerunt. At ille cum decretum generalitatis euadere nequiuit, consensurum se tandem aliquando simulauit, & Imperatori Mauritio cuius filium ex lauacro sancto susceperat, latenter literas destinauit, adiurans, ne vnquam assensum populis proberet, vt se huius honoris gloria sublimarent. Sed præfectus vrbis Germanus nomine, eius nuntium anticipauit, comprehensumque ac disruptis Epistolis, consensum quem populus fecerat Imperatori direxit. At ille gratias agens Deo pro amicitia Diaconi, eo quod locum deferendi ei honoris vt cupierat reperisset, ipsum ordinari præcepit.*

Ex Gestis Gregorij Papæ.

Item in gestis B. Ambrosij: *Cum populus magis magisque acclamaret: Peccatum tuum super nos. Cumque ille videret suam intentionem nihil posse proficere, fugã parauit, egressusque noctis medio ciuitatem cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam ciuitatis Mediolanensis quæ dicitur Romana, inuenitur. Cumque inuentus custodiretur à populo missa relatione ad Imperatorem clementissimum Valentinianum, qui hoc summo gaudio accepit, quod iudices ad se directi ad Sacerdotium peterentur.*

Ex gestis Ambrosij Papæ.

Ecce ex his & præfato capite patentissime colligitur, iuxta priscam consuetudinem præfatos Pontifices electos fuisse. Sed quia nullatenus promoueri patiebantur, cum in alterius electione præfectus vice Romanorum, Mauritij; in alterius vero populus Valentiniani legitur auxilium expetisse, patet profecto iuxta cap. VIII. Synodi, Ecclesiam seculares potestates in sui adiutorium inuitasse, easque non imperio sed obedientia tunc vsas fuisse. Quod quidem non videtur nobis fieri non licere, si contingat dignũ quemlibet consensum in sui promotionem non præbere, regalem vero potestatem contingat in eadem diœcesi adesse, vt Valentinianus tunc in Mediolanensi legitur affuisse. Vt autem quæratur extra diœcesim, cum longo interstitio possit abesse, absurdissimum est, cum sanctissimorum Patrum legibus statutum sit ne intra tres Menses viduatam relinquant Ecclesiam à Pontifice.

Quod vero in historia tripartita legitur, Valentinianus Imperat. dixisse Ambrosio: *Deus tibi commisit animas, ego corpora*; quam pessime cohæreat præcedentibus, qui legit intelligat. Valde enim contrarium videtur; & hoc eum dixisse, & vt à se Pontifex eligeretur, quod ibidem præmissum est, nullatenus consensisse. Hoc autem nihil nobis aduersatur, cum beatus Gregorius eandem historiam mendosam & à Romana Ecclesia repudiatam affirmet.

Historia tripartita.

Sunt item qui obijciunt: Nicolaum iuniorem decreto Synodi constituisse, vt obeunte Apostolico Põtifice successor eligeretur, & electio eius Regi notificaretur. Facta vero electione, & vt prædictum est, Regi notificata, ita demum Pontifex consecraretur. Quod si admittendum est, vt ratione factum dicatur, obijcimus ad hoc confutandum, præfatum Regem & optimates eius se ea constitutione indignos fecisse, primum quia postea præfatum Nicolaum, Coloniensem Archiepiscopum pro suis excessibus corripuisse, grauiter tulerunt, eumque huius gratia quantum in se erat à Papatu deposuerunt, & nomen eiusdem in Canone consecrationis nominari vetuerunt, ideoque decretum eius de iure irritum esse debebit, quia cum à toto orbe Papa haberetur iuxta eorundem sententiam eisdem Papa non fuit, quasi non ex Dei sed eorum tantum penderet voluntate, quempiam quemlibet esse vel non esse; Romanus enim Pontifex, vt sapientes norunt, non modo deponi, sed etiam nullo Christiano iure à quolibet potest iudicari. Deinde, quia cum in eodem decreto cautum esset, vt Romæ Pontificis electio à Romano Clero & populo ageretur, & postea Regi notificaretur, ipsi prefatum decretum violantes, elegerunt quod eis non licebat, prius Cadalaum Parmensem, postea Vvicbertum Rauennatem, induentes eos Apostolicis insignibus, vocantes Apostolicos Apostatas, Antichristi prædecessores. Præterea autem præfatus Vvicbertus aut sui vt suæ parti fauorem ascriberent, quædam in eodem decreto addendo, quædã mutando, ita illud reddiderunt à se dissidens, vt aut pauca aut nulla exemplaria sibi concordantia valeãt inueniri. Quale autem decretum est, quod à se ita discrepare videtur, vt quid in eo potissimum credi debeat, ignoretur?

Sed vt tandem inuincibili gladio feriamus, præfatus Nicolaus vnus scilicet Patriarcha, cum quolibet Episcoporum Concilio, non potuit abrumpere, imo nec mutare, non obuiantia fidei, præfata decreta sanctorum quinque Patriarcharum, scilicet Romani, Alexandrini, Antiocheni, Hierosolymitani, Constantinopolitani, & vt ex numero præfatis Synodis apposito colligi potest, sanctorum Patrum, numero CCL & eo amplius, tot quidem leguntur præfatas constitutiones suis temporibus statuisse, in quibus non inueniuntur quidquam regiæ potestati in Pontificum electione seu promotione concessisse, imo vt prædictum est, consedentibus cum eis Christianissimis Imperatoribus & non contradicentibus, leguntur sub perpetuo anathemate vetuisse. Quod si hoc vendicandum est ex Græcorum Imperatorum consuetudine, vel ex Ambrosiana vel ex Gregoriana electione, constat vt præmissum est, eosdem ipsos hoc veluti Deo aduersum respuisse, eorundem

vero Pontificum electionem & promotionem VIII. Synodo quamuis præpostere recordasse.

Et quamuis decretum de quo agimus à præfatis Ecclesiæ legibus penitus euertetur, videamus tamen adhuc quid de eiterum Ecclesiæ & seculi leges censeant, vt penitus euacuetur. Ex Synodo Papæ Hilarij cap. IV. *Illud quod quisque commisit Episcopus illicite aut à decessoribus inuenit admissum, si proprium vult vitare periculum, damnabit: Nam in se, quidquid in alio non resecabit, inueniet.* (Synodus Hilarii Papæ.)

Gelasius Cresconio, Ioanni & Messalæ Episcopis inter cætera: *Decessorum statuta sicut legitima & iusta successorem custodire conuenit, ita debet etiam malefacta corrigere.* (Gelasius.)

Pelagius Armentario, magistro militum, inter cætera: *Postea quam Ecclesiæ iura documentorum quæque intercedentium fuerint auctoritate firmata, nullatenus ab his discedendi liberam Pontifex vel si velit permittatur habere licentiam.* (Pelagius) B

Adrianus Engelramno: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum Præsulum, nullius sint momenti.* (Adrianus.)

Gregorius in Registro: *Imperiali constitutione aperte sancitum est, vt ea quæ contra leges fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.* (Gregorius.)

Ex Romanis legibus: *Id tantum de sacra responsione substantiam mutuetur, quod legum auxilia prosequuntur.* Item: *Generale præceptum beneficio speciali anteferendum est.* Et item: *Contra ius rescripta non valeant, quocunque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura præscribunt, magis sequi iudices debent.* Et infra: *Personalia rescripta quæ cum iure concordant, valeant more veterum, & negotij de quo loquitur nostra rescriptio finis lata sententia terminis censeatur. Speciale autem si quid legibus ac iuri importat iniuriam abolitum extirpetur.* Item: *Illa sacra vniuscuiusque supplicantis desiderio concessa præualeant, & effectus mancipentur, quæ cum iuris & legum ratione concordant: Ea vero quæ surreptione vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferant remedium.* (Leges Rom.) C

His itaque decursis patet præfatum decretum nullius momenti esse, nec vnquam aliquid iustum habuisse. Et hæc dicens non præiudico beatæ memoriæ Papæ Nicolao, nec quidquam eius honori derogo, Patrum sententias Dei Spiritu conditas sequendo. Homo quippe fuit, eique vt contra fas ageret surripi potuit. Nec mirum hoc eidem contigisse, cum quidam ipsius decessores inueniantur quidam decreuisse, & meliori vsus consilio postea immutasse. Siquidem Bonifacius secundus legitur ex decreto constituisse, Vigilium Diaconum sibi in Pontificatu succedere. Quod quia Romano Clero visum est Canonibus aduersari, præsente Clero ab eodem suppositum est igni, ante confessionem beati Petri Apostoli. Et certe præfatus Nicolaus diutino metu concussus hoc idem fecisset, si tot Patrum sententias tunc in vnum collectas, vidisset, easque suo decreto tam concorditer aduersari perpendisset. D

Beatus quoque Augustinus librum retractationum composuit, in correctionem eorum quæ prius incaute descripsit, & vt idem quisque sapiens faciat, his verbis commone facit; ait enim in procemio eiusdem libri: *Neque enim quisquam nisi imprudens, ideoque mea errata reprehendendo me reprehendere audebit. Sed & si dicit, non debuisse ea à me dici, quæ postea mihi etiam displicerent, verum dicit, & mecum facit: eorum quippe reprehensor est, quorum & ego sum: Sed sicut valet quisque accipiat hoc quod facio, me tamen Apostolicam sententiam etiam in hac re oportet intueri. Quæ dicit: Si nos ipsos iudicaremus, à Domino non iudicaremur.* (Augustinus. 1. Cor. 11.) E

Excommunicatio autem quæ in præfato decreto terribiliter profertur à Vvicberto, aut à suis fautoribus, indita creditur, quoniam in antiquioribus eiusdem decreti exemplaribus, longe aliter habetur. Et hæc quidem veniet super eos, qui eam ibidem in sui fauorem indiderunt, & super eos, qui eam timendam esse dicere præsumunt: Super illos quidem, vt incidant in foueam, quam foderunt, & vt apprehendat eos captio quam occultauerunt: Super hos autem, quoniam illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, quoniam Dominus in generatione iusta est. Nam si in generatione iusta est, in præfatis patribus fuit, & per eos locutus est, ideoque illorum maledictio sicut Dei pauenda est. De maledictione vero illorum qui eorundem Patrum decretis non obediunt, dicit idem Dominus per Prophetam: *Benedicam maledictionibus vestris.* Et item: *Maledicent illi, & tu benedices.* Et Salomon: *Sicut auis in contrarium volans, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum super eum veniet qui misit illud.* Hoc contra decretum cuius se Vvicbertus authoritate defendit, vt doceat se esse quod non est, nec vnquam esse poterit. (Malach. 2. Psal. 108. Prouerb. 26.)

De numero vero annorum quibus hæc damnabilis consuetudo permansisse dicitur, vt seculi potestas pro suo libitu Pontifices promoneat, iure causari nõ potest. Nam de diuersis consuetudinibus, illa potissimum sequenda est, quæ cum originem sumeret, Catholicos patres suorum priorum patrum vestigia sectantes authores habuit, sicut patres septimæ & octauæ synodi, secuti sunt statuta sanctorum Patrum Romanorum Põtificum, & illi consuetudinem ab Apostolorum temporibus, per omnes Ecclesias obseruatam: Ea vero peruersitas, quæ à seculi principibus superinducta est, non præiudicat eidem sanctæ consuetudini quantalibet temporum obtinuerit curricula. Alioqui Dominus Deus noster culpandus est, qui filios Israël longissima consuetudine sub seruitute detentos, tum sub Pharaone, tum sub Cyro vel Dario liberauit, & humanum genus sub Diaboli seruitute longa consuetudine detentum, post quinque millia annorum curricula propria morte redemit. Præterea cum veteris & noui Testamenti legibus adulterium inhibitum sit, si qui Reges adulterium commiserint, nunquid eorum auctoritate posteri Reges adulterari sibi licitum putabunt? absit.

Et quidem certum est Regum contra leges cõmissa nullatenus sequenda esse, leges vero ab eisdem calcatas in suo statu manere debere: Hinc est quod sancti Dei Martyres & Romani Pontifices in suis statutis inseruerunt dicentes: *Non licet Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuinitatis mandata præsumere. Iniustum enim iudicium & definitio, Regis metu vel iussu à iudicibus ordinata, non valeant: nec quidquid contra Euangelica vel Prophetica aut Apostolica doctrina constitutionem siue sanctorum Patrum actum fuerit, stabit, & quod ab infidelibus & hæreticis factum erit, omnino cassabitur.* (Decreta Pontificum.)

Item Adrianus ad Engelramnum Episcopum capite quadragesimo octauo: *Item generali decreto constituimus vt execrandum anathema fiat, & velut prævaricator Catholicæ fidei semper apud Deum reus existat, quicunque Regum vel potentum deinceps Canonum censuram in quocunque crediderit vel permiserit violandam.* Item idem ad eundem: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum Præsulum, nullius sint momenti.* (Adrianus.)

Si autem omnis plantatio, quam Pater cœlestis nõ plantauit, eradicabitur, & si, vt prædictum est, quod ab infidelibus & hæreticis actum fuerit, omnino cassabitur, nũquid hæc impietas Eutychianistarum Imperatorum cassari, & eradicari nõ debet? Certe quisquis Ecclesiasticus pro suo officio vehementer non accenditur, vt tanta prauitas à Dei domo radicitus euellatur,

coellatur, zelo eiusdem domus Dei non comeditur, & apud Deum canis mutus latrare non valens reputatur. Quis enim non aduertat hanc pestem seminarium esse Simoniacæ hæreseos, & totius Christianæ religionis lamentabilem destructionem? Nempe cum dignitas episcopalis à Principe adipisci posse speratur, contemptis suis Episcopis ac Clericis Dei Ecclesia deseritur, & ab aliis quidem ingens pecunia aulicorum marsupiis infunditur, vt eorundem suffragia ad tam nefatiam promotionem mereantur, ab aliis infinitæ pecuniæ dispendio plus decennio in seculari curia deseruitur, æstus pluuiæ, frigora, & cætera incommoda patientissime tolerantur; ab aliis autem vel sui pastoris, vel cuius honorem ambiunt mora incessanter optatur, ab alio alij vehementer inuidetur, dum quod sibi sperat ab eo surripi posse putatur, imo pro dolor in tantam Dei iniuriam interdum prosilitur, vt & seruis & fornicariis dignitas ista præstetur. Tales quippe cum adepti fuerint, quod taliter expetierunt, peccantes seculi potestates, nullatenus præsumunt redarguere, quoniam ab illis se promotos fuisse meminerunt imo ne redarguere præsumerent, promoti fuerunt. Et hi lac quidem & lanam accipiunt, sed perditissime viuentes omnium salutem negligunt. Sic quippe impletur quod scriptum est: *Ruina populi, Sacerdotes mali*, Et item: *Et erit sicut populus, ita & Sacerdos*. (Isai. 24. Osee. 4) Sacerdotes quippe à populo non videntur distare, cum quisque certatim se popularibus actionibus studet implicare. Nam cum nemo Deo militans implicet se secularibus negotiis, quidam eorum non canonum, sed canum & accipitrum studia, & reliquos mundi luxus exercent: Quidam autem, quasi Deus laudet in Sacerdore quod reprehendit in diuite, amiciuntur peregrinorum pellibus, & relictis suis cathedralibus Ecclesiis, assistunt Imperatoribus, cum Canones Spiritu Dei conditi prohibeant Pontificea palatia Regis adire, sed si qua suggerenda sunt per suos Diaconos potius intimare. Cumque iidem sacri Canones prohibeant sub interminatione, quemque Pontificem à sua cathedrali Ecclesia tribus dominicis diebus abesse, alios quidem eorum vix ter aut quater in anno, & hos vix anno integro contingit easdem reuisere. Et vt soli non peccent, sed fiant vt scriptum est: *laqueus iuuenum*, (Isai. 41.) dant exemplum Clericis suas itidem Ecclesias deserere, & sub spe Episcopandi Regum curiæ militare.

Sed obiicitur, Clericos vt diuina officia Principibus exhibeant, eorundem inhabitare curiam oportere, quasi non sit iustius apud Deum, & apud homines conuenientius, quemque Episcopum in cuius diœcesi contingit Principem adesse, eidem idoneos & religiosos Clericos ad diuina mysteria celebranda dirigere, & pro temporis diuturnitate, qua idem ibidem moratur, alios aliis iubere succedere.

His tantis cladibus quæ contingunt ex præfatis promotionibus, Gregorius septimus obuiare cupiens, Romana Synodo quinquaginta Episcoporum, considente Presbyterorum & Abbatum multitudine, per omnia sanctis præfatis Patribus consonantia decreta statuit, dicens: (Gregorius VII.) *Si quis deinceps Episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laica persona susceperit, nullatenus inter Episcopos habeatur, nec vlla ei vt Episcopo aut Abbati audientia concedatur, insuper ei gratiam beati Petri & introitum Ecclesiæ interdicimus, quo vsque locum quem sub crimine tam ambitionis quam inobedientiæ quod est scelus idololatria, cœpit resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus & Ecclesiasticis dignitatibus, constituimus.* Item: *Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet secularium potestatum aut personarum inuestituram Episcopatuum, vel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, eiusdem sententiæ vinculo se astrictum esse sciat.*

Et quoniam sanctorum authoritate monstratum est, Pontificum electionem seculari potestati non subiacere, liber adhuc Christianissimorum Imperatorum, quas hac de causa sanxerunt constitutiones ad medium deducere, vt pateat nobis, si quid iuris in eadem causa voluerunt vendicare. Hoc enim Carolus & Ludouicus gloriosi Imperatores (Carolus & Ludouicus Impp.) in primo libro Capitulorum suorum statuerunt, *Sacrorum Canonum non ignari, vt in Dei nominè sancta Ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum ordini Ecclesiastico præbemus, vt scilicet Episcopi per electionem Cleri & populi, secundum statuta Canonum de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur, vt verbo & exemplo sibi subiectis prodesse valeant.* Certe constitutio hæc tam consonantissima sanctorum Patrum constitutionibus esse perpenditur, vt si vel à Nicæna vel qualibet etiam vniuersalium Synodorum promulgaretur, non minus Spiritu Dei per istorum ora, quam per eandem prolata crederetur. Hæc quippe docet hunc esse honorem, hanc esse libertatem sanctæ Ecclesiæ, Clerum scilicet eidem & populum sibimet Pontificem eligere debere, hoc in electione Canonum statuta seruanda esse commemorat, hoc Simoniacam hæresim prohibendo impugnat, hoc vitæ meritum & sapientiam Pastoris electione quærenda demonstrat, & quod mirum est, breuissime videtur tangere, quod beatus Gregorius (Gregorius.) scribit de Pontifice, scil. *Vt quisquis perpendere debeat qualiter ad Pontificatum veniat, & rite veniens qualiter doceat, & recte docens qualiter viuat.*

Patet itaque sanctorum Romanorum Præsulum auctoritate & Patrum, sanctarum vniuersalium Synodorum, septimæ atque octauæ, Pontificum electionem Cleri & populi cuiusque esse debere. patet quoque Christianissimos Imperatores, Constantinum, Constantem, Valentinianum, Theodosium, Arcadium, Honorium, Carolum, Ludouicum, cæterosque fide & religione præstantes, eandem consuetudinem ab Apostolorum temporibus obseruatam minime violasse. Patet etiam item Christianissimos Imperatores Constantinum magnum, & item Constantinum, & Eirenen, & Basilium, Carolum quoque & Ludouicum, præfatam electionem seculari potestati legibus abstulisse, quamquam si etiam eorundem sanctionibus hoc non prohiberetur, Patriarchalium sedium auctoritati non minus obaudiretur; Pontificibus enim, non Imperatoribus, legitur Deus dixisse: (Matth. 18. Ioan 21. Matt. 28.) *Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis, &c.* Item primo Pontifici: *Pasce oues meas*: Item Apostolis omnibus: *Euntes docete omnes gentes.* Patriarcharum enim tanta est auctoritas, vt omnimodis hæreticus comprobetur, quisquis eorundem Synodicis constitutionibus obuiare nititur. Quæcunque enim communiter statuerint sequenda, ab omni Ecclesia seruentur, quæcunque docuerint respuenda, respuantur, nec vnquam à quolibet, nisi forte ab eisdem eorundem communi iudicium retractabitur. Firmamentum enim Christianæ fidei in eorum sedibus, per beatum Petrum sessorem earundem, ita Deus locauit, vt si vnus ex tribus principalibus Patriarchis ceciderit, duo stent, quod si duo ceciderint, cum pro fide Petri ne deficiat à Christo oratum sit, vnius scilicet Romani Patriarchæ fides in qua fratres suos confirmet: nunquam deficiat. Quod vtique Christus Deus noster iam ostendere dignatus est, in vniuersalibus Synodis, iam ab ipsius ascensione octies vniuersaliter celebratis. Nam vno vel

A *discesserit, esse desistit Ecclesia. Vnum in Ierusalem templum est, idolis necesse est vt emmolet, qui semetipsum dimiserit.*

Gregorius. Gregorius in Registro: *Nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quæ ab excommunicatis hominibus est celebrata.*

Hæc itaque tam patentia tamque manifesta sunt, vt dilucidari non egeant. Patentissime namque Simoniacorum Sacerdotium & sacrificia irrita esse demonstrant quamuis quidam scripserit, quod sicut in baptismate Simoniacorum, ita & in eorundem sacrificio virtus Spiritus sancti cooperaretur, scilicet vt nõ eisdem sit verum & salutare sacrificium, sed his quibus exhibetur. Quod ex præmissis patrum sententia

Osee. 9. apertissime refellitur, & maxime ex eo quod dicitur: B *sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui ea manducant contaminabuntur.* Nõ enim exhibito baptismatis, & sacrificij Dominici corporis, omnino simili sibi collatione conferri valent. Nam necessitate vrgente omni baptizato conceditur baptizare, sub fidei interrogatione, & nomine Trinitatis, & trina mersione, quod vtique concessum est propter eum qui periculo mortis vrgetur, ne si tunc ad Sacerdotem eum non affuerit curratus, subito non valeat inueniri qui baptisma ministret. Solis autem Sacerdotibus licitum est Dominicum corpus conficere, quod quidem non baptisato illico morituro necessarium non est. Baptisma enim præcedit Dominici corporis perceptionem, ideoque necessarium est, vt per quemlibet baptisetur antequam Dominicum corpus C à morituro expetitur. Magis namque dolendum est quempiam absque baptismo humanis rebus excedere, quam baptisatum Eucharistiæ communione, quamuis sine vtroque non saluetur, qui quidem vtrumque posset sumere. Nam qui dixit: *Nisi quis re-*

Ioan. 5. Ioan. 6. *natus fuerit ex Aqua & Spiritu non intrabit in regnum Dei*, idem dixit: *Nisi manducaueritis panem Filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, ideo autem dixi de potentia sumendi vtrumque, quoniam paruulus modo natus modo renatus non valet Carnem Dominicam manducare, licet sanguinem eiusdem possit vix ori infusum deglutire. Nam quod dicitur, *Nisi manducaueritis*, de his qui manducare possunt accipiendum puto. Nemo enim dicit de eo qui manducare non potest, sed de eo qui D potest.

His ita decursis dicendum videtur hæresin Arrianorum & Sabellianorũ & Macedonianorum & Fotinianorum atque omnem generalem hæresim à S. Dei Ecclesiæ impugnatione cessasse, & Deo pro eadem pugnante cessaturam, si qua deinceps existimatur oriri posse. Hæc vero id est, Simoniacorum hæresis, quæ in initio nascentis Ecclesiæ aduersus eam statim arma corripuit, vsque in finem sæculi prout sibi Diabolus vexilliferos & sequaces inuenit, & ad eiusdem

1. Cor. 11. probationem eandem impugnare non cessabit. *Oportet enim hæreses esse.* vt ait B. Apostolus, *vt qui probati sunt manifesti fiant.* Sed animaduertendum est, quod Christus Deus, qui suam Ecclesiam super fidei petram ædificandam promisit, primo omnium hære- E ticorum primum Apostolorum opposuit, videlicet vt sicut Ecclesia, id est, credentium multitudo nouit se fidem Petri semper debere sequi, sic in perpetuum meminerit eiusdem nefariæ hæresis virosa & mortifera consortia fugere, in cuius capite constat omnium Christianorum Principem maledictionis iaculum intorsisse. Hæc cum ita sint quicunque pro suo posse ab huius pestis impugnatione cessauerit, cum Simone & eius sequacibus portionem habebit, dicente B. Gre-

Gregorius. gorio: *Quisquis contra Simoniacorum hæresim & Neophytorum pro officij sui loco vehementer non arserit, cum eo se non dubitet habere portionem, qui prius hoc piaculare flagitium commisit.*

A Sciendum est autem quod aliud est hæreticum esse, aliud schismaticum: hæreticus siquidem est, qui Catholicæ Ecclesiæ fidem relinquit, & sui vel alterius erroris viam sequi diligit. Item iuxta beatum Isido-

rum, *Qui sacram Scripturam aliter interpretatur quam flagitat sensus Spiritus sancti, per quem scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, hæreticus appellari potest.* Schismaticus vero est, qui quidem rectam se conferri fidem simulat, sed sanctorum Patrum traditiones superbè contemnit, & se aliqua maleuolentia ab vnitate Ecclesiæ scindit. Isidorus.

Item iuxta sanctum Augustinum *Hæreticus est, qui non sequitur Catholicam veritatem. Schismaticus est qui non amplectitur Catholicam pacem.* Augustin.

Item Papa Pelagius in suo Regesto introducit bea- B tum Augustinum ita definientem schisma in Epistola ad Valerianum Patricium, inter cætera: *Vide vtrum schismatici non sint, qui se ab eminentissima & manifestissima auctoritate Apostolicarum sediũ separauerunt.*

Item idem Pelagius in Epistola ad Victorem & Pangratium introducit Augustinum ita dicentem: *Qui aduersum authoritatem illarum Ecclesiarum, quæ Apostolicas sedes & Epistolas accipere meruerunt, temere credit, immanissimum schismatis crimen à se propulsare non poterit.*

Hæc cum ita sint, ex his patet eos esse Ecclesiam, qui Apostolicarum Ecclesiarum auctoritatem sequuntur, eos vero omnibus modis esse schismaticos, qui contra præscriptas auctoritates Apostolicarum sedium, & sanctorum Patrum plus quam CC. Ponti- C fices in Ecclesia Dei ordinare nituntur.

Schismaticus vero iuxta Antiochenum Concilium, *si permanserit turbas faciens & seditiones Ecclesiæ, per extraneas potestates tanquam seditiosus comprimendus est. Multa namque,* vt ait Augustinus, *etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis agẽda sunt, quorum potius vtilitati consulendum est quam voluntati. Nam in corripiendo filio quamlibet aspere, nunquam tamen amor paternus amittitur. Fit tamen quod nollet vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus.* Concilium Antiochenum. Augustinus.

Item Pelagius Valeriano patricio. *Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste* Pelagius. D *sed diligit. Nam si vt quidam putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus ad bonum est, humanas ac diuinas leges necesse est euacuari, quæ & malis pœnam & bonis præmia iustitia suadente constituunt. Malum autem schisma est etiam per extraneas potestates opprimendum.*

Itaque si, vt ex his patet, schismatici per extraneas potestates sunt opprimendi, nunquid & Simoniaci ab eisdem non sunt opprimendi? Nunquid minus delinquunt? Immo magis. Nam si Christus Dei Filius & Spiritus eius & Patris per omnia æquales sunt, Iudæus & simoniacus, qui vtrumque vendunt, pares non erunt? Item cum ex præmissis auctoritatibus constet, Simoniacum Paraclitum emere, Iudæum vero liqueat Christum emisse, nunquid constabit eosdem malitia & merito pares habendos esse? Et qui- E dem ita videtur.

Patet itaque Simoniacos veluti primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos, & si commoniti non resipuerint, etiam ab exteris potestatibus opprimendos. *Verendum quippe est*, vt ait Gregorius, *quemque pro suo officio & loco contra eosdem vehementer non inardescere, eorumque detestando errori totis nisibus, non obuiare. Error namque,* vt ait Innocentius Papa, *cui non resistitur, approbatur, & veritas cum minime defensatur opprimitur.* Item idem: *Negligere quippe cum possis deturbare peruersos, nihil est aliud quam fouere.* Gregorius. Innocentius.

Augustinus: *Quisque metu cuiuslibet potestatis*

Augustinus *veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem quam Deum.*

Ambrosius. Ambrosius: *Consentire est, non solum scienter mala fieri permittere, sed etiam malefacta non persequi.*

Gregorius. Gregorius: *Qui non corrigit resecanda, committit.* Item in moralibus. *Plerumque quieti atque inconcussi relinquimur, si obuiare prauis pro iustitia non curamus. Sed si ad æterna vitæ desiderium animus exarsit, si verum lumen iam intrinsecus respicit, si in se flamma sancti feruoris accendit, in quantum locus admittit, in quantum causa exigit, debemus pro defensione iustitiæ nosmetipsos obiicere, & peruersis ad iniusta prorumpentibus etiam cum ab eis non quærimur obuiare. Nam cum iustitiam quam nos amamus in aliis feriunt, nos nihilominus sua percussione confodiunt, etiamsi venerari videantur.*

Et quoniam à quibusdam eorum ignorantia, à quibusdam vero negligentia: ab aliquibus autem superbiæ contumacia delinquitur, optimum est vt primum leuius mitiusque cum eisdem & cum schismaticis agatur, & vt pro eis oretur, *ne forte*, sicut ait, Apostolus, *det illis Deus reprobum sensum, vt si resipiscant à laqueis Diaboli, à quibus alligati tenentur.* Quod si rationi non acquieuerint, Simoniaci pariter & schismatici, vt incurabilia membra ab Ecclesiæ corpore abscindantur, & vt dictum est, ab exteris potestatibus opprimantur.

Rom. 1. 2. Tim. 2.

Augustinus. Sciendum est Augustinum de omnibus hæreticis & schismaticis ad quendam Petrum sic scripsisse. *Firmissime tene & nullatenus dubites, omnem hæreticum & schismaticum quantumuis multas eleemosynas faciat, vel etiam pro Christo sanguinem fundat, cum Diabolo & Angelis eius æterno igni mancipandum, nisi ante finem vitæ huius Catholicæ incorporetur & reintegretur Ecclesiæ.*

Hactenus contra eos qui dicunt Dei Ecclesiam & Pontificum eius ordinationem Regiæ potestati subiacere, contraque Simoniacorum Sacerdotium & sacrificium satis dictum. Nunc restat de facultatibus Ecclesiæ dicere, quas iidem contendunt sub regia ditione manere.

LECTORI

In Manuscripto Codice, quo vsi sumus subiiciebantur sequentes sententiæ, ab ipso, vt videtur Anshelmo, ex variis auctoribus collectæ, quibus demonstrare studet Ecclesiæ facultates non esse in potestate Regis aut Cæsaris. Quo fit, vt ea quæ sequuntur aut sint altera pars secundi libri, aut totius operis liber tertius. Verum tamen nihil desideretur, non iniuria ambigas.

ALBINVS IN LIBRO SECVNDO super Matthæum.

Matt. 21. Ioan. 2.

Inuenit Iesus in templo vendentes boues & oues & columbas & nummularios sedentes, & cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de Templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, ac mensas subuertit. Boues, aues, & columbæ ad hoc emebantur, vt offerrentur in Templo. Nummularij ad hoc sedebant ad mensas, vt inter emptores venditoresque hostiarum prompta esset pecuniæ taxatio. Videbantur ergo licite vendi in Templo, quia ad hoc emebantur vt in eodem Templo offerrentur Domino. Sed nolens ipse Dominus aliquid in domo sua terrenæ negotiationis, ne eius quidem quæ honesta putaretur, exhiberi, dispulit negotiatores iniustos, & foras simul omnes cum his quæ negotiabantur eiecit. Quid ergo fratres mei, quid putamus faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos, qui hostias quæ sibi immolarentur ementes in Templo vidit & eliminare festinauit.

Hæc propter illos diximus, qui Ecclesiam ingressi non solum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea pro quibus orare debuerant, augent, insuper & arguentes se pro huiusmodi stultitia conuitiis odiisque, vel etiam detractionibus insequuntur, addentes videlicet peccata peccatis, & quasi funem longissimum sibi incauta eorum augmentatione texentes, nec timentes ex eo districti iudicis examinatione damnari. Nam bis quidem in Euangelio legimus quod veniens in templo Dominus huiusmodi negotiatores eiecit, primum videlicet, id est, tertio ante passionem suam anno, sicut ex Ioannis Euangelistæ sequentibus scriptis agnoscimus, & ipso quo passus est anno, cum ante quinque dies Paschæ sedens asino Ierosolymam venisset. Sed hoc idem in templo iam sanctæ Ecclesiæ, examine quotidianæ visitationis agere, omnis qui recte sapit, intelligit.

Vnde multum tremenda sunt hæc dilectissimi, & digno expauescenda timore, sedulaque præcauendum industria, ne veniens improuisus, peruersum quid in nobis vnde merito flagellari ac de Ecclesia eiici debeamus, inueniat. Et maxime in illa quæ specialiter domus orationis vocatur, obseruandum, ne quid ineptum geramus, ne cum Corinthiis audiamus ab Apostolo, *Nunquid domos non habetis*, ad agenda vel loquenda temporalia, *Aut Ecclesiam Dei contemnitis?* Etiam à Propheta cum Iudæis, *dilectus meus in domo mea fecit scelera multa.* 1 Cor. 11.

Et quidem gaudendum est, quia ipsi sumus in baptismo templum Dei facti, testante Apostolo, qui ait: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*, ipsi ciuitas Regis magni de qua dicitur: *Fundamenta eius in montibus sanctis*, id est, fundamenta Ecclesiæ in soliditate fidei Apostolorum & Prophetarum. Sed nimis tremendum, quia præmisit Apostolus dicens: *Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus.* Et ipse iudex iustus, *Disperdam*, inquit: *de ciuitate Domini omnes qui operantur iniquitatem.* Gaudete quia in nobis Paschæ solennitas agitur, cum de vitiis ad virtutes transire satagimus, Pascha quidem transitus dicitur. Gaudendum quia Dominus nostra pectora, ciuitatem videlicet suam inuisere, quia idem Pascha nostræ bonæ actionis præsentia suæ pietatis illustrare dignatur, sed timendum satis ne nos in ciuitate sua aliud quam ipse diligit agentes inueniat, & ipse se nobis qualem non diligimus districtus redditor ostendat, ne nos in templo nummularios, ne venditores boum, ouium columbarumue reperiens damnet.

Ierem. 11. 1 Cor. 3. Psalm. 86. 1 Cor. 3. Psalm. 100.

Boues quippe doctrinam vitæ cœlestis, oues opera munditiæ & pietatis, columbæ S. Spiritus designant, quia nimirum boum iuuamine solet ager exerceri: ager autem est Domini, cor cœlesti excultum doctrina, & suscipiendis verbi Dei præparatum rite sermonibus; oues innocenter sua vellera vestiendis hominibus præstant, Spiritus super Dominum in columbæ specie descendit. Vendunt autem boues, qui verbum Euangelij non diuino amore, sed terreni quæstus intuitu audientibus impendunt, quales reprehendit Apostolus, quia Christum annuntiarent *non sincere*. Vendunt oues, qui humanæ gratia laudis opera pietatis exercent, de quibus Dominus ait: *Quia receperunt mercedem suam.* Vendunt columbas,

Phil. 1.

columbas, qui acceptam Spiritus gratiam non *gratis*, A vt præceptum est, sed ad præmium dant, qui impositionem qua Spiritus accipitur, etsi non ad quæstum pecuniæ, ad vulgi tamen fauorem tribuunt, qui sacros ordines non ad vitæ meritum, sed ad gratiam largiuntur. Nummos mutuo dant in templo qui non simulate cœlestibus, sed aperte terrenis rebus in Ecclesia deseruiunt, sua quærentes, non quæ Iesu Christi.

Matth. 6.
Matth. 10.

Verum huiusmodi operatioa fraudulentos quæ merces manet, ostendit Dominus, cum facto de funiculis flagello, omnes eiecit de templo: Eiciuntur autem de parte sortis sanctorum, qui inter sanctos positi, vel ficte bona, vel aperte faciunt opera mala. Oues quoque & boues eiecit, quia talium vitam pariter & doctrinam ostendit esse reprobam.

Funiculi quibus flagellando impios de templo expulit, B incrementa sunt actionum malarum, de quibus materia damnandi reprobos districto iudici datur. Hinc etenim dicit Isaias: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Et in Prouerbiis Salomon: *Iniquitates*, inquit, *suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Qui enim peccata peccatis pro quibus acrius damnetur accumulat, quasi funiculos quibus ligetur ac flagelletur paulatim augendo prolongat.

Isai. 5.
Prou. 5.

Numulariorum quoque quos expulerat effudit æs, & mensas subuertit, quia damnatis in fine reprobis etiam ipsarum quas dilexere rerum tollet figuram, iuxta hoc quod scriptum est, *& mundus transiet & concupiscentia eius.*

1. Ioan. 2.
Ioan 2.

Et eis qui columbas vendebant dixit: *Auferte ista* C *hinc, nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Venditionem columbarum de templo auferre præcipit, quia gratia Spiritus gratis accipi, gratis dari debet. Vnde Simon ille magus, qui hanc pecunia emere voluit, vt maiore pretio venderet, audiuit. *Pecunia tua tecum sit in perditione, non est tibi pars neque sors in sermone hoc.*

Act. 8.

Notandum autem quia non soli venditores columbarum sunt, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros ordines largiendo pretium pecuniæ vel laudis vel etiam honoris inquirunt, verum hi quoque, qui gradum vel gratiam in Ecclesia spiritualem, quam Deo largiente percepere, non simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis exercent, D contra illud Apostoli Petri: *Qui loquitur quasi sermones Dei, qui ministrat tanquam ex virtute quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum.* Quicunque ergo tales sunt, si nolint veniente Domino de Ecclesia auferri, auferant ista de suis actibus, ne faciant domum Dei domum negotiationis.

1. Pet. 4.

In eodem.

Zelo domus Patris Saluator eiecit impios de templo.

Zelemus & nos fratres charissimi domum Dei, & quantum possumus, ne quid in ea prauum geratur insistamus. E Si viderimus fratrem, qui ad domum Dei pertinet superbia tumidum, si detractionibus assuetum, si ebrietati seruientem, si luxuria eneruatum, si iracundia turbidum, si alij cuiquam vitio substratum, studeamus in quantum facultas suppetit, castigare pollura, ac peruersa corrigere & si quid de talibus emendare nequimus, non sine acerrimo mentis sustinere dolore, & maxime in ipsa domo orationis, vbi corpus Domini consecratur, vbi Angelorum præsentia semper adesse non dubitatur, ne quid ineptum fiat, ne quid quod nostram fraternamue orationem impediat, totis viribus agamus.

In Ioannem.

Iesus autem inclinans deorsum digito scribebat in terra. *Ioan 8.*

Per inclinationem Iesu, humilitas, per digitum qui articulorum compositione flexibilis est, subtilitas discretionis exprimitur. Porro per terram, cor humanum, quod vel actionum malarum vel bonarum solet reddere fructus, ostenditur. Postulatus ergo Dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed prius se inclinans deorsum, digito scribit in terra, ac sic demum, quam obnixe rogatus, iudicat, nos videlicet typice instruens, vt cum quælibet pro- B ximorum errata conspicimus, non hæc antea reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi, digito ea discretionis solerter exsculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidue displiceat, sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apostoli *Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in Spiritu mansuetudinis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.* *Gal. 6.*

Cum autem perseuerarent interrogãtes eum, erexit se & dixit eis: *Qui vestrum sine peccato est, primus in illam lapidem mittat.* *Ioan. 8.* Quia hinc & ideo Domino scribæ & Pharisei tendebant laqueos insidiarum, putantes eum vel immisericordem futurum in iudicãdo, vel iniustum, præuidens ille dolos, quasi fila transit C araneæ, & iudicium iustitiæ per omnia & mansuetudinem pietatis ostendens. Ecce temperantia miserandi: *Qui sine peccato est vestrum*, ecce iterum iustitia iudicandi, *primus in illam lapidem mittat.* Ac si dixisset; si Moyses mandauit vobis mulierem huiusmodi lapidare, videte, quia non hoc peccatores, sed iustos facere præcepit. Primo vos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus & mundo corde ad lapidandum ream concurrite, primo spiritualia legis edicta, fidem, misericordiam & charitatem perficite, & sic ad carnalia iudicanda, diuertite.

Dato autem iudicio Dominus, iterum se inclinans deorsum in terra scribebat. Et quidem iuxta morem consuetudinis humanæ potest intelligi, quod ideo D Dominus coram tentatoribus improbis inclinari & in terra scribere voluerit, vt alio vultum intendens, liberum daret eis exitum, quos sua responsione perculsos citius exituros, quam plura interrogaturos præuiderat. Denique audientes: vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus.

Sed figurate nos admonet in eo, quod & ante datam & post datam sententiam inclinans scripsit in terra, vt & prius quam peccantem proximum corripiamus, & post quam debitæ castigationis illi ministeriũ reddiderimus, nos ipsa digna humilitatis inuestigatione perpendamus, ne forte aut eisdem quæ in ipsis reprehendimus, aut aliis quibuslibet simus facinoribus irretiti, sicut forte fieri potuit, vt ipse qui homicidam reum mortis esse iudicauerit, ipse in seipso per odium E fraternæ mortis esse reus ante oculum conditoris inueniatur. Similiter qui fornicationis crimen in fratre accusat, in seipso superbiæ facinus non videat. Ideo iubetur iudex alieni criminis digito discretionis in corde suo describere, ne forte in seipso reos inueniatur. Quid ergo nobis in huiusmodi periculis remedij, quid restat salutis, nisi vt cum peccantem conspicimus alium, mox inclinemur deorsum, id est, quam deiecti ex nostræ conditione fragilitatis simus, si non nos diuina pietas sostentet, humiliter inspiciamus, digito scribamus in terra, id est, discrimine solerti pensemus, an cum beato Iob dicere possimus: *Neque enim reprehendit nos cor nostrum in omni vita nostra.* *Iob. 27.*

A

Ex decretis Stephani Papæ & Martyris.

VEstimenta Ecclesiastica, quib. domino ministratur, & sacrata debent esse & honesta, quibus in alijs vsibus nemo debet frui, quam Ecclesiasticis & Deo dignis officijs, quia nec ab alijs debent contingi aut ferri, nisi à sacratis hominibus, ne vltio quæ Balthasar percussit, super hæc transgredientibus & talia præsumentibus veniat diuina, & corruere eos faciat ad ima. Hæc illis in partibus quibus moraris, & in omnibus, quibus poteris, cunctis nota facito, & obseruare Apostolica mandato auctoritate, quia & nostri nobisque commissi in sede Apostolica & vniuersali Ecclesia omnes hæc obseruare nunc & futuris temporibus, professi sunt.

B

Innocentius Papa Episcopis Apuliæ.

CAnones apud Niceam constituti pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt.

Ex decretis Siricij Papæ.

ILlud nos quoque par fuit prouidere, vt sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & post pœnitudinem ac reconciliationem nulli vnquam laico liceat honorem clericatus adipisci, quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum instrumenta Sacramentorum suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

C

Ex decretis Leonis Papæ primi.

NEc primum aut secundum aut tertium in Ecclesia gradum quisque laicorum quibuslibet suffragiis fultus ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Quod enim nunc vtcunque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id quod omnino interdicimus vsurpare præsumpserit, quia remissio peccati non dat licentiam peccandi, neque quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi.

Ex Concilio Tolesano XII.

D

SI Diaconus aut Presbyter crimen capitale commiserit, ab officij honore depositus in monasterium retrudatur, ibique tantummodo quamdiu vixerit, communionem sumat laicam.

Ex Canonibus Syluestri Papæ.

NVllus Lector vel Acolytus vasa sancta audeat tangere, & nullus Subdiaconus aem iam consecratā à Presbytero alij porrigat, quia aliud est minister, aliud assistens, nisi tantum subportet quod ei Sacerdos imponat, suo ore benedictum.

E

Ex eisdem.

SI quis Clericatum promereri desiderat, hoc iustum est vt sit Ostiarius annum vnum, Lector annos XX. Exorcista annos decem; Acolytus annos quinque, Subdiaconus annos quinque, Diaconus annos quinque. Et sic ad honorem Presbyterij accedat. faciens in eo ordine annos sex, si fuerit omnium votiua gratia, non præmio, non inuasione cupiditatis, nulli prorumpens gradum, sic ab omni Ecclesia eligatur consecrandus Episcopus, nullo de membris Ecclesiæ interdicente, & omni Ecclesia conueniente: *Et dixerunt Episcopi*, placet.

Innocentius Papa de temporibus morandis in Clero.

ITa sane, vt in eis tempora à maioribus constituta seruentur, ne cito quilibet Lector, cito Acolytus, cito Diaconus, cito Sacerdos fiat, quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, vt ad Sacerdotium postea emensa stipendiorum meritis veniant, nec præripiant quod vita probata meretur.

Ex decretis Zosimi Papæ.

HÆc autem singulis gradibus obseruanda sunt tempora, si ab infantia Ecclesiasticis ministerijs nomen dederit, inter Lectores vsque ad vicesimum ætatis annum continuata obseruatione perduret, si maior iam & grandæuus accesserit, ita tamen vt post baptismum statim se diuinæ militiæ desideret mancipari, siue inter Lectores, siue inter Exorcistas quinquennio teneatur, exinde Acolytus vel Subdiaconus quatuor annis, & sic ad benedictionem Diaconatus si meretur accedat. In quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit, hærere debebit, exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propriæ fidei documentis, Presbyterij Sacerdotium poterit promereri. De quo loco, si eum exactior ad bonos mores vita produxerit, summum Pontificatum sperare debebit, hac tamen lege seruata, vt neque digamus, neque pœnitens ad hos gradus possit admitti, sane cum etiam defensores Ecclesiæ, qui ex laicis fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerint esse in ordine Clericatus.

Syluester in Synodo confirmante Nicænum Concilium, subscribentibus sibi CCLXXV. Episcopis.

COmmoneo autem omnes vestrum consortes vnanimiter de reditibus Ecclesiæ quatuor partes fieri, quota pars exigatur. Habeat autem Ecclesia vnam partem ad se releuandam, Pontifex vnam, & aliam pauperes vel peregrini, Presbyteri quartam & Diaconi cum residuo Clero, omnibus autem ipso Pontifice dispensante. Constituo etiam & hunc ordinem, vt si quis de Clero vel Presbyteris vniuersorum locorum, quod commune est, transierit de hoc mundo, si neminem de sua generositate habeat consortem, quidquid paupertas eius habeat, conferat Ecclesiæ, & partes fiant, sicut supra dictum est.

Huic etiam Synodo Synodus Nicæna vicissim subscripsit, & eam approbauit, teste Leone Nono in Epistola ad Michaelem & Leonem Episcopos; Vbi introducens primum Caput huius Concilij, ita loquitur de Apostolica sede. *Illi nempe factus prædicium de quo nec vobis, nec cuilibet mortalium licet facere iudicium, beatissimo & Apostolico Pontifici Syluestro, diuinitus decernente, spiritualique eius filio Constantino religiosissimo Augusto cum vniuersa Synodo Nicæna approbante ac subscribente, vt summa sedes à nemine iudicetur.*

Ex decreto Alexandri Papæ.

CVm Sacrorum Canonum autoritas quatuor ex rebus Ecclesiæ iubeat fieri portiones, quarum vna pauperibus, altera fabricis Ecclesiarum sit impendenda; tertia Episcopo: quarta Clericis sit conferenda, sicut pauperibus & Ecclesiis singulæ partes sunt concedendæ, ita quoque reliquæ partes neque ab Episcopo vel Clero emendæ sunt vel vendendæ, sed eis pro Euangelij annunciatione, & pro officij sui labore eodem modo conferendæ.

Ex decretis Gelasij Papæ.

Quatuor autem tam de reditu quam de oblatione fidelium prout cuiuslibet Ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, conuenientes fieri portiones: Quarum sit vna Pontificis, altera Clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut Sacerdotis intererit integram ministris Ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic Clerus vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea vero quæ Ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his designata conuertat. Ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem quamuis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus etiam videatur, tamen iuxta quod scriptum est: *Vt videant opera vestra bona & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. Matt. 5.

Ex Concilio Mogontino, cui præsedit Bonifacius Archiepiscopus & Martyr auctoritate Zacharia Papa. Cap. X.

Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decima, nec aliqua possessione priuentur, ita vt nouis oratoriis tribuatur.

Ex eodem Cap. XLI.

Qvicunque beneficium Ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas omnino adiuuent, & nonam decimam reddant.

Ex Concilio Aquilegiensi. Cap. III.

Vt nulli Presbytero in alio loco baptisma liceat celebrare, nisi in eodem loco, vbi semper Baptisteria antiquitus fuerunt.

Ex eodem Concilio. Cap. III.

Decimæ quæ à fideli populo dantur, in Ecclesiis Baptismalibus inferantur, & ipsi Presbyteri qui in easdem plebes ordinati sunt, cum omni sollicitudine curam habeant de Christianitatis causa populo sibi commisso, & populus suas decimas suis Presbyteris offerat, & Presbyteri diuidant eas in quatuor partes, sicut antiqua patrum Regula continetur, vnam sibi, vnam Clericis, vnam pauperibus, vnam ad instaurationem seu luminaria vel incensum Ecclesiarum, & hoc statuimus, vt prædicti Presbyteri habeant iuxta suam Ecclesiam, aut infra suam cellam locum constitutum, vbi quarta, quam pauperibus dari docuimus inferatur.

Ex Regesto Leonis Papæ quarti.

De decimis iusto ordine non tantum nobis, sed maioribus, visum est, plebibus tantum vbi sacrosancta dantur baptismata, dari debere.

Gelasius Papa Maximo & Eusebio Episcopis.

Licet Regulis contineatur antiquis, parochias vniuscuiusque Ecclesiæ pristina dispositione deputatas, nulla posse ratione conuelli, ne per consuetudinem pessimam exempli mali temeritate crescente,

A vbique vniuersalis confusio nasceretur, iam in decretis nostris ante non multum temporis destinatis, omnia iussimus, quæ taliter fuerant inuasa, restitui. Sed quia temeritas peruadentium legem sibi putat posse generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adiungat, ea quæ inter fratrem & Coepiscopum nostrum Constantinum Camiscanæ Ecclesiæ Sacerdotem, & directos ab Anconitano Pontifice decreuimus, per vos impleri cupimus. Tunc formam in cæteris cogitationibus quæ sit sequenda perscripsimus. Nulla igitur præsumptione statum parochiarum qui perpetuæ ætatis firmitate durauit, patimur immutari, quia neque negligentia Pontificis, neque temporalis abiectio, quæ per incuriam forte generatur, nec ignauia faciente consensus, nec surripiente supplicatione præ- B cepto diuellere potest semel diœcesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem atque consignationem plebs deuota consistit.

Idem Iustino Archidiacono & Fausto. De rebus Ecclesiæ in quatuor partes diuidendis.

Vobis & famæ vestræ consultum duximus, vt Pontificis vestri loco vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui eius nomine pariter vniuersa disponat, quatenus omnia prædia ad vestrum euocetis studium, ne cuiquam Clerico pro portione sua solum aliquod Ecclesiæ puteris esse deputandum, ne per incuriam negligentiamque minuatur, sed omnem pensionis summam ex omnibus prædiis rusticis vrbanisque collectam ad Antistitem deferatis. Ex qua ta- C men collectione habeatur ratio, quod ad causas vel expensas accedentium necessitatum opus esse perspicitur, vt de medio sequestretur, & quartæ portiones vel fidelium oblationes de hac fiant modis omnibus pensione, ita vt vnam sibi tollat Antistes, aliam Clericus pro suo iudicio & electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omnium conscientia faciat erogari: Fabricis vero quod competit ad ordinationem Pontificis erogatione vestra decernimus pendendum. Si quid fuerit ab annua remanebit expensa, electo idoneo ab vtraque parte custode condatur in thecis, vt si maior emeserit fabrica, sint subsidio, quæ diuersi temporis diligentia potuerint custodire, aut certe ematur D possessio, quæ vtilitates respiciat communes.

Ex Concilio Aureliano, Cap. VII.

Omnia quæ Deo offeruntur, consecrata habeantur, in vineis, terris, syluis, vtensilibus, vestimentis, pecoribus & reliquis possessionibus, vt quæ Ecclesiis, sine dubio Christo qui sponsus earum est, offeruntor.

De eadem re. Ex Concilio Rotomagensi. Cap. III.

Omnes decimæ terræ siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Boues & oues & capræ, quæ sub pastoris vir- E ga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus vt secundum Domini nostri præceptum admoneantur semel & tertio: si non emendauerint, anathematis vinculo constringantur, vsque ad satisfactionem & emendationem congruam.

Ex Concilio Caballonensi. Cap. XVIII.

QVesti sunt præterea quidem fratres, quod essent aliqui Episcopi & Abbates, qui decimas non sinerent dare ad Ecclesias, vbi illi colonι Missas audiunt. Proinde decreuit sacer iste Conuentus, vt Episcopi & Abbates de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendium habent, decimas ad Ecclesias deferri faciant, familiæ vero ibi dent decimas suas, vbi infantes eorum baptisantur, & vbi per totum anni circulum Missas audiunt.

Ex Concilio Toletano. Cap. XXXVI.

DE his autem quæ Altaribus offeruntur, quarta pars fideliter Episcopis deferatur: duæ Clericis, decimæ autem secundum quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos singulis annis quartam partem, aut in quarto totam Episcopi recipiant.

Ex Concilio Mogontiacensi. Cap. VIII.

QVatuor partes iuxta Canones fieri de fidelium oblationibus debent, vt vna sit Episcopi, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi Ecclesiarum seruetur.

Ex Concilio Agrippinensi.

ITem quod decima quæ à fidelibus datur, Dei census nuncupanda est, & ideo ex integro reddenda. Cuius tertia pars secundum Canonem Toletanum Episcoporum esse debet. Nos vero hac potestate vti nolumus, sed tantum singulis annis quartam partem vsu Romanorum Pontificum, & obseruantia sanctæ Ecclesiæ Romanæ de eadem habere volumus. Quod si quis contentiosius inde repertus fuerit, siue Clericus siue laicus ille sit, communione priuabitur, & Synodali censura iudicabitur.

SERMO

IOANNIS CALECÆ PATRIACHÆ CONSTANTINOPOLITANI DOMINICA ANTE exaltationem S. Crucis.

Ioan. 3. DOmini pronunciatum est: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo*. Et prius quidem in veteri Testamento, Deus diuersas ob caussas descendisse & ascendisse dicitur; Vt, *Descendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint; an non est ita, vt sciam*. *Ascendit* autem Deus, postquam cessauit loqui cum Abraham: & plura huius generis. (Gen. 18. Ibid.) Nunc in Euangelio ait Dominus: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo*. (Ioan. 3.) Cuius hæc est sententia: Nullum Angelum, nullumque hominem ascendisse in illud cœlum, quod est supra cœlos, nisi illum solum, qui inde descendit per ineffabilem dispensationem, & immensam misericordiam, vt genus humanum ex seruitute Diaboli, & maledictione, & à peccati iugo exsolueret.

Gen. 28. Quamuis autem Angeli quoque per *scalam Iacob* ascendere & descendere visi sunt; attamen visio illa non pertinet ad hoc sublime cœlum, sed ad aliud inferius. Nam in illud cœlum supra cœlos nemo ascendit, nisi solus Dei filius, quando quidem ille solus inde descendit, filius hominis per dispensationem factus & appellatus. Inquit enim; *cælum cæli Domino*. Quod vero Elias, Paulus, & si qui alij, in cœlum sublati feruntur, non refert: non enim ad illud *cælum*, de quo Dominus loquitur, prouecti sunt, & qui ascenderunt, voluntate & nutu Dei ascenderunt, non virtute propria. (Psalm. 113. 4 Reg. 2. 2. Cor. 12.) Solummodo Dominus propria potestate ascendit in cœlum, & descendit in terram, insita sibi vi & potentia: nullius alterius opera ad ascensum egens.

Porro filius hominis secundum naturam humanam appellatur: & cum Dominus sæpe à natura diuina, sæpe ab humana sibi nomen indere soleat: non absre dixit: *Qui est in cælis*, qui secundum diuinitatem est in cælo, ex cælo descendens Saluator noster, cælum non derelinquebat; & in cœlo degens à terra non aberat, vbique enim erat; cum incircumscripta sit diuinitas. (Ioan. 3.) Descendit igitur in cœlis, * non qui ex semine Dauid, sed temporis expers Dei verbum, quod iam ante sæcula erat: & propter vnionem cum genere humano, *filius hominis* appellari voluit. (* id est, non secundum humanam naturam) & cum filium hominis audimus, ne arbitremur, carnem eius ex cælo descendisse. Sed cum Christus sit vna hypostasis seu persona duabus naturis constans, fit, vt nomine hominis etiam de Verbo enuncientur, & vice versa; attributa Verbi homini quoque tribuantur. Appellatur ergo & hoc loco filius hominis, quia vtriusque naturæ, humanæ scilicet & diuinæ, vna eademque est hypostasis seu persona, non quod filius hominis de cælo descenderit, (nempe secundum humanam naturam) sed quod qui descendit filius Dei, ipse ascendit filius hominis factus: caro enim post resurrectionem impatibilis & immortalis effecta, propter communionem & vnionem cum verbo, in quo absque diuulsione & diuisione inest; eandem sedem accepit.

Quapropter Paulus ait: *Qui descendit ipse est, qui & ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia*; nam diuinitate etiam antea cuncta complebat; vtpote tanquam vbique præsens & omnia penetrans. (Ephes. 4.) Postea vero propter salutem nostram, cum in cœlis versaretur, in terram descendit carnem assumpturus; qui sponte exaltatus est in Cruce: & mortuus carne, descendit ad inferos, & resurgens assumptus est in gloria, & ascendit super omnes cælos, *vt impleret omnia*; (Ibid.) & in carne dominationis suæ, & virtutis seu potentiæ ipse vnus est ex sancta Trinitate, consubstantialis filius & Verbum Dei, æqualis Patri & Spiritui sancto, homo factus, in duabus perfectis naturis ac operationibus, qui etiam corpore patri assidet, & iterum venturus est cum gloria, (quo pacto etiam ascendit) iudicare vniuersam terram, & *reddere vnicuique secundum opera sua, & regni eius non erit finis*. (Rom. 2.)

Ne vero, quando audiuimus eum *descendisse*; in eam persuasionem veniamus, quasi iam non sit amplius in cælo, vtpote qui descenderit; illico adiecit: *Qui est in cælo*: ne, inquit, cum me descendisse audiatis, arbitremini me non esse amplius in cœlo; quia & hic præsens sum corpore, & ibi cum patre in eodem throno sedeo diuinitate. Nam cum sit Dominus omnium, superna non deseruit, & ad nos aduenit, vt omnia vnde quaque & vbique saluaret.

Et quemadmodum Moses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. (Ioan. 3.) His verbis præsignificauit Dominus & Saluator noster suam Crucifixionem, ostendens, se huius præscium esse: seque volentem ac lubentem propter humanam salutem ad passionem tendere. Non dicit autem aperte & diserte, se cruci affixum iri, sed serpentis priscæ illius historiæ, meminit, simul nos erudiens vetera nouis esse cognata & consona: vnumque

Veteris ac noui testamenti legislatorem agnosci debere. Illud insuper docet: si Iudæi imaginem æream serpentis intuentes corporalem hanc & temporalem mortem deuitarunt, quanto magis nos nostros oculos ad crucifixum Dominum gloriæ vertentes, & in ipsum credentes, æternam animæ mortem declinabimus? Et serpentis quidem Historia in libro Numerorum recensetur: & est talis.

Murmurauerant Iudæi in deserto, quod nec panis, nec aqua suppeteret. *Nauseat anima nostra*, aiebant, *super hoc cibo leuissimo*, nempe super manna. (Num. 21.) Et misit Dominus in populum serpentes, qui eis mortem inferebant, mordebantque populum; quo malo plurimi ex Israelitis interiere, qui ad Moysen accurrentes clamabant: peccauimus oblocutionibus nostris contra Dominum & te: supplica pro nobis Deo, & auferat à nobis serpentes. Orauit Moyses: ad quem Dominus: (Ibid.) *Fac tibi serpentem & pone illum sublimem in signo*, quem, qui ictus à serpente aspexerit, viuet. Attendite diligenter, fratres mei, & cum veritate typum comparate. Ibi serpentis similitudo erat: nam bestiæ imaginem habebat, veneno autem carebat. Ita & hic homo est Dominus; sed à peccati veneno liber: (Rom. 8.) in *similitudine carnis peccati venit*; hoc est: in specie carnis peccato subiacentis: sed non erat caro peccati: & tunc quidem à corporali & temporali morte intuentes liberabantur: at nos spiritualem & æternam animæ mortem effugimus: tunc morsibus serpentinis medebatur suspensus serpens: at iam ab intelligibili Dracone mortiferas nobis inflictas plagas curat Christus in cruce exaltatus. Ibi sanabatur, qui corporeis oculis serpentem aspiciebat. At hic ab omnibus peccatis eripitur, qui oculis sub intelligentiam cadentibus vtitur. Ibi æs in figuram serpentis effigiatum erat: hic corpus Dominicum à Spiritu sancto formatum. Ibi mordebat serpens, & serpens medebatur. Ita & in præsenti mors perdidit, & mors seruauit. At mordens & ille perdens anguis venenum habebat. Æreus autem, & qui seruabat, veneni purus erat. Hic iterum eandem similitudinem obserua. Nam mors, quæ Adamum perdidit, peccatum habebat; quemadmodum serpens venenum. At mors Domini ab omni peccato libera fuit, sicuti æreus serpens à veneno immunis erat. Propterea per similitudinem dixit: (Ioan. 3.) *Quemadmodum Moyses exaltauit serpentem*) & reliqua, sicut enim ille exaltauit serpentem, vt qui in ipsum intenderent, vitam haberent: ita & Christus exaltatus est, vt qui in ipsum intenderent, nimirum credentes, vitam æternam obtinerent. Ibi quidem serpens visebatur, ob serpentinos morsus. At hic homo est, ob homines lethali morsu sauciatos. (Rom. 5.) Ibi plaga per serpentem illata: per serpentem quoque curata est. (1. Pet. 2.) Hic vero, quoniam mors per hominem intrauit in mundum, per hominem etiam vita nobis data est: nam peccatum non fecit Dominus: *Nec inuentus est dolus in ore eius.*

Exaltari oportet filium hominis. Cum *exaltationem* audimus, suspensionem in Cruce animo concipiamus. Nam in alto pependit Saluator noster, vt & aërem sanctificaret: qui terram sanctificauerat, in illa & per illam ambulando. Quin & verbum *glorificari* perpendere oportet. Crux enim verè Christi *exaltatio & gloria* fuit: nam in qua Dominus videbatur damnatus; in ea huius mundi principem damnauit. Et hoc est, quod Paulus docet: (Coloss. 2.) *exspolians principatus & potestates, traduxit confidenter triumphans illos in semetipso.* Nimirum, quod dico einsmodi est. Adamus merito mortuus est, peccauerat enim. Ergo vsque ad Domini crucifixionem, mors dominationem in homines exercuit. Postquam vero Dominus ab omni culpa liber fuit; nil in eum iuris Diabolo relictum est, vt eum neci daret. Quocirca cum iniustè peremptus fuerit, mortem à qua morti datus fuerat, deuicit; & hac ratione Adamum à morte, quæ ei, tamquam peccatori, iustè illata fuerat, liberauit.

Et vt res clarior euadat, exemplo declarabitur. Sit violentus quispiam tyrannus, qui omnes sua in manu delapsos innumeris malis afficiat: hic si comprehensum Regem, aut Regis filium iniustè interficiat; fieri potest, vt mors illius etiam aliis oppressis opem ac subsidium ferat. Iterum, sit fœnerator quispiam, fœnus reposcens, debitores verberet, ac in vincula detrudat: Deinde eadem animi impotentia eum, qui nihil debet, iisdem pœnis mulctet, ac in carcerem compingat: hic certè pœnas dabit eorum, quæ in alios admisit. Interficietur enim illum, tamquam iniustè punitus, inque carcerem coniectus. Hoc & in Christo euenit. Nam eorum malorum, quibus nos Diabolus puniuit, pœnas luit, quando Christum aggredi non formidauit. Prostratus enim, deiectus, & Cruce Christi captus est.

Duo erant, quibus genus humanum tenebatur, (Matth. 4.) voluptas ac tristitia. His duabus Dominum aggressus, immotum inuictumque reperit. Et primum quidem in monte voluptatis illecebra eum tentauit; sed cum incassum hanc machinam adhiberi cerneret, ad tristitiam longè validiorem balistam, se conuertit: vt vel hac ratione de Christo victoriam referret. Eum in (Matt. 26.) finem omnes à Diabolo contra Christum concitati sunt, discipuli, vt negarent: milites, vt illuderent: (Matt. 27. Ibid. 4.) prætereuntes, vt blasphemarent. Iudæosque vniuersim impulit, vt calumniis eum incesserent, & tamquam maleficum condemnarent, mortique adiudicarent. Verum hic quoque inuictum ac immutabilem reperit. Neque enim potuit tristitia & dolor Christo in Cruce persuadere; vt odio haberet eos, à quibus crucifigebatur, sed dilexit eos, preces pro illis fundens *Ne statuas illis*, Pater, *hoc peccatum*. (Luc. 23.) Videte, quomodo vicerit Christus in eo ipso, quo videbatur esse victus.

In hunc igitur modum Christo crux facta est exaltatio & gloria. Nam Diabolum, & mortem & maledictionem, & peccatum, in captiuitatem abduxit; & nos, qui sub Diaboli, mortis, maledictionis & peccati iugo tenebamur, in viam vitæ ac salutis reduxit, & diuinorum mysteriorum participes effecit; & spiritualia charismata nobis fruenda concessit.

Hæc scientes, charissimi, *humiliemur & nos sub potenti manu Dei, nam omnis, qui se humiliat, exaltabitur*: (1. Pet. 5.) Et illos, qui submissa sunt mente, ad gloriam excitabit Dominus; Beatum vero illum hominem, qui vitam viuit sublimem; sed animum gerit humilem. Igitur, *ne alta sapiamus*, sed nos ipsos humiliemus. (Rom. 11. & 12.) Imitemur Christum Dominum, Redemptorem & Saluatorem; huius cruce in humeros sublata carnales motiones ac appetitiones mortificemos, *configurati morti eius*, vt & nos cum sancto Paulo dicere queamus. *Viuimus, non iam nos; viuit vero Christus in nobis*: (Philip. 3. Galat. 2.) & *Nobis autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* (Gal. 6.) Abnegemus nosmetipsos, & nihil Christo anteponamus, non diuitias, non delicias, non gloriam, non corporalem, voluptaté, non ipsam vitam; verum & hanc contemnamus: & omnia Dei mandata promptè exequamur. Habemus enim & nos asperos persecutores visibiles & inuisibiles hostes ac aduersarios, qui nos in singulos dies tentant & exagitant, turbant & perturbant, & ab obseruatione diuinorum mandatorum retrahunt. Ne igitur effeminemur, neque de repugnandi alacritate quidquam remittamus, sed viriliatque generoso animo resistamus, & cum hostibus congrediamur, vt interminatæ inde gloriæ & immortalium bonorum participes efficiamur in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO

ORATIO IOANNIS XIPHILINI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI IN tertiam ieiuniorum hebdomadem, seu in Crucis adorationem.

OLIM virga Mosis Israelitico populo præeuntis, bifariam mare diuisit, & viam inuiam, equitabilem reddidit, ac postaam in duas partes diuisionem effecit, vt fluxa aquarum natura immota maneret, & muri instar vtrinqua staret: at post Hebræorum transitum, denuo in vnum, vt ante fuerat, colligeretur. Superciliosum Pharaonem vna cum curribus, ducibusque, & toto exercitu in profundum demersit: vastam, incultam, efferatam, & solitudinem toti Israeli quasi mansuefecit, amaris, Marrhæ fluentis in dulcia conuersis. Neque vero hanc tantum potabilem reddidit, sed & aliam aquam ex petra mirandum in modum largè eliruit, & integri fluminis fontem effecit. Ante vero quam hæc gesta sunt, Ægyptum contumacem & inobsequentem castigauit; vndas in sanguinem mutauit, vicissimque sanguinem in vndas redegit, & sexcenta illa prodigia operata est. Quod si illa, quæ typus tantummodo, & vmbra fuit, tot tantorumque miraculorum extitit effectrix: quid ipsa illa Dominica crux non efficiet, quando non per symbola & ænigmata adumbratur, sed coram cernitur, atque à nobis adoratur? An non spiritualem Pharaonem decemplici illa inuoluet plaga, ac demum cum exercitu suo submerget & obruet? An non ferax perturbationum prauarumque affectionum mare, sicco pede transmeare dabit? An non solitudinem bonorum, præsentem scilicet vitam, excolet facillime? An non amaritudinem Marrhæ, calamitatum, inquam, & tentationum, dulcem, & potabilem faciet? An non aquam ex petra, quæ Christus est, nobis manabit, quæ non modo sitim ex ingenita cupiditatum & illecebrarum flamma nascentem depellat, verum etiam super mel & oleum delectet, reficiet, & sanctificet corda nostra, neque amplius sitire patiatur. Qui enim *ex ea bibet, non sitiet in æternum.*

Quid porro attinet omnia percensere, quæ nobis bona per crucem obtingunt? Deficiet enim tempus, ea sigillatim enarrantem. Hanc etiam diuinissimi illi patres nostri, quòd scirent piorum præsidium esse minimè dedecens, in media ieiuniorum hebomade proponendum, & à fidelibus adorandum atque salutandum decreuerunt, vt quæ iam præclarè gesta essent, ab intemperantiæ oppugnatoribus, ea custodirent & conseruarent; & ad futura eos incitarent atque adiuuarent. Quocirca nos quoque, cruce Domini adiutrice inuocata, propositum certamen absoluere studeamus, crucifigandis motibus carnis, & mortificandis; illiusque præcepta sequi enitamur: quemadmodum etiam Euangelica exhortatio hodie legenda nos admonet.

Marc. 8. Dixit Dominus discipulis suis: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

Cum Dominus, & Deus, & Saluator noster Iesus Christus suis prædiceret discipulis, oportere omnino sa & Iudæorum insultationes, furoresque perferre, & crucifigi ab eis atque occidi: princeps Apostolorum, quod crucis mysterium ignoraret, ac proinde satius esse diceret, vt Christus non moreretur; reprehendit eum his verbis, *Propitius esto tibi Domine, non erit tibi hoc:* Hunc ergo vt corrigeret Dominus & indi-

A caret, non, si pateretur, sed si non pateretur, id v
indecens esse; castigauit dicens: *Vade post me S.*
na, quia non sapis ea, quæ Dei sunt; sed quæ homin
Illum ergo increpans, ait: An me pati dedecet?
qui tu carnali animo sic censes: nam si diuinitus
stratus sermonem meum audiuisses, carnali co
tione deposita, cognouisses, id me vel maxime c
re. Tu enim existimas passionem me indignam
ego vero tibi dico; vt non patiar, Diabolici esse
filij. Non enim contumeliose Petrum Domin
pellauit, sed quoniam eius incommoda, nostra
sunt commoda: vt mors ipsius nobis vita fac
ipsius ignominia, nobis gloria: idque ignorans
stolus, restitit ex ignorantia voluntati Dei, ign
tia vero erat aduersarij: ideirco ait: *Vade post*
B *tana:* pro illo: Sequere meum consilium, nec
scopo meo.

Nomen *Satanas* aduersarium significat. T
ergo hic & occasionem explicat, qua Petru
Propitius esto tibi Domine: non erit tibi hoc: d
ait: Vade post me Satana. Postea verò repre
ne ea non contentus, sed vberius demonstran
rum, quæ Petrus dixerat, absurditatem, & p
locutum, ait: Tu mihi dicis: Non erit tibi hoc
tibi dico, non modo me prohibere, ac mean
nem indigne ferre, tibi noxium erit & perni
sed neque tu salutem adipisci poteris, nisi &
patiendum paratus semper fueris. Ne enim
nem ipso indignam arbitrarentur, non tanti
cedentibus, sed etiam consequentibus verb
C crum rei edocet. Ac per Ioannem quidem
granum frumenti in terra moriatur, ipsum s
net: si autem mortuum fuerit, multum fruct.
At verò hic plus dicit, & sermonem de mo
sitate non solum ad se, sed etiam ad illo
modat. Tantum enim, inquit, rei lucrum
vobis, nolle mori, malum: contra, parate
se, bonum sit.

Iam vero quæ arcana etiam sensa conti
per quam perficitur Dominicæ passionis n
susceptæ mysterium: quis facile oration
Quid enim? An non erant infiniti modi
ducentes, quibus mors pro nobis oppet
Verum ex omnibus iste delectus est ab eo
D bi passionem pro potestate delegit. Neq
xit: Hæc & hæc patietur filius hominis
simpliciter & absolutè mortem prædice
sed oportet, inquit, filium hominis cruc
qua oportere passionem non aliter, quan
peragi. Quid ergo hac de re dicemus? S
Pauli est id declarare: qui in Epistola ad
sconditum crucis mysterium ex parte m
vt possitis comprehendere cum omnibus S.
latitudo & profunditas, & altitudo, scir
eminentem charitatem cognitionis Chris
frustra diuinus ille oculus figuram hanc
minentiis à media commissura distinct
vt eius, quem illa significat, prouident
tentiam per omnia permeantem insinu
E sa suo quamqua prominentiam vocal
Profunditatem nominat, quæ à medi
titudinem, quæ sursum; latitudinem
nem, quæ ex transuerso à commissura
tenditur. Quo illud mihi perspicuè vi
nihil esse, quod diuina vi, atque nat
neator omnino & conseruetur, siue in
cælo, siue sub terra sit, siue ad termin
que ex aduerso protendatur.

Per altitudinem enim significat s
funditatem, infera: per longitudin
nem, terminos seu regiones intermed
ab omnium rerum conseruatrice, pot
tur. Quin etiam ex nostris de Deo

idem planum fit. Suspice enim in cælum, & subiectam ei profunditatem considera: intende animum ad obliqua,& extrema huius Vniuersi, & cogita, quæ vis hæc contineat, quæ mundi sit coniunctio: ac videbis menti tuæ Christi figuram vltro imprimi, ab excelsis ad profundissima, atque ad extremos fines oblique pertinentem. Hanc figuram diuinus etiam Dauid cecinit, dicens: *Quo ibo à spiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si ascendero in cælum*, hæc est altitudo: *si descendero in infernum*, hæc est profunditas, *si sumpsero pennas meas diluculo*, quod est Oriens, hæc est altitudo: *& habitauero in extremis maris*, Occidente videlicet, hæc est longitudo. Ecce quomodo verbis illis depingit figuram Crucis? Tu es, inquit, qui extrema Vniuersi semper animo complecteris. Quapropter etiam Apostolus docet, cum B repleta fuerint omnia fide & cognitione: nomen, quod est super omne nomen, adoratum iri à cælestibus, terrestribus, & infernis; adoratione Christi ad crucis formam distincta. Cælestia enim in superiore crucis parte Dominum adorant; terrestria in media, inferna in inferiore. Non ergo terram moriendo subiit, sed in auram ascendit per Crucem, vt inde quoque principem potestatis aereæ persequeretur, & profligaret. Etenim cum in cruce pependit, aerem extensione manuum purgauit; terram sanguine & aqua, ex latere fusis.

Sed videamus etiam ad verbum Euangelica dicta: *Si quis vult venire post me.* Vide quemadmodum neminem cogat. Neque enim dixit: Velitis, nolitis, oportet vos hoc pati: sed quomodo? Si quis vult, C quasi diceret; Non vim affero, non cogo, sed suum cuique consilium voluntatemque liberam relinquo. Quam etiam ob rem ait: *Si quis vult.* Ad bona enim voco, non ad mala & odiosa; non ad castigationem & pœnam, vt etiam cogere oporteat: siquidem ipsa rei natura potis est attrahere. Quibus verbis vehementius allicit. Nam qui cogit, auertit sæpe eos quos cogit: atqui auditorem sui iuris esse sinit, magis attrahit. Ideo dixit: *Si quis vult.* Magna enim, inquit, sunt quæ vobis offero bona, ac talia, vt volentes libentesque ad se conuertant. Neque enim, si quis aurum præberet, aut opulentum thesaurum proponeret, per vim accerseret. Quod si ad illa non per vim, multo magis ad cælestia bona. Etenim nisi natura rei excitus accurreris, neque qui accipias, dignus es: neque si acceperis probè cognosces acceptum. Hanc ob causam non cogit Christus, sed hortatur, quasi dicat: Si non censeris orationem illam meam infinitorum bonorum vobis causam fore, non vim affero, non cogo: sed si quis vult venire, eum voco.

Tantum autem abest, vt affectus concitet, vt non modo discipulis aspera proponat, sed toti etiam orbi terrarum: Si quis vult, inquit, siue vir, siue fœmina, siue pauper, siue diues, siue princeps, siue subditus, hanc ingrediatur viam. Vbi igitur sunt qui liberum arbitrium euertere nituntur, & fatum introducere. Ecce enim hinc apertè vanitatis arguuntur: *Si quis vult.* Nam diabolus, qui nihil veri habet, ostia eorum, à quibus non recipitur, securi & ferro perfringit: at Saluator adeo mitis est, vt doceat: *Si quis vult venire post me:* &, *Qui vult meus esse discipulus.* Ad vnumquemque venit, neque cogit: sed potius pulsat ac dicit: *Aperi soror mea sponsa.* Ac si aperiant, ingreditur; sin cunctentur illi, & nolint, recedit. Et per Esaiam dicit: *Si volueritis me & audieritis me.* Prius enim velle oportet, ac tum audire, vt pro nostra parte liberi simus. Ipse enim ea eo, quod nolimus, fit vt non audiamus. Si omnis beatitudo, & pœnæ dolorumque perpessio à nostra libera potestate proficiscitur. Sequi ergo, est in eum credere: quod autem ait, Post me, id mandatorum obseruationem significat. Hoc enim est vtere sequi, non modo credere in

A ipsum, sed etiam pati pro ipso, cæterisque virtuti operam dare. Quod vero vitam suam Saluator omnibus sibi obtemperaturis, credituris que, velut optimæ viuendi normæ exemplar proposuerit; audi ipsum disertè & expressè id docentem: *Si quis enim*, inquit, *mihi ministrat, me sequatur*, non vtique corpore, quod nemo posset, cum Dominum iam in cælis esse nouerimus, sed quam fieri potest, accuratissima vitæ morumque imitatione.

Abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Vnum videtur dicere, cum tamen tria dicat, videlicet; *Abneget semetipsum; Tollat crucem suam; & sequatur me.* Ac priora quidem duo coniuncta sunt, tertium vero seorsim est positum. Discamus igitur prius, quid sit, *Seipsum abnegare*: nempe, B liberaliter periculis se exponere, & certaminibus obiicere: nihil secum habere commune, sed perinde affici, ac si alius quispiam pateretur. Vt enim si neget alterum, siue eum flagris cædi videat, siue torqueri, siue ad mortem abduci, non auxiliatur, non opitulatur, non animum contrahit, non miseratione erga illum mouetur, quippe omnino ab eo abalienatus: ita nos vult erga nos ipsos affici, cum patimur: vt siue flagris cædamur, siue exagitemur, siue vramur, siue quiduis aliud patiamur, ne parcamus nobis ipsi. Tum enim magis ipsi nobis parcimus, cum propter Christum minimè parcimus. Nam & Patres tum parcunt filiis, cum eos magistris tradunt, iubentque, ne ipsis parcatur. Non autem dixit: Ille parcat sibi: sed vehementius, *Neget*, hoc est, nihil secum commune habeat, sed obuiciat se certaminibus & periculis, nec secus afficiatur, quam si alius pateretur. Quod autem maiorem vim verbo adderet, non dixit; *Neget*, sed, *Abneget*; paruo cum additamento magnum rei incrementum insinuans: etenim hoc plus est, quam illud: negatio quippe sui est, perfecta præteritorum obliuio, & propriæ voluntatis remotio, desiderium moriendi in Christo, mortificatio membrorum, quæ sunt super terram, alacriter verò quoduis discrimen Christi causa adire, penitus non affici ad præsentem vitam, id tam est tollere crucem suam. Sed perfectio in eo est, vt affectum penitus exuamus, atque ad vitam ipsam mortisque condemnationem perinde animati simus, & vt erga nos ipsos non afficiamur.

D Principium porto ducitur ab externa alienatione, vt possessionum, vanæ gloriæ, aut omnino desideri) rerum inutilium: quemadmodum nos etiam sancti docuerunt Domini discipuli, Iacobus & Ioannes, relicto patre, ipsoque nauigio, omnibusque facultatibus. Matthæus autem ab ipso telonio surrexit, & Christum secutus est, non solùm lucris relictis, sed etiam contemptis periculis, quæ à magistratu imminebant, quod imperfectas telonij rationes reliquisset. Iam Paulo totus etiam mundus crucifixus erat, & ipse mundo. Alia ratione negat quis seipsum, quando vitam suam perperam & vitiosè anteactam, condigna mutatione obliterat. Vt qui intemperantiæ olim deditus erat, negat seipsum intemperantem, si temperantiam amplectatur: & qui iniustus erat olim, E negat seipsum iniustum, si studeat iustitiæ. Et in summa cuiuslibet peccati fuga, negatio sui est, ducens post Christum. Ne quis autem existimaret vsque ad contumelias, & plagas, & probra abnegandum se sibi, addidit: *Et tollat crucem suam*: vt indicarat, quatenus oporteret abnegare seipsum, nimirum vsque ad mortem, eamque probatissimam. Idcirco addit: *Tollat crucem suam.* Alia enim mors non esset ita mirabilis & probrosa, vt mors crucis. Neque enim tantum dicit, vt voluptatem & gloriam contemnamos: sed etiam vt vsque ad sanguinem resistamus, & vsque ad contumeliosissimam mortem omnia generosè feramus, eaque re potius exultemus.

Considera deinde quemadmodum non dixerit

Crucem absoluè, sed Crucem suam, id est, mortem quam debet, quamque oportet eum quotidie oppetere, more illius, qui ait: *Quotidie morior:* Aut etiam aliter Crucem portare nos iubet, hoc est, continenter vigilare animo, & vitiosibus in alto stare, neque de cruce descendere: videlicet continere prauas affectiones, donec exscindat eas, & exterminet deinceps inuictus. Crux enim est omnis peccati abolitio. Crucifige ergo teipsum sæcularibus negotiis, vt ea non attingas. Nam etsi non imminet crux aut contumeliosa mors: affectionum tamen mortificatio imminet, & bellum aduersus inuisibilem inimicum & hostem, quem omnino vincere necesse est: vt & nostrum vnusquisque possit dicere: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Spiritualem mundum hic vocat mundanas concupiscentias, quas ex diui Pauli præcepto crucifigit, id est, mortificat, & imbecillas reddit, ne eum vincere possint: & peccatum in actionibus suis euitat. Quin etiam ipse illis crucifixus est, id est, non commotus importunitate earum. Ac videtur hæc oratio; Mihi mundus crucifixus est: libertatem peccatorum actionis significare: illa vero; Et ego mundo, vacuitatem affectionum animi.

Quia vero fieri potest, vt quis patiatur, nec tamen sequatur eum, vt cum quis non propter ipsum patitur. Etenim sæpe etiam malefici multa aspera perpetiuntur, & sepulchrorum effossores, & præstigiatores; ne quis tormenta sufficere putet, addit: *Sequatur me:* vt indicet, oportere sua causa sustinere acerba quæuis, neque tantum in malis perferendis adhibere fortitudinem, sed etiam temperantiam, æquitatem, omnemque sapientiam consectari. Significatur autem verbis illis; *Sequatur me:* in cæteram quoque virtutem incumbendum esse. Seipsum deinde abnegat, qui facultatibus, quibus pollet, dispersis, nuntium remittit omnibus carnis cogitationibus & sensibus; atque ita sublata cruce totum se ad cælestia bona transfert, prorsusque terrestribus abdicat. Tertio etiam sequitur Christum, qui more boni honestique hæc facit, non gloriæ alteriusque talis commodi gratia. Is enim verè sequitur Christum, cum eius viuendi rationem persequitur. Iter enim rectum quo Christi vestigiis insistimus, & viam sequentibus munit, & coronam conciliat: at vero obliquum illud, & in dexteram aut sinistram partem declinans, etsi ducere per Christi vestigia videtur, re tamen vera fallit, omnemque operam perdit. Hæc locutus Saluator ad discipulos, quia vehemens erat, acrisque ea videbatur oratio: sequentibus verbis illos consolatur, & addit præmia sudores longe superantia. Subiicit ergo: *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium, seruabit eam.* Hæc bellum Ecclesiæ à persecutoribus imminens insinuant, & persecutiones, quas credentes in Christum, per omnem ciuitatem & regionem impendentes subituri erant.

Si quis ergo, inquit, eum pepercerit animæ suæ (hoc enim significat illud, *Saluum facere*) perdet eam in futuro æuo, hoc est in perpetuas se pœnas præcipitabit. Perditio enim animæ est, non dissolutio in nihilum, sed perpetuum & numquam finiendum supplicium. Quibus verbis ostendit, se non seueritatem, sed magnam potius lenitatem ipsis exhibere, dum illa præcipit. Etenim qui parcit filio suo, perdit eum, qui non parcit, seruat, Quod & sapiens quidam dixit: *Si corripueris filium tuum in virga, non morietur, sed animam eius à morte liberabis.* Et rursus: *Qui blanditur filio suo*, hoc est, miseretur; *obligabit vulnera eius.* Hoc & in exercitu contingit. Si namque Dux parcat militibus, eosque continenter manere intra castra iubeat: eos quoque, qui extra sunt, vna cum illis perdit. Ne ergo & nobis id eueniat: Oportet, inquit, ad continuam mortem vos

A esse paratos. Qui enim amore temporal
mam suam à periculis mea causa perfer
morte subducit, ac seruare contendit: ea
biè perdit illa perditione, quæ est ignis i
bilis, & vermis non dormiens, tenebrasq
exteriores. Quemadmodum contra qui e
lis & morti exponit, atque ita perdit, opt
cto perditione (perditionem enim animæ
rationem eius à corpore Christi gratia fac
fatio seruat eam, atque ad vitam perduci
Vt enim in sensilibus externisque bellis ill
cem paratus est, & magis celebratur, &
potest, & maiorem hostibus terrorem inc
quam eum Rex suus, pro quo mortem op
ea nequeat resuscitare: ita & is qui Chri
B mam morti obiicit: ex alia vero parte en
ctiones eam spes seruabit. Oportet igitur
res euadere omni tentatione, & prope ad
accedere, non vitæ finem sortiamur, quer
exteri, sed vt perfectum officium chr
Deum præstemus, cum sciamus, eos qui
gesta æmulati fuerint, socios ac participes
riæ. Etenim contemptor vinculorum m
perdit animam suam, sed potius seruat
eamdem citra pericula mortemque vult s
nam ei perditionem parit.

Postquam vero dixisset: Qui perdidit an
quia diuersis multisque modis multi se
perdunt aut latrocinando, aut homicidi
C dis, aut mortuorum sepulchris effodien
quopiam nefario facinore designando: i
propter me, & Euangelium. Nam qui
Christum & Euangelium perdit animan
seruat eam. Si ergo seruari animam beat
do ad salutem in Deo referatur; oportet a
mæ perditionem esse bonam, & propte
Videntur igitur inter se conferri posse ha
gare seipsum ad prædictum modum; &
vnumquemque perdere animam suam. P
animam suam peccantem, vt hac perdita
lam alteram rectè factis seruandam. Al
reuera beatus fuerit, qui rebus omnibus
moritur; sensibilibus, deponendo sensu
fructum; intellectibus, sensuum morion
D da. Laudabilis enim mors animi, est inte
nibus rebus abalienatio; qua transacta d
tiæ vitam mens suscipere solet, & pro reb
rerum. Postquam vero dixisset Dominu
velit animam saluam facere, perditurum
qui autem perdiderit, seruaturum: ibiqu
perditionem, & hic salutem ac perditioi
set; ne quis existimaret, æqualem esse p
hanc & illam, ac salutem; sed sapienter d
tum inter hanc & illam salutem interesse
inter perditionem & salutem: idcirco sub

Quid enim proderit homini, si totum
cratur, & anima suæ detrimentum pr
quam dabit homo commutationem pro
Vidisti quemadmodum temporalis anim
E ditione deterior sit, quippe incurabilis, &
quo redimatur, reliquum faciat. Cum en
ad præsentes vitæ delicias intentus, r
splendideque viuere studet: etsi diuitias
copiam pecuniarum; quid inde vtilitat
dit anima perdita? *Præterit enim figura n*
& vmbrarum instar reclinatur, & diminu
lant. Non enim proderunt thesauri inic
autem liberat à morte. Totus mundus vi
di hominibus plenissimus est (vt talem
inuicere necesse non sit) qui tentationib
modo inebrientur, & inutilibus diffluan
bus. Vnde iis, qui rectè viuere instituua
sunt illecebræ carnis, & sapere ea, qui

sunt, efficit, vt à rerum vtilium ac necessariarum ipsa velut ianua aberrent: siquidem verum est, sapientiam carnis, inimicam esse Deo, & cum qui sapit quæ mundi sunt, inimicum Dei constitui.

Superfluum ergo reuera est sapere quæ in mundo sunt. Ea propter dicit: Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiatur? Ne enim mihi, inquit, dixeris, cum saluam fecisse animam, tot tantisque curatis periculis. Si namque vna cum anima sua orbem quoque terrarum quis lucretur vniuersum, quid emolumenti inde capiet, anima perdita, cum qua ne vniuersus quidem mundus comparandus est. Neque enim pecunia licet salutem commutare, nam si id liceret, qui lucratus erat mundum, at animam perdiderat; dedisset tam cum flammis cruciaretur, & liberatus fuisset. Sed non licet hoc, non licet. Vt enim seruata in delicia luxuque viuentibus, si dominus in extremis interca verserur malis, nihil lucri ea eo percipit, quod dominus sit: ita etiam si venter delicatè vinat, & oppiparè; sed anima futuram expectet perditionem: nihil ei prodest: ac memine cum non possis vllam pro ea commutationem dare. Neque enim alteram habes quam des animam. Pecuniis enim aut ædibus, aut mancipiis, aut alia quacumque re perdita, potest quis alia illorum loco dare. Neque enim etsi quis rex orbis terrarum sit, omniumque eius pecuniarum dominus: poterit vnam redimere animam, licet omnes orbis pecunias pretij loco offerat: neque omnis mundi luxus & splendor exiguum aliquod solatium animæ poterit adhibere, cum æternum torquebitur.

Sed aduerte, quemadmodum non dixerit: Aut quam dat homo commutationem pro anima sua? sed; Quam dabit? Tum enim non habebit quod det: nunc vero dat Pœnitentiam, Confessionem, gemitus, lachrymas, macerationem corporis, seueriorem viuendi rationem. Cum a rei non nescius, dolosus hostis noster, semper mulcat nos vitæ suauitatibus, tempusque paulatim procrastinando suffuratur: Mihi, inquit, diem da hodiernum, Deo crastinum; mihi tempus præsens, Deo, futurum: vt ita tardantes ad pœnitentiam & emendationem, supetuenicns abripiat mora, quando non est qui tedimat, neque qui saluum faciat. Homo igitur non potest aliquam dare commutationem pro anima sua: Deus vero pro nostra salute dedit commutationem, pretiosum sanguinem filij sui. Quare hortor vt omnibus cæteris missis, in animam omne studium conferamus. Nihil enim in nobis præstantius anima. Ergo etiam ea hoeleo obturemus oa, & silentium imponamus Origenis asseclis asserentibus, animas in vitam ac pristinum statum restitutum iri post supplicia proportione peccatorum exsoluta. Audiant enim, non posse ibi commutationem pro anima dari. Ergo ne cruciari quidem tantum possunt, quantum merentur peccantes.

Vt autem nos promptiores ad pericula sui causa adeunda redderet, perspicuè apponit mercedem, qua compensabuntur: idcirco infert. *Qui enim me erubuerit, & sermones meos in generatione ista adultera & peccatrice; & filius hominis erubescet eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis.* Marc. 8.

Absoluto sermone, quo docuit oportere nos imitatores sui esse, nec mortem fugere, nec parcere, vel animæ nostræ, vel vitæ, propter spem in eo sitam: opportunè coniungit mysteria de secundo Aduentu suo. Qui enim me, inquit, erubuerint, & sermones meos in præsenti vita, & qui sine rubore coram hominibus me confessi fuerint: iis omnino par pari referam, imo vero longè etiam plus. Erubescam & ego eos, hoc est, verecondabor, cum venero in gloria Patris mei. Quid autem huic esse possit solatij et um enim erubescit quospiam Iudea, tamquam quibus debeat obedientiæ mercedem, amorisque erga se præmia, & beneuolentiæ coronam: nonne haud dubiè dici potest, omnino illos in perpetuo honore futuros & gloria. Laudabuntur enim tales quando Christus dicet: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.*

A

Adulteram vero illius temporis generationem appellauit, tamquam quæ reliquerit verum sponsum Christum, & alia se substrauerit, & impietatis suscepertit semina. Eadem de causa peccatricem quoque illam vocauit. Vel potius Hebræorum generationem adulteram vocat & peccatricem. Quare etiam addit, Demonstratiuum *Hanc*, vtpote quæ impiam se præbuerit aduersus Deum, honoremque ipsi debitum, tribuerit idolo Belphegor, adorauerit que Astarteo & Chamos, quod est Sidoniorum abominatio. Nec vero contentus fide mentis, sed oris quoque confessionem exigens, omnesque ad loquendi libertatem, charitatem, & affectum maiorem praeparaturus, postquam dixisset: *Qui erubuerit me, & sermones meos:* adiecit, *In generatione hac adultera & peccatrice;* vt videlicet sine verecundia ipsum coram omnibus confiteremur. Quoniam enim, inquit, duplex est homo, duplex sit & sanctificatio: anima sanctificetur per fidem, os per confessionem. Namqui hoc didicit, non modo docebit libere, sed omnia etiam alacriter feret, cordeque & ore confitebitur Christum. Quidam ergo in bonam partem interpretati sunt illud *Erubescere*, quemadmodum ante dixi: alij in contrariam, proinde sic illa verba explicarunt: Qui erubescit Christum, dedecori sibi ducens fidem eius, ac dicens, qui credam crucifixo? quique erubescit sermones eius, cauillans simplicem Euangelij stylum & humile dicendi genus: hunc erubescit etiam Dominus in secundo Adoentu suo seruum suum nominare. Vt enim si quis paterfamilias habeat seruum malum, erubescit eum appellare seruum suum: sic & ego, inquit, erubescam illum appellare seruum meum, qui me negat. Qui igitur meum Dominium negant, quosque meorum pudet sermonum, dignas impietatis pœnas pendent, cum audient in secundo & terribili aduentu: *Nescio vos.*

B

C

Incutit eis quoque terrorem, quod dicit, se descendisse de cælo, non in vili abiectaque humilitate nostra, vt primum; sed in gloria Patris, stipatum Angelis. Ac nota quemadmodum dixerit: *In gloria*, in quali est Pater; ne discrimen aliquod suspiceris: sed vt indifferentiam, quam accuratissimè indicaret: In eadem illa veniet, inquit: vt vnam eamdemque intelligas esse gloriam Patris & Filij. Etenim tamquam Dei Filius, iudicaturus est omnia: ideo namque dixit: *Cum venerit in gloria Patris sui, cum Angelis sanctis.* Filium porro hominis se appellat propter summam coniunctionem Deitatis & humanitatis. Cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. Magnum & admirabile quippiam profitetur: In gloria Deitatis, Filius hominis: in summa excellentia, natus ex muliere secundum carnem. Suos habet, Angelos, qui in similitudine nostra factus est. Vbi autem dixerat, *Cum Angelis*, adiecit; *sanctis*, ad discrimen execrandorum dæmonum. Dicuntur quidem & hi, Angeli, vt qui sæpe quæpiam hominibus nuntient: at prorsus non sancti, verum execrandi, & impuri, & omnino profani. Iam hæc sine dubitatione esse futura, Filium hominis venturum in gloria Patris sui cum Angelis sanctis, eosque, qui ipsum confessi sunt, itidem confessurum, amicosque & victores, & generosos milites appellaturum; illos autem alteros, quos dixi, negaturum: non modo verbis demonstrat, longa spe discipulis suspensis, sed etiam iam inde in præsenti adhoc vita rem ad maiorem certitudinem ipsis eorum oculis subiecturum promittit.

D

E

Infert enim: *Amen quippe dico vobis, sunt quidam*

A *de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute*, Postquam diait Christus, quisnam ipsum benè seqoi velit, nec declinate à recta via: atque iis, qui ipsum sine pudora Deum confitentur, immortale regnom pollicitus est: qui ipsum negant, eos se quoque oegaturum asseuetauit: quoniam aduersa in præsenti vita, & velut in manibus erant: prospera vero in spe & exspectarione: nempe saluam fieri animam eius, qui perdit illam; venturum ipsum in gloria Patris, daturum præmia: idcirco verisimile erat, fore, vt discipuli oondum accepta virtute ex alto, fortassis in humanam inciderent infirmitatem, ac tale quippiam cogitando apud se dicereor: Qui negabit quispiam seipsum? aut qui perditam animam suam, saluam faciet? Quod vero illorum, qui id fecerint, condignum erit præmium? Vt igitur B à talibus eos auerteret cogitationibus, & velut fingeret atque conformaret ad fortitudinem: promitiit se, etiam oculis eorum satisfacturum, ac moostraturum quid tandem sit gloria illa, cum qua venturus est, vt id vel in hac vita facile possent capere, neue suam, naue Domini mortem deinceps ægrè ferrent. Quocirca etiam ait; *Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.*

Quod vero dicit, aiusmodi est. Non longo ab hinc tempore, certam vobis demonstrabo gloriam, in qua iusti erunt. Ac magis orationem confirmaoit, solita confirmatione addita: *Amen dico vobis*: quod est, Verè dico vobis: *Sunt quidam*: qoinam isti? Petros & Iacobus & Ioannes. Hi enim vna assumpti fue- C runt, vnaque ascenderunt in montem in transfiguratione Domini, quam etiam regnum Dei nomioat, quod Deitas tom clarissimè eluceret, videratorque gloria, io qua & ipse videndus esset per illud tempus, quo illucescet mortalibus. Veniet enim in gloria Dei, & Patris, non in humilitate oostra. Neque vero ideo tantum regnum Dei nominat Transfigurationem, verum etiam quod figura sit futuræ gloriæ, quam consequentur, qui vitam ea dignam duacrint. Vt enim in hac fulsit Iesus mirificè: sic pro portione tum iusti fulgebunt. Nomina tameo ea de causa non expressit, sed indefinitè dixit: Sunt quidam: ne quid humanum paterentur cæteri discipoli. Etenim vehementer cupiuissent etiam reliqui sequi, exemplar gloriæ illius visuri, & tamquam despecti doluissent. D Et si enim modo quodam corporali discipulis in monte ostenderetur: magnum tamen res ea desideriom habuisset. At cur tandem prædicit? Vt vehementiorea interea desiderio inflammati, ita oon dissipato animo interessent. *Sunt igitur*, inquit, *quidam*: Petrus & Iacobus & Ioannes, qui non prius morientur, quam videant, in cuiusmodi gloria futuri sint, qui me coofitentur; idque tempore Transfigurarioois. In virtute eam venturam ait, id est, non in ænigmate, neque in vmbris & figuris per Aogelos aut Archangelos significandam, sed in Verbo, cui par eum Patre potentia. Aut *in virtute*, hoc est, quantum virtus eorum capit. Aut quoniam maaimæ profecto erat virtutis, hominibus corpore & carne vestitis, talem demonstra- E ta gloriam & splendorem: idcirco diait: *In virtute*. Aut etiam, quia sua virtute eam demonstraturus erat, non aliena cum potestate, noo quasi per participatiooem quamdam: eam ob rem adiecit: *in virtute*.

Vt igitur confirmaret, sermonem suum ooo inani strepitu verborum & grandiloquentia, sed veritate subnixum; eosque talis gloriæ socios fore, quemadmodom promisisset: spectatores eos iam inde fecit. Iam vero: Videant, ioqoit, Participent: vt indicet hic eam tantum videri, oon participari. Nam eius fruitio in altero Christi adoentu dabitur. Rectè etiam dixit: *De hic stantibus*; ad Iudam alludens. Iudas quippe non stetit firmus: atque ad eumdem retulit

A fortasse & illud: *Non gustabunt morten*
mortem gustauit animæ. Considera pr
quoque. Cum dixisset: *Qui vult animan*
nam facere, perdet eam: qui autem perdi
nam faciet eam: atqoe hac oratione reg
rum significasset, & gehennam: regoom
lorum visione declarauit, geheooam ver
Qoam ob causam? quooiam alij qoidam e
res, necessariom id erat. Quia vero pro
erant (idcirco enim & tres tantum assum
teris perfectiores) benignitate & spe præ
inducit potioa, quam seueritate & timore
Neque vero hac vna de causa regnum
uit, verum etiam, quia hoc ipsum qu
decebat.

B Atque hæc qoidem simplicius referun
sum trium discipolorum in montem eu
sex diebos post consecutum. Viso enim
gorato, & Moyse atque Elia ceu satellit
dam, vidarunt Christum in regno & glor
autem typum, Moyses quidem Legis,
Prophetarum, tres demum discipuli,
prædicatiooois, & fidei in Trioitatem. Q
etiam altius dicendum est occasione Tra
nis post sex dies futuræ, non frustra post
fecto numero vniuersus muodus factus e
nes mundi res superat, solaque stabilia &
ctat: com post sea dies à Iesu assumptum
catur. Qui animi illa transceodit, videt Ies
mini ex ioferioribus transfiguratur, tra
C aore sa. Videtur enim Verbum diuersas ha
pro cuiusque captu. Atqua aliis quidem
paret, aliis speciosum pulchritudine. Nar
scendunt per sublimia opera, & per hæc al
tiæ montem superant: ij Verbum simpl
gunt, &. secundum carnem cognoscunt.
fectt, id ipsum in forma Dei per cognit
contemplantur. Splendet deinde etiam f
cut sol, filius locis & diei, sol videlicet iost
vestimenta aius, illis, quos in montem e
xit, apparent alba sicut lux; quæ sunt ver
induit Euangeliorum litteras, & vt opin
lorum quoque scripta.

Cum ergo videris quempiam, qui diuit
doctrinam accuratè pertractat, & omne
D liotom orationem interpretatur, ne ven
hoic facta essa vestimenta Domini alba s
Iesum ita viderit, videbit Moysen, Legen
Eliam, propheticum videlicer sermonem,
quodam sensu colloquentea cum Iesu.
modi homine dicimus illud: Steterunt
bum, qui firmati sunt animæ pedibus: q
dum Moyses audiens à Deo: *Tu autem st*
qui dicunt: *Stantes erant pedes nostri in atr*
rusalem. Et qooniam inter stantes est dis
melius stant, dioinam Verbi inter homine
ti gloriam, & dignitatem eius videbuot: q
do oon replebuntur morte; sed na prim
dam labris gustabunt, panem vitæ come
nem Domini, inquam, & sanguinem eu
E Gustant porto mortem, qui mediocriter p
plentur & qoasi satiantur, qoi omnia flag
nera suscipiuot, atque hanc ob causam pe
cacidunt vita, & ad inferorum barathra
tur. Ac maius malum est, gustare morte
dere, & si mors ea sequatur, qoam si eam
nium vero pessimum, deuorari à morte.

Sin mysticè hac dere loqui velimus, v
est; mors, diabolus: & vt mortem gostar
videre & audira, & adorari & tâgere. Erea
Apostolorú attrectaueruot vitam: maon
do apostolorum & operariorum dolosotu
uerunt mortem. Et si oues Christi, aud

eius: illæ eius oues audiunt vocem mortis, ad quos A dicit: *Vos non estis ex ouibus meis*. De odoratu Apostolicum illud obseruauimus: *Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, in iis qui saluantur, & iis qui pereunt: his quidem odor mortis in mortem: illis vero odor vitæ in vitam.* Bonus enim odor Christi sunt in omni loco, homines qui in Christo sunt. De visione mortis illud in testimonium proferimus, quod dixit Dominus: *Si quis sermonem meum seruabit, mortem non videbit in æternum.* Dicimus enim vitam esse Dominum nostrum Iesum Christum: inimicam vero horum, malam & sæuam mortem; de qua scriptum est. *Nouissima inimica destruetur mors.*

Hæc ergo scientes, charissimi, abnegemus & nos nosmetipsos propter Dominum: nihil eo potius ducamus, non diuitias, non luxum, non gloriam, non B corporalem voluptatem, non ipsam vitam: sed ne ei quidem parcamus propter ipsum: sequamur Dominum nostrum, crucem eius in humeris ferentes, corporales motus sensusque mortificantes: & morti eius configuremur: vt possimus & nos cum Diuo Paulo dicere: Viuimus non iam nos: viuit vero in nobis Christus: &, Nobis autem absit gloriari in alio, nisi in Cruce Domini. Ne erubescamus sermones eius, & ipsum in præsenti vita: omnia eius mandata prompte perficiamus. Habemus & nos persecutorem acerrimum, inaspectabilem inimicum & hostem, qui nos quotidie ad Christi negationem prouocat, & ea quæ ab ipso separant, vt faciamus, vrget. Ne ergo effœminemur, neque cedamus eius colluctationibus, C sed generosè & virili cum animo ei resistamus, atque accingamur: vt & æternam gloriam consequamur, in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula, Amen.

GVIGONIS CARTHVSIANI MEDITATIONES.

EX IOANNE TRITHEMIO ABBATE SPANHEIMENSI, de Guigone Carthusiano.

D

GVIGO quintus Prior Carthusiæ, vir in diuinis litteris scripturisque longo studio peritus, & secularium literarum non ignarus, ingenio placidus, & eloquio clarus, nec minus conuersatione quam doctrina venerabilis, fertur nonnulla composuisse opuscula, quibus nomen suum immortalitati donatum est. E quibus exstat insigne opus luculento sermone conscriptum.

De vita Hugonis Granopolitani Episcopi. Liber 1.

De institutionibus Carthus. Liber 1.

Et quædam alia. Epistolas beatissimi Patris Hieronymi nimio scriptorum vitio deprauatas, diligenti studio ad veritatis limam emendauit, & in vnum comportauit. Moritur sub Lothario Imperatore iuniore. Anno Domini 1137. Indictione xv. 6. Calend. Augusti.

E

EX CORONA CARTHVSIANA

VENERABILIS PATRIS petri Dorlandi, de eodem.

GVIGO Prior Carthusiæ, vir literis secularibus & diuinis admodum eruditus, facundi sermonis eloquio clarus, ingenio solers, memoria tenax, exhortatione efficacissimus, inter Priores sui Ordinis clarissimum luminare. Hic gratia B *spiritalis vnguente mirifice delibutus, Carthusiensis propositi institutionem, & scripto digessit & exemplo monstrauit: qui & propositi sui sequaces multos habere promeruit. Hic in corpore mortali conuersationem suscipiens Angelorum, æthere magis quam terris se dignum præstans, aureis (vt ita dicam) pennis euolauit in cælum. Sub hoc patre siquidem Domus portarum excubiarum, Durbonis, Silua benedicta, Maiorevi, Arueria, exordium sumpserunt, simul & incrementum. Hic libris authenticis perquirendis, scribendisque & emendandis studium præbuit infatigabile. Epistolas B. Hieronymi multipliciter vitiatas, errorque scriptorum corruptas ingenii sui prope diuini vbertate, ad veritatis lineam reduxit, ostendens in præfatione,* C *quæ Epistolæ, & quæ non, ipsi Beato Hieronymo forent adscribendæ. Scripsit quoque admirabilem sanctissimi præsulis Hugonis Granopolitani vitam, quam nos supra tetigimus. Scripsit & librum Meditationum, eloquentia clarum, & sententiis vbique grauissimum, dignum qui nedum à deuotis, verum & à doctissimis tenfleatur. Scripsit & Epistolas præstabiles, & eloquentia claras, & cælesti quodam igne calefactas præsertim ad Beatum Bernardum Abbatem Clarouallis, sui amantissimum: ad alios quoque, quos virtus sibi vel meritum conciliauit, viros egregios. In his Epistolis est eruditio insignis, sermo suauis & purus, oratio luculenta, laudabilisque compendium, cum adhortatione admirabili. Quod dulcisona simul & efficaces eius fuerint Epistolæ, ostendit S. Bernardus, qui eum* D *vt suum cor diligebat, scribens in hæc verba: Patrum reuerendissime, amicorumque charissime, legi Epistolam tuam: & quas voluebam in ore litteras, scintillas in pectore sentiebam, quibus & concaluit cor meum intra me, tanquam ex illo igne, quem Dominus Iesus misit in terram, &c.*

Tandem bonorum studiorum in terris finem faciens felicibus meritis ditatum spiritum suum Domino commendauit sexto Calendas Augusti, Anno Christianæ salutis septimo & trigesimo post millenum & centenum: Ætatis suæ quarto & quinquagesimo Conuersionis suæ Trigesimo: Prioratus vero sui septimo & vigesimo: Ab increpatione vero sacri Ordinis, tertio & quinquagesimo.

VENERABILIS PATRIS

GVIGONIS CARTHVSIANI MEDITATIONES

aliquot pientissimæ.

De veritate & pace, & quomodo per solam veritatem pax habetur.

CAPITVLVM I.

VEritas ponenda est in medio, tanquam pulchrum aliquod. Ne iodices si quis eam abhorret, sed compatere. Tu verò cùm ad eam venire desideres, cur respuis eam, cum de tuis vitiis increparis? Vide quanta patiatur veritas. Dicitur ebrioso, ebriosus es. luxurioso, sopetbo, linguosoque similiter. Hoc autem verum est. Iosaniunt tamen illi protinus, & veritarem in suo prædicatoro persequuntur & occidunt. Vide quantom honoratur mendacium. Dicitur pessimis & vitiotum omnium seruis: Boni Domini. Placantur, gaudent, & mendacium ipsum in ita loquente venerantur.

Sine aspectu & decore, crucique affixa, adoranda est veritas.

Quanto quæque creatura nobilior & potentior: tanto libentius subditur veritati: imo hinc potens & nobilis, quia subditur ei.

Pungunt te temporalia: cur ergo non fugis ad alia, id est, ad veritatem?

Ideo vltra omnia aduersa amara est nobis veritar: qoia singulæ aduersitates, singular aot plures oppugnant voluptates. Veritar autem simol omnes calumniatur.

Si colores omnes; & cætera quæ per oculos experiri possunt, esses expertus, aut ab aliis sensibus corporis sis expertus: si tumores omoes aut recitares, D aut audires, quæ vtilitas Sic oee in tantis qoæ expertus es, vel audisti.

Neminem odisse potes, nisi tua iniqoitate. Nam etiam iniquis optare bonum, sanctorum est. Veritatem tantum & parem, quæ ex ea procedit, amare oportet.

Minister veritatis amet quod ministrat, & cui ministratur. Et com idipsum ab alio ministratur sibi, cum gratiarum actiooe suscipiat, tanquam id quod amat.

Charitas sit tibi causa dicendi veritarem, tanquam medendi. Quod si qois etiam non recipit, aut compareris ei, aut noo eum diligis, aut id qnod spernit vile ducis tanquam si respuat æger salubrem medicinā.

E Veritatem sine fine pax sequitur commonis cum Angelis, mendaciom, labor & dolor, communis eum diabolo. Non defenditur veritas, sed defeodit. Non illa te, sed tu illa indiges.

Amara & insoauis est veritas geoeri tuo nimis valde, non suo, sed eorum vitio sicut lux fulgens infirmis oculis. Vide ergo ne tu eam amatiorem faciar, dom oon eam sicut debes dicis, id est, ex charitate. Sicut enim pius medicus, qui salobrem & amaràm ægro dat potionem, linit oram vasis melle, vt quod (dum est dulce) libenter sumitur, etiam quod salubre est, hiatu facile capiatur. Prodesse autem hominibus suum officium totum.

Si dicis veritatem oon amore veritatis, sed deside-

A rio lædeodi alium non præmium diceotis v
sed pœnam coootriarotis assequeris.
Vide quaotum supplicij passuros es, cùn
perfectè ostenderit te tibi: si tantum cruc
vno verbo aliquid malorum tuorum osten
enim patebunt consilia cordium.
Æqualiter peccas cum vel alium vitupe
alio vitoperaris, in vtroque enim veritat
malo recipis, aut pro malo irrogar. Qui erg
late voluerit, vitam tuam, id est, veritatem
illam te cædat & cruciet.
Veritas est vita & salus æterna. Debes
pati ei cor displicet. In tantum enim est
perditus. Tu autem peruersus non ei di
tatem, nisi putares amaram illi esse atque
B lem. Ex te enim metiris alios. Sed hoc pe
quando vt placeas hominibus, dicis verit
diligunt & mirantur sicut diceres menda
lationes. Noo ergo vel quia displicet, vel
diceoda est veritas, sed vt prosit. Silend
tantum oe noceat; sicut lux infirmis ocul
Panis, id est, veritas confirmat cor homi
cumbat corporum formis.
Bearos, cuius mens solummodo co
amore veritatis mouetur siue afficitur, co
ipsa tantummodo mente. Ita enim & c
veritate mouetor. Si enim nullus in ment
veritatis, oullus io corpore nisi mentis: nul
in corpore esset nisi veritatis, id est, Dei.
C Propter pacem famis omnia, ad quan
solam veritatem: quæ est aduersarius tuu
Ergo aut illam tibi, aut te illi subiice. Not
tibi testat.
Aduersitas monet pacem desiderare.
cæcatus id desideras, quod dum amar a
tar, impossibile omnino est te pacem hab
Cur rapis inter id quod in alio ira displ
ira? Irasceris ergo, quia ille irascitur. Imo i
cere, quia irasceris. Si ira ipsa tibi verè disp
admitteres eam, sed fugeres. Quod fit ta
tenendo pacem.
Non glotiator lacus quod abundet aq
enim est. Sic de tua pace. Semper enim a
est causa pacis. Tanto ergo infirmior &
D pax tua, quaoto mutabilius est id vnde o
vilis est ergo cùm oritur ex iocunditate
ciei?
Tutus appetit esse omnis homo. Quod
est, quanto magis potest inquietari. Tan
gis potest inquietari, quanto suot paratiò
aliter quam volt, ea quæ diligit. Dic
quis homioum tibi: Ego tibi malum f
tibi pacem auferam. Cogitabo quipp
aut dicam. Ecce quam paratus es morti
bari.
Non sint temporalia causa pacis tuæ. ta
& tam fragilis erit quam illa. Hæc pax tib
erit cum brutis: tua sit cum Angelis, id est,
ritate procedit.
E Quicqoid ob pacem & beatitudinem
amaueras, cootemoe, oisi pacem & be
omnino vis perdere.
Pax est bonum illius animi io quo ipsa
se ipsam igitur appetenda est, tanquam b
Tanta sit in te, vt & malos non excludas.
Non turbetur cor vestrum, neque form
thum est verum. Hoc celebrat, qui nec
cogitat, hic habet se in potestate, hic pote
mosynam facere: vt sicut alius videtur exp
sit aut placatus.
Amor temporalis pacis, oecessariò pa
dinem mentis. Qui ergo habet hanc pac
oecessariò caret pace.

Si malefacicotibus tibi non iouideas, erit tibi pax cum eis.

Sicut pet similitudinem & pacem consistuot, ita per dissimilitudinem & discotdiam cuncta ioteteuot.

De vtili displicentia sui ipsius, & humili confessione peccati.

CAPITVLVM II.

INitium redeuodi ad vetitatem, est displicere sibi in falsitate. Emendationem præcedit vituperatio. Non enim libet mutare nisi quod displicet. Quia ergo semper indiges mutari, semper indiges tibi displicere.

In omni cura quam pro salute tua geris, non est vllum officium vel medicamentum vtilius tibi, quam te ipsum vituperare atque contemnere. Quicunque ergo hoc facit, adiutor est tuus. Hoc enim agit quod tu agebas, aut agere debuisti, vt saluus fieres.

Ideo tibi places, quia nihil te boni à te habere non intelligis. A te tibi oil nisi malum. Nullas ergo tibi grates debes. Malum omoe à te tibi est. Pœnas itaque magnas pro vindicta debea.

Facile est iter ad Deum, quoniam exonerando itur. Esset autem graue si onerando iretur. Intantum ergo te exooera, vt dimissis omnibus, te ipsum abneges.

Qui se vilem esse nouit, vituperationes suas tanquam suas sententias quietus suscipit & humilis. Laudes vero respuit, taoquam noo suas sententias.

Cùm aliquis de te malum dicit, si non est ita, eidem nocet, non tibi: sicut si vocet aurom stercus, quid auro nocuit? Si verum est quod dicitur de te malum, doceris quid caueas. Qui autem quod bonum est dicit: non ei quem laudat, sed sibi ipsi prodest. Cum vero bonum tibi de te dicitur, vt quid rumores quos io melius nosti, narrantur? Tu te solum vitupera.

Sua vitia quisque fugiat; nam alia non noeebuot.

Continuum mendaciom est habitus tour, & corooa tua: quoniam quod deest significant.

Cùm aliquis dolet se commisisse furtum, ob narum sibi iode opprobrium: non eum pœnitet furti, sed dolet opprobrium incurrisse. Nec horret aut malum ducit peccate, sed puniri. Iustis autem non aliud est peccare & aliud puniri. Ipsum oimitum peccatum atrocissimam pœnam ducoot: & ideo nullam iniquitatem imponitam posse esse: eo quòd iniquitas peccati magne pœne sit, nihilque peius ea cuique valeat irrogari. Et ideirco ipsam præ omnibos malis caueodam ac fugiendam eensent, etiam si oihil aliud mali eam sequatur.

Si qoem odisse debes, neminem ita vt te. Nemo enim tantum nocuit tibi.

Si nihil melioretur nisi prius vituperatom; tunc qui non vult vituperari, non vult vtique meliorari. Scriptom est enim: *Qui odit increpationes, insipiens est: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.*

De Confessione.

NVllus publicano esse poterat ad salutem tedims, nisi bumiliter confessus fuisset, quod ei Pharisæus superbè improperatat.

Hoc solo iustus es, si ob peccata tua te damoandum agnoscas & dicas. Si iostum te dicis, mendax es, & à Domino veritate damnaris, vt contrarius ei. Dic te peccatorem, vt verax Domioo veritate conueoias liberandus.

Magnorum est, pro confitentibus intercedere, vt eis ignoscatnt. Maiorum autem, pto bis etiam supplicare beoignè, qui nondum suum recognoscunt rea-

A tum, vt cognoscant. Et pro his qui aut quia erubescuot, aut quia amant reatum suum, non confiteotur, vt confiteantur.

Omnis enim a rationalis volens vlcisci se, hoc irrogat alteri quod sibi ipsi metuit, & abhorret, & malum ducit. Nihil autem libeotius ad vlciscendum se, quam veritatem arripit: nec vllum malum venenatiore mente infligit. Ergo oil sibi magis abhorret fieri, quam veritatem dici. Hoc quippe aduersarius de alio dicit, quod si is cui dicitur humiliter recogoosicit, salutem mereatur æternam. Qui enim adulterum, adulterom vocat, boc ei dicit pro malo, quod ipse pro salute sua fateri debet gratis. Libeoter ergo boc recipiat; nec qua inteotiooe, sed quid sibi dicatur, attendat.

B Qui oon videri, sed esse verax veraciter diligit: nec videri, sed esse mendax veraciter metuit; statim vt so mentitum adoertit, sibi contradicit, oec ab hoc vlla eum vel improperia vel damna reuocant. Mauult enim verax mori, qoam mendax viuere, si tameo viuit mendax, cum scriptum sit: *Os quod mentitur, occidit animam.*

Hoc quod vis abscoodere, id est, peccatum tuum, improba: & iam oon erit quod abscondere debeas. Delere enim illud potes, abscoodere non potes. Nihil enim opertum quod oon reueletur, nec occultum quod non sciatur. Quare ergo morbum mauis celare, quam sanare? Quomodo morbos tui corporis libenter aliis, vt compatiantur, osteodis; & si nuluor credere, miserum te habes, augeturque dolor, sed & irasceris: & ita de animæ ægritudinibus ipsis facito. C

De voluptatibus, ac vilibus delectationibus quinque sensuum.

CAPITVLVM III.

VIde duas experientias ingestionis & egestionis, quid te magis beatificet, per banc en quod per per illam experitis. Illa onerat inutilibus, hæc exooerat. Quid prosit vtrumque, circomspice. Hoc est totum deuorasse expertum esse. Nil vltra spei remanet. Sic io omnibus sensualibus. Vide ergo quid beatitudini omnia huiusmodi, siue in spe, siue in re, in te effecerint, & sie cogita de futuris. Cogita, inqoam, prospera præterita, & sic futura iudica. Quæ speras, peritura sunt omnia. Et tu quid post hæc? Aliqoid ema & spera quod non transeat. D

Piogi vis ligna coloribus, igne consumenda: cùm ea quæ coosumis, vis esse decora, seu cibos: seu vestimeota. Vestibus indiges contra frigus, non colore illo vel illo, sic cibo contra famem, noo sapore illo aut illo.

Voluptas bestialis ex seosibus carnis; diabolicæ verò, omnis fastus & inuidiæ & fallaciæ; philosophica verò, oosse creaturam; Angelica, nosse & amare Deom.

Quæ in transitoriis plus delectaot, hæc magis mortifere sunt.

E Eedem aut peior est stultitia genu flectere his quæ tu feceris, & animum inclinare his quæ destruis, id est, saporibus vel aliis sensibilibus

De regioonibus congregauit eos, à saporibus scilicet & odoribus, & carneis tactibus eruens animos sanctos, in se colligit.

Ita conaotor homines facere veram voloptatem siue beatitudinem, quasi aot oulla sit, aut fieri possit; cum ipsa sola sit, fieri vero nullo modo possit. Id autem est facere sibi beatitudinem, & Deum; & putare non esse beatitudinem, & non esse Deum.

Vide si omnes homines, dimissis omoibus aliis rebus quibus intenduot, vni tantum colori aut sapori ex toto inteodaot, quam miseri fœdi stulti erunt. Sic

sunt & modo, cum tam multis ac diuersis rerum qualitatibus intendunt. Non enim magis plures aut vniuersæ creaturæ Deus noster, aut nostra salua sunt, quàm vna quælibet earum.

Cum gaudemus vnde & bruta, id est, de luxuria, vt canes; de voracitate, vt porci, & cætera: anima nostra fit similis animabus illorum, & non horremus. Ego autem mallem corpus habere canis quam animã. Et tamen si corpus nostrum in tantam canini corporis transiret similitudinem, in quantam animæ caninæ similitudinem anima nostra per luxuriam transit: quis nos ferret? quis non horreret? Melius autem ac tolerabilius esset, corpus nostrum in bestiam commutari, anima in sua dignitate, id est, Dei imagine, permanente; quàm corpore manente humano, animam fieri bestialem. Et hæc mutatio tanto est horribilior, magisque deflenda, quanto anima præeminet corpori. Vnde Dauid: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus*. Non enim de corporis hoc similitudine, ne sis ridiculum, dici putandum est.

Coaptare aliquid, sicut cibum aut potum, tantummodo vt plus delectet, diabolo cooperari est in perniciem nostram, & acuere gladium, quo facilius & altius nostra possit viscera penetrare. Quanto enim his amplius delectamur, tanto grauius ac profundius vulneramur.

De vanis timoribus, doloribus; & cruciatibus filiorum huius sæculi, quos contrahunt ex periturorum cupiditate & amore.

CAPITVLVM IV.

SPonte se implicat homo corporum ac vanitatis amori, sed velit nolit, cruciatur timore ac dolore pro eorum interitu, siue cùm auferuntur ipsa corpora, siue cum ipse vituperatur. Amor enim periturorum est quasi fons timorum inutilium, & dolorum, ac sollicitudinum vniuersarum. Pauperem ergo à potente liberat Dominus, soluendo eum à vinculo mundani amoris. Qui enim nil periturum diligit, vbi à quolibet potente lædatur non habet: & omnino inuiolabilis est, quia sola inuiolabilia, sicut diligenda sunt, diligit.

Si omnes capillos capitis tui abscindat quis, non te lædet, nisi cum eos qui capiti adhærent tetigerit. Sic te non lædent, nisi ea quæ per concupiscentiam in te fixêre radices, quis tangat. Quæ quo plura fuerint & magis amata, eo plures ac vehementiores dolores parient.

Aut exstingue penitus concupiscentiam, aut para te ad conturbandum, id est, ad timendum & dolendum vnde non debes.

Anima humana tam diu in se cruciatur, quam diu potest cruciari, id est, quam diu aliquid amat præter Deum. Deum enim nequit amittere nolens. Dimittere ergo eum potest, non amittere. Nemo enim læditur nisi à seipso.

Quorrerum amoribus, quæ tibi, vel quibus tu periturus eras, te Dominus liberauit à totidem te tristitiæ timoribus & doloribus absoluit.

Dum corporum species vel formæ, quibus tibi adhærentibus fœdaris, pereunt (tamquam syllabæ suis temporibus, Deo modulante) cruciatis. Eraditur enim quæ increuerit rubigo.

Nil obi laboriosius quàm non laborare, id est, contemnere omnia vnde labores oriuntur, vniuersa scilicet mutabilia.

Vide quanta turba generis tui pro mundo laborauit, & non solum non sunt adepti: sed insuper seipsos amiserunt. Tu autem si studueris, plus acquires sine vlla comparatione, quàm est id propter quod omnes laborant aut laborauerunt.

Turbatio animi stulta, ipsa est misera: hæc ferè semper fit in te cum causas mortis tuæ, id est, ea quibus malè adhærebas, corrupit Deus, vt ea deserens viuas.

Ancillam diligis turpiter, id est, creaturam: ideo tantum cruciaris, cum Dominus eius, id est, Deus tuus, agit de ea quod benè vult.

Vni ex syllabis magni carminis adhæsisti, ideo turbaris, cum canendo procedit cantor sapientissimus. Subtrahitur enim tibi syllaba, quam solam amabas & succedunt aliæ ordine suo. Non enim canit tibi soli, nec tuæ voluntati, sed suæ. Quæ autem succedunt syllabæ, ob hoc tibi contrariæ sunt, quia impellunt eam quam malè amabas.

Quod syllaba in carmine, hoc loci aut temporis obtinet vnaquæque res in mundano discursu: ideo ergo cruciaberis, quia deterioribus inhæsisti, & suo ordine transeunt tamquam syllabæ in carmine.

Hæc omnia quæ dicuntur aduersa, non sunt aduersa nisi malis, id est, amantibus creaturam pro creatore.

Si ille aut ille tantum laboraret propter Deum, quantum laborat propter mundum: natale eius tamquam martyris ageretur.

Sicut ex glacie frigus, ita ex temporalium amore timor inutilis animam inuadit, & cæteræ miseriæ. Remoue à te vniuersa quæ tibi timendi causa sunt, sicut quæ frigoris. Remoue dico non à loco, sed ab animo. Non est enim timendum, nisi quod potest & quod expedit vitari, id est, peccatum. Quicquid autem vitari expedit, vitari & potest, adiuuante Deo: id est, iniquitas,

Vide quàm sis in potestate hominum ad turbandum & cruciandum. Quam facile est eis vituperare te verbis, aut cogitationis opinione, tam facile est perturbare. Quid ergo? Si displices eis, perturbaris. Ergo in eorum es potestate. Siue quis hæc faciat, siue non: tu tamen ita ex præparatione mentis expositus es. Si in bono displices eis, ipsis hoc nocet, non tibi. Labora ergo tunc mutare corda eorum, non bonum tuum. Si in malo displices eis, non ipsum displicere tibi nocet, imo prodest, sed ipsum malum tuum.

Dicunt martyres Deo, *Propter te mortificamur tota die*: tu quibuslibet vilitatibus, Propter vos conturbor tota die.

Restringe te, & collige vndique; ne fortè volubilitas mutabilium inueniat te in ipsis, & crucieris.

Quod aliquo modo cruciaris, siue timendo, siue irascendo, siue odiendo, siue quolibet modo dolendo, tibi tantummodo imputa, id est, concupiscentiæ tuæ, ignorantiæ, vel torpori. Quod si quis vult te lædere, eius imputa concupiscentiæ. Læsura tua & dolor, indicium est peccati tui: amasse re scilicet læsibile aliquid, Deo dimisso.

Læsis spectaculis dolea. Tibi & errori tuo hoc imputa, quia læsibilibus inhæsisti. Nam in tantum consueuit homo malum omne in aliud retorquere, vt si aut in lapidem offenderit, aut igne adustus fuerit, ipsas Dei creaturas culpare ac maledicere audeat; quæ nisi hoc facerent, tamquam inualidæ atque emortuæ meritò culparentur, & non potius suæ debilitatis lugere miseriam

Vide quomodo tamquam mare tam innumerabilium formarum corporearum, & animorum humanorum numquam in eodem statu permanentium, nunquam finaris quiescere.

Quamuis sciat nutrix paruulum accepto passere læraturum: timet tamen summopere ne accipiat, ac tanto magis, quanto magis eumdem inde lætaturum existimat: certè omnes homines & se, & quos amant, gaudere optant. Cur ergo id nutrix puero non solum non optat, sed insuper tanquam magnum malum, ne habeat cauet? Certè vult eum gaudere. Cur ergo & vnde

vnde gauisurum scit subtrahit? Cur nisi quia futuram tristitiam attendit, cuius esse causam istam nouit esse lætitiam? Scit enim profectò, tanto post hæc grauiorem tristitiam animum pueri subituram, quanto vehementius gaudium tale præcesserit; ex quantitate præsentis vtique lætitiæ, futuræ tristitiæ metiens magnitudinem. In quo facto quid aliud mulier ista suggerit esse faciendum, nisi omnia illa gaudia quæ subsequuntur lamenta, tamquam pestem venenumque vitanda? Nec attendendum quid suauitatis habeant in præsenti dum adsunt: sed quid amaritudinis generent in nobis cum abeunt. Talia sunt omnia temporalia gaudia. Cur non ergo vineam possidendam, pratum, domum spaciosam, agrum; cur non aurum, argentumque, cur non opiniones hominum laudesque, ac cætera similia, eadem causa prouida cautela deuitem? O quis dabit decrepito puero & tamen stulto, id est, humano generi toti orbi diffuso, quamdam magnam, quamdam sapientissimam nutricem, quæ tali cura ac solicitudine subtrahat ei, vel excuciat enim à gaudiis, quæ futurorum semina sunt dolorum? Sed vnde tantus in toto orbe gemitus fletuum, nisi quia hæc nutrix piissima ac potentissima numquam cessat, siue per semetipsam, seu aliter, humano generi, causas dolorum, id est, temporalia, tamquam passerem puero auferre aut non dare.

De cupiditate, amore, & gloriatione terrenorum & temporalium: & quomodo per ea vera miseria non tollatur, sed augeatur.

CAPITVLVM V.

DVobus modis, cum duæ res sint æquales, potest hæc maior illa fieri, aut suo proprio augmento, aut sociæ detrimento. Hoc posteriore modo omnes principes & potestates sæculi aut gaudent, aut nituntur cæteris omnibus esse maiores, eorum; videlicet deiectione & detrimento, non sua, id est, corporis aut animi surrectione aut augmento. Neque enim aut corpora eorum, aut mentes vllo modo meliorantur, sed videntur sibi profecisse & creuisse, quia illi defecerunt & decreuerunt. Quod si ita omnia diminuta essent, vt in nihilum redacta essent: in quo cresceret ex hoc anima vel corpus tuum?

Sicut qui vult lateres facere, plateam præparat, vbi eos interim ponat, non vtique ibi remansuros; sed cùm exsiccati fuerint, alibi transferendos; & ita platea illa nullis specialiter lateribus parata est, sed omnibus æqualiter qui faciendi sunt: ita hunc locum humanæ habitationis, creandis hominibus, & alibi peracto suo tempore transferendis, fecit Deus. Et sicut figulus alios aufert, vt recenter facti in eorum succedant locum: ita Deus morte, tamquam translatione priorum, successuris præparat locum. Stultus ergo & insanus est, qui in platea cordis amore inhæret, ac non potius quo sit transferendus hinc, semper solicitus meditatur. Nec iniustum aut austerum videri lateribus debet, cum hinc transferuntur, nimirum cùm hac intentione positi fuerint. Neque videbitur nisi his qui se hinc necessario transferendos non cogitant, qui commune & nulli proprium, sed innumerabilibus futuris communiter deputatum, insana cupiditate tanquam suum vendicare proprium. Vide in hac eadem re aliam insaniam nihilo minorem. Cùm enim hi lateres ferè omnes eiusdem sint quantitatis; vix tamen eorum vllus, vnius tantum spatio contentus est: imo eiectis aut confractis quod potest multorum laterum, vni sibi vendicat locum.

Quid tibi videtur de eo, qui totam intensionem suam, & tempus impendit ad fulciendam aliquam domum, quam fulciri est impossibile ex his rebus, ex A quibus nil omnino fulciri potest; vel si possit, ipsæ fulturæ indigent totidem fulturis aliis quot ipsa domus, quæ ex his fulcienda est: & illæ fulturæ totidem, & ita in infinitum? Vita hæc, domus: fultor, tu: fulturæ, temporalia, quæ numquam in eodem statu permanent, & nec fulcire, nec fulciri omnino possunt.

Longam tentationem petit, qui longam vitam petit. *Tentatio est, enim, vita hominis super terram.*

Quod tu in suis amicis vel parentibus non amauit Deus, id est, potentiam, nobilitatem, diuitias, honores; non ames tu in tuis.

Laqueos comedis, bibis, vestis, dormis: omnia laqueus.

Exul es amore, voluptate, affectu, non loco. Exul es B in regione corruptionis, passionum, tenebrarum, ignorantiæ, malorum amorum, & odiorum.

Quantum diligis te, id est, hanc vitam temporalem; tantum diligas transitoria, sine quibus esse non potes, necesse est. Et quantum spernis hanc vitam, tantum & eius fomenta.

Graue est tibi hoc vel illud amisisse. Ne quæras ergo amittere. Quærit enim amittere, quisquis ea diligit & acquirit, quæ retinere non valens.

Omnis miseria in hoc est. Omnes amant aliquid principaliter, vbi semper intentionem habent fixam. Tu vero quid? Ecce omnes quasi thesauro inuento arreptis mundi partibus, singuli intendunt, aut certè inter plures scindunt: ac si canis inter duo frusta C carnis positus, ignoret cui potissimum appropinquet, alterum timens amittere.

Si hæc in quibus confidis aut delectaris, faceret is hoc in semetipsis, irrideres tamquam stulta: imo lugeres tamquam perdita. Et si omnes ita insaniunt: numquid bonum est tibi insanire? Si teipsum tam immundum toleras: cur non quemlibet alium? Quot ea quæ diligis casibus subiacent: totidem & animus tuus.

Qui hoc amat quod amandum non est, miser est & stultus, etiamsi numquam vel ipse, vel illud pereat. Numquid enim idololatra propter hoc tantum miser est, quia periturum est quod adorat? Ergo non esset miser, si illud non periret? Certè manente idolo eius, miserrimus est adorator; licet incolumis corpore, & temporalibus bonis plenus.

D Non te faciunt aduersa miserum: sed ostendunt fuisse, & docent. Prosperitates verò excæcant animum, tegendo & augendo miseriam, non auferendo.

Vide quomodo capiatur anima rebus corporeis, & capta crucietur: vtpote in pueto. Capitur enim viso passere: quem cum acceperit, subiacet tot casibus, quot passer ipse. Quomodo autem est tuta priusquam talibus capiatur? Ea enim quæ placent, tenent illam, vt possit aduersis mulctari.

Data naue, flatibus ferebamur ad gaudendum seu dolendum alternatione occursantium formarum.

Quomodo non glorietur aut superbiat de fortitudine vel pulchritudine, quando de infirmitate vel turpitudine gloriatur homo? Gloriatur enim si vehatur equo, aut eius turpitudo pannorum decore veletur: E cum potius gloriari posse videretur, si equum sua ipse virtute portaret, aut certè eo non indigeret, & fulgore suo vestes ipse decoraret, aut earum saltem decore non indigeret. Hæc enim & his similia indigentiam eius ac turpitudinem protestantur.

Quam libenter ostentaret homo suam pulchritudinem si haberet, qui tam libenter ostentat alienam: videlicet in vestibus siue pelliceis, siue cuiuslibet modi!

Non minus dolendum est pro eo qui gaudet temporalium adeptione, quàm qui amissione dolet. Vterque enim febre vexatur, id est, amore mundi.

De inutili & vili appetitu laudum & gloriæ, vel fauoris humani.

CAPITVLVM VI.

SI benè sciers naturam ac potentiam humanæ opinionis, vel fauoris: numquam vel exiguè pro eis laborares, aut gauderes, aut contristareris. Nil enim prosunt cui impenduntur; sicut colores, & ceteræ formæ, corpora, vel res quibus insunt, decorant, & ipsis nil prosunt aut obsunt. Quid enim profuit Soli aut Lunæ, quod eos Pagani deos putauerunt? Aut quid eis, quod tu eas creaturas esse cognoscis, obest? Quod si etiam stercora eos esse putares, quid eis no- B ceret? Quare, sicut naturam & potentiam illius aut illios herbæ siue ligni: ita harum rerum scrutare. Facilè, adiuuante Deo, id poteris, ex cuius opinionibus vel fauoribus cætera metienda.

In hoc cognoscis quæ soli Deo debentur, quia exhibita cuicumque rei nil prosunt: vt cognitio, amor ad fruendum, timor, reuerentia, admiratio, &c. Hæc enim eo ipso quod ei cui exhibentur nil prosunt, ostendunt se ei soli deberi, qui nullo eget. Si enim laudari vel cognosci, aut admirationi esse prodesset: quis non quotidie mercede conduceret tamquam operarios, qui hæc sibi exhiberent assiduè, vt sine intermissione proficere posset? Quæ mater filiis sua, id non sine cessatione impenderet? Quis non vestes, prædia, iuuentaque, seipsumque die noctuque bona C diceret, vt sic meliora laudando redderet? Nihil ergo ista prosunt, cui impenduntur. Qui autem exhibet, exhibendo deterior aut melior efficitur. Si autem amat, aut admiratur, aut timet id quod debet, melior; si autem non debet, deterior vtique fit. Similiter in cæteris. Quàm ergo pius est Dominus, qui nihil à nobis exigit, vt sibi prosit: multomque à nobis sibi seruiri reputat, si, quod nobis est vtile semper agemus.

Sicut radicum, herbarum, vel cæterarum rerum naturas; ita opinionis, fauoris, laudis, vel vituperationis, expende.

Amor vnius cuiuscumque hominis est omnium. Singuli enim omnes amare debent. Qui ergo hunc sibi specialiter exhiberi vult, raptor est, & ideo reus cuncta omnes efficitur.

D Ecce huic corpori immixtus, satis miser eras: omnibus enim eius corruptionibus vsque ad morsum pulicis, vel foruncul subiacebas. Non suffecit hoc tibi. Immiscuisti enim te aliis quasi corporibus, opinioni hominum, admirationi, amori, honori, timori, & aliis similibus: & sicut ex corporis, ita ex horum læsione, dolore afficeris Ipsemet ligna, quibus combureris, tibi adhibuisti. Læditur nempe honor tuus cùm contemneris: sic de de cæteris. Ita etiam de formis corporum cogita.

Quo te ille aut ille vitio contempsit: eodem tu te contemptum tamquam timidus doluisti, scilicet superbia. Et quo tibi vitio abstulit, eodem tu doluisti ablata, id est, amore periturorum.

E Nisi contempseris quidquid possunt homines vel aduersando, vel adiuuando: non poteris contemnere eorum affectus, id est, odia vel amores. quare nec opiniones bonas aut malas.

Vide quomodo vendis amorem & cæteros affectus animi tui ad obolatas aut nummatas, sicut in taberna vinum. Rursus attende qualiter emas opiniones & amores ac cæteros affectus, siue motus humanorum animorum, ad obolatas & nummatas, sicut in taberna vinum.

Hic homo dedit pro laudibus omnia soa: ille pro voluptate ventris & gutturis: quis horum peius operatus est? Hoc quidem nescio: sed scio alterum porcina, alterum diabolica voluptate actum.

A Quare vis amari ab hominibus? Vtique vt adsint mihi, id est, huic vitæ meæ. Ergo quia sentiate infirmum, & eorum violentiæ succumbere paratum. Quasi dicas: Si voluerint homines, moriar: si voluerint, viuam. Quod falsum est. Necessariò enim morieris? Ergo optas magna de te, vel bona opinari homines, vt te ament aut timeant. Ament autem vel timeant, vt prosint, vel non obsint. Econtra metuis vel abhorres praua de te, vel mala opinari homines, ne oderint aut contemnant, aut ne noceant, aut certè vt non prosint. Hoc autem propter ipsam experientiam infirmitatis atque debilitatis quam contraxisti, à Deo recedendo, & instabilibus atque infirmis inhærendo & innitendo. Si autem non sentires eorum vilitatem atque infirmitatem, non timeres pro eis, at- B que doleres. Sed times pro eis ac doles, cùm videlicet pereunt aut auferuntur. Ergo cognoscis eorum vilitatem & infirmitatem. Quapropter nullam potes omnino excusationem prætendere, quod ea diligis, aut eis inniteris. Mirum tamen valde est alicuius rei infirmitatem sentire, & tamen inniti ei; vilitatem nosse, & amare siue mirari. Dum ergo propterea doles aut metuis; duo in te, quæ simul posse esse non videntur esse demonstras, id est, & nosse te, & sentire eorum infirmitatem ac vilitatem, & tamen amare ea & inniti eis. Nam si horum alterum inesset tibi, id est, si aut non amares, aut non nosses eorum vilitatem, nullo modo doleres pro eis pereuntibus.

C *De vera laude iustorum, & vituperatione malorum, & quis sit laude dignus vel indignus.*

CAPITVLVM VII.

ESTO talis qui lauderis: non enim benè laudatur, nisi bonus, quod non est qui laudis cupidus est: non ergo laudatur. Cum ergo laudatori blandus es, iam non tuo laudatori blandus es: non enim iam tu laudaris, quippe tam vanus.

Cum dicitur, quàm bonus, quàm iustus qui hoc est laudatur, non tu qui non es, imo etiam vituperaris non parum, quippe tam malus, tamque iniustus. Laus enim iusti, iniusti est vituperatio. Ergo tua, vt iniusti. Cum ergo laudaturi iusti applaudis: tuo verissimo vituperatori applaudis, quia iniustus es. Non D est enim iustus, qui se iustum putat, nec vnius diei infans.

Qui gaudet laudibus, perdit laudes. Si amas laudes, noli laudes scire, hoc est, si vis laudari, ne velis laudari. Non enim potest verè laudari, qui vult laudari. Ille laudatur, cuius bona iactantur. Qui autem vult laudari, non solum vacuus est omni bono, sed insuper plenus est magno & diabolico malo, nimirum magna arrogantia. Non ergo laudatur. Iustus autem econtrario semper laudatur: cuius vituperatio nulla esse potest. Vituperatio quippe est malorum improbatio: quæ autem iustus non habet, non possunt ei improperari, quare non potest vituperari. Vniuersaliter autem omnis iustorum laudatio, iniustorum est E vituperatio, & omnis iniustorum vituperatio est iustorum vera laudatio. Cum vero quis de bono laudatur, non laudato, sed laudatori prodest.

Laudat te quis propter sanctitatem, sursum tendit. Vltra te est enim, quod ei placet, id est, sanctitas. Tu vero si amas illum, non tanquam cui placet sanctitas, sed tu deorsum tendis.

Qui dolet aut irascitur amisso aliquo temporali, eo ipso se dignum, quia amitteret ostendit. Similiter qui accepto conuitio irascitur, aut dolet, eo se dignum fuisse demonstrat. Tantum enim vellet laudari, quantum noluit conuitiari.

Contemptus aut parui habitus doluisti: hoc ipso contemnendum ac parui habendum fuisse, & ideo iure

iure id factum, demonstraris. Nisi enim contemnendus ac parui habendus fuisses, contemni nec parui haberi nequaquam timuisses aut doluisses. Hoc enim ipsum solo, vel maximè contemnendus & parui habendus es, quod id times aut doles. Prorsus non timet vtilis haberi nec contemni, nisi vilis & contemni dignus.

De his qui volunt amari & admirationi haberi, & quomodo per talem appetitum homo diabolo assimilatur, & seipsum facit idolum cæterorum.

CAPITVLVM VIII.

Vere colit Deum ille solùmmodo qui in eum verè intendit, cum vero timoris, vel amoris, honoris vel reuerentiæ atque admirationis affectu. Hic enim solus cultus verus & perfectus. Quicunque ergo alicui rei præterquam Deo hunc exhibet, idololatria verus est. Qui vero hæc vult sibi exhiberi: cuius nisi diaboli veraciter locum tenet, qui modis omnibus hæc ab hominibus conatur extorquere? Itaque omnes qui ea[?] hominum in hoc sunt, quod scilicet aut petunt, aut auferunt eis diis eorum, id est, creaturæ, quibus hunc verum & diuinum exhibebant cultum, siue quod talis eis non exhibetur cultus. Vide ergo quantum adhuc in te, & in toto mundo regnet idololatria.

Nullatenus debes velle amari tanquam bonum, nisi quæ eo ipso quod amatur, suum beatificat amatorem. Nulla autem hoc facit, nisi quæ amatore non eget, id est, cui non prodest nec ab alio amari, nec amare aliud. Crudelissima igitur res est, quæ vult vt quis in ea intentionem suam & affectum & spem eo ficiat: cum ipsa ei prodesse non possit. Hoc faciunt dæmones. qui pro Dei seruitio, suo volunt hominet occupari. Clama igitur tu amatoribus tuis: cessate tam miseri, nunne me admirari, reuereri, vel quolibet honorare modo: quoniam ego mihi nec mihi nec vobis auxilium vllum ferre possum; imo ego egeo vestro.

Quantum in te est omnes homines perdidisti: interposuisti enim te inter Deum & ipsos, vt versi in te intuitu & dimisso Deo, te solum admirarentur, reuerentur, atque laudarent: tibique & eis omnino hoc inutile, nec dicam damnosum.

Nihil dignius in creaturis rationabilibus, mentibus præsertim piis, nil vilius corruptionibus corporum. Cum itaque vis esse admirationi hominibus, hac ipsa superbia cæcatus, vide ad quam miseranda deuenetis. Vide ergo iustitiam Dei. Tu enim proposuisti te Deum, id est, admirandum excellentissimæ parti creaturarũ, & ille subiecit te infimæ. Tu enim voluisti & fecisti quantum in te fuit, te ab omnibus hominibus sentiri, videri, laudari, admirationi & venerationi haberi, amari, timeri, honorari: quæ omnia ab excellentissima omnium creaturarum parte, id est, solis rationabilibus mentibus, soli Deo debentur. Iustè ergo factum est, vt qui Deum dignissimis creaturæ partibus te proponebas quod in ea vilissimum est, vt Deum acciperes, & qui ab excellentissimis, quicquid soli Deo debebatur, extorquere peruersa vsurpatione voluisti, quicquid ipse debebas, soli Deo vilissimis, id est, corruptis corporum cadaueribus impenderes. Nam omnia quæ superius posuisti, soli Deo debita amorem scilicet, & cætera, istis exhibes toto corde. Dum ergo vsurpas quicquid est Dei, laudari scilicet, & cætera: amisisti quid est hominis, laudare Deum, ad quod creatus es & cætera. Et quia supra summum locum non est, nec infra infimum, dum supra summum tendis, infra infimum trusus es. Qui enim aliquo fruatur, ei necesse est per amorem sobdatur. Tu autem frueris infimis: ergo infra infima trusus es, vbi locus nullus est.

A *Amicitia mundi huius*, vt beatus Iacobus dicit, *inimica est Deo. Qui enim voluerit esse amicus sæculi huius, inimicus Dei constituitur.* Qui autem diligit vel vnam muscam in hoc mundo, totum diligat necesse est. Totus enim ei quam diligit rei necessarius est. Porro quam diu amor huius mundi, tam diu inimicitiæ inter Deum & homines sunt. Cum ergo ab eis te vis diligi, vt inimici Deo fiant vis. Prædicas autem, vt quicquid est creatum, contemnat: quatenus Deo reconcilientur. Nunquid ergo te solum excepturus es, dicturus que hominibus, omnia contemnite propter Deum præter me, vt scilicet nil sit aliud quod

B impediat reconciliari homines Deo, nisi tu, atque ita propter te solum inimicitiæ inter Deum & homines perseuerent, sicque nemo saluus, dum diligendo te, totum mundum diligere coguntur tanquam sibi necessarium? Aliud est autem diligere homines in mundo vel propter, mundum, aliud in Deo vel propter Deum, aliud cupidè vel misericorditer.

De anima quæ per fruitionem & amorem temporalium à Deo recedit, & à dæmonibus constupratur.

CAPITVLVM IX.

C Dicant temporalia bona: Si Deus sanauerit nos à morbo corruptionis quid aget? In ipso vso considera in quo melior ex nobis fias, vel quid inde speres in posterum. Expertus es nos. Quid ergo? Vis in nos mutari an nos in te? Quid tibi & nobis? Quid dolet de transitu nostro? Malumus interire secundum Domini voluntatem, quam manere secundum tuam cupiditatem. Nullas tibi pro hoc amore tuo referimus gratias sed potius vt stultum irridemus. Cui enim potissimum obedire debemus, Deo an tibi? Dic, si audes, nonne hoc est fere tuum totum officium, nos in putredines de orando conuertere?

Hæc tua vtilitas, tua potentia, vt per te nostra fanies transeat affluenter: non enim facere vales vt maneat hoc tuum studium. Hæc tua beatitudo, vt no-

D stris non careas sordibus, quibus votiuè succumbis, corrumpente & constuprante te per eas diabolo, non sine sua voluptate magna, & gaudio de tua deceptione & interitu.

Quacunque forma fueris, ea quasi masculus est tuæ menti. Cedit enim & succumbit ei: & non ipsa tibi sed tu ipsi conformaris & assimilaris. Eiusdémque formæ imago remanet impressa tanquam simulachrum in templo suo, cui non bouem, non hircum, sed animam rationalem & corpus, id est, te ipsum totum immolas eum ea fruens.

Vide quo modo quasi in taberna amorem tuum quasi venalem prostitueris, & ad mensuram munerum patitet ipsum hominibus impendis. Nihil in hac taberna accipit qui nihil dat, aut daturus speratur.

E Et tamen nec quod venderes habebas, nisi tibi nil dari gratis esset datum desuper. Recepisti ergo mercedem tuam.

Euacuatio & elongatio à Deo præparat ad concupiscendum.

Qui te in frui vult, eas à te gratias meruit, quas muscæ & pulices, tuum sugentes sanguinem.

Si hæc (quibus in mente tua impressis admiratione & amore, qui cultus soli Deo debetur, succumbis) in aliquo angulo domus, seu sculpta, seu picta, admiratione seu amore, seu corporis inclinatione veneraretis, & innotesceret populo, quid de te faceret.

Mulier quæ propter hoc con fornicatur, & deserit

A propnum virum, quia non iouenit adulterum diu mansurum, non vitai adultarium, sed quærit diuturnum. Tu autem ad mali eumulum diuaricasti crura mentis tuæ omni transeunti, vt vel momentanea adulteriis fruereris, quia diuturnis vel æternis non poteras.

Hæc est profsus prauitatis humanæ summa, meliora se desarere, id ast, Deum; & minoribus sa intendere, fruendoque eis inhærere, id est, temporalibus.

Scarabæus dum superuolat, cuncta intuens nil pulchrum aut sanum siue durabile eligit, sed sicubi stercora iacent fœtenna, eis protinus insidet, spretis tot polchris. Ita animus tuus cœlum terramque, & quæ in eis magna & preciosa sunt, intuitu peruolans, nulli adhæret, contemptisque omnibus, vilia multa ac sordida, quæ cogitanti ocaurrunt, libeos amplecti- B tur. Erubesca ex his.

De impudentia & frontositate animæ fornicantis, quæ petit à Deo in suo scelere consoneri.

CAPITVLVM X.

CVm rogas Deum vt non auferat tibi aliqoid cui inhæsisti copide, ita est ac si mulier à viro suo in ipso adulterio deprehensa, cum debeat petere veniam erimiois, roget potius ne interrumpat ei ipsius adulterij voluptatem.

Non satis tibi est à Deo fornicari, nisi ipsum ad hoc inclines, vt ea quibus corrumperis fruendo, augeat, conseruet, & coaptet, id est, formas corporom, C sapores & colores.

Quæ est adeo impudans moliar, vt dicat viro suo: Quære mihi illum aut illum cum quo dormiam, quia placuit mihi plus te, alioquin non quiescam? Tu tamen facis hoc viro tuo, id est, Domino, cùm præter ipsum aliquid diligens, id ipsum ab eo petis.

Cum dicis Deo, Da mihi hoc aut illud: hoc est dicere, Da mihi in quo te offendam, & à te fornicer. Cum enim aliquid aliud ab eo quàm ipsum petis, ipsa petitione tua reatum ei tuum & fornicationem ab eo, ostendis, & nescis.

Misericors vindicta si sponsus sponsam suam adulteram deprehendens, ea tantum subtrahit ei cum quibus fornicabatur. Quam vero impudica & inuerecunda est ipsa, si ad iniuriam hoc accipiat? Nulla alia D ferè tibi est causa dolendi, nisi talis, id est, de subtractis fornicationibus tuis. Ipsi ergo dolores tui arguũt fornicationes tuas, ita vt non sit opus aliis testibus.

Hæc solet à sponsi oculis quamlibet inuerecunda & impudica mulier abscondere: lachrymas quas pro damnis quæ contingunt adoltero, & quas pro iniuriis ab adultero, sibi irato, illatis fundit, ipsas quoque iniurias similiter & gaodia. Vida nunc si id saltem tu ad Deum facias, si non apertè coram eo pro damnis adulterij tui, id est, mundi huius, loges, & prosperis exultas. Frons ergo meretricis mulieris facta est tibi.

De ignorantia sui ipsius qua homo, per amorem terrenorum extra seipsum effusus, se considerare non potest.

E

CAPITVLVM XI.

PEnuria ioterioris spectaculi, id est, Dei (non quod non insit, sed quod a te interius lippo non videatur) facit vt à tuis interioribus foras libenter exeas, imo io te tanquam in tenebris nequeas commorari, & exterioribus corporum formis, seu opinionibus hominum vaces admirando. Ne imputes formo corporeis, quòd te aut detinent aut terrent, sine aliquando mouent, sed tuæ cæcitati, atque à summo bono vacuitati.

A Vida quantum ta ipsũ ignores. Nulla est
gio iam remota & ignota tibi, de qua facil
falsa narranti.

Aliquando malum displicat sine mercede
lut si duo velint in domo vna propriam su
ercere voluntatem, vterque malum vult H
terutrum sibi displiceant voluntates, non o
biæ fit, sed amore. Odit anim illius super
qui amat suam, qoæ impeditur ab illo, Hic l
valde occultus.

Ita te habes in hoc mundo, quasi ad sp
& mirandum formas corporom hue aduen

Si spectaculis interioribus non careres,
ad exteriores exires, siue vacares.

Sicut in fabula puella defecit intuendo s
B es tu ad necessario pertituras corporum
opinioues humanas.

Hoc spectaculum nullios oculis in hac
Dei maximè, & tuis pro captu tuo patet: q
licet corporibus: & eorum formis, vel op
humanis & fauoribus superferatur animu
subiaceat.

Vida quomodo auersus à Dao intrast
mundum, inhiante ore ad omnia præter ip

*De vera vtilitate hominis, & qualiter omn
nium est vna & eadem vtilitas.*

CAPITVLVM XII.

C BEatus qui aligit vt securè laboret. Hæc
secura electio, & labor vtilis, id est, om
prodesse, ita vt talis velis esse eis, qui tuo n
auxilio. Tanto enim minus agunt quoc
quanto propriis vtilitatibus videntur inten
est autem propria vniuscuiusque vtilitas,
vella prodesse. Hoc autem quis intelligat?
propriam quærit agere vtilitatem, oon solu
suam vtilitatem inuenit, sed etiam magnu
suæ detrimentum incurrit. Dom enim prop
rit, quæ nulla esse potest, à communi repell
à Deo. Sicut enim omnium hominum vna e
ita & vtilitas.

Felix est omnis qui nihil vult, quod sibi p
test ergo homo vella quod sibi aut non pro
D sit? Vtinam vel semel io vita tua tota velis q
dit sicut volendom est! O misera sors, non
le qood obest!

Si interroges homines quare siot miseri, v
velint qood sibi sit vtile, ao quia non habe
nolunt: respondebunt statim quia noo p
bere qood volunt. Hoc aotem est dicere: I
quidem sumus, & bene quid vole oobis si
& amamus, sed infirmamur. Qnod falsum
enim sæcularium omnium diligit aliquid q
facere potest meliorem? Nil optant hom
noo sit vilius ipsis. Et quomodo id quod
preciosius est ac dignius, ex deterioribus
bus & indignioribus potest meliorari? I
E suot qui agunt qnod volunt: quam pauci
quod sibi prosit adaptum; Et tamen quis
poterit hoc persuadere filiis Adæ? Quand
tur non amare vtilitatem suam eum parati s
nihil se sibi malè optare, & omnia quæ pa
iot laboribus propter suam vtilitatem s
Tanquam si dicas idololatræ quia non col
Statim enim insiliet, iurans se colere Deum,
ta io cultu eius expeodat annumerabit;
etiam quem colit Deum, digito demonstrab
men noo colit Deum: sed errore deceptus
habet. Ita homines sine dubio oon vtilita
diligunt aut volunt, sed qood errantes vtilit

putant. Eridao quicquid pro te tali ant agunt aut paciuntur, pro vtilitate se agere putant aot pati. Non autem vult ant diligit vtilitatem suam, nisi qui Deum diligit. Ipse quippe solus, tota & sola est vtilitas humanæ naturæ. Scriptum verò est: Quoniam *qui manet in charitate*, id est, qui Deum diligit, *in Deo manet, & Deus in eo.* Talis ast varo vtilitas humana, vt eam, nisi qui habet diligere nemo possit: & quæ à suo dilectore non possit omoino seruogi. Hoc argo ipsum quod dicunt homines diligere se quidem vtiltatem suam (quis est enim qui hoc non sit iuratc atiam paratus?) sed eam non habere, hoc ipsum, inquam tastimonium ast, eos aliud diligere, non ipsam suam vtilitatem. Nihil enim aliud homini faciendum est vt vtilitatam suam habeat, nisi diligere. Sed ipsi homines conantur assiduè facere eam quasi non sit, sicut B Pagani Deum. Nam si solus Deus vtilitas est hominum, quo carere non potest, nisi qui eum nequaquam diligit: non facienda vtique est, cum sit æterna, sed tantum diligenda. Hoc solum protsus est totius miseriæ nostiæ causa.: quod scilicet vtilitatem aut non cognoscamus & non amamus; aut non quantum velsi eut aognoscanda & amanda est, cognoscimus & amamus.

De prudenti cautela qua vtendum est ad suam vtilitatem quibuslibet prosperis vel aduersis.

CAPITVLVM XIII.

Ecce contristatus & conturbatus, queretis de illo C aut illo, quod contumeliosa & odio plena tibi dixerit varba. Doles argo aut talia tibi, ant tali menta asse locutum. Bane omnino si proptar eius vtiltatem doles.

Non enim hoc ei expedit. Si autem propiat te, prauà Nil enimtam sanctum ac bonum, tam sanctè ac bene tibi dicere potuisset, quod esset vtilius tibi, quam bæc erunt, si bene eis vtaris. Siue enim bona siue mala, banè vel malè dirat tibi quis vel facist: talia tibi arunt, qualiter eis vsus fueris. Sibi autem qui faait aut dixit, talia erunt, quali ea voluntate fecit aut dixit. Sicut enim mantitur iniquitas sibi tantummodo, non tibi, si noo consentias & si tedarguas: ita omnia mala facit sibi ac dicit, id est ad perniciem suam, si D pieac compatienter non consentiss, sed tedarguas Ei ergo qui malum tibi fecit aot dixit, condolere debes, non tibi: cui etiam aliena mala in bonum, si eis bene vtatis, cadant: & in tam bonum, quam bene eis vteris. Ergo & tantum in malum, quam malè vteris eis: sioa mala sint, siua bona, quæ facta vel dicta tibi sunt: *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, in tantum omnia, vt atiam aliena mala. Odientibus autem Deum, è contrario omnia cooperantur in malum ipsorum: & in tantum omoia, vt etiam bona. Totam igitur querelam tn te ipsum malè vtentem vetre Nam & si te vera mala sint, quæ facta aut dicta sunt tibi: tibi cerià mala esse nullo modo poterunt, nisi eis malè vtaru: sic oec bona bona, nisi bene eis vsus fueris.

Hoc semper intuendum, quid fiat in animo tuo; nac quid siue boni siue mali alij faciant, sed quid tu de ipsis eorum factis facias. quomodo scilicet vtaris bonis & malis eorum, quantumque ex eis proficias siue fauendo & adiuuando, siua compatiendo & emandando. Tunc enim de omnibus factis hominum bene operatis, cùm nullis eorum beneficiis illiceris ad fauorem, nullis va malefactis deterraris ab amore. Tunc enim gratis amas. Non enim est vllius meriti pacem habere, nisi cum iis qui aam nobiscum non habent.

Quicquid fiat tibi, dummodo animus tuus nec iræ, nec odij, nac tristitiæ, nec matus morum incurrat,

A neque horum causam, in futuro sæculo nil nocebit.

Oppona duas pilas radio solis, vnam de argilla, alteram de cera: quamuis sit vnus idemque radius, non tamen idam in vtraqoe operari potest, sed secundum præparationes earum diuarsa in eis agit, hanc indurans, illam liquans, naqua enim tarream liqoare, aut ceream durara potast. Ita & vna metalli species, aurum scilicet, conspectum à pluribus, diuersos in ais, secundum præparationem mantium eorum, axcitat motus. Alius enim accanditut ad rapicodum, alius ad furandum, alius autem ad pauperibus erogandum. Qui stultus ast, dicit beatum eius possessoram: qui sapiens, luget eius amatorem. Nec in bona mente malam, oec in meote mala bonam voluntatem eacitare B valet: sed omnino & hæc, & aliæ seu corporum seu rerum aliarum species sua causæ, mantes humanas, secundum præparationes aarundem, mouent. Et ideo tota causa malitiarum nostrarum nobis ipsis imputanda est, noo ipsis rebus to qoibus parcamus. Ergo nihil aliud nobis faciunt, nisi probara. Ostendunt enim quales in occulto eramus: non faciunt oostales. Quam enim fitmo & immobili amore sponsa sponso adhæreat, aliorum virorum probat intuitus. si anim bene casta ast, nullius alterius pulchritudina promouetur. Ita quoque tu, si firmissimo affectu adhæreres Deo, nullius creaturæ illiceteris adspectu. Omnia namqoa hæc, tuam arga Deum, quanta sit, probant castitatem.

C *De aduersitatibus huius saculi. qualiter toleranda sunt, quia per eas cogimur vtiliter ad Deum redire.*

CAPITVLVM XIV.

Vide quomodo te purgat Deus, quocunque extra eum extenderis per concupiscentiam in creaturis, tanquam nutrix pueri brachium axtentum extra cunas ne pateat frigora.

Propitius tibi sit Deus, ne inueniat vbi requiescat pas mentis tuæ: vt saltem coacta, ô anima, redeas ad arcam, sicut columba Noë,

Egestas ipsa, vel asperitas, temporalis tortoris vice D cogit nos bona, atque his diuersa desidarare. Sed quia nos tantum temporalibus assueti sumos, nihilque aliud nouimus, non multum diuersa ab his quæ patimur desideramus: & valitas eorum, id est asperitates, temperamento, quasi quadam reconciliatione, ad momentom intertumpere, vel non multum diuersa ab his subire optamus.

O bomo qui doloram pateris, vis eum lanire? Volo. Temporaliter an æternaliter? Ætarnalitar. Æternum argo linimantum id est, Deum desidera. Nam idaota perenssit, vt cum desidetes, non herbas, non ligaturas.

Vna febris aufert omnia contra quæ pugnas id est, oblectamenta quinque sensuum Quid restat ergo, nisi vt Deo gratias pro collata victoria referas? At tu E contra quæris cui succumbas, odiens libertatem.

Quæ spes, si laqueis inimici gratis incumbis & iaaulis, si hæc non solum non caues, sed insuper libanter amplecteris, teque illis detegis? ab illis ad illa confugis Ea putas remadium, aa solatium, ea desideras, & abesse non pateris.

Prosperitas laqueus est, cultar incidans hunc laqueum aduersitas: carcer amoris Dei, prosperitas, confriogens hunc artes aduarsitas.

Dicit tibi aduersitas: Nt eru vt recadam Quod carè nullo modo prohibere, si bene velis, poteris. Non enim possum Domino modulante manere, quippe syllaba.

Si erga homines pessimos velut agnus esse debes

A Aut enim falluntur à diabolo per temporalia, aut superantur.

Horresce inscrutabilia iudicia Dei super te. Quicquid enim es super alios, nescis quare ipsi non fuerint super te. Talis ergo esto ad illos, quales vides illos esse debuisse ad te, si essent super te.

Non secundùm profectum subiectorum, sed secundùm desiderium tuum & conatum erit merces tua: siue illi proficiant, siue non.

Cùm bene probaueris illum esse sceleratum, erit tibi necesse vt lugeas peccatum eius: quia & Dominus luxit tuum. Cur enim rimaris languidi morbum, si cognito morbo non solùm non condoles, nec mederis, sed etiam insultas.

Dum vides vel audis aliena mala, respice animum tuum; vt probes quantum ei veræ dilectionis erga homines insit.

B Non gaudendum tibi est, si cæteris te meliorem esse contingat: sed dolendum potiùs, eos de bonitate minus habere, computandumque id tibi deesse.

Indue eum priùs quem iudicare vis aut corripere: vt sicut tibi expedire senseris, si ita sis, sic ei facito. *In qua* enim *mensura mensus fueris, in eadem remetietur tibi: & in quo iudicio iudicaueris, in eodem iudicaberis.* nam & Christus priùs induit hominem, quàm iudicaret.

Non tibi conandum est vt Domini tui quorum seruitio ab eorum Patre, id est, Domino Deo tuo deputatus es, quod tu vis, sed quod eis prosit agant.

C Te enim ad eorum vtilitatem, non eos ad tuam voluntatem inclinare debes: quia non vt prosis eis, tibi commissi sunt, sicut & æger medico, non vt ei dominetur, sed potius medeatur, committitur. Nec contra ægrum, sed pro ægro, id est, contra ægritudinem eius est medicus; totamque & sufficientem vindictam pro omnibus quæ ab eo patitur, salutem eius habet: neque enim aliquid ei imputat, sed ipsi morbo, & ideo plena est ei vltio, morbi ipsius extinctio.

Duobus medicis commissi fuerunt quatuor homines: sanus vnus cum ægro vno, vni, & sanus alius cum ægro alio, alij: promissaque est merces pro cura siue conseruandæ siue recuperandæ sanitatis. Itaque alter eorum fecit, susceptis quicquid pro conseruanda vel restituenda salute fieri debuit, & tamen mortui sunt. Alter nihil eorum quæ fieri debuerant

D fecit, & tamen qui sanus erat ita mansit, & æger conualuit. Quis horum mercede dignus est, cuius suscepti ambo mortui sunt, an cuius viuunt & valent? Ille sine dubio, qui quod debuit fieri, pia voluntate fecit, laude & mercede non minus dignus est, quàm si illi viuerent & valerent. Ille verò qui noluit facere quod debuit, pœna non minùs dignus est quàm si illi mortui essent.

Duo ergo perficiunt medicum: voluntas bona, & perfecta scientia. Nam vt omnes quibus curam impendit sanet, hoc non est eius. Non enim scire quisquam potest qui desperabiliter, vel qui cum spe salu-

E tis ægrotet. Et ideo omnibus adhibenda est cura, & cum omni benignitate, tota in singulis ars exsequenda. Sic enim apud Patrem omnium non minùs gratiæ & præmij pro defunctis quàm pro sanis merebimur.

Parate ad cohabitandum malis mente incorrupta, quod est Angelicum. Quæ autem gloria est, hoc facere cum sanctis?

Angelorum virtus est, viuere cum vitiosis, nec eorum corrumpi vitiis. Summorum medicorum est, degere cum ægris, & insanis: & non solum minimè corrumpi, sed salutem eis restituere.

De virtute & effectu amoris Dei, & proximi, & quemadmodum charitas optanda est & impendenda.

CAP. XVII.

Qvi fruitur aliqua forma corporis, quod sibi bene videtur ex ea, non sibi sed eidem formæ imputat: & propter hoc eam mente laudat & amat. Sed nec se bonum, sed illam ducit: se autem bonum ex ea. Nec in seipso remanet, sed in illam tendit & transit: tanto vtique nisu mentis, & motu voluntatis, quanto magis eam fruendo miratur & diligit. Et ideo si quis eandem formam aut læserit aut abstulerit, non ei, sed sibi iniuriam factam putat. Et quia paradisus & beatitudo ei erat eidem inhærere: infernus ac miseria ei est, ab ea separari. Ita esto tu ad Deum.

Si imago stercoris ex auro fiat, melior est vtique substantialiter quàm imaginaliter. Substantialiter namque aurum, imaginaliter verò stercus erit. Si autem Angeli imago auro imprimatur, imaginaliter erit melior quàm substantialiter. Imaginaliter enim substantia viua spiritualis ac rationalis, substantialiter autem corpus insensatum, & sine vita. Itaque cùm mens tua corporibus mortuis ac perituris eum amore afficitur, melior est vtique substantialiter quàm imaginaliter. Substantialiter enim vita est rationalis ad Dei imaginem facta: imaginaliter verò talis est, qualia sunt ea quibus intendit ac fruitur. Cùm ergo à seipsa effusa per corporis sensus, in ea intendit: à meliore perfecto, id est, à substantia viua ac rationali, quod est ipsa, in deteriora tendit: quantóque id vehementius agit, tanto deterior efficitur. Cùm autem super seipsam effusa veritate, id est, Deo afficitur, melior sanè & pretiosior est formaliter quàm substantialiter. Substantialiter enim anima, formaliter autem (si dici fas est) Deus est. *Ego* enim *dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.* Cùm itaque à seipsa in ipsum tendit, à deteriore in id quo nihil melius esse potest, tendit: quantóque id efficaciùs agit, tanto melior efficitur.

Cum volitus bonum quod indiget aliquo bono; non miseria excluditur, sed indigentia cumulatur & augetur. Ergo velis bonum quod non indiget alio bono. Omnia autem bonitate bona sunt. Igitur omnia egent bonitate vt bona sint. Bonitas autem nullius eget: per se enim est bona. Hanc itaque ama, & beatus eris.

Vide quale est bonum cuius vltima vestigiorum vestigia, id est, temporalia, tot & tantis laborum et totumque discriminibus à tot rationabilibus & irrationabilibus appetuntur.

Nil gaudendum est tibi in te omnino, vel in alio, nisi in Deo.

Omnia vitia & peccata quia propter creaturam fiunt, id est, vltimum bonum, bonitati creatoris aduersantur, id est, summo bono.

Si tantum appetitur ventus generis nostri, id est, opinio vel laus, quantum appetenda est salus generis nostri, id est, creator! Si tam dulce est dici bonum, vt etiam qui hoc esse nolunt, mali, hinc gaudeant; quanto est dulcius esse! Et si tam amarum & fœdum est dici malum, vt etiam qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis, hoc nequeant tolerare, quanto est deterius esse!

Appetit aliquid creatum homo, vel inhæret ei sensu corporis, & sui obliuiscitur: quando tu ita ad creatorem?

Beatitudinem tibi præcipit Dominus, id est, perfectum amorem sui: vnde venit non formidare nec turbari, id est, pax & securitas.

Declinare à malo, sola veritas nouit, & solus eius amor potest: ergo non localiter declinatur à malo. A

Amato quod amando cætere nequeas: id est, Deum.

Si adhæsere Deo, totum & solum bonum est tibi: ita separari ab eo, totum, & solum malum est tibi, & nihil aliud. Hoc tibi gehenna, hoc tibi infernus.

Ablactare amodo ab istis corporũ formis, pudeat te non posse esse sine istis. Et quia ista, velis, nolis, quandoque es amissurus; fac modò volens cum magna mercede aut gratia, quod etiam non sine magno supplicio quandoque facturus es. Nunquid enim, etsi nullus auferat, non es hanc vitam, & omnia quæ ad illam pertinent, contempturus? Ecce habero omnia: nunquid non es his omnibus quandoque cariturus? Fac ergo modò, quod facturus es quando omnia amiseris: id est, disce esse sine istis, disce viuere & gaudere de Domino. B

De dilectione proximi gratuita.

QVi omnes diligit, saluabitur sine dubio: qui verò ab hominibus diligitur, non ideo saluus eris. Sicut odium tui omnibus est impedimentum ad vitam: ita omnium tibi. Expedit ergo tibi, omnes diligere: illis quoque prodest, diligere te.

Optanda est dilectio gratis, id propter suam dulcedinem propriam, tanquam nectar suauissimum; etiam si omnes inficiant, non vendenda vlla mercede. Nobis enim vtilis est, nosque beat, quicquid alij faciant. C

Si amas quia amaris, vel vt ameris; non tam amas, quàm redamas, amorem pro amore rependens: cambitor es, recepisti mercedem tuam.

Ad eum qui iniuriam tibi fecit affabilem magis & priuatum te exhibe: ad eum cui tu fecisti, supplicem & erubescentem.

Sicut quicquid boni ab hominibus fit tibi, Dei munera æstimas, & ei totam gratiam referendam credis: ita quicquid tu boni hominibus exhibes, eius beneficia, non tua deputa.

Cùm amas aliquem vt amicum, optas autem ei diuitias tanquam bonum: excellentius eas amas quàm ipsum. Eum enim vt egentem, has autem vt sufficientiam amas, paratior nimirum isto carere quàm illis. D

Qui in iniquitate sua occidit iniquum, eo quòd odio habet iniquitatem, & vult eam delere, fallitur. Mortuo enim iniquo in sua iniquitate, æterna est iniquitas. Qui ergo odit iniquitatem, det operam vt corrigatur iniquus, & sic peribit iniquitas eius.

Deus charitas est. Qui ergo charitatem exhibet alicui, nisi propter ipsam, Deum vendit, beatitudinem suam vendit: non enim bene illi est, nisi amando.

Si charitas, & eius signa, id est, alacritas, &c. ita tibi placent in alio, cur non in animo tuo multo dulcior est?

Qui dat alicui aliquid, vel quia dedit, vel quia daturus est aliquid, non habet à Deo gratiam: sic tu de pace & dilectione. E

Si amas tantùm, si ipso amore cogeris, obiurga, verbera: si aliter facis, teipsum condemnas. Omnia eo animo quo tibi à Deo vis fieri, facito aliis.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Tu autem nec Deũ, nec proximum, nisi propter temporalia beneficia diligis. Per temporalia ergo diffunditur in te, non per Spiritum sanctum, non est charitas quæ ita diffunditur, sed cupiditas.

Ecce nullum aliud est officium tuum, quàm erat antequam prior fieres. Voris enim ac precibus, & affectibus agebas, quod nunc factis agere incepisti, id est, prodesse hominibus. Non autem debent opera affectus ipsos minuere, sed incitatione augere.

In quacunque re castitatem erga Deum, in eadem poteris etiam erga proximum tuum iustitiam custodire. quod fit non concupiscendo.

Difficile credunt homines ex charitate fieri, quod sibi molestum est.

De perfecta Angelorum iustitia: & quæ sit differentia inter iustitiam illorum & nostram.

CAP. XVIII.

CVm qualibet re perfectè quis fruitur sui oblitus: se quasi derelicto & contempto tendit in illam; nec attendit, quid in se, sed quid in illa agatur; nec qualis ipse, sed qualis ipsa sit, Ergo Angeli magis se contemnunt, quàm nos. In Deum quippe toto nisu tendentes, seipsos cum cæteris creaturis post se tota intentione derelinquunt: nec saltem sespicere sese dignantur, ita se viles ducunt. Tota se vtique mente contemnentes, suique obliti, totum illum vadunt: nec quid aut quales ipsi, sed ipse sit, attendunt. Et quanto se amplius contemnunt, seque à seipsis auertunt, suique obliuiscuntur: tanto similiores ei, & ideo meliores fiunt.

Angelos ducit Christus in amplexum sponsi sui: nos auellit ab adultero, id est, à mundo. Illos fortes & constantes efficit ad fruendum sponso: nos ad carendum adultero, id est, mundo. Illos tenet in specie seu re: nos in fide & spe. Illis perfectum dat gaudium in vera beatitudine: nobis tolerantiam tribulatione. Illis beatam vitam, nobis autem vt multum, pretiosam mortem. Illis viuere sibi, id est, Deo: nobis mori mundo. Illis gaudere de suis bonis: nobis dolere de nostris malis. Illis læta corda: nobis contrita. Illis iustitiam; nobis pœnitentiam. Illis fitiem: nobis initium boni. Confidenter tuto, Angelos nullũ à Deo percepisse munus maius aut dignius, preciosius siue vtilius, & ideo optabilius, nec pulchrius, charitate. Quis hoc intelligat aut credat? Deus enim charitas est. Et ideo qui maius aliquid aut melius charitate habet, aliquid maius aut melius Deo habet.

De vera & interiori animæ pulchritudine, & in quo consistat omnis hominis vera perfectio.

CAP. XIX.

NVllam rem cernis, quæ non in suo genere naturalem quandam pulchritudinem habeat atque perfectionem. Quę cùm deest aliquo immutata modo, iure tibi displicet. Vt, verbi gratia, si hominem naso truncatum contingit videre, statim improbas. Scitis enim quid ei desit ad perfectionem naturalem humanæ naturæ. Ita est in omnibus rebus vsque ad folium vrticæ vel cuiuslibet herbæ. Quis verò neget, humanam mentem naturalem quandam ac propriam habere pulchritudinem atque perfectionem? Quæ vtique in quantum adest ei, meritò approbatur: in quantum deest, iustè vituperatur. Huius itaq; pulchritudinis atque perfectionis quantum tuæ menti desit, adiuuante Deo considera, atque hoc improbare non cesses. Quæ est ergo naturalis animæ pulchritudo? Deuotam esse erga Deum.

Et quantum? *Ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus viribus.* Adhuc pertinet ad eãdem pulchritudinem, benignam esse erga proximum. Quantum? Vsque ad mortem. Quod si hoc nõ fuerit, cuius erit damnum? Dei quidem nullum: proximi fortasse aliquod; tuum autem sine dubio summum: naturali enim polchritudine ac perfectione priuati, nulli rei nõ potest esse damnosum. Nam si rosa desistat rubere, vel lilium benè olere, damnum mihi quidem nonnullum

nullum esse videbitur voluptates huiuscemodi diligenti, sed eis, id est, rosæ vel lilio, multo maius multoque infestius naturali ac propria pulchritudine viduatis.

Rationalis creaturæ vera perfectio est, vnamquamque rem tanti habere, quanti habenda est. Nam pluris vel minoris eam habere, errare est. Porrò omnis res naturaliter aut supra ipsam, aut iuxta ipsam, aut infra est. Supra, Deus; iuxta, proximus; infra, cætera. Deum itaque tanti debet habere, quanti habendus est. Tanti verò habendus est, quantus est. Tanti autem quantus est, habere eum nemo poterit, nisi quantus est nouerit. Sed quantus sit, non nisi à seipso nosci poterit perfectè. Quantum enim nostram eius essentia, tantum nostram eius de seipso vincit notitia. Vnde sicut essentiæ eius nostra collata, nihil est: ita notitiæ eius de se, si nostra comparetur, cæcitas & ignorantia est. Sola igitur eius de se perfecta, ac sibi æqualis notitia est. Vnde Dominus: *Nemo nouit Patrem nisi Filius*. Sicut ergo sola eius de se sibi perfecta cognitio: ita solus eius de se æqualis & par est ex toto dilectio. Solus quippe se, quia perfectè quantus est nouit, perfectè quantus est diligit.

Redi nunc ad illam definitionem quam in principio posui. Subtilius enim inspecta, non rationali creaturæ, sed tantum Deo conuenire conuincitur. Nam vt cætera taceantur, seipsum, sicut ostēsum est, non nisi ipsemet tantum ex toto quantus est & nouit, & diligit. Quæ ergo creaturę rationalis perfectio est? Ea scilicet, vt omnia & superiora, id est, Deū; & æqualia, id est, proximum, & inferiora, id est, spiritus brutos, &c. tanti habeat, quanti à se, id est, à creatura rationali habenda sunt. Quanti autem habenda sint, sic collige. Deo nihil præfertus, nihil æquatur, nihil pro media, nihil pro tertia, vel pro quantacunque vsque in infinitum parte comparatus. Nihil ergo pluris, nihil tanti, nihil pro media, vel pro quantacunque in infinitum parte habeat. Nihil plus, nihil tantum, nihil pro aliqua parte ad comparationem illius diligat. Hinc ipse Dominus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis*, hoc est, nihil aliud ad fruendum, & ad innitendum diligas. Habes de superioribus. Æquales autem naturaliter, id est, quantum ad naturam attinet, sunt omnes homines. Omnes itaque tanti habere debet, quanti se. Ergo sicut de superioribus, id est, de Deo in dilectione nec præferre, nec æquare, nec vlla debet ex parte comparare: ita nec saluti cuiuslibet hominis, & quicquid pro sempiterna sua salute facere vel pati debet, idipsum totum facere vel pati debet pro sempiterna salute cuiuslibet hominis. Hinc enim ait Dominus: *Diliges proximum sicut teipsum*. Habes de mediis. Inferiora vero sunt quæcunque post spiritum rationalem sunt, id est, sensualis vita, communis cum pecoribus, & quæ vegetat corpus, communis cum herbis & arboribus, & substantia corporis cum formis & qualitatibus, cum metallis communis & lapidibus. Sicut itaque nihil plus quam superiora, nihil tantum in comparatione eorum debet diligere: ita nihil minoris quàm inferiora, nihil tam paruí, nihil in comparatione eorum, pro quantacunque vsque in infinitum parte, vile debet habere. Et hoc est quod scriptum est: *Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt*. Habes de inferioribus. Habebit itaque talis superiora ad gaudium, æqualia ad consortium, inferiora ad seruitium. Deuotus erit ad Deū, benignus ad proximum, sobrius ad mundum. Dei seruus, hominis socius, mundi dominus. Sub Deo constitutus, erga proximum non elatus, mundo non subditus. Redigens inferiora ad vtilitatem mediorū; media ad honorem superiorū. Nec impius, nec blasphemus, nec sacrilegus ad superiora. Nec elatus, nec inuidus, nec iracundus, ad æqualia. Nec furiosus, nec flagitiosus, ad inferiora. Nihil ab inferioribus, nihil ab æqualibus, sed totum à superioribus suscipiens. A superioribus impressus, inferiora imprimens: à superioribus motus, inferiora mouens: à superioribus affectu, inferiora afficiens: superiora sequens, inferiora trahens: ab illis possessus, ista possidens: ab illis in eorum similitudinem redactus, ista in suī similitudinem redigens. Ad hāc perfectionem in hac vita tendimus, quam tamen non nisi in futura perfectè obtinebimus. Hanc tanto tunc plenius obtinebimus, quanto nunc feruentius affectamus. Nullus tunc erit motus in mente, nisi à Deo: nullus in corpore, nisi ab anima: atque ita nec in anima, nec in corpore nullus nisi à Deo. Nec erit peccatum, id est, peruersitas voluntatis, nec pœna peccati, corruptio videlicet & dolosea & interitus carnis. Nuda mens, nudæ adhærebit veritati, nullis verbis, nullis sacramentis, nullis similitudinibus, vt ad eam perueniat, indigens, aut exemplis. Ibi enim non docebit vir fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim à minore vsque ad maximum scient me, dicit Dominus: nam omnes erunt docibiles Dei.

De incarnatione Verbi: & quemadmodum in seipso nobis perfectionem prædictam plenissimè demonstrauit.

CAPIT. XX.

HAs virtutes seu iustitię lineas etiam nunc in hac mortali vita, si valde munda esset anima, per semetipsam in ipsa veritate atque sapientia Dei videret. Videret etiam non solùm se, id est, animam humanam immortalem atque æternam fore, sed etiam carnem suam talem in resurrectione futuram. Nam & eandem resurrectionem ibidem, id est, in Dei Verbo & Sapientia, clarè conspiceret: sed quia hæc non poterat propter immunditiam suam, addita est Verbo mens humana, quæ ipsum Dei Verbum plenissimè suscipiens, eique omnino conformis atque consimilis, eoque solo tota & ex toto impressa. Sicut scriptum est: *Pone me sicut signaculum super cor tuum*. In eius itaque similitudinem tota redacta, sicut ad sigilli similitudinem cera redigitur, ipsum nobis in seipsa videndum sciendumque exhiberet. Sed nos ita cæci eramus, vt nō solum Dei Verbum, sed nec humanam animam videre possemus. idcirco additum est etiam corpus humanum. Pone enim hæc tria, Dei Verbū, humanam mentem, corpus humanum. Si primum benè videre possemus, non indigeremus secundo. Quòd si saltem secundum videremus, non indigeremus tertio. Sed quia nec primum, nec secundum, id est, nec Dei Verbum, nec humanam mentem videre poteramus, additum est tertium, id est, corpus humanum. Atque ita Verbum caro factum est, & habitauit nobiscum in exterioribus nostris: vt vel sic nos introduceret aliquando ad interiora suà. Anima itaque rationalis, habens carnem, addita est Verbo, quę per ipsam carnem quicquid nobis docendis & corrigendis necessarium erat, doceret, faceret, pateretur. In illa sola perfectissimè fuerunt, quæ supra tractauimus, id est, deuotio ad Deum, benignitas ad proximum, sobrietas ad mundum. Nihil enim Deo prætulit, nihil æquauit, nihil pro parte aliqua comparauit, nihil pro quantacunque parte ad comparationē illius. Vnde ait: *Voluntatem eius*, id est, Patris, *facio semper*. Proximum verò perfectissimè dilexit sicut seipsum. Nulli enim ex iis quæ infra se, id est, infra rationalem mentem erant, pepercit, sed omnia ad vtilitatem proximi cōuertit, & vitam, sed sensualem, & eam quæ carnem vegetat, & ipsam carnem. Nam & dolores pro nobis sustinuit acriores, & mortem,

contra vitam vegetabilem, & vulnera contra ipsam carnem. Ad mundum autem tantam sobrietatem, tantumque habuit contemptum, vt non habuerit filius hominis, vbi saltem caput reclinaret suum. Nil ab inferioribus, nihil à mediis, sed totum à superioribus, id est, Dei Verbo, cui ad vnitatem personæ coniuncta est, suscepit. Non sacramentis, non verbis, non exemplis, sed Dei tantummodo Verbi præsentia est docta vt intelligeret, & accensa vt amaret. Per eam nobis ipsum Dei Verbum & Sapientia tripliciter, id est, sacramentis, verbis, & exemplis, quid agendum, quid tolerandum, & per quid esset, ostendit. Non enim sequi homo debebat nisi Deum; nec poterat, nisi hominem. Assumptus est igitur homo, vt dum sequitur quem potest, sequatur & quem debet. Item non proderat conformari nisi Deo, ad cuius imaginem factus est; nec poterat nisi homini. Itaque Deus factus est homo; vt dum conformatur homini cui potest, conformetur & Deo, cui prodest.

MICHAELIS GLYCÆ

DISPVTATIONES DVÆ, interprete Iacob. Pontano Soc. Iesu, ex Bibliotheca Andreæ Schotti eiusdem Societatis.

DISPVTATIO PRIMA.

Vtrum in peccatum lapsis condescendendum, an, prout ratio postulat, increpandi sint?

AD IOANNEM SINAITEN, *monachum & stylitam maxime venerandum.*

HOc etiam à veteribus consignatum est litteris, ô sacrum diuinumque caput, auem noctuam, deformissimum animal, aquilæ eximium quippiam, & admirabile videri: quam vt naturæ suspiciendam honorabunda prosequatur & obstupescat: cum tamen aliud nihil sit, nisi turpis, & vulgo despicabilis noctua. Nolim mihi occurras, narrationem hanc falsam atque ad voluptatem audientium iam olim excogitatam esse fabulam: ex nobis enim ipsis, si alia argumenta desint, firmitatem probabilitatemque sumit. Nam ecce altiuolans tu, & sublimis, qui instar aquilæ aërem tranas: qui pennis sub intelligentiam cadentibus ad æthera subuolas: qui ad occursum corporis de cœlo quondam venturi paratus & expeditus es, me plurimi facis, & magnopere admiraris; nec secus atque amabile aliquid vbique circumfers, multorumque aures nouis quibusdã de me commemorationibus, ceu magico carmine detines atque demulces. Ac tua quidem de me talis est opinio. Ego vero plane nihil, præterquam noctua sum, intus deformis vndiquaque, & ad ipsum hoc diei lumen cæcutiens. Quamobrem & nunc ad opera lucis inuitatus tergiuersor, & negotium supra ingenium, supraque vires meas refugio. Quare noli amore nostri victus excellentes arbitrari, qui nihil sumus: nec velis ad diuinos sensus pertractandos compellere, quorum & vita impura, & lingua similiter ad res istiusmodi explicandas imperita inuenitur. Haud enim eo insaniæ progrediemur, vt & qui simus, & quo malorum peccando deuenerimus, funditus nesciamus. Equidem metuo, ne aduersum nos propheticum illud proferatur. *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Itaque præstaret nos laudationes scribere, quã adeo libere, & absolute nihil recusare, & inconsulto viribus superiora suscipere. Verum enimuero, ne iussa tua aspernantes, inobedientiæ culpam committeramur, en confisi sanctitate tua, audemus aggredi, ad quę pertingere nequimus, & vt possumus, quæsita tua dissoluimus. Proinde hinc aures mihi da.

In peccatis se volutantibus, vir sanctissime, vt in stupris, vt in adulteriis, prorsus condescendere non esse fas: sed tales potius iis reprehensionibus confectandos, quibus animę vulnera sanari consueuerunt, sacra scriptura satis superque demonstrauit: & nihilominus idem corporum medici euidenti documento ostendunt. Vides enim illos secare aliquando, cũ necessitas sectionem flagitat. Præterea vstiones, & amara medicamenta adhibent; valetudinem sæpe desperant, & ægrotis mortem augurantur. Cur tandem? vt eos in tuenda sanitate in posterum cautiores efficiant, & ita nihil eis ignorantibus inopinum officiat. Quod si eos in victu nullum seruare ordinẽ, & promiscue quiduis edere, aut bibere viderint, quid opus est verbis? Ab iis visendis abstinent, vt qui ad suna ipsorum numeros viuat, & auxilia medica vsurpare negligant. Ideo autem se ab illis remouent, ne qua labe ignominiæ inurantur, quasi artem male didicerint, & inde nomen eorum in contemptu ponatur. Quocirca si quis etiam ad eos accesserit, difficili morbo impeditus, & eos quanquam tempore parum opportuno medicamentum sibi componere vrgeat, non solum precibus eius beneuole non annuunt: verum etiam vt amentem repellunt. Et si enim nonnunquam indulgent ægrotanti, eumque consolatione deliniunt, non tamen eo vsque id faciunt, vt propter intempestiuam eius petitionem homicidę audire velint. Salutarem porro medicinam pestiferam posse reddi, si alieno tempore fiat, sapiens ille docuit his verbis. *ἀκαιρία ἐν μὲν ὑγιείᾳ νόσον ἤνεγκεν· ἐν δὲ νόσῳ θάνατον, intempestiuitas in sanitate morbum, in morbo mortem attulit.* Iam si talis ac tanta diligentia à corporũ medicis præstatur (neque enim vnquam indulgent ægrotis, vbi manifestum periculum cernunt) multo magis morborum ad animam pertinentium medici & curam præcipuam suscipient, & secundum leges spiritus male habentium diætam moderabuntur. Si igitur corporeis affectibus medentes, & sentiunt & faciunt omnia ex medicinæ præceptis, idque vt corpus, quod multis partibus anima est inferius, ad sanitatem suo labore perducant.

Curator autem, & Saluator noster Iesus Christus præclarius ostendit, num voluntatibus humanis condescendere oporteat, necne. Dixit enim, *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Tum vero *multi discipulorum eius abibant retro, nec amplius ambulabant cum eo, dicentes, durus est hic sermo, & quis potest illum audire?* Atque illi quidem hoc modo. Quid ad hæc Saluator noster? neque mollius quippiam locutus est; & se deserentes nihil curauit penitus: sed eos abire siuit, vt diuinus Ioannes ait. Hoc autem fecit vtique, non quod eos salutem adipisci nollet: verum quod cum tali medicina indigerent, nec intelligerent, nec magistro obedire didicissent, retro abire pro ipsorum arbitrio permissi sunt. Indigere autem nos ista medicina constat omnimodis. Postquã enim malorum multorum machinator draco ille à principio exitium nobis in os immisit, vicissim curatio per os excogitata & inuenta est. Hoc enim sensu etiam Iudæis Dominus dixit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quid ita? quoniam serpentis, quem mente percipimus, veneno ante tempus mortui estis.

Quod

Marginal notes: Matth. 24. — Psal. 49. — Ioan. 6.

A Quod cum ita sit, de cætero præpurgatione opus est. Nouit enim probe sanctitas tua, etiam volentes antidotum recipere, eo non similiter & fortuito vti; priusquam videlicet malignis humoribus, à vitiosa victus ratione collectis sese purgauerint: sed attenuātūr & purgantur ante, & sic demum pharmacum accipiunt. Quod sine dubio idcirco faciunt, ne pro pharmaco vitali, noxium accipiatur. Quare sacrum gustare calicem nihil prodest, nisi prius bene purgatus sis. Hæc porro dicimus, non vt nos in desperationem abijciamus; verum vt modos potius ac rationes discamus, per quas vita & mors inuehi solet. Quod si affirmaremus, etiam eiectis humoribus vitiosis, & inde nobis aptitudine conciliata, nondum permitti nos sacro poculo frui, tum sequeretur vt desperandū esset. Quod si nihil est eiusmodi, & qui accedit, tantummodo discit quomodo accedendum sit, ne inde
B mortem pro vita lucretur (nam iuxta beatum Paulū, *ideo inter nos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*) qualis est ista in hac re desperatio? immo potius salutis concipienda spes, quam veritatis cognitio parit. Quam ob caussam vigilandum est. Quantū enim habet boni eius quo facto opus est agnitio; tantum contra habet mali eius quod conducibile est ignoratio. Reputa enim tecum, non paucos infirmorum adijsse mortis periculum, quia cum in medicos inexercitatos incidissent, congruentia morbo remedia non sint adepti. Quod si istuc ita se habet, nulli rei parcere æquum videtur: siquidem potius tum ipsi male valenti, tum pharmaca ministranti manifeste periculum imminet.

1 Cor. 11.

C Ac si placet, admonitionem ausculta, qua Basilius Magnus sacerdotem vnumquemque compellat, in hæc verba. Vide ne paucas hominem, ad lapsum & delictum tuū: neue tradas filium Dei in manus indignorum. Ne reuerere quemquam gloriosorum terræ in hora illa. Et vt paucis comprehendam, quos sacri canones excludunt, ne illos fac participes. Insuper & Ioannem aurea fundentem flumina diuina dona administrantes sic affatum constat. Si enim cōscij nequitiæ cuiuspiam, huius mensæ eum participē fieri permiseritis, sanguis eius de manibus vestris requiretur. Siue ergo dux accesserit, siue Præfectus, siue ipse diademate cinctus, indigne autem accesserit, prohibe, maiorem illo potestatem obtinea.

D His positis non est, opinor, consentaneum condescendere, vbi potius animæ periculum est: sed adhibēdam illic medicinam, secundum leges spiritus, si modo etiam obtemperent ægroti. Sin autem præfracti, & suo ipsorum se arbitratu regentes, curationem ægrè sustinent, alterum è duobus in his faciendum; vt vel pedetentim emendentur, vel omnino deserantur. Nam super populo incredulo, & contradicente, vt ait Magnus Basilius, illud dicendum; seruans serua animam tuam.

Isaie 65.

E Molesta quidem apparet hæc oratio, & dura, & seuera: at non omnibus prorsus: verum illis magis, qui secundum Christum uolunt viuere, ita dicentem, *iugum meum suaue est, & onus meum leue.* Si ergo leuia sunt Seruatoris nostri mandata, quid faciemus nos, qui ea per nostram segnitiem grauia, & odiosa reddimus? nec istuc saltem cogitare possumus, nos medicis corporum nusquam repugnare. Quin doloribus nos ipsos subijcimus, & amaras potiones patienter haurimus, & cauterium in cervicibus perferimus, & alia huius generis, propter curationem corporis multa toleramus: spirituali verò medico nostro neutiquam subdi volumus, omnibus modis res eius curiosè perscrutantes; dictitantes eum pœnis infligendis rigidum; rursum, in congressibus arrogantem, & insolentem esse; non videntes, secundum vlcera quibus laboramus, emplastra quoque nobis imponenda. Scio enim aliquando vtile esse condescen-

Matth. 11.

A dere, hoc, inquam, nos quoque confitemur. Verumtamen non in singulis, & per omnia vtile est, quoniā nec eiusdem habitus sunt omnes. Nam qui promptus est & cedere aliquando, & referre pedem, quādo id tempus postulat, huic planè conducit condescensio: talem quippe trahit amplius, & facilè iugo spiritus subijcit. Ast pro sua libidine viuenti, & retrogredi minimè volenti, & pharmaca penitus auersanti, et condescensio multum incommodat. Facit enim amplius transuersum agi, & labi. Ob hoc enim Dominus nunc dixit, *vt autem non scandalizemus eos, accipe hamum, & vade in mare:* nunc autem scandalum flocci pendens, inquit, *plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur.* Demonstrauit namque hinc, & prodesse, & non prodesse frequenter condescensionem. Quare & eos qui immeritò in
B eo offendebantur parui faciens, aiebat, *plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur.*

Matth. 17.
Matth. 15.

His de caussis cautè agendum est. Si enim medicus corporalis non cōsueuit tractare morbum alio quocumque modo; sed tantùm ex decretis medicorum, quamuis interdum ægrotus irascatur, quanto magis spiritualem medicum humanis cupiditatibus condescendere non oportet, siquidem de eius manibus in primis eorum sanguis requiretur, qui ex negligentia illius in perniciem animæ incurrerint? Aut igitur vt nosti, medere: aut linguam contine omnino; præsertim si ægroti adhibita medicamenta indignantur. Tunc enim non de tuis, sed de ipsorummet manibus eorum sanguis requiretur. Audi quid per Ezechielē
C dicat Deus *Si speculator cecinerit tuba, & significauerit populo, & audierit audiens vocem tubæ, & non se obseruauerit: & venerit gladius, & comprehenderit eum. sanguis eius in capite eius erit; quia vocem tubæ audiuit, & non se custodiuit.* Hæc ex paucis multa, plura enim per angustias temporis non licuit.

Ezech. 33.

EIVSDEM

DISPVTATIO SECVNDA.

Vtrum audiendi sint docentes, hominem à principio caducum corpus habuisse: & passionibus, siue incommodis naturalibus etiam ante transgressionem obnoxium fuisse: cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse: & lignum scientiæ, ficum extitisse.

D

Ad venerabilem in primis monachum Dominum Ioannem Smeniotam.

E PRimum quidem hominem illum ab interitū & corruptionc initio liberum, post prolapsionem in peccatum, morte damnatum esse, ante alios sapiens Salomon docuit, in librò sapientiæ suæ, ad verbum ita loquens. *Deus mortem non fecit: sed in incorruptione creauit hominem, & imaginem propria æternitatis* fecit illū. Inuidia autem Diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Si igitur Deus hominem in incorruptione condidit, ad similitudinem æternitatis suæ, quonam tandem modo corruptioni & mortalitati subiectum asseremus, idque cum Deus, vt audisti, mortem ab initio non fecerit? Nam si dicimus, corpus illud Adami corruptioni aliquo modo obnoxiū fuisse, nihil aliud dicimus, quam corruptionem ac mortem tunc à Deo dominatum in nos habuisse. Atqui aliter, aliter in-

Cap. 1. & 2.
* legit ἀϊδιότητος, pro ἰδιότητος.

quam res est: quoniã, vt iam dicebamus, Deus mortem non fecit. Quocirca de hoc dubitare nefas. Etenim si, quemadmodum illi volunt, etiam ante præuaricationem Adã primus homo mortalis erat, quid ille postea irrogatum mortis supplicium? quid pelliceam indutus est tunicam. siquidem à primordio eum Deus mortalem procreauerat? Cur etiam [Gen 3.] folia ficus consuit, & Deum latẽte conatus est, si non diuinitatis adipiscendæ spe illectus, primam stolam perdidit, & pro immortali mortalis repente euasit?

Accipe quod in rebus diuinis egregiè versatus Ioãnes Damascenus super hoc alicubi scriptum reliquit. Principiò nequissimus ille (Diabolus) spem consequendæ diuinitatis Adamo iniecit, atque ita eum ad conditionem moriẽdi, more animantium brutorum, B deiecit. Doceant igitur isti, vbi prius cum esset, & vnde ipsum ad interitũ cum bestiis communem deiecerit. An à sublimitate immortalitatis vtique, qua ante mandatum ab se violatum præditus erat? Per inobedientiam igitur, generis nostri auctor ad corruptionem & necessitatem subeũdæ mortis redactus: per inobedientiam ad induendam pelliceam illam tunicam damnatus est: per inobedientiam calamitosa hæc, & variis exposita incommodis vita introiuit. Ait enim, *quia hoc fecisti, spinas & tribulos terra pariet tibi.* Quid multa? si primitus Adam ita fuisset conditus, vt mori posset, non eum peccato iam irretitum morte condemnasset Deus. Quî enim cõdemnasset? nam vel citra condemnationem mors mortales naturaliter sequi consueuit. Quamobrem nihil C tibi cum illis sit; præsertim quando Carthagine congregata synodus quæ dicta sunt confirmat, cuius illa verba, canone centesimonono leguntur. *Si quis dicit, Adamum mortalem à Deo formatum, & non post peccatum corruptioni factum obnoxiũ, anathema esto.*

Sic etiam, vir sanctissime, quotquot Adamum medium inter immortalitatem & mortalitatem constituunt, procul à vera ratione discedunt. Quapropter tibi dubitandum non est. Etenim si Deus, eum produceret hominem, tunc illi dixisset, quo die comederitis de arbore, morte moriemini, attulissent isti aliquid, quia principio mortalẽ eum simul & immortalem fuisse opinantur. Quia verò multo post eius creationem mandatum dedit, vnde & mors occasionem contra nos nacta est (ait enim, *si comederitis morte moriemini*) curiosius indagare primi hominis D conditionem prorsus non decebat eos, qui sacram scripturam interim legunt & perscrutantur: cum hinc perfectè scirent, quali natura esset conditus, qui secundum imaginem Dei scilicet factus esset. Patet enim, Deum manuum suarum figmentum honorare volentem, à primordiis statim, atque ab ipso principio illud incorruptionis munere condecorasse. Atq; huic vniuersus sanctorum chorus astipulatur; nec tu fidem dictis non adhibe. Quoniam namque Deus hominem omnium terrenorum principem constituere voluit, ob id (vt auream orationem fundens Ioãnes inquit) animæ essentiam illi largitus est, hinc ipsum etiam iugiter immortalem esse volens. Nam si hoc non fuisset, si animum mentis compotem à Deo E Adamus non accepisset, nihil erat futurus, iuxta diuinissimum Ioannem: vtpote formatus de puluere, vnde nimirum bestiæ quoque procreatæ sunt.

Intellige igitur, ô sacrum caput, ex multa bonitate Dei talibus munerantis incorruptionem tunc Adamo, quem primum finxit, impertitam esse, & gratiam statim in ipso perfectam simul, & omnibus numeris consummatam penitus fuisse. Alioqui non illi sacer paradisus ad habitandum contigisset: non ei honoris ergò in omnia terrena imperium datum esset: non illi tunc immortalitatis amplitudo, secundum imaginem æternitatis Dei collata fuisset. Verùm hæc quidem à principio ipso ex gratia Adamo à Deo concessa sunt, vt diximus. Diuina autem vox illa, ne comederet de ligno scientiæ, ne morte moreretur, multo post creationem istanc ei legem imposuit, vt suprà meminimus. Imposuit autem iis de caussis, quas nouit ille, *qui nouit omnia, etiam antequam fiant.* [Dan. 13.] Quamobrem sine illos: noli tu quoque sermone imperitorum simul auferri. Creauit enim Deus hominem in incorruptione, hoc est, illico incorruptibilem ipsum produxit. Atque idcirco à ratione alienum est dubitare. Si enim Deus, vt iam significauimus, primum hominem secundum imaginem æternitatis suæ ab initio condidit, quid quæso dicere attinet, qualem illum secundum naturam condiderit: siquidem secũdum imaginem æternitatis suæ illum tunc condidit? quæ quidem ab omni corruptione extranea est, vt oratio paulò infra sanctitati tuæ luculentissimè demonstrabit. Ne itaque miteris, quandoquidem & diuinũ Anastasiũ Sinaitam habes, cuius in oratione de resurrectione hæc sunt ad verbum. Et fecit Deus hominem; ad imaginem suam fecit illum. Prima est hæc fictio, simplex, omni iugo soluta, incorruptibilis.

Si ergo prima creatio corruptione vacabat, vt diuinauit de primo homine disserens dixit, quid requirimus amplius? incorruptibilem enim illum iam tum Deus produxit, vt iam docuimus: quin & immortalitate cohonestauit. Nec mea istæc verba sunt: sanctissimus Andreas Cretensis, sermone de defunctis ita locutus reperitur. Ficto ab se homini Deus rationis & intelligentiæ, & immortalitatis & immunitatis ab interitu ornamenta contulit.

Iam si Deus homini immortalitatis ornamẽta præbuit, vt diuinus hic vir affirmauit, vnde postea disputatores illi, aut quali tandem magistro vsi, mortalitatem immortali admiscuerint, idque priusquã ei mandatum daretur à Deo, hoc ante omnia discere postulamus. Si enim Adam, quod asseuerant, mortis capax à Deo formatus est principio, nõ postquam paulò post ad corruptionem mortalitatemque redactus est, hoc quoque dicamus prorsus necesse est, etiam lapsos Angelos non solum non lucidos fabricasse Deum, sicuti omnes ordines cœlestes; sed tenebrarum conuenienter eos capaces fecisse. In his enim omnis quem possidebant splendor subito mutatus, in tenebras totus concessit. Sed neque hoc ab initio fuit, nec illud, quanquam id nobis adhuc indoctis videatur. Deus enim, qui hominem à principio immortalitate exornauit, & Angelis lapsis lumen inexplicabile principio largitus est, ille rursum eos & loco, & charismate spoliauit. Quam ob caussam? quia maiora, & vltra captum suum conceperunt, & de dignitate sua cogitarunt, vt sacra scriptura testatur. Audias licet, quid ad ipsum, Satanam nẽpe, per Ezechielem dicat Deus. [Ezech. 28.] Simul atque exaltatum est cor tuum propter pulchritudinem tuã, & dixisti in corde tuo, Deus sum ego, repente de cœlo de Cherubim proieci te, & periit scientia tua cum pulchritudine tua. Ergo primus homo, vir sanctissime, corruptionis, & interitus expers à Deo creatus est. Cæterũ vbi se maiora meditatus, diuinitatem sibi promisit, castigans illum Deus, ne quid tale posthac animo versaret, corruptibilem, ex incorruptibili, & mortalem ex immortali reddidit. Neque hoc solùm, sed insuper è paradiso sine mora exterminauit, tametsi eius gratia sacrum illum hortum exquisitè plantauerat.

Sed quid ego exterminationẽ è paradiso memoro, quando & potestatẽ in animantes rationis inopes à Deo sibi tributã mox amisit, & propter transgressionem dãnatus est ita, vt quas sub iure suo haberet, eas formidaret? Videsenim quomodo & leo ipsum contẽnat, & pardalis fugiat, & cæteræ omnes subiectionẽ recusantes, longiua ab eo recedãt. [Gen 1.] Aduerte igitur animũ. Tametsi animalia Deus ad ipsũ adduxit: tãetsi omnia sub pedib. eius subiecit, vt est apud Dauidem, [Psal. 8.] nihilo-

nihilominus peccatum hoc etiã principatu illum priuauit. Quomodo autem priuauit non quod illa ἀφθαρσία etiã ἀθανασίας susceptiua erat, vt plerique existimãt: sed quod Adamus datum sibi mandatum transgressus, omnibus illis à Deo ipsi per gratiam traditis excidit. Idem in immortalitate quoque cernere est. Si enim

Cap. 5. credimus, Deum omnia proprio consilio & voluntate facere & commutare, quod propheta Amos canit, efficitur omnino, vt credere debeamus, illũ quoque mortalem ex immortali, rursumque immortalẽ ex mortali & corruptibili facere. Quare nemo dicat, Adamũ à principio morti obnoxiũ esse conditum, & si paulò post in corruptionẽ & mortem incidit. Mitte illos, quandoquidẽ manifestè ludunt, in quib. ludendũ nõ est. Simul enim violauit mandatũ Adamus, & simul posse mori cœpit. Confirmat hoc scriptura sacra. *Quacunq; die comederitis de arbore morte moriemini.*

Quid plura? Si à principio ita conditus esset Adamus, vt morti deberetur, non diceret Salomon, *Deus mortem non fecit.* Ista enim non cohærent, & parum inter se congruunt. Claret igitur hinc, simul fregisse mandatum, & simul factũ quod non erat. Quid porrò istuc est? mors in Adamum principio minimè cadebat: sed vbi de ligno comedit, tum cecidit. *Quacũque enim hora comederitis*, inquit, *de ligno, morte moriemini.* Noli porrò istuc mirari. Quamuis enim animam intelligentem ei Deus indidit, vt inde æternitate augeretur: (& fidem facit ille lingua aureus) tamẽ, vt iam dictum est, mandati transgressio & immorta-

Gen. 3. litate ipsum nudauit, & paradiso expulit, & in terrã de qua sumptus erat, reuerti fecit. Rectè igitur Propheta Amos, Deum omnia facere & transmutare arbitratu suo ad vtilitatem nostram.

Cognosce itaque. Si enim, vt copiosè probauimus, & incorruptibilis & immortalis à Deo Adamus creatus est, vnde quæso illi prorumpentes, mediũ ipsum inter immortalitatem, & mortalitatẽ fuisse toto pectore contendunt, & non omnimodis immortalem secundum dignitatem ei ante peccatum impertitam pronunciant? Ad hæc respondeant velim, Atqui nihil afferre queant. Neque, vt nosti, tãtummodo mediam ipsum inter hęc duo extrema naturam habuisse affirmant: sed insuper etiã perpessiones naturales affingere eidem non pertimescunt, qui ante peccatum à corruptione, interituque liber, nec pati poterat. Nec sententiam è scripturis probant, vt diximus. Sed tu ne timueris. Tali namque natura fuisse hominem ab initio, incorruptibili puta, & impassibili, & nullo modo passum, ab omni corruptione remotum, lingua aureus, homilia decimaseptima in Hexaëmeron siue Genesin docuit, vbi ait, hominem ante peccatum adeo segregatum, & liberum à perpessionibus fuisse, vt sunt Angeli, gloria perfruentem ineffabili. Et longè fusius in libro de statuis, vbi hac de re dilucidius verba facit. Cum enim corpus hoc corruptibile tantopere quidam calumniarentur, vt etiam diuina fabricatione indignum dictitarent (aiebant enim, si plasma diuinarum manuum esset, non ita innumeris malis subiiceretur) sic eos est aggressus.

Ne quis mihi hominem hunc dicat, qui offendit, qui dãnatus est, qui ignominia affectus. Sed si noscere quæritis, quale à principio corpus nostrũ finxerit Deus, paradisum ingrediamur, & ab initio hominem conditum inspiciamus. Non enim, vt nunc, corpus illud corruptibile, & fluxum erat: sed tãquam aurea quędam statua, recens è conflatorio educta, & clarè fulgens, ita omni corruptione vacabat: nõ labor molestabat, non sudor labefactabat, non sollicitudines incumbebant, non tristitiæ obsidebant, non sordes, non lacrymæ, non aliud quippiam malorum similiũ. Verũ postquam in benefactorẽ se contumeliosè gessit, & Deum fieri se posse sperauit, excellentioráque quã pro dignitate sua meditatus est, tunc nimirũ, ille

A sapiẽs Deus adhibita illi correctione corruptibilem, mortalemque fecit, & hisce multis necessitatibus alligauit. Hactenus Ioannes ille diuinissimus. Ergo incorruptibile illud corpus iure vocauit. Quod enim quasi corruptioni cuidam expositum non est, procerto incorruptibile est. Quod si incorruptibile, quomodo obsecro, & qua ratione patiebatur? discere istuc cupimus. Nos enim per nosmet cogitando consequi non possumus, quo pacto corpus ab omni corruptione alienum pati, & affici potuerit, atque ideo doceri rogamus.

Porrò, sanctissime vir, etiam ab Heracleæ Episcopo, quanquam in diuinis rebus sapiẽter disputata dubitationem non vulgarem nobis iniciunt. Quapropter illum in præsens adducere in medium non decebat. Quæ est igitur illa dubitatio? Quoniam ille ex-

B planans, quæ de homine disseruit celebris in Theologia Gregorius, quomodo scilicet ab initio effictus sit à Deo, & qualem mox naturam sortitus, qualisq; post casum factus sit, & qualem deinde sortem adeptus, ne malum foret sempiternum, hæc duo nobis cogitanda relinquit; aut se Theologicis vestigiis non institisse (etsi hoc audacius à nobis dicitur) aut, quod longè audacius est, magnum hunc Gregorium ipsum sibi contradicere. Verum, idcirco mihi succensere haud æquum est. Licet enim plures nos pro superbis habeant, & insipientes vocent, qui hæc nimirum ad fidem, vt videtur, difficiliora affirmemus; tamen si quis accuratè inquisierit, quomodo, & qua ratione

C Theologicas Gregorij sententias exposuerit, admirabitur: & inde nos accusare desinet. Bene igitur B. Paulus, *qui loquitur lingu... et vt interpretetur.* Ecce 1. Cor. 14. enim in hoc libro aliquando dixit, hominẽ esse temporarium secundum corpus, ante peccatum, aliquãdo inter corruptionem simul & incorruptionem, sicut inter immortalitatem & mortalitatem medium primum illum Adamum, & naturalibus passionibus subiectum fuisse contendit; vt ita patiens, admoneretur, & de præstantia mentis superbiens emendaretur. Aliquando summam ipsum apathiam habuisse, & corpus eius omni corruptione superius, vtpote immortalitatis secundum gratiam minimè expers, fuisse dixit. Hæc, diuina accuratius perpendentibus,

D nequaquam admittenda censentur. Caue autem arroganter hoc à me dictum existimes. Si enim neque hoc erat primus homo, neque illud, id est, nec corruptibilis, nec incorruptibilis, nec mortalis, nec immortalis, vt illi placet, quomodo rursus eundem summam habuisse apathiam, & secundum gratiam immortalitatis non expertem fuisse asserit?

Equidem præ stupore vix me capio, quomodo admirandos ille vir in tantam discrepãtiam deuenerit: quomodo, vt nobis quidem videtur, ipse secum pugnet. Si enim nec corruptibilis erat primus homo, nec incorruptibilis, quomodo igitur admonitionis & castigationis causa patiebatur? Pati, necessario est corruptibilis. Si autem corruptibilis Adamus, quo-

E niam patiebatur, qui tandem ipsum incorruptibilis & corruptibilis naturæ medium fuisse probare annituntur? Hæc nobis malè conclusa ab indoctis illis videntur. Si enim, vt illi autumant, medium inter magnitudinem, & humilitatem, hoc est inter immortalitatem & mortalitatem corpus Adami fuisse diuinus Gregorius docet, quid est, quod idem vir magnus antea temporaneũ vocauit? Huic oppositioni respõdeant. Si enim temporaneum erat, patet etiã mortale fuisse. Si mortalis Adamus, quoniam corpus ad tempus durãs gerebat, quomodo ipsum postea medium inter magnitudinem, & humilitatem fuisse ait?

Scito igitur, ô sacrum caput, de communi hominum natura pauca quædam disserentem Gregorium, occasionem nescio quo pacto dedisse Patri huic existimandi, de primo homine ista disseruisse. Sic igitur,

sāctissime, & medium magnitudinis atq; humilitatis, non de corruptione, vt arbitror, & incorruptiona magnus ille scripsit: sed vniuerse de anima & corpore. Etenim anima cuiusque, per diuinam insufflationem, vt esset, consecuta, maior sine dubio luteo isto corpore fuit. Et quid plura attinet? Nam si verba Theologica attentè legas, deinde expositionem super ipsa consideres, tunc, tunc inquam, disces, quantum discrepent, & à piacogitanona hanc explicationem mirum in modum abhorrera disces.

Ne longè abeamus, temporarium & immortale: &, vt patiatur, & patians admoneatur & erudiatur; &, animal sic constitutum, & alio postea cōuersum, nenuquam generis nostri principi illie & primo Adamo quispiā accommodauerit, nisi in incorruptione, & secundum imaginem æternitatis Dei etiam ante præuaricationem corruptioni & mortalitati debitum fuisse fateamur. Quæ cum ita sint; præstabat silere; cum præsertim ipsum Beatum Gregorium super primæuo homine nihil tale rū dixisse videamus. Quomodo enim, si pergans etiam corpus illi dat à quacunque corroptione inuictum, & confirmat sententiam his verbis: & sine omni tegumento & munimento? Talam quippe conueniebat esse, qui primus conderetur. Attentiona digna ras. Si enim docebat talem esse, qui primus fuit conditus, non egentem videlicet vllo tegumento, aut munimento (ast autem hæc perfecta apathia) liquet, *temperarium & immortale*, &, *vt patiatur, & patiens admoneatur, & erudiat*. ista, inquam, da communi hominum natura accipienda, vt iam monuimus. Fuit enim impossibile à se dissideta magnum Gregorium, nunc impassibile affirmantem corpus Adami, nunc passionibus naturalibus, idque ante transgressionem subiectum.

Quod porrò corpus illud non egens vllo tegumento incorruptibile & immortale sine cōtrouersia fuerit, luculentius etiam Ioannes Chrysostomus tradit. Nam concione decima quinta in hexaëmeron inter cætera sic loquitur. Naturæ necessitatibus in paradiso nequaquam constringebantur protoplasti, prorsus incorruptibiles & immortales creati; neque vestimentorum amictu egebant. Si igitur, dilecte, Adam prorsus incorruptibilis & immortalis est procreatus, quomodo illi medium inter immortalitatem & mortalitatem statuunt? Multis itaque demōstratom est, hominem ab initio immortalem esse formatum, tunc ei immortalitatem donante Deo, qui magna donare consueuit. Et fidem haba etiam hic Ioanni oris aurei, dicenti. Cum nihil intulisset in vitam homo, moa immortalitatem, omnemque aliā in paradiso voluptatem accepit. Sed vbi diuino mādato inobediens factus est, illico immortalitate spoliatus, ex immortali mortalis est redditus. *Quacunque enim hora comederitis*, inquit, *de arbore, morte moriemini*. Ac de istis quidem ita dictum esto.

Fuisse autem incorruptibile & immortale corpus illud, docuit etiam B. Cyrillus, in oratione de fabricationa hominis, vbi ad verbum sic est. Creatum est quidem corpus Adami è terra, à corruptiona autem & morte inuictum. Auctor enim & suppeditator vitæ illi vitam inseuerat. Quin & Mag. Basilius. Cum finxisset hominem Deus, inquit, æternę vitæ fruitionem illi donauit. Præterea diuinissimus Barlaam sic ad Iosaphat. Primum hominem Deus potestata arbitrij sui, & immortalitate honoratum, regem omnium terrenorum declarauit. Idem Ioannes Chrysostomus, sic ad verbum differens, concione vicesima prima in hexaemeron. Fabricatum à se hominem Deus omnium quæ sub aspectum cadunt principatum habere voluit. Propter hoc enim dixit, *faciamus hominem ad imaginem nostram*. Faciamus hominam principem terrenorum vniuersorum. Etenim nihil aliud illud *secundum imaginem*, nisi principatus &

A dominij rationem significat. Sicut enim vniuersitatis Dominus in omnia imperium obtinet, aspectabilia & inaspectabilia, vt omnium conditor: sic cum animal hoc mente & consilio præditum cecidisset, id omnibus quæ oculis sentiuntur præesse voluit. Quare & animæ assentiam illi donauit, quo duraret æuo sempiterno. Tu noli dictis diffidere; siquidem & Salomō hoc ipsū indicat. *In incorruptione*, inquit, *Deus hominem creauit, & secundum imaginem aeternitatis ipsius*. (Sapient. 2.) Et esset quidem ita sempiternus: seu quia per socordiam lapsus est, & præscriptum sibi mandatum violauit, nec sic quidem omnino ab eo se remouit: sed immortalitate quidem cautum, & morte damnatum in eodem ferme imperio reliquit.

Planum ast igitur, hominem antequam de vetito B ligno vesceretur, a morte liberum fuisse: non enim pro supplicio, vt Chrysostomus in decima sexta homilia docet, mortem ei post esum inflixisset. Verum hoc loco aduertendus est animus. Non solum omniū quæ aspectu percipiuntur, regem eum constituere Deo placuit: sed & opere ipso imperium eius absolutum planè demonstrauit. Omnia enim tunc animantia ad illum adduxit, tametsi quid futurum esset non ignoraret. Atque ita omnia, seruorum specie illi repræsentata, appellationes ab eo susceperunt. Sic igitur per intelligentem animam immortalitate eum honorauit. Quanquam enim & futuram non multo post præuaricationem ipsius præuosset, tamen ex sola præscientia eum damnare nolens, suam voluntatem in eo, vt Deo dignum fuit, expleuit, & animam ip- C sum, vt iam dictum est, impertiuit, per quam in perpetuum immortalis esset. Si ergo, immortalitate hominem cohonestauit, manifesto in errore versantur, quicunque mortalitatem illius immortalitati admiscent. Non parum enim hinc honorem homini à Deo in principio collatum obscurant, & imminuunt. Vnde & mortalitatem cum immortali confundere prorsus non decebat: siquidem Ioannem Chrysostomum prius dicentem audiueront; sicut aurea statoa, modo de conflatorio educta, & clarè fulgens: sic illius corpus ab omni corruptione liberū erat. Quare & mortalitatem cum immortali coniugere fas non erat: quandoquidem aurea lingua exemplo hoc potissimum vsa ast. Declarat quippe hinc, corpus eius mor- D te & corruptione fuisse maius: vt prodeuntem modo statuam, & clarè fulgentem, omni labore vacare necessario confitendum & credendum est.

Incorruptibilis igitur, & immortalis in principio homo. Quem etsi postea morte damnauit, tamen non diu sine consolatione reliquit. Audi quid de hoc scribat Magnus Athanasius, sermone de Assumptione hominis. Mors quidem ingressa est per inobediētiam. Tamen laxans minarum vigorem Deus, statim spem immortalitatis humano generi præbet, & Enoch de medio rapit, & hoc mortalem naturam terminos immortalitatis suscipere docet. Hęc etiam (Gen. 5.) discipuli Christi confirmantes aiunt, incorruptionem & diuturnitatem vitæ nostræ exemplis Enoch, (Hebr. 11.) & Eliæ euidenter stabiliri. Per translationem enim E ipsorum spem immortalitatis, mortali huic naturæ mirabiliter admodum ingenerauit. Et ideirco M. Athanasius dixit, Eliam rapi, & velut in cœlum subuehi, mortem infra relinquentem. Damascenus præterea sic eum affatur. Currus in sublime tollens, igneam granam miraculorum tibi dedit Elia Thesbita, incorruptum te faciens, vt non videas mortem donec prędicaueris omnium consummationem. Et hi quidem sic.

Ioannes autem illud os aureum, hanc incorruptionem primum illum hominem habuisse, illustrius docet, cuius verba recitabo. Placuit Enoch, & transfertur. Vide Domini bonitatem. Cùm enim inuenisset virum virtutis officia præstantem, non eum

priuauit

priuauit dignitate, qua protoplastum ante mandati transgressionem cumulauerat. Quæ porrò illa dignitas, quam primo homini principio Deus donauit? incorruptibilem, immortalem, exitij expertem accepit quidem Adamus, perdidit tamen simul ac mandatum neglexit, peruersoque consilio arborem tetigit. Itaque vt non penitus desperemus, quasi immortalitatem illam nunquam recuperaturi, transfert Enoch, & immortalitate eum dignatur, perque multa sæcula vitam ei producit: hinc significans mortalem naturam nostram illius modum exspectare, qua per transgressionem Adamus excidit.

Quod si hæc ita sunt, quid plura attinet? Si enim primus ille homo hanc incorruptionem habuit, quam exspectare Deus mortalem naturam docuit, Enoch transferendo, apparet plane, talem à Deo hominem ab initio conditum, qualem ex mortuis resurrecturum diuina prædicant oracula. Ne igitur hæsita. Cogita tecum, quod etiam diuinus Anastasius Sinaita in oratione de Resurrectione de his clarissimè posuit in hunc modum. Tale è mortuis excitatur corpus exanime, quale erat à principio, reiectis omnibus, quæ illi propter peccatum contigerant. Attende igitur. Si tale resurgit, quale à principio erat: resurgens autem tunc corpus certum est morte, & corruptione superius resurrecturum, id quod maximus ille Paulus testatur, *oportet*, inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem*, manifestum fit, & corpus illud, primum videlicet à Deo creatum, verè immortale fuisse, & incorruptibile, quod toties iam diximus. Idipsum quoque docet Nyssæ Episcopus S. Gregorius, præsertim vbi diuinum Ecclesiastæ dictum exponit, nempe istud *Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid quod factum est? ipsum quod faciendum est.* Ait enim manu Dei factum hominem, non esse, qui nunc est propter peccatum, siue mutabilem & corruptibilem.

1. Cor. 15.

Eccles. 1.

Sapien. 1.

Si igitur *in corruptione Deus hominem fecit, secundum imaginem æternitatis suæ*, vt Salomon ait: si in eo declarauit studium erga illum suum, quod animam ratione præditam illi immisit, vt esset etiam immortalis iugiter, sicut Chrysostomus inquit: si igitur æternæ vitæ fruitionem donauit ab initio homini Deus, vt ait magnus Basilius: si igitur prima creatio Adami incorruptibilis erat, vt diuinus Anastasius Sinaita scribit: si igitur dignitatem dedit principio homini Deus, nempe exitij expertem esse, vt S. Andream Cretensem dixisse paret: si igitur libertate voluntatis, & immortalitate cum decorasset hominem Deus, regem omnium terrenorum instituit, vt beatus Barlaam dixit, quomodo adhuc mortalem à Deo productum asseremus? prorsus impossibile opinor esse. Quid ni? quando & Theologiæ doctissimus Gregorius non sinit de primo homine talia cogitando concipere. Nullius enim tegumenti, & munimenti indigum primum hominem cum affirmasset, stola immortalitatis vestitum esse qui primus à Deo est fabricatus, haud obscurè admonet. Etenim si secus esset, extrema illa corporum resurrectio ad veterem illam, & primam vitam reuersio esse non diceretur.

Reliqua, de cibo videlicet primi hominis in paradiso, & de ligno scientiæ boni & mali, desiderantur. A Glyca porro plures huiuscemodi disputationes conscriptas fuisse, mihi fit credibile.

IN
DISPVTATIONES GLYCÆ, NOTÆ IACOBI Gretzeri Societ. Iesu.



VOD ad posteriorem disputationem Glycæ attinet; refellit illa ex instituto sententiam Dioptræ de natura Adami media inter mortalem & immortalem. De qua copiosè etiam Glycas in Annalibus suis parte prima. Etsi in bonum sensum sententia Dioptræ accipi possit, vt iam supra notabamus. Operæpretium autem erit, ea, quæ Glycas in Annalibus disserit, conferre cum hac eius disputatione: Inde enim quod hic deest de cibo primi hominis & de ligno scientiæ boni & mali petere licebit, tametsi errat Glycas, quando negat Adamum in Paradiso cibo vero & sensibili vsum esse; nec argumenta eius quidquam concludunt, vt facile demonstrari posset, si id nunc nobis esset propositum. Quare dum minorem errorem, & qui fortasse non tam est error in re, quam nomine, insectatur, in longè maiorem incurrit. Nam qui Adamum in statu innocentiæ immortalem fuisse asserunt, illi etiam docent homines in statu innocentiæ pati potuisse, non solum passione omnino perfectiua, qualis est receptio luminis & specierum, quæ fit sine vlla deperditione, sed etiam passione ad animalem vitam necessaria, quæ per se ordinatur, tum ad subministrandos vitales sensitiuosque spiritus, quibus ad sensuum operationes indigemus: tum etiam ad perducendum per nutritionem & augmentationem animal ad debitam quantitatem & statum; tum denique vt semen generetur, quo ad conseruationem & propagationem speciei, animal sibi simile possit generare. Licet autem animalis hæc actio ad perfectionem augmentumque tam indiuidui quam speciei per se ordinetur, per accidens tamen coniunctam habet resolutionem ac consumptionem quarundam partium animalis actione calidi in humidum. Quæ causa fuit, cur primi parentes in statu innocentiæ cibi sumptione ad vitam tuendam indigerent; nec non certis statutisque temporibus esu fructus ligni vitæ, quo altrix virtus confortaretur, integraque & in suo robore perpetua permaneret, ne actione ac permixtione communis peregrinique nutrimenti debilitarentur paulatim, in infirmamque senectam, vt nos, ea de causa deuenirent, tandemque deficerent. Vis enim ligni vitæ ea erat, vt instar pharmaci antidotique præstantissimi non solum nutrimentum purissimum ac defæcatissimum exhiberet, sed etiam altrices vires confortaret, ac in suo robore & puritate conseruaret. Hæc & plura alia in eandem sententiam Ludouicus Molina tract. de opere sex dierum Disp. 28. Quem legisse iuuabit.

PAVLVS OROSIVS

De Arbitrij Libertate.

AND. SCHOTTVS Societatis Iesu,

PIO LECTORI.

APologia hæc PAVLI OROSI *presbyteri To. V. huius Bibliothecæ vbi* Historiarum libri septem *leguntur, omissa est negligentia quadam, cum in vltimis omnibus editionibus Coloniæ euulgatis addi soleret. Eius rei monendum duxi statim Typographum: itemque quod obseruaram, dum lego attentius, ob venustatem, crebro hac tempestate de GRATIA, & Arbitrij libertate quæstionem, assutum esse huic* Apologiæ Orosianæ *pannum ex B. Augustino, libro* de Natura & Gratia, *capita amplius XIV. sed* ἄνω κάτω, *quod aiunt, collocata, auspicando à cap. XII. XIII. XVI. deinceps: mox à tertio vsque duodecimum. vt omnis conferre volenti, cum auctore clarum erit. Auctor itaque illi fui, vt & Appendicis opusculum adijceret, ne quis amplius desideraret: deinde vt quæ B. Augustini sunt propria, cum titulo segregaret, vt quod est Iustitiæ proprium vindiciis à Prætore datis suum cuique redderetur. Video enim hic OROSIO vsu venisse, quod alijs interdum scriptoribus, vt ab imperitis scribis assutus sit in colligando quaternio, & quidem loco non suo. Idem autem Pandectis iuris ciuilis Pisanis accidisse monuit olim politissimus Politianus: nosque in itinerario Antonini Augusti, nec non in Censorino de die natali euenisse pridem monui. Vt contra in Vigilio Tridentino Episcopo in hac ipsa Patrum magna Bibliotheca, Tomo V. parte III. quaternionem amissum temporum iniuria, nunc demum restituimus. Quamobrem quod hic Tomo XI. & rursum XIV. Radulphum Riuium, Tungrensem Decanum* de Canonum obseruantia *bis collocatum operarum* incuria *animaduertam, & moneam, alterius in locum hanc* Orosij Apologiam *subijcimus, ne hiatus apparens opus deformet. Vale.*

PAVLI OROSII PRESBYTERI,

LIBER APOLOGETICVS contra Pelagium,

De Arbitrij Libertate.

POssibilitatis non est, neque præsumptionis meæ, beatissimi sacerdotes, sed arctissimæ ac pene extremæ vt ipsi agnoscitis, necessitatis, vt ego nunc videar. Quod quidem vt facerem iniuria coactus sum, non solum defensor fidei meæ, sed etiam perfidię manifestator alienæ. Sicut enim purgationi propriæ studere debeo propter conscientiã. Conscientiam autem dico non meam, sed aliorum: ne & deprehensos in grege omnium lupos ostentare ad digitum cogor, propter fidem ac zelum. Zelum autem non meum dico, sed Christi. Sed neque ego cum sim minimus omnium aliquid temeritate præsumo. Mihi necessitas est iniuriam manifestare, quam passus sum, cunctis pateat qui fecerunt. Dei enim &

A voluntas & ordinatio est, vt malum quod per patientiam tolerabatur, necessarie proderetur, & per contentionem furoris ipsorum eis dignam mercedem quam oportuit erroris sui recipientibus non solum pessimorum denotatio fieret dogmatum; sed corripiendarum manifestatio personarum. Patres enim & qui iam quieuerunt martyres & concordes, Cyprianus, Hilarius & Ambrosius, & quibus etiam nunc permanere adhuc in carne necessarium est, qui sunt columnæ & firmamenta Ecclesiæ Catholicæ, Aurelius, Augustinus, & Hieronymus, multa iam aduersus hanc nefariam hæresim absque designatione nominum hæreticorum scriptis probatissimis ediderunt; quanquam & hæc venenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc viuentes
B mortuos, mortuosque viuentes. Nam Origenes & Priscillianus, & Iouinianus olim apud se mortui, in his viuunt; & non solum viuunt; verum etiam loquuntur; nunc vero Pelagius, Cælestius, si in his perseuerauerint viuentes mortui; ecce aduersus Ecclesiam, quod miserum est, & quod multo miserius est, in Ecclesia palam sibilant, impuneque serpentes vibrantibus infecta linguis ora lambentes, dum sanctam & munitissimam sedem, cui subtiliter irrepere obsident: cunctos fideles ne ad illud firmissimum quondam in Sion refugium conuolemus, exterrent. Contra hunc serpentem suffocantemque halitum multa vtique beatissimi quos supra memorauimus viri, & multifaria suaueolentia scripturarum vnguenta conficiunt, & ad reficienda æstuantium cor-
C da populorum, fragrantissimum thymiama cum oblatione orationis incendunt. Sed hoc parum est, incerto propemodum auctore contendere, & contraria substituendo contrariis, infectum pestifero halitu aërem temperare: nisi ipsi in medium protrahantur proterantur que serpentes. Qui cum tuendi solius capitis causa, reliquum concisioni atque iniuriæ corpus exponunt, nihil damni arbitrantes, et tantum sui parte à periculo libere, quæ multimodas, venenatasque in se obtinet linguas, si etiam membris omnibus amputentur, nobis sufficere videtur, temperando saltem furori satisfacere, ipsos autem à penetralibus non mouere, quasi vllus exhalationis fœtidæ finis sit, nisi authore finito: & inter
D hæc illud Salomonis testimonium nunc occurrit: *Vnus ædificans, alius destruens, quis eorum proficit nisi labor?* Stat etiam immanissimus superbia Goliat, carnali potentia tumidus, omnia se per se posse confidens; caput, manus, totum insuper corpus plurimo apparatu vestitus, habens post se armigerum suum: Qui & si ipse non dimicat, cuncta tamen æris & ferri suffragia subministrat. Et non mirum est, si competenter hunc locum prouidens Scriptura pronunciat: vbi ait, *Philisthijm stabant super montem ex hac parte.* Ab ecclesia siquidem hæreseos impugnator expellitur & nutriri in sinu Ecclesiæ hæretitus inuenitur: & propter hoc per Spiritum sanctum *inde Israel stare* pronunciatur, *hinc hostis.* Et hoc sæpe. Nam & rex Dauid vsque ad impium filium pius pater ab
E Hierusalem deposito regis habitu fugatur: vbi protinus Absalon tyrannus ingreditur. Stat ergo Goliat, proh dolor! ex hac parte, id est, in Ecclesia, & non solum stat, verum & prouocat: simulque per dies plurimos sanctũ Israël manifesti timoris exprobrat. Ne, quęso, beatissimi sacerdotes, quisquam me arbitretur sub prætextu speciei Goliath, Dauid nomine gloriari, vos me participem certaminis vestri esse voluistis, vt auxiliator non auctor accederem. Latebam siquidem in Bethleem ignotus aduena pauper. Quid miser ego sic loquor, iterum forsitan iactantię notandus? Quoniam quidem & ipse Dauid, & talis & inde processit. *Latebam* ergo *in Bethleẽ*, traditus à patre August. vt timorem Domini discerem, sedẽs ad

ad pedes Hieronymi: inde Hierusalem, vobis accersentibus vocatus adueni. **A** Dehinc in conuentum vestrum vna vobiscum, Ioan. Episcopo præcipiente consedi. Illico à pusillitate mea postulastis vniuersi, vt si quid super hac hęresi, quā *Pelagius & Cælestius* seminarūt, in Africa gestum esset cognoscerem, fideliter ac simpliciter indicarem. Exposui coronæ vestrę breuiter, vt potui, Cęlestium iam ad honorem presbyterii subrepēte, apud Carthaginem plurimis Episcopis iudicantibus proditum, auditum, conuictum, cōfessum, detestatumque ab Ecclesia, ex Africa profugisse: contra librum vero Pelagij B. August. discipulis ipsius Pelagij prodentibus ac petentibus plenissime respondere. Extare etiam in manibus meis epistolam suprameмorati Episcopi, quam nuper ad Siciliam ordinasset, in qua multas quæstiones hæreticorum retulit. **B** Quam etiam ibidem vt legerem, præcepistis: & legi. Ad hæc Ioannes Episcopus, vt Pelagius coram intromitteretur expetiit. Cui & propter paternitatis ipsius reuerentiam, & propter actionis vtilitatem dum præsentem ab Episcopo rectius crederetis confutandum, intromittendi conniuentia præstita est. Intromissum Pelagium vnanimiter omnes interrogastis: an hæc quibus August. Episcopus respondisset, se docuisse cognosceret. Illico ille respondit. Et quis est mihi Augustinus? Cumque vniuersi acclamarent blasphemantem in Episcopum, ex cuius ore Dominus vniuersæ Africæ vnitatis indulserit sanitatem, non solum à conuentu illo, verum ab omni Ecclesia pellendum, **C** Episcopus Ioannes illico eum hominem videlicet laicum, in consessu presbyterorum reum hæreseos, manifestem medio Catholicorum sedere pręcepit. & deinde ait, August. ego sum: vt scilicet persona quasi præsentis assumpta, liberius ex authoritate eius qui lædebatur ignosceret, & dolentium animos temperaret. Cui mox à nobis dictum est. Si Augustini personam sumis, Augustini sententiam sequere. Tunc idem episcopus nobis omnibus ait, Hæc quæ leguntur, in alios dicta sunt, aut de Pelagio suggerendum putas? Si in ipsum autem Pelagium, quid dicans expromite. Ego autem vobis annuentibus dixi. Pelagius mihi dixit, docere se, hominem posse esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit. Respondit Pelagius audientibus vobis: **D** Hoc & dixisse me & dicere, negare non possum. Ego illico prosecutus sum. Hoc in Cælestio Africa Synodus detestata est: hoc Aug. Episcopus scriptis suis, sicut audistis, exhorruit: hoc in ipsius nunc Pelagij scriptis sua responsione cōdemnat: hoc & beatus Hieronymus, cuius eloquium vniuersus Occidens, sicut ros in vellus, expectat. Multi enim iam hæretici cum dogmatibus suis ipso oppugnante supplosi sunt, & in epistola sua, quam nuper ad Ctesiphontem edidit, cōdemnauit. Similiter & in libro, quem nunc scribit, collata in modum dialogi altercatione confutat. Hoc est enim lubricum in antichristo draconem tenere, ne possit effugere. Porro autem Episcopus Ioannes nihil horum audiens, à nobis exigere conabatur, vt accusatores nos, ipso iudice fateremur. **E** Responsum sæpissime est vniuersis. Nos accusatores huius non sumus, sed quid fratres tui patres nostri senserint & decreuerint super hac hæresi, quā nunc laicus vulgo prædicat intimamus; ne Ecclesiam tuam præsertim, ad cuius sinum cōuolauimus, te ignorante conturbet. At ille cum sæpe nos docendi simulatione in aliquā professionis speciem tentaret inducere, dicebat quia ad Abraham dictum esset à Domino, *Ambula coram me, & esto sine macula*: & Zachariam & Elizabet, pronuntiatos esse *iustos ambos ante dominum, incedentes in omnib. iustificationibus Domini sine querela*: quod quidem ab Origene dictū, ab eo proferri complurib. nobis notum erat. Cui responsum per me est, *Nos filij Ecclesiæ*

Cęlestius hæreticus.

B August. contra Pelagium.

Agit de Dialogo, quem contra Pelagianos conscripsit.

Gene 17. Luc 1.

A *Catholicæ sumus. Non exigas à nobis pater, vt doctores super doctores esse audeamus, aut iudices super iudices.* Patres quos vniuersa per orbē Ecclesia probat, quorum communioni nos adhærere gaudetis, damnabilia hæc esse dogmata decreuerunt. Illis probantibus, nos obedire dignum est. Quur interrogas filios quid sentiant, cum patres audias quid decreuerint? At quod ille diu disputans, & nostris propter imperitiā ignoti nobis interpretis, quem sæpissime viri primarij & religiosi Posserius & Auitus presbyteri & Dominus ex duce, vel praue interpretantem vel plura supprimentem, vel alia ex aliis suggerentem confutauerunt nostris, vt dixi, actionib. vel interpolatis plerunque vel tacitis, Episcopus Ioannes ait. Si sine adiutorio Dei **B** hoc hominem posse diceret, pessimum & damnabile erat. Nunc autem cum adijciat, posse hominem esse sine peccato, non sine adiutorio Dei, vos quid dicitis? An forte vos Dei adiutorium denegatis? Cui respondi ego: Testibus & testificantibus etiam nūc nobis & supramemoratis viris, anathema ei, qui negat adiutorium Dei. Ego certo non nego. præcipuè cū econtrario in hæreticos confutarim. Deinde cum intellecto iudice, & interprete prodito, clamaremus Latinū esse hæreticum, nos Latinos hæresim Latinis magis partibus notam, Latinis iudicibus differendam, à se pene impudenter ad iudicandum, cūm quidem nos accusatores non essemus, & vnus & suspectus ingereret, dici à plurib. necessariū fuit. Non potest quisquam idem & hæreticus esse & aduocatus & iudex. **C** Multisque aliis actitatis, Ioannes Episcopus nouissimam sententiam protulit, confirmans tandem postulationem intentionemque nostram, vt ad beatum Innocentium Papam Romanum, Fratres & epistolæ mitterentur, vniuersi quod ille decerneret secuturi: sed vt hæreticus Pelagius imposito sibi eatenus silentio conticesceret, & vt nostri ab insultatione cōuicti Ioannis confusique temperarent, vniuersi in hanc sententiam cōsensimus: gratiarum actione celebrata, pace facta, & consummata ad pacis testimoniū oratione discessimus. Nūc autem post dies quadraginta & septem, cū primo Encæniorum die, vt solitus eram, quando aderam ad obsequium Ioannis Episcopi cucurrissem, statim ab eo notam falsi criminis pro gratia salutationis accepi. Ait enim mihi: Quare ad me **D** venis homo, qui blasphemasti? Volens, ne credo, intelligi, noli me tangere, quia mundus sum & absque peccato. At ego nihil mihi cōscius, interrogaui, quādo, aut quo audiente, aut cuiusmodi illud est dictum, quod blasphemiæ possit adscribi. Episcopus respondit, Ego te audiui dixisse: quia nec cum Dei adiutorio possit esse homo sine peccato, ego quidem beatissimi Sacerdotes, sicut & vos testes estis, & vniuersa fraternitas, & præterea sancti viri, qui huic testimonio amore veritatis assistunt, statim testificatus sum, dicens, quia eiusmodi verbum, quod nunc à me dictum Episcopus insenderit, nunquam de ore meo antea processisset: quanquam hanc incontinentiam miseræ falsitatis ruminare sæpius crebra expositione, non tam me probasse, quam alium videar prodidisse. **E** Concedo enim, vt qualecunque dictum illud est dixerim, quomodo Latinum expers latinitatis Græcus audiuit? Aut si audiuit sacrilegum verbum, cur non statim coarguit blasphemantem, vel vt leuiua ageret, quasi incautum filium pius pater de cohibenda licētia periculosi sermonis admonuit? Sed cōtrario post plurimam magni temporis obliuionem ipse per se accusationem intulit, ipse testimonium perhibuit, ipse iudicium promulgauit, omnium scelerum officia in suæ personæ authoritate suscipiens: præsertim Euangelica lectione instructus, Dominum nostrū Iesum nisi testimonio principis non fecisse damnatum. Et alio mihi latere fratres mei assistebant; ex alio falsi fratres. Deinde in consessu eodem, ex vna mecū

parte confederant Auitus & Vitalis presbyteri, ex A alia nescio quis ignotus interpres, & deinde probati & seculo & Deo viri Passerius presbyter & Dominus ex duce: qui ambo vt pro ea peritentia ac fide sua adesse interpretes dignarentur, ipso conueniente Episcopo Ioanne à corona vestra corrogati deductique conuenerant. Medius quoque vobis ipse fuit, quem in illa tunc circumstantia non minus audisse, quam vidisse mirandum est, quomodo sermo dimissus tantos aduersarios collegas auditoresque prætererit, & inscias aures gnari auditoris intrauerit. Sed ego calore veritatis impulsus satis vrgeor. Excedo professionis modum, Concedendum est magis, vt Interpres errasse dicendo, quam Episcopus audiendo finxisse videatur, & nunc ad vicem mercedis quā B hæreticis præstitit exigendæ, falsos in adiutorium sui testes quærere: quippe cum mirari iam nemo debeat conqueri, & existere falsos testes in Hierusalem à sacerdotibus atque senioribus: hoc sanguis Stephani clamat: hoc Dominicæ crucis vexilla significant: hoc etiam nunc excitata per eos persecutio manifestat. Sed hæc vtrum ab Episcopo temere credita, an malitiose ficta, an ignare subaudita videantur, Christo iudici discutienda commendo. Absit à me vnquam, vt ego pauper peccator, ignotus, Episcopum & præcipue Hierosolymæ audeam ad Episcopos prouocare. Mea mihi apud eminentissimam Trinitatem omnipotentiæ Dei, & apud vniuersos seruos eius Catholicos simplicitas & probatio, sat est. Testē inuoco Deum super animam meam beatissimi Sa- C cerdotes, scribentibus vobis hæc eadem mecumque testantibus, nullam me in illo conuentu vestro ore meo protulisse blasphemiam, neque huiuscemodi verba quæ mihi ab Episcopo Ioanne sunt obiecta dixisse: hoc est, etiam cum Dei adiutorio non posse esse hominem sine peccato. Satisfactum etiam contentioni opinionis ignaræ à nobis ideo volo, ne fortè à vobis quidem non auditum à me tamen dictum putantes, testimonio laboretis ambiguo, vulgo autem rumorique propterea, ne dum Episcopum mentiri posse non crederet, alia innocentem credulitate æstimaret peccare. Et inde quis ignoret, authores, vel in accusatione Susannæ, vel in lapidatione Nabuthæ? Et ne forte quis nesciat, in Hierusolymam nunquam ad effundendum sanguinem Christianum, D vel argenti suffragia, vel flagella militum defuisse, nunc quoniam ab hoc qualicunque verbo esse me liberum reor, liberum fide vestra, liberum conscientia mea, ipsius verbi ambiguitate discussa conabor exquirere, hi qui ita nos respondisse asserunt, qualiter ipsi interrogasse videantur. Forsitan per modum interrogationis ipsorum arcanum dogmatis denudabitur: vt reciprocis feriendo vulneribus emissorem suum remissa certius tela castigent. Ait enim à nobis esse responsum, nec cum Dei adiutorio potest homo esse sine peccato. Hoc si quisquam hominum ita dicendum putet, vt sub infirmitate hominis Deum non posse confirmet, & omnipotentiæ Dei aliquid impossibile suspicetur, in omni creatura cœlestium & terrestrium, & infernorum, hunc non tantum sen- E tentia mea dixerim blasphemum; anathema detestandum, sed etiam in exemplum Nadab & Abiu diuino *Leuit 10.* igne damnandum, vel iuxta perditionem Datban & *Deut. 11.* Abiron, hiatu terræ receptū viuum ad inferna mergendum Vtrique siquidem præsumptione cordis Dei potentiæ derogarunt, vel illi dum ignem alienum, quasi hoc indigeret Deus offerunt, vel isti dum resistentes Moysi in terram repromissionis introduci se posse diffidunt. *Deus omnia potest, & quæ vult semper potest.* Quam potens in faciendo de nihilo, tam facilis in perficiendo de facto. Ipsi enim subest, cum velit, posse. Hoc indulta secundum spiritum gratia cōfitetur, hoc secundum literam lex conscripta testa- A tur, hoc in vniuersis lex naturalis intelligit, hoc ordinatissimus mundi motus ostendit. Quis enim Gen- *Sapien. 12.* tilium hoc audeat dicere, cui in prospectu semper sunt cœli terræque ac maris elementa distincta? Quis Iudæorum hoc suspicari queat, ad quem tradita per Moysen legis scientia quantulacunque peruenerit, cum scriptum & agnoscat & credat, nuda discissis rubri maris fluctibus profunda patuisse, & tutum iter *Exod 14.* in pelago pediti præbuisse terreno, diuisumque Iordanem rupinis insontem refluxisse gurginibus vel mortalem, in corpore Heliam euectum flammei cur- *Iosue 3.* rus igne, nec læsum: vel præparatis onustum escis *4 Reg. 2.* Abacuc, vt * ieiunio inter esurientes feras iusto prā- *Dan 14.* dium ministraret, vt vulgata narrat editio, in momē- ** ieiuno.* B to diei à Iudæa in Babyloniam translatum fuisse pro- *Ioan. 11.* tinus ac relatum? Quis hoc Christianus in cor suum, vel in atomo cogitationis admittat, qui sciat Lazarū quatriduanum mortuum fœtentibus membris, ac liquida iam intra semet pelle fluitantibus Domini deuoto prosiluisse seruitio: qui legerit cæcum à natiuitate, eundemque iam ætatem habentem, vel factis *Ibidem* subito vel refectis viguisse luminibus: qui probauerit *Matth 8.* ventos, fluctus ac tempestates simulque inuicem elementa rixantia dominicæ increpationis auditu mansuetasse præcepto: qui credat Petrum carnali sarcina *Ibid. 14.* grauem, & ter dominum continuo negaturum super tumidos fluctus pendulis incessisse vestigiis, Itaque vniuersos homines arbitror, vel qui excellenti fide & sapientia prædīti sunt, vel qui se aliter habent, hoc C quod Deus omnia potest venerari, credere, confiteri. Ideo enim generaliter ab vniuersa creatura dicitur omnipotens, quia omnia potest. Et hoc est Deus solus, qui ait, *Hæc apud homines impossibilia sunt.* At- *Luce 18.* que alibi docet, dicens: *Sine me nihil potestis facere.* *Ioan 15.* Potest ergo omnia in homine qui vtique potest omnia. Porro autem quid superbit terra & cinis; vt dicat, homo potest, cum Deus possit? Clamat Apostolus. *Gratia eius sum quod sum, & gratia eius egena in* *1 Cor 15.* *me non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Quid incautè præsumptor aspicis, quia dixerit, *mecum*; Attende quia præmiserit, *non ego.* Quapropter in hæc duo verba, non ego, & mecum gratia Dei media est: cuius est vere & velle & perficere pro bona voluntate, D & tamen voluntate hominis. Vnde & ille confisus est, vt diceret, *mecum*; quia dixerat, *non ego.* In voluntate ergo hominis gratia diuinæ virtutis operatur, quæ & hoc ipsum velle donauit. Ita conscientia hominis profitetur vt dicat, non ego: gratia Dei largitur, vt mecum. Clamat Apost. *gratia Dei sum quod* *Ioan 6* *sum.* Meminerat enim Domini prædicantis; *Nemo* *Matth 28.* *venit ad me, nisi quem pater attraxerit* Et rursum alibi; *Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsque ad* *Ioan. 16* *consummationem sæculi.* Et in alio loco de Spiritusācto, sic ait; *Expedit vobis, vt ego eam. Nam si non abiero, non veniet consolator ille ad vos. Si autem iero, mittam eum ad vos.* Infelix ô homo, secundum veritatem sententiæ Dei, Pater te attrahit, Filius tecum est, & Spiritus consolatur, & in hac tanta diuinæ maie- E statis circumstantia audes dicere, gratia quidem Dei adiuuante, sed mea possibilitate sum quod sum? Asseris enim nunc post hanc sociam antiquo errori emendationem potest homo sine peccato esse cum Dei adiutorio; quanquam in libro tuo, quem testimoniorum titulatione signasti, hæc ipsa sententia, hoc modo conscripta sit, posse hominem sine peccato esse, & facile Dei mandata custodire, si velit. Nulla ibi gratia, Dei nullum adiutorium nominatum est: quamlibet crebro dicas de gratia Dei, non ideo negani, quia non dixi, sed ideo dixisse accipiendus sum, quia nō negaui. Quasi vero & Susanna ideo de adulterio confessa credenda sit, quia arguentibus aliis nō negauit; aut testimoniū falsorum testium Dominus

Iesus

Iesus quia tacuit approbauit. Quod si apud vos, non negasse, dixisse est, & tacuisse, clamasse est; frustra *Psal. 148.* Dauid postulat, *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis*: frustra & ego me nō dixisse in quo arguor, testibus & testificatione cōfirmo, si alter audire potuit, quod meus sermo dixit. Sed concedo, vt quod nequaquam dixeris, pro dicto accipiendum putes. Quid agimus ex eo quod inuenientes ea sensu diuersitatem sermonis, iuncturis discordibus non cohærent, quod ipsa quoque pagina discrepantia in se verba non recipit? Scribis enim posse hominem, sine peccato esse: & facile Dei mandata custodire, si velit. Et quemadmodū beatissimus pater Hieron. de hac eadem sententia, in epistola, quā ad Ctesiphontem scribit, exposuit. Nouissime quasi ex grauissimo somno expergiscens adiicis, non B sine adiutorio Dei? In hoc enim repugnat tibi ipsa veritas, & reclamat. Quid per fastidiosum tumorem, nauseantemque verecundiam non necessarium tibi in ore tuo adiutorium Dei detines, quia facilia tibi *Ezech. 29.* cuncta arbitraris? *Summis labiis me honoras, cor autē tuum longe est à me.* Non est opus duobus in operatione, quod vni facile est: frustraque se gratia diuinitatis interserit, vbi fatetur se homo quod facile possit, si velit. Tu volenti facilia esse mandata dixisti: at ego etiam illud assero, quod & difficilia dicas compleri. Tamen quoquo modo per hominē posse promittas, Dominum exprobras inuidiæ, qui adiuncto adiutorio suo tenet ascribere, quod solus per voluntatem homo potuisset implere. Aut, tolle homini, si C velit, & gratiæ ascribe, quod possit: aut quia homini tribuis posse cum velit, remoue simulatā gratiæ palpatamque nec cohærentem participationem, & nudam ex abundantia cordis profiteri blasphemiā. Sed mearum ista partium non sunt latius indagare: præsertim vnde beatissimi patres, August. & Hieronymus, plenissimam conuictæ hæreseos probationem Occidentalibus prouinciis tradiderunt. Ad propositam supra redeam quæstionem, ad quam non fiducia suscitatus ingenij, sed iniuria motus accessi. Dicis posse in hoc seculo esse hominem sine peccato cum Dei adiutorio. Tu dicis, potest homo: ego dico, po-*Dan. 3.* test Deus. Tres in camino pueros æstuans introrsum flamma non læsit. Quis eorum quod cōtra naturam D factum est, potuit, verū ne ipsi, an quartus in medio *Matth. 3.* eorum, similis filio Dei? Leprosus esclamat *Domine, si vis potes me mundare*, possibilitate voluntatem manifestans, voluntatem possibilitate confirmans. Ipse est enim solus, cui cum velit, posse subsistit. Accesserunt ad eum cæci, vt illuminarentur, orantes: quibus *Matth. 7.* ait Iesus, *Creditis, quod possum hoc facere?* Dominus Christus summo premio fidei dignum iudicat, si quis hæc filium Dei posse crediderit, & Britannicus noster non vt voluerit se posse confidit? Fideli paralytico *Ibidem.* Dominus dicit, *Constans esto fili, dimissa sunt tibi peccata tua*: & nunc nouus Magister minsterque mensarum, remissionem peccatorum de sua magis ausus est possibilitate præsumere, nec de Domino expectat E audire? Scribæ non intelligentes veritatem, murmu-*Marc. 2.* rant & dicunt: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus*, & hic abolita esse iudicat, quæ Deum nesciat dimisisse? Ecce inflatus spiritu carnis tuæ tanquā super nihil sit, libero superbus arbitrio, gloriaris & dicis, peccator sum quia volo, pecco dum volo, cū autem rursum voluero, possum esse sine peccato. Quod dicis pecco cum volo, verum est: quia & quod opere non feceris, cogitatione fecisti: rursus cum volo non pecco, durum quidem ac difficile, nec per omnia subest, sed tamen aliquando fieri posse non dubium est: at vero posse esse sine peccato, qui aliquando peccauerit, impossibile est absque sola gratia baptismi, vbi ex persona Domini dicitur. Remissa sunt tibi peccata tua. Quod suadeor credere: quia permittor A audire. Possum ergo esse sine peccato, in hac duntaxat corruptione qua viuimus, non suscipio, non præsumo, non audio: Si enim Dauid orat ad Dominum, *Tibi soli peccaui & malum coram te feci*: & se-*Psal. 50.* cundum Apocalypsim Ioānis, iudicandi sunt mortui ex his, quæ coram Deo peccauerunt, ex his quæ scripta sunt in libris recipientes secundum opera sua, cur meum circa me præsumo iudicium, si me scio etiā de seipso iudicandum? Aut si libri illi sacri nunquam nisi in iudicio aperiendi, pariter vitæ nostræ bona malaque suscipiunt, examen iudicij in pondere præbituri, quomodo sine examine in hac vita & ante mortem abolitos esse cognoscimus, quos non solum post mortem, verum etiam post resurrectionem legimus proferendos? Ego in potestate non habeo. Peccari meum est, absolui non meum. Vbi vero pec-B cato me dedi, seruus factus sum accusatoris, reus iudicis. Possum propter assiduationem precum præmissa suffragia de bono iudice spem ferre: innocentē sine timore conscientiam ante promulgationem sententiæ vendicare non possum. Dicit enim Apost. *Nolite ante tempus quid iudicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit occulta tenebrarum, & manifesta-* *1. Cor. 4.* *bit consilia cordium & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Alioquin si in potestate hominis est, vt liberum se ipse faciat à peccato suo: aut non est iudex Christus, aut frustra est. Sed dicis. Ego dixi hominem sine peccato, secundum hunc sensum. Peccator cum ingemuerit, tunc saluus erit, hoc est, tunc ad salutem C incipiet pertinere: tamen sine peccato statim non erit. Dominus enim cum intrasset domum Zachæi *Luc. 19.* credentis, ait, *Hodie salus domui huic facta est.* Nunquid si vnus credidit, statim vniuersa domus sine peccato fuit, cui tunc vtique * maior domus credē-** maiorē.* ti initium salutis intrauit? Nam & Dauid cum peccasset ingemuit: Et quamuis meruisset audire dimissum sibi esse delictum, multo tamen postea idipsum exilio, & plurimo expiauit opprobrio: vt manifeste, & pœna in præsenti reddita & remissio in futurum reddenda videatur: & per hoc Deus multum misericordiæ ingemiscenti donauerit peccatori, vt peccatum, quod morte dignum erat, temporaria castigatione purgaret. Ananiæ de Paulo dicitur, quere-D lam de persecutione eius cum timore facienti: *Ego* *Act. 9.* *monstrabo illi quanta patietur propter nomen meū*: Vt cum Paulus ibi solueretur, vbi ligasset persequendo Christum, mox patiendo pro Christo tribulatus vsque ad mortem in resurrectione glorificatus existeret. Ita fit quia misericordia & veritas præcunt semper faciem Dei, vt si in tempore ab ingemiscente voluntarium sacrificium, vt veritas in misericordia fiat, contribulati spiritus & contriti cordis offeratur, in fine misericordia iudicio præferatur. Dominus Christus venturus in gloria Dei patris & creditur & speratur, iudicaturus viuos & mortuos, à cuius aspectu, vt scriptura testatur. Fugiet cœlum & terra: & existunt homines, qui nec propter ignorantiam, vt non E dicam, propter conscientiam, iudicio superuenturo subiectos esse se iudicent, & aduentum Domini illustrationemque fulgoris eius elementis ardentibus, & mundo pereunte trepident. Quos ex illis fore timeo, de quibus præmonet Dominus. *Multi enim dicent* *Matth. 7.* *in illa die* homines scilicet de illa carnali arrogantia, qua homines seducebant, & non tam coram Deo, quam adhuc semen ipsos iusti, *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus?* At tunc ego iurabo illis, & dicam: *non noui vos, discedite à me operarij iniquitatis.* *Psal. 6.* Dicitur per Prophetam Dauid in persona Christi: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis re-* *Psal. 14.* *quiescet in monte tuo sancto? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Hoc est reuera dicere, qui potest esse, & est sine peccato. Nam & ipse de se Do-

Ioan. 14. nimus ait: *Venit princeps mundi huius, & nihil in me inuenit suum*. Quid enim est Diabolus? Haud dubiú quin peccatum. *Ab initio enim diabolus mendax est:* *Psal. 14.* & contra Dominus meus est, *qui loquitur veritatem in corde suo, & non egit dolum lingua sua*. Angelus magnus & fortis, scriptura testãte, clamat in cœlo. *Apoc. 5.* *Quis est dignus aperire librum, & soluere signa eius?* Nec quisquam poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, neque perspicere eum. Flet multum Ioannes & luget, quod ex vniuersitate rationalium creaturarum nemo dignus repertus esset, qui aperiret librum vt videret eum. Flentem Ioannem vnus è senioribus consolatur & dicit: Noli flere Ioannes, Ecce vicit Leo ex tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere B signa eius: Quis rogo iste liber est, quem de manu viuentis in sæcula nullus fuit dignus accipere, nisi *Psal. 14.* *qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam*? Parũ est quia sine macula, parum quia *agnus, nisi & occisus*, *Apoc. 5.* nisi puritatem vitæ, passionis testimonio coronasset, habens septem cornua & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei: nec dubium, quin *spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus scientiæ & pietatis spiritus timoris Domini*. Quis *Ioan. 8.* ergo iste est liber? vt credo, iudicij. Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium filio dedit. Proh dolor, cogor dicere, quod horrui cogitasse. Ecce nunc & *Pelagius*, qui ausus est profiteri, se esse sine macula atque peccato, consequenter arbitratur dignum se ad accipiendum librum atque iudicium: C proximum que est vt dicat sibi, Ego potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumẽdi eam, & præparat se in throno Christi futurum esse consortem. Miser homo, qui non potius intelligit præparare se Antichristi aduentui præcursorem, qui cum fuerit reuelatus, extollit se super omne quod dicitur aut quod colitur Deus: iuxta hunc qui se iam comparat in coæquationem vnici filij Dei. Agnus Dei, filius *1 Thess. 2.* Dei, vt accipiat librum de manu patris, *profert stigmata passionis*, non iudicãs perpetratam nisi in morte atque in resurrectione victoriam & *anamartitus* *ἀναμάρτητος.* meus venire sibi posse perfectionem vitæ immaculatæ manducanti, bibenti, dormientique confirmat? *Matth. 4.* Dominum nostrum Iesum post quadraginta dierum ieiunium ter diabolus tentans, terque superatus re- D liquit, & non reliquit in perpetuum, sed ad tempus, acrior vsque ad mortem crucis Apostolo præuaricante rediturus, & apathes noster sane, vt sibi videtur, cum autore tentationibus non posse se vltra tentari, perturbarique confidit? Agnus ille perfectus, ille qui non solum peccatum non habet, sed etiam tollit peccatum mundi, & qui habet cornua septem in capite, non ita ventilare sufficiat tentatorem quin redeat, & noster hic mutilus, læuis in fronte monophthalmus non necessarium sibi æstimat munimen in capite, qui possibilitatem præsumit in carne? Mi- *Ioan. 15.* ser, qui secundum Euangelium magis fortè si cæcus esset, peccatum non haberet. Sed forsitan quia septem oculi septem spiritus sunt, abundare se his om- E nibus iactat, & quasi interiorem hominem suum cõgestis septiformis gratiæ vigere virtutibus: præsertim qui sibi totidem dogmatum suorum titulis gloriatur. Vnde fieri potest, vt iudicio suo se arbitretur spiritu sapientiæ refertum, præcipue cum dicat, facilia Dei esse mandata: spiritu intellectus sufficientem maximè qui prænoscat & prædicat omnes peccatores simul cum impiis in æternum ignẽ esse damnandos: spiritu consilij diuitem, qui moneat malum nec cogitandum spiritu virtutis potentem, quo affirmet posse esse hominem sine peccato: spiritu sciẽtiæ inflatum: quo sperat, nisi qui scientiam legis habuerit, sine peccato esse non posse: spiritu pietatis exuberantem, quo doceat inimicum velut amicum

A diligendum oblitus quia ipse dixerit, Inimico omnimodis non credendum: spiritu timoris Dei cohonestatum, qui post multam crapulam nouissimè expergefactus adiungit, posse hominem sine peccato esse, non sine adiutorio Dei, & per hos præsumptionum, vt arbitror, gradus non reformidat ascendere, vsque in id elatus, vt dicat, quia in similitudinem Christi perfecta sui potentia plenus, in toto super eum descenderit Spiritus sanctus & manserit: cum tamen hoc illi soli à patre Deo datum sit, *cui etiam dedit nomen*, solus sine peccato est & ingreditur sine *Philip. 2.* macula, apud quem manet ipsum sanctitatis vnguẽtum. *Nos autem in odorem vnguentorum eius currimus*, & interim super nos auræ vitalis afflatu dulcia *Cant. 1.* B vitæ spiramina Domino præcedente captamus: Sed dicis: Cur tanta me lacessis iniuria? Cur tam arrogantibus verbis inuidia grauas? Ego ne me seruus comparare audeam Domino meo: Ego ne terra & cinis conferam verbo Dei: Ego ne morti obnoxius, dici debeam victori mortis æqualis? Bene quidem ô condemnata nequitia, dans testimonium Deo, humiliatis in verbis, sed aliter sensus tuus clamat in paganis. Dicis, hominem posse esse sine peccato. Iterum ac sæpius repeto. Homo qui hoc potest, Christus est. Aut præsume nomen, aut depone fiduciam. Deus illud vni tantum donauit, & hoc non nisi *primogenito in multis fratribus*. Sic Catholica fide tra- *Rom. 8.* ditur, sic tenemus: Sane Dominus noster admonuit infideles, *Ego veni in nomine patris mei, & non me re-* *Ioan. 5.* C *cepistis*. Veniet alius in nomine suo: fortitan ipsum recipietis. Aut nobiscum illum cui credimus peccatores, vnum sine peccato eundemque vnigenitum sequere, aut si tu es ille alius, confitere. Ipse est Dominus Iesus, qui morte deuicta & diabolo triumphato *ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*. *Psal. 67.* *De cuius plenitudine nos omnes accepimus*, sicut Apostolus docet: *Vnicuique autem no-* *Ioan. 1.* *strum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*. Et ad Romanos idem Magister gentium scri- *Ephes. 4.* bit: *Dico enim per gratiam, quæ data est mihi omnibus* *Rom. 12.* *qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei*. Deinde ad Corinthios prædi- *1 Cor. 12.* cat, *Diuisiones vero gratiarum sunt: idem autem spi-* D *ritus. Et diuisiones operationum sunt: idem autem Dominus. Et diuisiones ministrationum sunt, gratiarum atque virtutum*. Subijcit. *Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult*. Deinde per comparationem membrorum in corpore hominis, manifestat corpus vnitatis Ecclesiæ ex disparibus operum modis, in vnam perfectionis cõuenire concordiam, probans nullum penitus esse membrorum, quod non egeat alterius ope atque compage, ipso Domino capite constituto, in quo omnes sensus ac thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi. Vnde & nobis dedit sensum, per quem sciremus, quod est verbum in Christo Iesu, *in quo est omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. in quem, iux- *Coloss. 2.* *Ioan. 1.* ta testimonium Ioannis, descendens spiritus sanctus E & permanens in ipso, esse Dominum declarauit. Itaque si & nemo habet, nisi quia à te petit, & nemo nisi *Marc. 1.* secundum diuisionem mensuramque accepit, & qui acceptum habet, ad ipsum custodiendum alieno eget auxilio, qua rogo amentia sibi de plenitudine promittit, qui in singularitate non sufficit? De Domino *Ioan. 1.* Euangelista testatur, erat autem lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Dicit vero Dominus Apostolis suis, Vos estis lux huius mundi. Ibi in solo Domino lux tota, quia vera: hic in cunctis Apost. lux quidem, sed de luce, quæ tota est. Et cum hoc in Apostolis ita est in quorum electione vniuersum Ecclesiæ corpus assumptum est, quid nos, nos inquam, & singuli, quid post

eos

eos videri possumus, nisi secundum Apost. Petrum
1. Pet. 1. homines ignari, *credentes tantum per fidem Euangelico propheticoque sermoni, tanquam lucerna lucenti in caliginoso loco?* Qua illustrati etiam ipsi persuademur, vt præparatę in operibus bonis fiat *lucerna ardentes*
Luc. 12. *in manibus nostris*, quę multi modis tentationibus fatigatæ, & defectu semper proprio & verbere periclitantur alieno. Vnde & Dominus in Euangelio
Matt. 6. 26. ait, *Et si ipsa lux, quæ in nobis est, tenebra sunt: ipsa tenebra quanta erunt?* Sed concedo, vt hoc quantulumcunque lumen est, indeficienti vsque in finem vigore permaneat, id est, donum illud, quod sortitus est specialis gratiæ, non amittat, (Alioquin plenitudo lucis assistit in toto, caligo non remanet: caliginem autem dico insipientiæ, de peccati sordibus accidentem) quid si competens ratio est, vt quantum de luce fuerit, tantum de caligine supersit? Porro autem difficillimum est, vt offendiculum caligo non habeat. Necesse est homini in quantitate luminis, & in reliquis caligine supersit? Porro autem difficillimum est, vt offendiculum caligo non habeat. Necesse est homini in quantitate luminis, & in reliquiis caliginis constituto, volenti bonum & non effugienti malum: & subsistere adiutorium, & nō deesse peccatum. Quod si cuiquam obscurè dictum videtur, accipiat exemplum cōuersationis humanæ. Duo singuli habent dona diuersa: vnus vt sit humilis in silentio, alter, vt sit suadibilis in docendo. Ille cui silētium cordi est, si forte poscatur rationem de fide reddere, putasne nullā assumit in humilitate fallaciam? Aut facile arbitraris, vt simplex scurrilitate careat, lætus verbo, sollicitus iracundia, patiens negligentia, mitis pigritia, doctus iactātia, summissus inuidia, extra illam quæ est omnium bonorum operum caligo
Psal. 14. generalis, vanæ gloriæ concupiscentiam. Quod si
Apoc. 5. hoc pie sanctéque intelligitur, vnusquisque nostrum assumat comparationem, vt magis semetipsum in melioris prælatione condemnet, quam in minoris despectatione iustificet. Ita demum inuicem membra sociabit, præcipue si vna charitate veluti pelle ossa circundante neruisque iunctis indigentia sui cōscius homo, hanc ipsam quam habet gratiam, donum intelligat esse non meritum: & magis ex eo vnde accepit glorietur in Domino, quam vnde non acceperit
Ephes. 2. irascatur. Nos enim cum essemus naturaliter filij iræ propter delictum nostrum facti sumus filij misericordiæ propter clementiam Domini, nihil digni nisi damnatione. Non ingeramus Domino de non accepto querelam, sed de accepto gratiam rependemus, gloriamque soli illi creatori redemptorique
Rom. 3. nostro Dominu Iesu Christo tribuamus, quem *po-*
Philip. 2. *suit Deus propitiatorem in sanguine suo vt in nomine eius omne genu curuetur, cælestium & terrestrium & infernorum*: quem in illa prædicta potestate iudicantem omnis caro videat, & cui omnis lingua fateatur. Vnde & Apost. ait, Ideo contendimus siue absentes,
2. Cor. 5. siue præsentes placere illi: *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum, siue malum.*
Rom. 14. Et alibi: *Omnes enim stabimus ante tribunal Dei:* Paulus Apost. dixit etiam se staturum ante tribunal Dei, & propria corporis prout gessit cum cæteris redditurum: contra autem Pelagius confidenter audet dicere; ita consummo vniuersam in carne perfectionem, vt de iudicis bonitate nihil sperem. Iusti in illa die iudicis operum suorum glorias audientes, ad-
Matth. 25. huc tamen velut ignorantes interrogabunt, *Domine quando te vidimus, & hæc fecimus tibi*, & hic noster scientissimus legis agnoscit, quo die, qua hora, quo momento, vltimam sedem vltra quam non sit aliæ plenissimæ sanctitatis intrabit? Aut forsitan reclamat & loquitur, Recte mihi hæc amentiæ, vt non dicam superbiæ ingerentur opprobria, si dicerem, sine ad-

A iutorio Dei hominem posse esse sine peccato, nunc autem quum adiutorium adijcio, nihil difficile assero. An tu fortassis Dei adiutorium negas? Concedo paulisper calumniæ tuæ, vt dum quod in te conuincere volo, in me videar detegere, inueniamur simul, & ego in meii defensione purgatior, & tu in tua confusione manifestior. Mea semper hæc est fidelis atque indubitata sententia, Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiæ suæ dona largitur, verum etiam vniuersis in hoc mundo gentibus propter longanimem sui æternamque clementiam subministrare, non vt tu asseris cum discipulo tuo Cœlestio, cui iam apud Africanam Synodum occulta illa impiorum dogmatum natura confusa est, in solo natu-
B rali bono, & in libero arbitrio generaliter vniuersis vnam gratiam cōtributam; sed speciatim condie per tempora; per dies, per momenta, per atomas & cunctis, & singulis ministrare. Dicit enim scriptura, *Qui* *Matth 5.*
facit solem suum oriri super bonos & malos. At tu forte respondes Ordinem suum composita bene natura custodit, ac per hoc Deus elementaris semel cursibus constitutis facit, inde quæ facit. Quid ergo de illa sententiæ parte, quæ sequitur, opinaris? Dat pluuiam super iustos & iniustos. Vtique qui dat, cum vult dat, & vbi vult dat: vel dispensando dispositam constitutionem, vel effundēdo propriam largitatem. Ac ne secundum amentiam pietatis tuæ etiam hoc euacuare mediteris, audi prophetam super hac veritate testantem. *Qui aduocat aquas maris, & effundit* *Amos. 5.*
C *eas super faciem terræ, Dominus nomen est illi.* Quid vero dicam de spe vera generis humani, quia omnis qui arat, in spe arat. Sperare autem, non est possibilitatis propriæ, sed largitatis alienæ. Cum autem quis *1. Cor. 9.*
seminauerit, iactámque sementem in sinu terræ cultor absconderit, non habet vltra quod faciat, nisi vt oculos tendat ad cœlum, oret non terram cui commisit, sed Deum cui credidit, vt labores eius vel matutino vel serotino imbre fœcundet. Et vt spiritali testimonio etiam ad communes vsus perfruar, *neque* *1. Cor. 3.*
qui plantat, neque qui rigat quicquam sunt, sed qui incrementum dat Deus. Quantum ergo de Dei adiutorio gaudeam, per id metire, quod ministrari per singula etiam gentib probo: vt manifestum nobis esset,
D quem vsque in finem cauere, & quem sine cessatione inuocare debeamus. Diabolus interrogatur à Domino, *Vnde ades?* At ille respondit: *Circumeunt terram &* *Iob. 1.*
peragrans, quæ sub cælo sunt, adsum. Rogo te sollicitudo ista diaboli bonę voluntatis, an malæ est? Fatearis necesse est omnino malæ. Hoc enim & sequens postulatio eius ostendit. Manifestatio ista diaboli tēpore Iob facta est, scilicet tempore Moysi. Certe tūc nulla Iudæa, nulla Hierusalem, nulla per orbem Ecclesia erat. Adhuc vniuersa gentilitas Dei notitiam non habebat, & iam tamen diabolus circuiens terrā, omnia quæ sub cœlo sunt peragrabat: atque ad seducendum & dispergendum humanum genus incessabili malitiæ suæ sollicitudine ferebatur. Itaque cum videas hominibus ignaris tantam diaboli incubuisse
E nequitiam in disperdendum, nullam hinc credis Dei in custodiendo gratiam præfuisse? Aut forte frustra *Psal. 23.*
dictum putas, *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo?* At vero vt adesse adiutorium Dei, & per singula & per singulos manifestius probes: eo ipse diabolus dum testatur de vniuersitate, de vno interrogatur. Animaduertisti inquit Deus, in puerum meum Iob, quia non est quisquam similis illi super terrā? Nouit speciatim vnumquemque Dominus, nouit & diabolus. Ille potestate naturæ: iste labore nequitiæ. Iste vt tētet: ille vt probet. Iob contradicente aduersario à creatore laudatur. Vult Dominus opus iudicare hominis, quod ipse operatur in eo: at vero de adiutorio etiam diabolus

confiterit. Dicit enim, Nonne tu circumsepisti quæ sunt extra domum, & intra domum eius? Ea petente inimico famulum suum Deus spoliat per tentationé, non nudat: aufert substantiam & dat gratiam: Ecce, inquit, omnia quæcunque habet do in manu tua, sed ipsum noli tangere. Parum est Inuidus fuerit, mortem conatur inducere, sed è contrario dispensatione Dei mouetur, gratia non aufertur: ea petita prædoni præda promitur, & rursus prædæ suæ custos adhibetur. Dicitur enim ad eum, Ecce trado eum tibi, tantum animam eius custodi. Nemo ex hoc æstimet diabolum ad seducendam in corpore tantummodo animam laborare, nisi etiam ab ipso corpore vellendam: si non saucium infirmumque hominem miserentis Dei tutela muniret, & obuia, cunctis insidiarum eius conatibus semper occurreret. Habes, vt arbitror, etiam in Gentibus sufficientem cooperantis gratiæ probationem: accipe manifestam quoque significantiam de illo præcipue dono, quod Ecclesiæ & corpori suo peculiare largitur. Paulus Apostolus

1. Cor. 2. ad Corinthios scribit, *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei qua data est vobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gra-*

Rom. 5. *tia.* Et iterum, *Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem & accessum habemus fide in gratia ista, per quam stamus, & gloriamur.* Vnde & Petrus Aposto-

1. Pet. 1. lus admonet dicens, *Recipientes finem fidei vestræ salutem animarum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nos gratia Dei prophetauerunt.* Ex quo euidentissime declaratum est, nemini hominum deesse Dei adiutorium: præsertim cum & seductor insistat, & insit infirmitas. Confusa euacuataque est calumnia cæci arguentis, qui ait, Fortè tu Dei adiutorium negas? Sed quoniam de Iob fecimus mentionem, dicamus quod & superiori testimonio, recensitum est, Domino dicente, Homo sine crimine verax Dei cultor, abstinens se ab omni malo. Solet enim à vobis sæpissime dictitari, ad probandum hominem sine peccato posse esse, quia fuerit, hinc est, quia & Iob testimonio Dei homo sine crimine est di-

Luca 1. ctus & verax. Et Zacharias *sine querela* in Euange-

Iob. 1. lio probatus ostenditur. Dicit Dominus ad Iob, *Ho-*

Peccatum & crimen. *mo sine crimine*, nunquid dicit sine peccato? Peccatũ enim cogitatio concipit, crimen vero non nisi actus ostendit: Esse etiam sine querela eorum cognitioni iudicioque ascribitur, quibus in promptu est, in facie quidem mansuetudinem aspicere, sed cordis bella

Tit. 1. nescire. Vnde & Paulus confidenter iubet dicens,

1. Cor. 1. *Oportet enim Episcopum sine crimine esse.* Et alibi generale dat testimonium Corinthiis, atque asserit, *Ita vt non indigeatis vlla gratia, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine.* Ecce Paulus quos testimonio suo vsque in finem confirmat esse sine crimine,

1. Cor 6. mox eosdem in eadem epistola corripit scribens: *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos.* Sub vno timore iisdemque personis, ecce sine crimine, ecce delictum: vnde declarat, non statim sine delicto asseri, quem videas sine crimine nominari. Dixit enim & Dominus Iesus: *Venit Ioan-*

Luc. 7. *nes non manducans neque bibens.* Et iterum scriptum

Matth 3. est, *Esca illius erat locusta, & mel siluestre.* Nunquid ex alterutro aut Ioannes non manducasse, aut Dominus fefellisse credendus est? sed è contrario in vtroque veritas est: quia & Ioannes in substantiam carnis escæ aliquid suscepit, & rursum verè dixerit Dominus in Ioannem, nec cum cæteris, nec id manducasse, quod cæteros probans se scripturasque sanctas, occultata sæpe scientia Dei, hominum manifestare sententias. Quamobrem obsequenter accipitur, quo-

A tiescunque scriptura commemorat, & iustum & sine querela pro captu temporis, & secundum illud vltimum iudicium Dei, cui vniuersorum conscientia subiicitur, & lingua omnium confitetur Deo: quod liquido intellige, quia iustificatio Iob, passionumque eius in carnem permissio, prouido consilio Dei confusionem diaboli arrogantis operata est: vt dum homo de honore creatoris, ipso Domino probante laudatur, infidelitatis notam declinans angelus puniretur. Rursus autem ne famulo suo grauiorem plagam faceret, dum sanaret, & per curam carnis, animæ vulnus infligeret, hoc est, ne beatus Iob tanta tentatione superata, duplicatisque omnib. & restitutis in superbiam elatus, & iudicium incideret diaboli, admonetur ab occultis suis, vt & si à foris de iustitia

B laudaretur, intus tamen esse sciret subditum esse debere à quo custodiretur. Dicit enim ad eum Dominus. *Quis est hic qui celat me consilium, continens ser-* Iob. 38.
mones in corde, & me putat latere? Accinge tanquam vir lumbos tuos. Interrogabo: tu autem responde mihi, Vbi eras cum fundarem terras, indica mihi, si nosti scientiam. Et post multam docendi correptionem, vel corripiendi doctrinam: respondens Iob Domino dixit: *Quid ergò iudicor commonitus & increpatus à Domino, audiens talia: cum nihil sim?* Talis & Zacharias, Luca 1.
homo, *sine querela*, dignus honore hominum, dignus testimonio scripturarum, quem aliquatum, vt arbitror, ex hoc inflatio titillabat, incipiebatque plus credere famæ, quam conscientiæ; per corripientem Angelum notam infidelitatis arguitur, & temporario silentio castigatur. Vnde & Paulus dicit, *Itaque qui se* 1. Cor. 10.

C *existimat stare: videat ne cadat.* Et quasi forma hominum de se ipse pronuntiat dicens, *Castigo corpus* 1. Cor. 9.
meum & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ita *sine crimine* dici quenquam, & *sine querela*: non est perfectionis testimonium, sed conuersationis exemplum. De immaculato autem vbicumque scriptura pronunciat, sicut Dauid ait, *Beati immaculati in via, qui ambulant in* Psal. 118.
lege Domini, sana doctrina traditum reor, quia vere *beati sunt, qui sunt immaculati in via*, hoc est, perfecta fide in veritate gradientes, non declinantes hæretica prauitate, neque in dexteram, neque in sinistram. Via Christus est, qui per Spiritum sanctum ducit ad patrem. Igitur qui sine macula atque lepra, nec contaminatus ab his quorum sermo serpit vt cancer, venerandæ gloriam Trinitatis audit, credit, intelligit, bea-

D tus in fide immaculatusque consistit. Ex quo etiam dicitur ad Abraham, *Ambula coram me, & esto sine* Gen. 17.
macula. Necessario enim *Abraham, qui credidit Deo & reputatum est ei ad iustitiam*: vt sit in eo quod credidit, *vidit & gauisus est*, perfectus esse ac sine macula commonetur, multarum gentium pater constitutus in fide, & fidelium sinus in requie vt simus omnes, qui speramus in Deo cum fideli Abraham. *Beati* Psal. 118.
immaculati in via, scriptum est: per fidem enim ambulamus non per speciem. At vero si vis de immaculato, qualem Dauid orans quærit audire, vanam impossibilitatis tuæ depone fiduciam, & prostratus in precibus cum Propheta oratione coniungere, fiens

E pariter ac dicens: *Delicta quis intelligit? Ab occultis* Psal. 18.
meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Si enim mihi non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. Infelix ego homo, delicta quæ nondum intelligo, quando vitabo? Petrus diligit Christum, nec vnquam à dilectione declinat, Testimonio dilectionis Domini, nunc *petra fundamenti Ecclesiæ constituitur*, Matth 16.
nunc *Satana* vocabulo deprauatur. Vnum atque idem Ibidem.
semper operanti, nunc dicitur, *Non reuelauit hoc tibi caro & sanguis, sed Pater meus, qui est in cælis.* Nunc rursus ingeritur, *Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Apostolus diligendo electus est, diligendo confusus: habens pro nimio amore peccatum. Si-

quidem

A quidem annunciarit de passione suâ Domino amoris impatientia dixerat: propitius tibi esto Domine, non erit istud tibi. O miseria miserorum. Si Petrus in aliquo Christum amando peccauit, delicta quis intelligit? Clamat Propheta & clamat in spiritu sancto: clamat ille, de quo dixerat Dominus,
Psal 88. *Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, & nihil proficiet inimicus in eo*: & quid clamet attende,
Ibidem 14. *Ab occultis meis munda me Domine.* Quid ille electus secundum cor, ille quem promisit Deus facturum omnes voluntates suas, ille quem vnxit in regem, ille quem prophetiæ spiritus sanctificatione donauit, stupens in obreptione peccatorum clamat ad dominum, vt ab occultis suis mundetur implorat & dicitur ei à Domino in alio loco,
1. Par 17. *Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator & sanguinem fuderis*, quasi vero sordium abolitione cunctarum ita emundare eum nequiuerit, vt dignum operi præpararet, Dauid vsque ad mortem non emondatur, sed præclaro in templi constructione sibi filio se ipse condemnat: & Goliat cum Armigero suo calumniatur mihi, cur Dominus non faciat in eo, quod nunquam fecit in seculo? Dicit & Ecclesiastes,
Pelagium dicit & Cælestium. Eccles. 1. *Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est*, iam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos, & nouorum dogmatum instructor affirmat, potest fieri quod nunquam factum est. Non requiras vtrum fuerit, quod posse esse non ambigis. Ædificari voluit Deus templum nomini suo, & hoc C vt non nisi innocens & bene immaculatus extrueret. Duo ad hoc Reges cunctis vitibus eliguntur, vterque ad adiutorium: de custodia vtrique promittitur. Ad
Psal. 88. Dauid siquidem dicit Deus, *Veritas mea & misericordia mea cum eo.* De Salomone vero testatur,
1. Par. 28. *Ipsum elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem.* Ex his duobus templum Domini vnus præparat, alter ædificat: præparat senex, perficit puer, dignum est enim vt sanctum Domini templum sanctus ædificet. Præparat, vt dixi, senex, sed quasi postquam peccare cessauit: perficit puer, sed tamen pene cum adhuc peccata non cæpit. Ille ante peccauit: hic postea. Ille multo peccato ædificare non meruit: iste multum peccando quod ædificauerat, dereliquit. Et inter hæc mirabiliter sibi ordinatio sancta disposuit: vt inter duas D ætates, quod perpetuum in homine esse non poterat, pro captu temporis inueniret. Vterque aliquando non peccauit, tamen vterque sine peccato esse non potuit: vt sit Deus verax, *omnis autem homo mendax*:
Rom. 3. sicut scriptum est, *Vani filij hominum mendaces filij*
Psal. 62. *hominum in stateris.* Habentes vtique gratiam & adiutorium Dei, tamen sine peccato esse, nec obtinere Dauid, nec Salomon valuit custodire, & Iouiniani filius vt omnipotens Deus pro ipso discipulisque eius tantum rerum ordinem mutet, sperat, quod si factum forte non fuerit, Deum impossibilitatis accusat? Potest, inquit, homo esse sine peccato, tamen cum Dei adiutorio. Quid faciam? Tolerabo interim pannum nouum, vestimento veteri colligatum, donec emendationis miseræ falsitatem peior scissura patefaciat. E Concedo enim, vt contra ducem veritatis loquensis, cum dixerit, potest homo si velit, dixisse videatur, potest homo cum adiutorio Dei. Nunc demum, mihi veluti ad exordium propositionis sermo reuocandus est; & paulisper iniuriæ dolore seposito, cum reuerentia disputandi ad celsitudinem capitis recurrendum. Caput enim nostrum est Christus Iesus, quem,
Rom. 3. sicut Apostolus ait, *Proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei & ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu.* Itaque propitiator per fidem in sanguine suo positus ad

A ostensionem formamque iustitiæ, ipse est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. De quo Ioannes vsque ad ipsam pene inaccessibilem lucem introductus exclamat; *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt.* Ac post paululum exposita diuini operis veritate subiungit, *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus honorem eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenum gloria & veritate.* Ioan. 1.

Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui tanquam agnus coram tondente, sic non aperiens os suum, cum flagellatus, crucifixus & mortuus est qui aculeum mortis edomuit, qui à mortuis resurrexit, qui *captiuam ducens captiuitatem, ascendit in cœlos.* Hic est *vnigenitus in patre, primogenitus in multis fratribus: In quo est omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Hic ergo Dominus Christus, hic inquam, filius Dei, in virtute patris & gloria: quæ in principio condidit, & redemit in medio, etiam in nouissimo iudicabit. Itaque post conditionem vniuersæ, quæ secundum voluntatem eius extitit creationis, compositionis modum rebus imposuit, vt quod rationale factum fuerat, ratione subsisteret. & quod libero donarat arbitrio, ne in licentiam perditionis excurreret præcepti lege restrinxit: vt cum creatura creatorem & Domini donum agnosceret, & præcepti stabiliretur: in subiectione lapsus libertatem prospiciens, ad hoc tantum ipsa libertate vti vellet, vt per eam seruitium quo regeretur eligeret, digno habitos iudicio, vt ex prudenti seruitute descensionem, ita ex libera voluntate mercedem confirmans Apostolo qui ait: Si enim volens hoc ago, mercedem habeo. Duo luminaria magna omnipotens Deus dixit & facta sunt, præcepitque vt diuidant diem ac noctem & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, Nunquid hic semel decreta distinctio, non vsque in præsentem permanet diem? Et tamen hæc ipsa, quæ sic ordinato motu seruntur, creatori mutare cum velit, potentia inerat, si ratio non teneret: quoniam in omnibus potentiæ Dei ratio coniuncta est. Si enim esset apud creatorem mutatio operum, qualiter à creatura expectari posset obseruatio mandatorum? Iussum à Deo est, vt germinet terra herbam, fœnum lignumque fructiferum, hoc etiam nunc annuis vicibus incessabili parturitione custodit. Et tamen iratus sæpissime Deus terræ, fructus negata imbrium vbertate diminuit, & quod auferre in totum potuit, maluit castigare, vt & correctionem plaga ostenderet, & ordinem natura seruaret. Fecit Deus hominem de limo terræ, & vitalis spiritus insufflatione viuentem posuit in paradiso deliciarum: libero insuper donauit arbitrio circumdatumque mandato medio immortalitatis & mortis; quamuis asserant tui, qui abundantiora de pectore tuo venena suxerunt, mortalem eum fuisse factum, nihilque eidem damni ex transgressione contigisse præcepti. At vero præuaricante homine, terra maledicitur, laboribus ac doloribus homo ipse coangustatur, vt in sudore faciei panem acquirat iubetur. Hora mortis circumscribitur, donec in terram, de qua sumptus est, reuertatur. Eiicitur Adam de Paradiso, generat filios trahentes secum seminis infidelis originale peccatum: peccat humanum genus, Deum quoque pœnituit quod hominem fecisset in terra. O Domine sustine paulisper stultitiam meam, donec qui sapiens & prudens videtur, erubescat & sentiat imprudentiam. Peccante vno homine, ex quo in vniuersam successionem dira contagio transierunt, regnumque in vniuersos mortis inualuit, pœnitet te, irasc-

Isaia 53.
Psal 67.
Rom. 8.
Coloss 2.

cetis, doles. & vsquequo verbum caro factum passione, cruce, ac morte opus habeat commoueris. Forte satius fuerat vnum deleri illico peccatorem, & mox alius secunda plasmatione substitueretur, quo ab omni sorde libera & immaculata propago descenderet. At hæc te Deus omnipotens quia non fecisse agnoscimus, non potuisse credimus?

Matth. 16. 1. Cor. 3.

O Petre supra quam petram Christus suam fundauit Ecclesiam, & ô Paule qui fundamentum posuisti, præter quod aliud nemo potest ponere, qui est Christus Iesus, beati Apostoli columnæ & firmamēta veritatis, vos saltem huic, qui consiliarius Deo est & mediator, sacris respondete sermonibus.

1. Pet 1.

Ait Petrus, *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, per quem vocati estis in hæreditatem, incorruptibilem: & incontaminabilem, conseruatam in cœlis, vos qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo.*

Ephes. 1.

Deinde Paulus vas electionis, profert thesauros salutares, & ait: *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia: vt notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ secundum bonum placitum eius, quod disposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum, restaurare omnia in Christo, quæ in cœlis sunt & quæ in terra.* Dicit Petrus *in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo*: testatur & Paulus, quod proposuit in eo *in dispensationem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo*: & nunc nobis nescio quis quasi rana è cœno emergit & personat: Quid mihi est expectare tempus, expectare iudicium? Deus si potest, semper potest: si semper potest, personarum acceptor non est. Potest ergo, & modo potest: & in te vere personarum acceptor probandus, si quod in omnibus potest, & vtique acturus in tempore suo est, in te solo ante tempus faceret, quod neq; in Moyse fecit, cui vnum tantummodo in hac vita peccatum exprobrauit, & tamen ante mortem remisit: quem ob hanc culpam mori iussit, ne terram repromissionis intraret.

Rana è cœno.

Audiat ergo Salomonem, super ordinatione temporum & Dei constitutione testantem, *Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cœlo. Tempus nascendi & tempus moriendi. Tempus plantandi; & tempus euellendi, quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi.* Deinde alio loco dicit: *Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit Deus & tempus omnis rei tunc erit.* Quamobrem ô homo vacue, si quam fiduciam habes, patienter expecta ordinem Dei, quem dignatus est & ipse Dominus expectare qui fecit: factus sub lege, qui fecerat legem. Audi ipsum tibi dicentem, *Non est vestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate.* Aut si vis apertius accipere testimonium, quia cum vtique possit Deus, tamen pro ipsa sui ordinatione non faciat, dicit ad Petrum, *An putas non posse me modo rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Sed quomodo complebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri.* Vides ergo quia operator temporis, temperat virtutes: & ratio dispositionis, miscet potentiæ patientiam. Deinde ait Dominus, Reconde gladium in thecam. Fieri enim non potest, vt calicem quem dedit mihi pater non bibam illum. Et tamen Deus nihil non potest: nec est quicquam quod non faciat nisi forte quod nolit, non oporteat, non proponat. Loquitur Paulus ad Thessalonicenses, significans de aduentu Antichristi: Non tenetis, quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Tanta vis est decreti Dei, & tam irreuolubilis status constitutorum in suis quibusque causis temporum, vt propter electos suos dies sæculi abbreuiari dixerit dominus, non auferri; vt faceret temporum statutorum pro maiestate plenitudinem, pro pietate breuitatem: simulque & compendium misericordia caperet, & numerum mundus impleret, & tu vis iam? Ecce ego cum dolore misericordiæ loquor, tu, inquam, vis ô homo similis mei, vt nihil homines in hoc præsenti tempora, quod nunquam antea dictum in sacris voluminibus inuenitur, quenquam sine peccato esse respondeant, & si in hoc forte consenserint, de die momentoque subscribant: nouam calumniæ machinam instruens, vt quod non fieri dicimus, non posse fieri dixisse videamur, & in quo præcipue operantem in dispositionem quam statuit omnipotentiam prædicamus, ne impatienter infamare impotentiam iudicemur? Vanum, quæso te, furorem abijce: quoniam hoc ipsum ad peccatum proficit, de quo abstergendo possibilitatem temporis non clementiam iudicis cogitasse. Hactenus de potentia Dei, quam prædicamus & colimus, & de præfinitione temporum, quæ profundissimo ipsius sunt statuta consilio, dixisse sufficiat, de qua & si plura quæ sunt sanctorum scripta non essent, dæmonum saltem responsio sola sufficeret, qui propria damnati conscientia vociferantur ad Dominum, *Quid tibi & nobis fili Dei? Quid venisti ante tempus perdere nos?* Quos cum intelligas de constitutione iudicij confidentes cape certissimum ipsius contra te exemplum. Si illos in oppressione miserit homines comprehensos: vltimo tunc iudicio intelligis esse damnatos. Accipe & teipsum hic imperturbabile emundatione purgandum. Sin autem, vt legitur, patientia Dei adhuc illis liberum indulget arbitrium: adhuc & te crede tentandum. Nunc ad aliam strictim transeo quæstionem, quam tu aduersus omnes Catholicos vibrare sæpius diceris.

Eccles. 3. Eccles. 3. 16. Act. 1. Marc. 1.

Nam etiam in epistola tua illa lucubratissima hæc ipsa intelligere vix potuimus. Ita ista, inquam ad Demetriadem, puellam (vt audio) sacram & sanctam, homo verecundissimus scribere non erubuisti: docens, vt credo, reuerentiam castitatis sub stropha Ioseph luxuriantis dominæ suæ, vbi dixisti, contempta frequenter domina, propriores adolescenti tendit insidias, secretum ac sine testibus manu impudens apprehendit, in opportunam historiam obscœnissimo sermone contexens: quanquam hoc quod neque apto, neque decore dicitur, tibi imputare non debeamus, cui neque natales dederunt, vt honestioribus studiis erudireris, neque naturaliter prouenit, vt sapetes; sed illis dictatoribus tuis, qui miserum sensum miserrimo sermone conscribunt, & te legendum cachinnis quasi titulum confusionis exponunt. Inter hæc ergo huiusmodi sensum in eadem epistola indigestis sermonibus eructasti, quod plerique nostrorum dicerent. Deum malam hominibus condidisse naturam. Quod etiam ille Phinees tuus pederentim nobis tentauit intendere: vnde breuiter primum profiteor, deinde respondeo. Ante tribunal Christi in dextera inter agnos Dei non sit dignus assistere, nec mereatur videre Dominum in regione viuorum, nec in gloria resurrectionis vita Iesu manifestetur in mortali corpore eius, qui dicit,

Deum

A Deum aliquam malam vel hominis vel cuiusque rei condidisse naturam, vel qui liberum in aliquo tollit arbitrium: cum scriptum legerit, omnia quæcunque fecit Deus, bona valde. Et de libero hominis arbitrio scriptum est: Deus creauit hominẽ inexterminabilem, & reliquit eum in manu consilij sui. Cæce & maligne, aliter enim tibi loqui nequeo, sensum dominicæ authoritatis, sensum propriæ fragilitatis, sensum communis intelligentiæ non habens; nos naturam hominis infirmam dicimus esse, non malam. Nam si mala esset, bonum omnino non caperet: nunc vero cum genuino affectu concupiscat bonum & adhæreat bono, malumque omnino fugiat, vbi in ea mala dicenda est esse substantia? Dominus clamat, *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* (*Marc. 14.*) Clamat Abraham, *Ego autem terra & cinis.* (*Gene. 18.*) Clamat Iob, *Homo putredo & filius hominis vermis.* (*Iob 25.*) B Clamat Esaias, *O miser ego quoniam compunctus sum, quia cum sim homo, & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis habito.* (*Esa. 6.*) Clamat Hieremias: *Animus in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te; Vide Domine & miserere.* (*Baruc. 3.*) Clamat Abacuc: *Custodiui, & expauit venter meus, à voce orationum intra me turbata est habitudo mea.* (*Abac. 3.*) Clamat Dauid: *Exaudi me in tua iustitia, & non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* (*Psal. 142.*) Clamant omnes Apostoli infirmitatis timore turbati: *Domine libera nos, perimus.* (*Luc. 8.*) Clamat Ioannes: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* (*1. Ioan. 1.*) Clamat Iacobus: *In multis enim offendimus omnes.* (*Iacob. 3.*) Clamat Paulus: *Infelix ego homo? quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* (*Rom. 7.*) Et vt generaliter vniuersorum clamat infirmitas, clamat Spiritus sanctus in sanctis. *Omnis caro fœnum, & gloria hominis sicut flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit, verbum autem Domini manet in æternum.* (*Esa. 40.*) Contra has tam splendidas perspicuasque diuinorum nubes testimoniorum, audiat laborans, in gemitu suo mundus vniuersus Pelagium reclamantem; atque humili veritati non solum verborum impudentia, sed etiam cauteribus resistentem. Ait enim in epistola, quam supra nominauimus, Verum è contrario remisso ac fastidioso animo ac nequam ore nos Domino reclamamus & dicimus: Durum est, arduum est, non possumus, homines sumus, fragili carne circumdamur. Et ô cæcam insaniã & ô profanam temeritatẽ! Duplicis ignorãtiæ accusamus sciẽtiæ Dominum: vt videatur nescise, quod fecit, nescire quod iussit. Et quasi oblitus fragilitatis humanæ, cuius autor ipse est, imposuerit homini quod ferre non possit. Quid ergo hac præsumptione feralius? Quid hac increpatione peruersius? Exprobras Ecclesiæ Catholicæ, cuius nos viscera sumus, quod quasi dicere desperando videatur, quod Deus author hominis imposuerit homini, quod ferre non possit: cuius tamen fidelissima est & ore & humilitate professio: Deum & primo omnia possibilia præcepisse, & nemine tamen possibilia complente, propter quod subditus sit omnis mundus Deo, postea pondus præcepti substituta gratiæ indulgentia subleuasse. Veruntamen tu serue nequam, & maligne, qui quod sibi Dominus tuus remisit, à conseruis tuis conaris exigere: tuum primum sensum discutio, & meum postea si videtur explano. (*Matth. 18.*) Tu qui non posse ferre onus legis dixisse quosdam arguis, ergo tu ipsum ferre posse confidis? O miser! qui secundum quod scriptum est, dicis in corde tuo. *Diues sum & ditatus, & nullius rei egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus.* (*Apoc. 4.*) Nunquid ad te locutus est Christus, *Amen dico tibi, non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cælis?* (*Matth. 16.*) Nunquid tibi dixit, *tu vocaberis Cephas*? Nunquid tibi spopondit, super hanc petram fundabo Ecclesiam meam? Attende enim quid Petrus Apostolus Spiritu sancto docente commoneat, qui ait: Et nunc ergo vos quid tentatis Deum, imponere iugum collo discentium, quod neque nos ipsi, neque patres nostri potuimus portare? sed gratia Domini nostri Iesu Christi credimus nos posse saluos fieri, sicut & illi. (*Act. 15.*) Petrus Apostolus dicit, *quia ille vere Deum tentet, qui nunc homini onus legis molitur imponere*: contra autem tu obijcis & minaris, quod ille criminetur iniustitiæ Deum, qui per confessionem propriæ infirmitatis, ad gratiam spiritus à litera occidente confugiat. Samuel, Helias, Helisæus, Esaias, Hieremias, Daniel, Zacharias, omnes sancti, vel iudices, vel Reges, vel Prophetæ, patres sine dubio nostri sunt, & neminem Patrum Petrus affirmat, sed neque semetipsos, hoc est, Apostolos, cum essent Iudæi, onus legis ferre potuisse, sed fide Christi secundum spem gratiæ fuisse saluatos.

An forte secundum te omnes isti sancti patres Dei adiutorium non habebant? Ecce Petrus increpat illos, qui graue iugum collo discentium ponere conabantur: tu è contrario scandalum Petri increpas eos, qui ad fidelem Dei misericordiam confugiunt: & se per semetipsos onus legis ferre diffidunt. Sed tibi specialis inde portandi oneris fortasse fiducia est, C quod balneis epulisque nutritus, latos humeros gestas robustamque ceruicem, præferens etiam in fronte pinguedinem, sicut scriptum est: *Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est.* (*Iob. 15.*) Cucurrit aduersum eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet: At illi tales esse non possunt, quibus semper in corde loquitur Christus: *Contendite per angustam viam introire: lata est enim, quæ ducit ad mortem.* (*Luc. 13.*) Et Paulus Apostolus monet, *Curam carnis ne feceritis in concupiscentiis.* (*Rom. 13.*) *Est mihi veritas Christi, quia multum doleo pro vobis.* Iuxta sententiam enim Beati patris mei Augustini, Non est sani fiducia sed insani. (*S. August.*) De vno præcepto eodemque primo, te si dignaris D interrogo. In lege Dominus per Moysem iubet, quod & in Euangelijs Christus affirmat, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis: & secundum simile huic, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum.* (*Matth. 22.*) Rogo te, responde non mihi, sed Deo: non voce, sed conscientia: si ita ex toto corde Deum diligis, vt nullam vnquam in eo cogitationem, quæ absque timore & dilectione Dei intelligi possit, admittas: si ita in tota anima sequeris, vt suscepta semel cruce in nullam penitus oblectationem habita ad tempus iocunditatis succedas: si ita in totis visceribus tuis calore charitatis ardes, vt nulla penitus per augmenta necessitatis infirma concupiscentiis aut desiderijs adquiescas. Deinde cum scriptum sit, *Omne quod non E fit ex fide peccatum sit*: & siue nobilium locorum Episcopos videris, siue potentes seculi viros, siue diuites sub religione videas, vtrum omnino nihil vel adulationi, vel timori, vel spei acceptione personarum captus indulgeas, nec quicquam in quo te cor tuum reprehendat, & conscientia remordeat, vel si nulla verba tempori potius quam veritati accommodata respondeat. Illud etiam consulo, vtrum æque omnes Christianos sicut teipsum diligas. Nos enim sub vno capite, quod est Christus: & sub vna Ecclesia, quæ est Christus, omnes fratres sumus, & vnum corpus in Christo. Vtrum ergo sicut teipsum diligas omnes qui misericordiam sperant, quos tamen noueris, confitere. Non enim te de ignotis

quam res est: quoniã, vt iam dicebamus, Deus mortem non fecit. Quocirca de hoc dubitare nefas. Etenim si, quemadmodum illi volunt, etiam ante præuaricationem Adã primus homo mortalis erat, quid ille postea irrogatum mortis supplicium? quid pelliceam indutus est tunicam, siquidem à primordio eum Deus mortalem procreauerat? Cur etiam (Gen 3.) folia ficus consuit, & Deum latère conatus est, si non diuinitatis adipiscendæ spe illectus, primam stolam perdidit, & pro immortali mortalis repente euasit?

Accipe quod in rebus diuinis egregiè versatus Ioãnes Damascenus super hoc alicubi scriptum reliquit. Principiò nequissimus ille (Diabolus) spem consequendæ diuinitatis Adamo iniecit, atque ita eum ad conditionem moriẽdi, more animantium brutarum, B deiecit. Doceant igitur isti, vbi prius eum esset, & vnde ipsum ad interitũ cum bestiis communem deiecerit. An à sublimitate immortalitatis vtique, qua ante mandatum ab se violatum prædirus erat? Per inobedientiam igitur, generis nostri auctor ad corruptionem & necessitatem subeũdę mortis redactus: per inobedientiam ad induendam pelliceam illam tunicam damnatus est: per inobedientiam calamitosa hæc, & variis exposita incommodis vita introiuit. Ait enim, *quia hoc fecisti, spinas & tribulos terra pariet tibi.* Quid multa? si primitus Adam ita fuisset conditus, vt mori posset, non eum peccato iam irretitum morte condemnasset Deus. Quî enim cõdemnasset? nam vel extra condemnationem mors mortales naturaliter sequi consueuit. Quamobrem nihil C tibi cum illis sit; præsertim quando Carthagine congregata synodus quæ dicta sunt confirmat, cuius illa verba, canone centesimonono leguntur. *Si quis dicit, Adamum mortalem a Deo formatum, & non post peccatum corruptioni factum obnoxiũ, anathema esto.*

Sic etiam, vir sanctissime, quotquot Adamum medium inter immortalitatem & mortalitatem constituunt, procul á vera ratione discedunt. Quapropter tibi dubitandum non est. Etenim si Deus, cum produceret hominem, tunc illi dixisset, quo die comederitis de arbore, morte moriemini, attulissent isti aliquid, quia principio mortalẽ eum simul & immortalem fuisse opinantur. Quia verò multo post eius creationem mandatum dedit, vnde & mors occasionem contra nos nacta est (ait enim, *si comederitis morte moriemini*) curiosius indagare primi hominis D conditionem prorsus non decebat eos, qui sacram scripturam interim legunt & perscrutantur: cum hinc perfectè scirent, quali natura esset conditus, qui secundum imaginem Dei scilicet factus esset. Patet enim, Deum manuum suarum figmentum honorare volentem, à primordiis statim, atque ab ipso principio illud incorruptionis munere condecorasse. Atq; huic vniuersus sanctorum chorus astipulatur; nec tu fidem dictis non adhibe. Quoniam namque Deus hominem omnium terrenorum principem constituere voluit, ob id (vt auream orationem fundens Ioãnes inquit) animæ essentiam illi largitus est, hunc ipsum etiam iugiter immortalem esse volens. Nam si hoc non fuisset, si animum mentis compotem à Deo E Adamus non accepisset, nihil erat futurus, iuxta diuinissimum Ioannem: vtpote formatus de puluere, vnde nimirum bestiæ quoque procreatæ sunt.

Intellige igitur, ô sacrum caput, ex multa bonitate Dei talibus munerantis incorruptionem tunc Adamo, quem primum finxit, impertitam esse, & gratiam statim in ipso perfectam simul, & omnibus numeris consummatam penitus fuisse. Alioqui non illi sacer paradisus ad habitandum contigisset: non ei honoris ergò in omnia terrena imperium datum esset: non illi tunc immortalitatis amplitudo, secundum imaginem æternitatis Dei collata fuisset. Verùm hæc quidem à principio ipso ex gratia Adamo à Deo con-

A cessa sunt, vt diximus. Diuina autem vox illa, ne comederet de ligno scientiæ, ne morte moreretur, multo post creationem istam ei legem imposuit, vt suprà meminimus. Imposuit autem iis de caussis, quas nouit ille, *qui nouit omnia, etiam antequam fiant.* (Dan 13.) Quamobrem sine illos: noli tu quoque sermone imperitorum simul auferri. Creauit enim Deus hominem in incorruptione, hoc est, illico incorruptibilem ipsum produxit. Atque idcirco à ratione alienum est dubitare. Si enim Deus, vt iam significauimus, primum hominem secundum imaginem æternitatis suæ ab initio condidit, quid quæso dicere attinet, qualem illum secundum naturam condiderit: siquidem secũdum imaginem æternitatis suæ illum tunc condidit? B quæ quidem ab omni corruptione extranea est, vt oratio paulò infra sanctitati tuæ luculentissimè demonstrabit. Ne itaque mireris, quandoquidem & diuinũ Anastasiũ Sinaitam habes, cuius in oratione de resurrectione hæc sunt ad verbum. Et fecit Deus hominem; ad imaginem suam fecit illum. Prima est hæc fictio, simplex, omni iugo soluta, incorruptibilis.

Si ergo prima creatio corruptione vacabat, vt diuinus vir de primo homine disserens dixit, quid requirimus amplius? incorruptibilem enim illum tantum Deus produxit, vt iam docuimus: quin & immortalitate cohonestauit. Nec mea istæc verba sunt: sanctissimus Andreas Cretensis, sermone de defunctis ita locutus reperitur. Ficto ab se homini Deus rationis & intelligentiæ, & immortalitatis & immu- C tationis ab interitu ornamenta contulit.

Iam si Deus homini immortalitatis ornamẽta præbuit, vt diuinus hic vir affirmauit, vnde postea disputatores illi, aut quali tandem magistro vsi, mortalitatem immortali admiscuerint, idque priusquã ei mandatum daretur à Deo, hoc ante omnia discere postulamus. Si enim Adam, quod asseuerant, mortis capax à Deo formatus est principio, nõ postquam prolò post ad corruptionem mortalitatemque redactus est, hoc quoque dicamus prorsus necesse est, etiam lapsos Angelos non solum non lucidos fabricasse Deum, sicuti omnes ordines cœlestes; sed tenebrarum conuenientes eos capaces fecisse. In his enim omnis quem possidebant splendor subito mutatus, in tenebras totus concessit. Sed neque hoc abinitio D fuit, nec illud, quanquam id nobis adhuc indoctis videatur. Deus enim, qui hominem à principio immortalitate exornauit, & Angelis lapsis lumen inexplicabile principio largitus est, ille rursum eos & loco, & charismate spoliauit. Quam ob caussam? quia maiora, & vltra captum suum conceperunt, & de dignitate sua cogitarunt, vt sacra scriptura testatur. Audias licet, quid ad ipsum, Satanam nẽpe, per Ezechielem dicat Deus. (Ezech 28.) Simul atque exaltatum est cor tuum propter pulchritudinem tuã, & dixisti in corde tuo, Deus sum ego, repente de cœlo de Cherubim proieci te, & periit scientia tua cum pulchritudine tua. Ergo primus homo, vir sanctissime, corruptionis, & interitus expers à Deo creatus est. Cæterũ vbi se maiora meditatus, diuinitatem sibi promisit, casti- E gans illum Deus, ne quid tale posthac animo versaret, corruptibilem, ex incorruptibili, & mortalem ex immortali reddidit. Neque hoc solùm, sed insuper è paradiso sine mora exterminauit, tametsi eius gratia sacrum illum hortum exquisitè plantauerat.

Sed quid ego exterminationẽ è paradiso memoro, quando & potestatẽ in animantes rationis inopes à Deo sibi tributã mox amisit, & propter transgressionem dãnatus est ita, vt quas sub iure suo haberet, eas formidaret? Vides enim quomodo & leo ipsum contẽnat, (Gen 1.) & pardalis fugiat, & cæteræ omnes subiectionẽ recusantes, longius ab eo recedãt. Aduerte igitur animũ. Tametsi animalia Deus ad ipsũ adduxit: tãetsi omnia sub pedib. eius subiecit, vt est apud Dauidem, (Psal. 8.) nihilo-

nihilominus peccatum hoc etiã principatu illum priuauit. Quomodo autem priuauit non quod illa [illegible] etiã [illegible] susceptiua erat, vt pleriq; existimãt: sed quod Adamus datum sibi mandatum transgressus, omnibus illis à Deo ipsi per gratiam traditis excidit. Idem in immortalitate quoque cernere est. Si enim
Cap. 5. credimus, Deum omnia proprio consilio & voluntate facere & commutare, quod propheta Amos canit, efficitur omnino, vt credere debeamus, illũ quoque mortalem ex immortali, rursumque immortalẽ ex mortali & corruptibili facere. Quare nemo dicat, Adamũ à principio morti obnoxiũ esse conditum, & si paulò post in corruptionẽ & mortem incidit. Mittе illus, quandoquidẽ manifestè ludunt, in quib. ludendũ nõ est. Simul enim violauit mandatũ Adamus, & simul posse mori cœpit. Confirmat hoc scriptura sacra. *Quacunq; die comederitis de arbore morie mini.*

Quid plura? si à principio ita conditus esset Adamus, vt morti deberetur, non diceret Salomon, *Deus mortem non fecit.* Ista enim non cohærent, & parum inter se congruunt. Claret igitur hinc, simul fregisse mandatum, & simul factũ quod non erat. Quid porrò istuc est? mors in Adamum principio minimè cadebat: sed vbi de ligno comedit, tum cecidit. *Quacũque enim hora comederitis,* inquit, *de ligno, morte moriemini.* Noli porrò istuc mirari. Quamuis enim animam intelligentem ei Deus indidit, vt inde æternitate augeretur: (& fidem facit ille lingua aureus) tamẽ,
Gen. 3. vt iam dictum est, mandati transgressiu & immortalitate ipsum nudauit, & paradiso expulit, & in terrã de qua sumptus erat, reuerti fecit. Rectè igitur Propheta Amos, Deum omnia facere & transmutare arbitratu suo ad vtilitatem nostram.

Cognosce itaque. Si enim, vt copiosè probauimus, & incorruptibilis & immortalis à Deo Adamus creatus est, vnde quæso illi prorumpentes, mediũ ipsum inter immortalitatem, & mortalitatẽ fuisse toto pectore contendunt, & non omnimodis immortalem secundum dignitatem ei ante peccatum impertitam pronuntiant? Ad hæc respondeant velim. Atqui nihil afferre queant. Neque, vt nosti, tãtummodo mediam ipsum inter hęc duo extrema naturam habuisse affirmant: sed insuper etiã perpessiones naturales affingere eidem non pertimescunt, qui ante peccatum à corruptione, interituque liber, nec pati poterat. Nec sententiam è scripturis probant, vt diximus. Sed tu ne timueris. Tali namque natura fuisse hominem ab initio, incorruptibili puta, & impassibili, & nullo modo passum, ab omni corruptione remotum, lingua aureus, homilia decimaseptima in Hexaëmeron siue Genesin docuit, vbi ait, hominem ante peccatum adeo segregatum, & liberum à perpessionibus fuisse, vt sunt Angeli, gloria perfruentem ineffabili. Et longè fusius in libro de statuis, vbi hac de re dilucidius verba facit. Cum enim corpus hoc corruptibile tantopere quidam calumniarentur, vt etiam diuina fabricatione indignum dictitarent (aiebant enim, si plasma diuinarum manuum esset, non ita innumeris malis subijceretur) sic eos est aggressus.

Nequis mihi hominem hunc dicat, qui offendit, qui dãnatus est, qui ignominia affectus. Sed si noscere quæritis, quale à principio corpus nostrũ finxerit Deus, paradisum ingrediamur, & ab initio hominem conditum inspiciamus. Non enim, vt nunc, corpus illud corruptibile, & fluxum erat: sed tãquam aurea quędam statua, recens è conflatorio educta, & clarè fulgens, ita omni corruptione vacabat: nõ labor molestabat, non sudor labefactabat, non sollicitudines incumbebant, non tristitiæ obsidebant, non sordes, non lacrymæ, non aliud quippiam malorum similiũ. Verũ postquam in benefactorẽ se contomeliosè gessit, & Deum fieri se posse sperauit, excellentioráque quã pro dignitate sua meditatus est, tunc nimirũ, tũc sapiẽs Deus adhibita illi correctione corruptibilem, mortalemque fecit, & his tam multis necessitatibus alligauit. Hactenus Ioannes ille diuinissimus. Ergo incorruptibile illud corpus iure vocauit. Quod enim quasi corruptioni cuidam expositum non est, procerto incorruptibile est. Quod si incorruptibile, quomodo obsecro, & qua ratione patiebatur? discere istuc cupimus. Nos enim per nosmet cogitando consequi non possumus, quo pacto corpus ab omni corruptione alienum pati, & affici potuerit, atque ideo doceri rogamus.

Porrò, sanctissime vir, etiam ab Heracleæ Episcopo, quanquam in diuinis rebus sapiẽte disputata dubitationem non vulgarem nobis iniiciunt. Quapropter illum in præscos adducere in medium non decebat. Quæ est igitur illa dubitatio? Quoniam ille explanans, quæ de homine disseruit celebris in Theologia Gregorius, quomodo scilicet ab initio effictus sit à Deo, & qualem mox naturam sortitus, qualisq; post casum factus sit, & qualem deinde sortem adeptus, ne malum foret sempiternum, hæc duo nobis cogitanda relinquit; aut se Theologicis vestigiis non institisse (etsi hoc audacius à nobis dicitur) aut, quod longè audacius est, magnum hunc Gregorium ipsum sibi contradicere. Verum, idcirco mihi succensere haud æquum est. Licet enim plures nos pro superbis habeant, & insipientes vocent, qui hæc nimirum ad fidem, vt videtur, difficiliora asshmemus; tamen si quis accuratè inquisierit, quomodo, & qua ratione Theologicas Gregorij sententias expusuerit, admirabitur: & inde nos accusare desinet. Bene igitur B. Paulus, *qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.* Ecce 1. Cor. 14. enim in hoc libro aliquando dixit, hominẽ esse temporarium secundum corpus, ante peccatum, aliquãdo inter corruptionem simul & incorruptionem, sicut inter immortalitatem & mortalitatem medium primum illum Adamum, & naturalibus passionibus subiectum fuisse contendit; vt ita patiens, admoneretur, & de præstantia mentis superbiens emendaretur. Aliquando summam ipsum apathiam habuisse, & corpus eius omni corruptione superius, vtpote immortalitatis secundum gratiam minimè expers, fuisse dixit. Hæc, diuina accuratius perpendentibus, nequaquam admittenda censentur. Caue autem arroganter hoc à me dictum existimes. Si enim neque hoc erat primus homo, neque illud, id est, nec corruptibilis, nec incorruptibilis, nec mortalis, nec immortalis, vt illi placet, quomodo rursus eundem summam habuisse apathiam, & secundum gratiam immortalitatis non expertem fuisse asserit?

Equidem præ stupore vix me capio, quomodo admirandus ille vir in tantam discrepãtiam deuenerit: quomodo, vt nobis quidem videtur, ipse secum pugnet. Si enim nec corruptibilis erat primus homo, nec incorruptibilis, quomodo igitur admonitionis & castigationis causa patiebatur? Pati, necessario est corruptibilis. Si autem corruptibilis Adamus, quoniam patiebatur, qui tandem ipsum incorruptibilis & corruptibilis naturæ medium fuisse probare annituntur? Hæc nobis malè conclusa ab indoctis illis videntur. Si enim, vt illi autumant, medium inter magnitudinem, & humilitatem, hoc est inter immortalitatem & mortalitatem corpus Adami fuisse diuinus Gregorius docet, quid est, quod idem vir magnus antea temporaneũ vocauit? Huic oppositioni respõdeant. Si enim temporaneum erat, patet etiã mortale fuisse. Si mortalis Adamus, quoniam corpus ad tempus durãs gerebat, quomodo ipsum postea medium inter magnitudinem, & humilitatem fuisse ait?

Scito igitur, ô sacrum caput, de communi hominum natura pauca quædam differentem Gregorium, occasionem nescio quo pacto dedisse Patri huic existumandi, de primo homine ista disseruisse. Sic igitur,

sãctissime, & medium magnitudinis atq; humilitatis, non de corruptione, vt arbitror, & incorruptione magnus ille scripsit: sed vniuerse de anima & corpore. Etenim anima cuiusque, per diuinam insufflationem, vt esset, consecuta, maior sine dubio luteo isto corpore fuit. Et quid plura attinet? Nam si verba Theologica attentè legas, deinde expositionem super ipsa consideres, tunc, tunc inquam, disces, quantum discrepent, & à pia cogitatione hanc explicationem mirum in modum abhorrere disces.

Ne longè abeamus, temporarium & immortale: &, vt patiatur, & patiens admoneatur & erudiatur; &, animal sic constitutum, & alio postea cõuersum, neutiquam generis nostri principi illic & primo Adamo quispiã accommodauerit, nisi in incorruptione, & secundum imaginem æternitatis Dei etiam ante præuaricationem corruptioni & mortalitati debitum fuisse fateamur. Quæ cum ita sint; præstabat silere; cum præsertim ipsum Beatum Gregorium super primæuo homine nihil tale tũ dixisse videamus. Quomodo enim, si pergens etiam corpus illi dat à quacunque corruptione inuictum, & confirmat sententiam his verbis: & sine omni tegumento & munimento? Talem quippe conueniebat esse, qui primus conderetur. Attentione digna res. Si enim docebat talem esse, qui primus fuit conditus, non egentem videlicet vllo tegumento, aut munimento (est autem hæc perfecta apathia) liquet, *temporarium & immortale*, &, *vt patiatur, & patiens admoneatur, & erudiat*. ista, inquam, de communi hominum natura accipienda, vt iam monuimus. Fuit enim impossibile à se dissidere magnum Gregorium, nunc impassibile affirmantem corpus Adami, nunc passionibus naturalibus, idque ante transgressionem subiectum.

Quod porrò corpus illud non egens vllo tegumento incorruptibile & immortale sine cõtrouersia fuerit, luculentius etiam Ioannes Chrysostomus tradit. Nam concione decimaquinta in hexaëmeron inter cætera sic loquitur. Naturæ necessitatibus in paradiso nequaquam constringebantur protoplasti, prorsus incorruptibiles & immortales creati; neque vestimentorum amictu egebant Si igitur, dilecte, Adam prorsus incorruptibilis & immortalis est procreatus, quomodo illi medium inter immortalitatem & mortalitatem statuunt? Multis itaque demõstratum est, hominem ab initio immortalem esse formatum, tunc ei immortalitatem donante Deo, qui magna donare consueuit. Et fidem habe etiam hic Ioanni oris aurei, dicenti. Cum nihil intulisset in vitam homo, mox immortalitatem, omnemque aliã in paradiso voluptatem accepit. Sed vbi diuino mãdato inobediens factus est, illico immortalitate spoliatus, ex immortali mortalis est redditus. *Quacunque enim hora comederitis*, inquit, *de arbore, morte moriemini*. Ac de istis quidem ita dictum esto.

Fuisse autem incorruptibile & immortale corpus illud, docuit etiam B. Cyrillus, in oratione de fabricatione hominis, vbi ad verbum sic est Creatum est quidem corpus Adami è terra, à corruptione autem & morte inuictum. Auctor enim & suppeditator vitæ illi vitam inseuerat. Quo & Mag. Basilius. Cum finxisset hominem Deus, inquit, æternę vitæ fruitionem illi donauit. Præterea diuinissimus Barlaam sic ad Iosaphat. Primum hominem Deus potestate arbitrij sui, & immortalitate honoratum, regem omnium terrenorum declarauit. Idem Ioannes Chrysostomus, sic ad verbum differens, concione vicesima prima in hexaëmeron. Fabricatum à se hominem Deus omnium quæ sub aspectum cadunt principatum habere voluit. Propter hoc enim dixit, *faciamus hominem ad imaginem nostram*. Faciamus hominem principem terrenorum vniuersorum. Etenim nihil aliud illud *secundum imaginem*, nisi principatus &

A dominij rationem significat. Sicut enim vniuersitatis Dominus in omnia imperium obtinet, aspectabilia & inaspectabilia, vt omnium conditor: sic cum animal hoc mente & consilio præditum cecidisset, id omnibus quæ oculis sentiuntur præesse voluit. Quare & animæ essentiam illi donauit, quo duraret æuo sempiterno. Tu noli dictis diffidere; siquidem & Salomõ hoc ipsũ indicat. *In incorruptione*, loquit, *Deus hominem creauit, & secundum imaginem æternitatis ipsius*. Et esset quidem ita sempiternus: seu quia per socordiam lapsus est, & præscriptum sibi mandatum violauit, nec sic quidem omnino ab esse remouit: sed immortalitate quidem exutum, & morte damnatum in eodem ferme imperio reliquit. Sapient. 1.

Planum est igitur, hominem antequam de vetito
B ligno vesceretur, a morte liberum fuisse: non enim pro supplicio, vt Chrysostomus in decima sexta homilia docet, mortem ei post esũ inflixisset. Verum hoc loco aduertendus est animus Non solum omniũ quæ aspectu percipiuntur, regem eum constituere Deo placuit: sed & opere ipso imperium eius absolutum planè demonstrauit. Omnia enim tunc animantia ad illum adduxit; tametsi quid futurum esset non ignoraret. Atque ita omnia, seruorum specie illi repræsentata, appellationes ab eo susceperunt. Sic igitur per intelligentem animam immortalitate eum honorauit. Quanquam enim & futuram non multo post præuaricationem ipsius prænosset, tamen ea sola præscientia eum damnare noleris, suam voluntatem in eo, vt Deo dignum fuit, expleuit, & animam ip-
C sum, vt iam dictum est, impertiuit, per quam in perpetuum immortalis esset. Si ergo, immortalitate hominem cohonestauit, manifesto in errore versantur, quicunque mortalitatem illius immortalitati admiscent. Non parum enim hinc honorem homini à Deo in principio collatum obscurant, & imminuunt. Vnde & mortalitatem cum immortali confundere prorsus non decebat: siquidem Ioannem Chrysostomum prius dicentem audiuerunt; sicut aurea statua, modo de conflatorio educta, & clarè fulgens: sic illius corpus ab omni corruptione liberũ erat. Quare & mortalitatem cum immortali coniungere fas non erat: quandoquidem aurea lingua exemplo hoc potissimum vsa est. Declarat quippe hinc, corpus eius mor-
D te & corruptione fuisse maius: vt prodeuntem modo statuam, & clarè fulgentem, omni labore vacare necessario confitendum & credendum est.

Incorruptibilis igitur, & immortalis in principio homo. Quem etsi postea morte damnauit, tamen non diu sine consolatione reliquit. Audi quid de hoc scribat Magnus Athanasius, sermone de Assumptione hominis. Mors quidem ingressa est per inobediẽtiam. Tamen laxans minarum vigorem Deus, statim spem immortalitatis humano generi præbet, & Enoch de medio rapit, & hinc mortalem naturam terminos immortalitatis suscipere docet. Hęc etiam discipuli Christi confirmantes aiunt, incorruptionem & diuturnitatem vitæ nostræ exemplis Enoch, & Eliæ euidenter stabiliri. Per translationem enim Gen. 5. Hebr. 11.
E ipsorum spem immortalitatis, mortali huic naturæ mirabiliter admodum ingenerauit. Et idcirco M. Athanasius dixit, Eliam rapi, & velut in cœlum subuehi, mortem infra relinquentem. Damascenus præterea sic eum affatur. Currus in sublime tollens, igneam gratiam miraculorum tibi dedit Elia Thesbita, incorruptum te faciens, vt non videas mortem donec prędicaueris omnium consummationem. Et hi quidem sic.

Ioannes autem illud os aureum, hanc incorruptionem primum illum hominem habuisse, illustrius docet, cuius verba recitabo. Placuit Enoch, & transfertur. Vide Domini bonitatem. Cùm enim inuenisset virum virtutis officia præstantem, non eum

priuauit

priuauit dignitate, qua protoplastum ante mandati transgressionem cumulauerat. (A) Quæ porrò illa dignitas, quam primo homini principio Deus donauit? incorruptibilem, immortalem, exitij expertem accepit quidem Adamus, perdidit tamen simul ac mandatum neglexit, peruersoque consilio arborem tetigit. Itaque vt non penitus desperemus, quasi immortalitatem illam nunquam recuperaturi, transfert Enoch, & immortalitate eum dignatur, perque multa sæcula vitam ei producit: hinc significans mortalem naturam nostram illius modum exspectare, qua per transgressionem Adamus excidit.

Quod si hæc ita sunt, quid plura attinet? Si enim primus ille homo hanc incorruptionem habuit, quam exspectare Deus mortalem naturam docuit, (B) Enoch transferendo, apparet plane, talem à Deo hominem ab initio conditum, qualem ex mortuis resurrecturum diuina prædicant oracula. Ne igitur hæsita. Cogita tecum, quod etiam diuinus Anastasius Sinaita in oratione de Resurrectione de his clarissimè posuit in hunc modum. Tale è mortuis excitatur corpus exanime, quale erat à principio, reiectis omnibus, quæ illi propter peccatum contigerant. Attende igitur. Si tale resurgit, quale à principio erat: resurgens autem tunc corpus certum est morte, & corruptione superius resurrecturum, ad quod maximus ille Paulus testatur, *oportet*, inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem*, manifestum fit, & corpus illud, primum videlicet à Deo creatum, verè immortale fuisse, (C) & incorruptibile, quod toties iam diximus. Idipsum quoque docet Nyssæ Episcopus S. Gregorius, præsertim vbi diuinum Ecclesiastæ dictum exponit, nempe istud *Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid quod factum est? ipsum quod faciendum est.* Ait enim manu Dei factum hominem, non esse, qui nunc est propter peccatum, siue mutabilem & corruptibilem.

1. Cor. 15.

Eccles. 1.

Sapien. 1.

Si igitur *in corruptione Deus hominem fecit, secundum imaginem æternitatis suæ*, vt Salomon ait: si in eo declarauit studium erga illum suum, quod animam ratione præditam illi immisit, vt esset etiam immortalis iugiter, sicut Chrysostomus inquit: si igitur æternæ vitæ fruitionem donauit ab initio homini Deus, vt ait magnus Basilius: si igitur prima creatio (D) Adami incorruptibilis erat, vt diuinus Anastasius Sinaita scribit: si igitur dignitatem dedit principio homini Deus, nempe exitij expertem esse, vt S. Andream Cretensem dixisse patet: si igitur libertate voluntatis, & immortalitate cum decorasset hominem Deus, regem omnium terrenorum instituit, vt beatus Barlaam dixit, quomodo adhuc mortalem à Deo productum asseremus? prorsus impossibile opinor esse. Quid ni? quando & Theologię doctissimus Gregorius non sinit de primo homine talia cogitando concipere. Nullius enim tegumenti, & munimenti indigum primum hominem cum affirmasset, stola immortalitatis vestitum esse qui primus à Deo est fabricatus, haud obscurè admonet. Etenim si secus esset, extrema illa corporum resurrectio (E) ad veterem illam, & primam vitam reuersio esse non diceretur.

Reliqua, de cibo videlicet primi hominis in paradiso, & de ligno scientiæ boni & mali, desiderantur. A Glyca porrò plures huiuscemodi disputationes conscriptas fuisse, mihi fit credibile.

IN DISPVTATIONES GLYCÆ, NOTÆ IACOBI Gretzeri Societ. Iesu.



VOD ad posteriorem disputationem Glycę attinet; refellit illa ex instituto sententiam Dioptræ de natura Adami media inter mortalem & immortalem. De qua copiosè etiam Glycas in Annalibus suis parte prima. Etsi in bonum sensum sententia Dioptræ accipi possit, vt iam supra notabamus. Operæpretium autem erit, ea, quæ Glycas in Annalibus disserit, conferre cum hac eius disputatione: Inde enim quod hic deest de cibo primi hominis & de ligno scientiæ boni & mali petere licebit, tametsi errat Glycas, quando negat Adamum in Paradiso cibo vero & sensibili vsum esse; nec argumenta eius quidquam concludunt, vt facile demonstrari posset, si id nunc nobis esset propositum. Quare dum minorem errorem, & qui fortasse non tam est error in re, quam nomine, insectatur, in longè maiorem incurrit. Nam qui Adamum in statu innocentiæ (C) immortalem fuisse asserunt, illi etiam docent homines in statu innocentiæ pati potuisse, non solum passione omnino perfectiua, qualis est receptio luminis & specierum, quæ fit sine vlla deperditione, sed etiam passione ad animalem vitam necessaria, quæ per se ordinatur, tum ad subministrandos vitales sensitiuosque spiritus, quibus ad sensuum operationes indigemus: tum etiam ad perducendum per nutritionem & augmentationem animal ad debitam quantitatem & statum; tum denique vt semen generetur, quo ad conseruationem & propagationem speciei, animal sibi simile possit generare. Licet autem animalis hæc actio ad perfectionem augmentumque tam indiuidui quam speciei per se ordinetur, per accidens tamen coniunctam habet re- (D) solutionem ac consumptionem quarundam partium animalis actione calidi in humidum. Quæ causa fuit, cur primi parentes in statu innocentiæ cibi sumptione ad vitam tuendam indigerent; necnon certis statutisque temporibus esu fructus ligni vitæ, quo altrix virtus confortaretur, integraque & in suo robore perpetua permaneret, ne actione ac permixtione communis peregrinique nutrimenti debilitarentur paulatim, in infirmamque senectam, vt nos, ea de causa deuenirent, tandemque deficerent. Vis enim ligni vitæ ea erat, vt instar pharmaci antidotique præstantissimi non solum nutrimentum purissimum ac defæcatissimum exhiberet, sed etiam altrices vires confortaret, ac in suo robore & puritate conseruaret. Hæc & plura alia in eandem sen- (E) tentiam Ludouicus Molina tract. de opere sex dierum Dispu. 28. Quem legisse iuuabit.

PAVLVS OROSIVS

De Arbitrij Libertate.

AND. SCHOTTVS

Societatis Iesu.

PIO LECTORI.

A*Pologia hac* PAVLI OROSI *presbyteri To. V. huius Bibliotheca vbi* Historiarum libri *septem leguntur, omissa est negligentia quadam, cum in vltimis omnibus editionibus Colonia euulgatis addi soleret. Eius rei monendum duxi statim Typographum: itemque quod obseruaram, dum lego attentius, ob ventilatum, crebro hac tempestate de* GRATIA, *& Arbitrij libertate quastionem, assutum esse huic* Apologiæ Orosianæ *pannum ex B. Augustino, libro* de Natura & Gratia, *capita amplius XIV. sed ὕστερον πρότερον quod aiunt, collocata, auspicando à cap. XII. XIII. XVI. deinceps: mox à tertio vsque duodecimum. vt cuiuis conferre volenti, cum auctore clarum erit. Auctor itaque illi fui, vt & Appendicis opusculum adijceret, ne quis amplius desideraret: deinde vt qua B. Augustini sunt propria, cum titulo segregaret, vt quod est Iustitia proprium vindicijs à Pratore datis suum cuique redderetur. Video enim hic OROSIO vsuuenisse, quod alijs interdum scriptoribus, vt ab imperitis scribis assutus sit in colligando quaternio, & quidem loco non suo. Idem autem Pandectis iuris ciuilis Pisanis accidisse monuit olim politissimus Politianus: nosque in itinerario Antonini Augusti, nec non in Censorino de die natali euenisse pridem monui. Vt contra in Vigilio Tridentino Episcopo in hac ipsa Patrum magna Bibliotheca, Tomo V. parte III. quaternionem amissum temporum iniuria, nunc demum restituimus. Quamobrem quod hic Tomo XI. & rursum XIV. Raduiphum Riuium, Tungrensem Decanum* de Canonum obseruantia *bis collocatum operarum ῥᾳθυμίᾳ animaduertam, & moneam, alterius in locum hanc* Orosij Apologiam *subijcimus, ne hiatus apparens opus deformet. Vale.*

PAVLI OROSII PRESBYTERI,

LIBER APOLOGETICVS contra Pelagium,

De Arbitrij Libertate.

POssibilitatis non est, neque præsumptionis meæ, beatissimi sacerdotes, sed arctissimæ ac pene extremæ vt ipsi agnoscitis, necessitatis, vt ego nunc videar. Quod quidem vt facerem iniuria coactus sum, non solum defensor fidei meæ, sed etiam perfidię manifestator alienæ. Sicut enim purgationi propriæ studere debeo propter conscientiã. Conscientiam autem dico non meam, sed aliorum: ita & deprehensos in grege omnium lupos ostentare ad digitum cogor, propter fidem ac zelum. Zelum autem non meum dico, sed Christi. Sed neque ego cum sim minimus omnium aliquid temeritate præsumo. Mihi necessitas est iniuriam manifestare, quam passus sum, cunctis pateat qui fecerunt. Dei enim &

A voluntas & ordinatio est, vt malum quod per patientiam tolerabatur, necessarie proderetur, & per contentionem furoris ipsorum eis dignam mercedem quam oportuit erroris sui recipientibus non solum pessimorum denotatio fieret dogmatum; sed corripiendarum manifestatio personarum. Patres enim & qui iam quieuerunt martyres & confessores, Cyprianus, Hilarius & Ambrosius, & quibus etiam nunc permanere adhuc in carne necessarium est, qui sunt columnæ & firmamenta Ecclesiæ Catholicæ, Aurelius, Augustinus, & Hieronymus, multa iam aduersus hanc nefariam hæresim absque designatione nominum hæreticorum scriptis probatissimis ediderunt; quanquam & hæc venenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc viuentes B mortuos, mortuosque viuentes. Nam Origenes & Priscillianus, & Iouinianus olim apud se mortui, in his viuunt; & non solum viuunt; verum etiam loquuntur; nunc vero Pelagius, Cælestius, si in his perseuerauerint viuentes mortui; ecce aduersus Ecclesiam, quod miserum est, & quod multo miserius est, in Ecclesia palam sibilant, impuque serpentes vibrantibus infecta linguis ora lambentes, dum sanctam & munitissimam sedem, cui subtiliter irrepsere obsidene: cunctos fideles ne ad illud firmissimum quondam in Sion refugium conuolemus, exterrent. Contra hunc serpentem suffocantemque halitum multa vtique beatissimi quos supra memorauimus viri, & multifaria suaueolentia scripturarum vnguenta conficiunt, & ad reficienda æstuantium cor- C da populorum, fragrantissimum thymiama cum oblatione orationis incendunt. Sed hoc parum est, incerto propemodum auctore contendere, & contraria substituendo contrariis, infectum pestifero halitu aërem temperare: nisi ipsi in medium protrahantur proteranturque serpentes. Qui cum tuendi solius capitis causa, reliquum concisioni atque iniuriæ corpus exponunt, nihil damni arbitrantes, ea tantum sui parte à periculo libera, quæ multimodas, venenatasque in se obtinet linguas, si etiam membris omnibus amputentur, nobis sufficere videtur, temperando saltem putori satisfacere, ipsos autem à penetralibus non mouere, quasi vllus exhalationis fœtidæ finis sit, nisi authore finito: & inter D hæc illud Salomonis testimonium nunc occurrit: *Vnus ædificans, alius destruens, quis eorum proficiet nisi labor?* Stat etiam immanissimus superbia Goliat, carnali potentia tumidus, omnia se per se posse confidens; caput, manus, totum insuper corpus plurimo apparatu vestitus, habens post se armigerum suum: Qui & si ipse non dimicat, cuncta tamen æris & ferri suffragia subministrat. Et non mirum est, si competenter hunc locum prouidens Scriptura pronunciat: vbi ait, *Philisthijm stabant super montem ex hac parte.* Ab ecclesia siquidem hæreseos impugnator expellitur & nutritur in sinu Ecclesiæ hæreticus inuenitur: & propter hoc per Spiritum sanctum *inde Israel stare* pronuntiatur, *hinc hostes.* Et hoc sæpe. Nam & rex Dauid vsque ad impium filium pius pater ab E Hierusalem deposito regis habitu fugatur: vbi protinus Absalon tyrannus ingreditur. Stat ergo Goliat, proh dolor! ex hac parte, id est, in Ecclesia, & non solum stat, verum & prouocat: simulque per dies plurimos sanctũ Israël manifesti timoris exprobrat. Ne, quęso, beatissimi sacerdotes, quisquam me arbitretur sub prætextu speciei Goliath, Dauid nomine gloriari, vos me participem certaminis vestri esse voluistis, vt auxiliator non auctor accederem. Latebam siquidem in Bethleem ignotus aduena pauper. Quid mi see ego sic loquor, iterum forsitan iactantię notandus? Quoniam quidem & ipse Dauid, & talis & inde processit. *Latebam* ergo *in Bethleẽ*, traditus à patre August. vt timorem Domini discerem, sedẽs

ad

A ad pedes Hieronymi: inde Hierusalem, vobis accersentibus vocatus aduecti. Dehinc in conuentum vestrum vna vobiscum, Ioan. Episcopo præcipiente consedi. Illico à pusillitate mea postulastis vniuersi, vt si quid super hac hæresi, quã *Pelagius & Cælestius* seminarũt, in Africa gestum esset cognoscerem, fideliter ac simpliciter indicarem. Exposui coronæ vestræ breuiter, vt potui, Cælestium iam ad honorem presbyterii subrepẽte, apud Carthaginem plurimis Episcopis iudicantibus proditum, auditum, conuictum, cõfessum, detestatumque ab Ecclesia, ex Africa profugisse: contra librum vero Pelagij B. August. discipulis ipsius Pelagij prodentibus ac petentibus plenissime respondere. Extare etiam in manibus meis epistolam suprameinorati Episcopi, quam nuper ad Siciliam ordinasset, in qua multas quæstiones hæreticorum retulit. Quam etiam ibidem vt legerem, præcepistis: & legi. Ad hæc Ioannes Episcopus, vt Pelagius coram intromitteretur expetiit. Cui & propter paternitatis ipsius reuerentiam, & propter actionis vtilitatem dum præsentem ab Episcopo rectius crederetis confutandum, intromittendi conniuentia præstita est. Intromissum Pelagium vnanimiter omnes interrogastis: an hæc quibus August. Episcopus respondisset, se docuisse cognosceret. Illico ille respondit. Et quia est mihi Augustinus? Cumque vniuersi acclamarent blasphemantem in Episcopum, ex cuius ore Dominus vniuersæ Africæ vnitatis indulserit sanitatem, non solum à conuentu illo, verum ab omni Ecclesia pellendum, Episcopus Ioannes illico eum hominem videlicet laicum, in consessu presbyterorum reum hæreseos, manifeste in medio Catholicorum sedere præcepit. & deinde ait, August. ego sum: vt scilicet persona quasi præsentis assumpta, liberius ex authoritate eius qui lædebatur ignosceret, & dolentium animos temperaret. Cui mox à nobis dictum est. Si Augustini personam sumis, Augustini sententiam sequere. Tunc idem episcopus nobis omnibus ait, Hæc quæ leguntur, in alios dicta sunt, aut de Pelagio suggerendum putas? Si tu ipsum autem Pelagium, quid dicatis expromite. Ego autem vobis annuentibus dixi. Pelagius mihi dixit, docere se, hominem posse esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit. Respondit Pelagius audientibus vobis: Hoc & dixisse me & dicere, negare non possum. Ego illico prosecutus sum. Hoc in Cælestio Africa Synodus detestata est: hoc Aug. Episcopus scriptis suis, sicut audistis, exhorruit: hoc in ipsius nunc Pelagij scriptis sua responsione cõdemnat: hoc & beatus Hieronymus, cuius eloquium vniuersus Occidens, sicut ros in vellus, expectat. Multi enim tam hæretici cum dogmatibus suis ipso oppugnante supplosi sunt, & in epistola sua, quam nuper ad Ctesiphontem edidit, cõdemnauit. Similiter & in libro, quem nunc scribit, collata in modum dialogi altercatione confutat. Hoc est enim lubricum in antichristo draconem tenere, ne possit effugere. Porro autem Episcopus Ioannes nihil horum audiens, à nobis exigere conabatur, vt accusatores nos, ipso iudice fateremur. Responsum sæpissime est vniuersis, Nos accusatores huius non sumus, sed quid fratres tui patres nostri senserint & decreuerint super hac hæresi, quã nunc laicus vulgo prædicat intimamus; ne Ecclesiam tuam præsertim, ad cuius sinum cõuolauimus, te ignorante conturbet. At ille cum sæpe nos docendi simulatione in aliquã professionis speciem tentaret inducere, dicebat quia ad Abraham dictum esset a Domino, *Ambula coram me, & esto sine macula* & Zachariam & Elizabet, pronunciatos esse *iustos ambos ante dominum, incedentes in omnib. iustificationibus Domini sine querela*: quod quidem ab Origene dictũ, ab eo proferri complurib. nobis notum erat. Cui responsum per me est, *Nos filij Ecclesiæ Catholicæ sumus. Non exigas à nobis pater, vt doctores super doctores esse audeamus, aut iudices super iudices.* Patres quos vniuersa per orbẽ Ecclesia probat, quorum communioni nos adhærere gaudetis, damnabilia hæc esse dogmata decreuerunt. Illis probantibus, nos obedire dignum est. Quid interrogas filios quid sentiant, cum patres audias quid decernant? At quod ille diu disputans, & nostris propter imperitiã ignoti nobis interpretis, quem sæpissime viri primarij & religiosi Posserius & Auitus presbyteri & Dominus ex duce, vel praue interpretantem vel plura supprimentem, vel alia ex aliis suggerentem confutauerunt nostris, vt dixi, actionib. vel interpolatis plerunque vel tacitis, Episcopus Ioannes ait. Si sine adiutorio Dei

B hoc hominem posse diceret, pessimum & damnabile erat. Nunc autem cum adiiciat, posse hominem esse sine peccato, non sine adiutorio Dei, vos quid dicitis? An forte vos Dei adiutorium denegatis? Cui respondi ego: Testibus & testificantibus etiam nũc nobis & supra memoratis viris, anathema ei, qui negat adiutorium Dei. Ego certo non nego, præcipue cũ econtrario in hæreticos confutarim. Deinde cum intellecto iudice, & interprete prodito, clamaremus Latinũ esse hæreticum, nos Latinos hæresim Latinis magis partibus notam, Latinis iudicibus disserendam, ãse pene impudenter ad iudicandum, cũ quidem nos accusatores non essemus, & vnus & suspectus ingereret, dici à plurib. necessariũ fuit. Non potest quisquam idem & hæreticus esse & aduocatus & iudex.

C Multisque aliis actitatis, Ioannes Episcopus nouissimam sententiam protulit, confirmans tandem postulationem intentionemque nostram, vt ad beatum Innocentium Papam Romanum, Fratres & epistolæ mitterentur, vniuersi quod ille decerneret secuturi: sed vt hæreticus Pelagius imposito sibi eatenus silentio conticesceret, & vt nostri ab insultatione cõuicti Ioannis consulique temperarent, vniuersi in hanc sententiam cõsensimus: gratiarum actione celebrata, pace facta, & consummata ad pacis testimoniũ oratione discessimus. Nũc autem post dies quadraginta & septem, cũ primo Encæniorum die, vt solitus eram, quando aderam ad obsequium Ioannis Episcopi cucurrissem, statim ab eo notam falsi criminis pro gratia salutationis accepi. Ait enim mihi: Quare ad me

D venis homo, qui blasphemasti? Volens, ut credo, intelligi, noli me tangere, quia mundus sum & absque peccato. At ego nihil mihi cõscius, interrogaui, quãdo, aut quo audiente, aut cuiusmodi illud est dictum, quod blasphemiæ possit adscribi. Episcopus respondit, Ego te audiui dixisse: quia nec cum Dei adiutorio possit esse homo sine peccato, ego quidem beatissimi Sacerdotes, sicut & vos testes estis, & vniuersa fraternitas, & præterea sancti viri, qui huic testimonio amore veritatis assistunt, statim testificatus sum, dicens, quia eiusmodi verbum, quod nunc à me dictum Episcopus intenderit, nunquam de ore meo antea processisset: quanquam hanc incontinentiam miseræ falsitatis ruminare sæpius crebra expositione, non tam me probasse, quam alium videat prodidisse.

E Concedo enim, vt qualecunque dictum illud est dixerim, quomodo Latinum expers latinitatis Græcus audiuit? Aut si audiuit sacrilegum verbum, cur non statim coarguit blasphemantem, vel vt leuius ageret, quasi incautum filium pius pater de cohibenda licẽtia periculosi sermonis admonuit? Sed cõtrario post plurimam magni temporis obliuionem ipse per se accusationem intulit, ipse testimonium perhibuit, ipse iudicium promulgauit, omnium scelerum officia in suæ personæ authoritate suscipiens: præsertim Euangelica lectione instructus, Dominum nostrũ Iesum nisi testimonio principis non fuisse damnatum. Et alio mihi latere fratres mei assistebant: ex alio falsi fratres. Deinde in consessu eodem, ex vna mecũ

Cælestius hæreticus.

B August. contra Pelagium.

Agit de Dialogo, quem contra Pelagianos conscripsit.

Gene 17. Luc. 2.

Iesus quia tacuit approbauit. Quod si apnd vos, non negasse, dixisse est; & tacuisse, clamasse est; frustra Psal. 148. Dauid postular, *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis*: frustra & ego me nō diaisse in quo arguor, restibus & restificatione cōfirmo, si alter audire potuit, quod meus sermo diait. Sed concedo, vt quod nequaquam dixeris, pro dicto accipiendum puies. Quid agimus ex eo quod inuenientes ea sensu diuersitatem sermonis, iunctuis discordibus non cohætent, quod ipsa quoque pagina discrepantia in se verba non recipit? Scribis enim posse hominem, sine peccaro esse: & facile Dei mandata custodire, si eelit. Et quemadmodū beatissimus pater Hieron. de hac eadem sententia, in epistola, quā ad Ctesiphontem scribit, exposuit. Nouissime quasi ex grauissimo somno expergiscens adiicis, non B sine adiutorio Dei? In hoc enim repugnat tibi ipsa veritas, & reclamat. Quid per fastidiosum tumorem, nauseantemque eerecundiam non necessarium tibi in ore tuo adiutorium Dei detines, quia facilia tibi Ezech. 19. cuncta arbitraris? *Summis labiis me honoras, cor autē tuum longe est à me.* Non est opus duobus in operatione, quod vni facile est: frustraque se gratia diuinitatis interserit, e bi faretur se homo quod facile possit, si velit. Tu eolenti facilia esse mandara dixisti: ar ego etiam illud assero, quod & difficilia dicas compleri. Tamen quoquo modo per homioē posse promittas, Dominum eaprobras inuidiæ qui adiuncto adiutorio suo tenet aseribere, quod solus per voluntatem homo potuisset implere. Aut, tolle homini, si C velit, & gratiæ ascribe, quod possir: aut quia homini tribuis posse cum eelit, remoue simularā gratiæ palpatamque nec cohærentem participationem, & nudam ex abundantia cordis profiteri blasphemiā. Sed mearum ista partium non suot latius indagare: præsertim vnde beatissimi patres, August & Hieronymus, plenissimam conuictæ hæreseos probationem Occidentalibus prouinciis tradiderunt. Ad propositam supra redeam quęstionem, ad quam non fiducia suscitatus ingenij, sed iniuria motus accessi. Dicis posse in hoc seculo esse hominem sine peccato cum Dei adiutorio. Tu dicis, potest homo: ego dico, po- Dan. 3. test Deus. Tres in camino pueros æstuans introrsum flamma non læsit. Quis eorum quod cōtra naturam D factum est, potuit, verū ne ipsi, an quartus in medio Matth. 3. eorum, similis filio Dei? Leprosus exclamat *Domine, si vis potes me mundare*, possibilitate voluntatem manifestans, voluntatem possibilitate confirmans. Ipse est enim solus, cui cum velit, posse subsistit. Accesserunt ad eum cæci, vt illuminarentur, orantes: quibus Matth. 7. ait Iesus, *Creditis, quod possum hoc facere?* Dominus Christus summo pręmio fidei dignum iudicat, si quis hæc filium Dei posse crediderit, & Britannicus noster non vt voluerit se posse confidit? Fideli paralytico Ibidem. Dominus dicit, *Constans esto fili, dimissa sunt tibi peccata tua*: & nunc nouus Magister ministerque mensatum, remissionem peccarorum de sua magis ausus est possibilitate præsumere, nec de Domino expectat E audire? Scribæ non intelligentes veritatem, murmu- Marc. 2. rant & dicunt: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus*, & hic abolita esse iudicat, quæ Deum nesciat dimisisse? Ecce inflatus spiritu carnis tuæ tanquā super nihil sit, libero superbus arbitrio, gloriaris & dicis, peccator sum quia eolo, pecco dum eolo, cū autem rursum eoluero, possum esse sine peccaro. Quod dicis pecco cum volo, verum est: quia & quod opere non feceris, cogitatione fecisti: rursus cum eolo non pecco, durum quidem ac difficile, nec per omnia subest, sed tamen aliquando fieri posse non dubium est: at vero posse esse sine peccato, qui aliquando peccauerit, impossibile est absque sola gratia baptismi, vbi ea persona Domini dicitur, Remissa sunt tibi peccata tua. Quod suadeor credere: quia permittor

A audire. Possum ergo esse sine peccato, in hac duntaxat corruptione qua viuimus, non suscipio, non præsumo, non audio: Si enim Dauid orat ad Dominum, *Tibi soli peccaui & malum coram te feci*: & se- Psal. 50. cundum Apocalypsim Ioānis, iudicandi sunt mortui ex his, quæ coram Deo peccauerunt, ea his quæ scripta sunt in libris recipientes secundum opera sua, cur meum eu ca me præsumo iudicium, si me scio etiā de seipso iudicandum? Aut si libri illi sacri nunquam nisi in iudicio aperiendi, pariter eitæ nostræ bona malaque suscipiunt, examen iudicij in pondere præbituri, quomodo sine examine in hac vita & ante mortem abolitos esse cognoscimus, quos non solum post mortem, verum etiam post resurrectionem legimus proferendos? Ego in potestate non habeo. Peccari meum est, absolui non meum. Vbi vero pec- B cato me dedi, seruus factus sum accusatoris, reus iudicis. Possum propter assiduarum precum præmissa suffragia de bono iudice spem ferre: innocentē sine timore conscientiam ante promulgationem sententiæ vendicare non possum. Dicit enim Apost. *Nolite ante tempus quid iudicare, donec veniat Dominus,* 1. Cor. 4 *qui & illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Alioquin si in potestate hominis est, vt liberum se ipse faciat à peccato suo: aut non est iudex Christus, aut frustra est. Sed dicis. Ego dixi hominem sine peccato, secundum hunc sensum. Peccator cum ingemuerit, tunc saluus erit, hoc est, tunc ad salutem C incipiet pertinere: tamen sine peccato statim non erit. Dominus enim cum intrasset domum Zachæi Luc. 19. credentis, ait, *Hodie salus domui huic facta est.* Nunquid si vnus credidit, statim conuersa domus sine peccato fuit, cui tunc etique * maior domus credē- * maiorē. ti initium salutis intrauit? Nam & Dauid cum peccasset ingemuit: Et quamuis meruisset audire dimissum sibi esse delictum, multo tamen postea idipsum exilio, & plurimo expiauit opprobrio: vt manifeste, & pœna in præsenti reddita & remissio in futurum reddenda eideatur: & per hoc Deus multum misericordiæ ingemiscenti donauerit peccatori, vt peccatum, quod morte dignum erat, temporaria castigatione purgaret. Ananiæ de Paulo dicitur, quere- D lam de persecutione eius cum timore facienti: *Ego* Act. 9. *monstrabo illi quanta patietur propter nomen meū*: Vt cum Paulus ibi solueretur, vbi ligasset persequendo Christum, non patiendo pro Christo tribulatus vsque ad mortem in resurrectione glorificatus existeret. Ita fit quia misericordia & veritas pręeunt semper faciem Dei, vt si in tempore ab ingemiscente voluntarium sacrificium, vt veritas in misericordia fiat, contribulati spiritus & contriti cordis offertur, in fine misericordia iudicio præferatur. Dominus Christus venturus in gloria Dei patris & creditur & speratur, iudicaturus viuos & mortuos, à cuius aspectu, vt scriptura restatur. Fugiet cœlum & terra: & existunt homines, qui nec propter ignorantiam, et non E dicam, propter conscientiam, iudicio superuenturo subiectos esse se iudicent, & aduentum Domini illustrationemque fulgoris eius elementis ardentibus, & mundo pereunte trepident. Quos ex illis fore timeo, de quibus præmonet Dominus. *Multi enim dicent* Matth. 7. *in illa die* homines scilicet de illa carnali arrogantia, qua homines seducebant, & non tam coram Deo, quam adhuc semetipsos iusti, *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus?* At tunc ego iurabo illis, & dicam: *non noui vos, discedite à me operarij iniquitatis.* Psal. 6. Dicitur per Prophetam Dauid in persona Christi: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis re-* Psal. 14. *quiescet in monte tuo sancto? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Hoc est reuera dicere: qui potest esse, & est sine peccato. Nam & ipse de se Do-

Tt

eos videri possumus, nisi secundum Apost. Petrum homines ignari, *credentes tantum per fidem Euangelico propheticoque sermoni, tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco?* (2. Pet. 1.) Qua illustrati etiam ipsi persuademur, vt præparatæ in operibus bonis fiant *lucernæ ardentes in manibus nostris,* (Luc. 12.) quæ multimodis tentationibus fatigatæ, & defectu semper proprio & verbere periclitantur alieno. Vnde & Dominus in Euangelio ait, (Matt. 6. 26.) *Et si ipsa lux, quæ in nobis est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Sed concedo, vt hoc quantulumcunque lumen est, indeficienti vsque in finem vigore permaneat, id est, donum illud, quod sortitus est specialis gratiæ, non amittat, (Alioquin plenitudo lucis assistit in toto, caligo non remanet: caliginem autem dico insipientiæ, de peccati sordibus accidentem) quid si competens ratio est, vt quantum de luce fuerit, tantum de caligine supersit? Porro autem difficillimum est, vt offendiculum caligo non habeat. Necesse est homini in quantitate luminis, & in reliquis caligine supersit? Porro autem difficillimum est, vt offendiculum caligo non habeat. Necesse est homini in quantitate luminis, & in reliquiis caliginis constituto, volenti bonum & non effugienti malum: & subsistere adiutorium, & nõ deesse peccatum. Quod si cuiquam obscurè dictum videtur, accipiat exemplum cõuersationis humanæ. Duo singuli habent dona diuersa: vnus vt sit humilis in silentio, alter, vt sit suadibilis in docendo. Ille cui silẽtium cordi est, si forte poscatur rationem de fide reddere, putasne nullã assumit in humilitate fallaciam? Aut facile arbitraris, vt simplex scurrilitate careat, læta verbo, sollicitus iracundia, patiens negligentia, mitis pigritia, doctus iactãtia, summissus inuidia, contra illam quæ est omnium bonorum operum caligo generalis, vanæ gloriæ concupiscentiam. (Psal. 14. Apoc. 5.) Quod si hoc pie sanctéque intelligitur, vnusquisque nostrum assumat comparationem, vt magis semetipsum in melioris prælatione condemnet, quam in minoris despectatione iustificet. Ita demum inuicem membra sociabit, præcipue si vna charitate veluti pelle ossa circundante neruisque iunctis indigentia sui cõscius homo, hanc ipsam quam habet gratiam, donum intelligat esse non meritum: & magis ex eo vnde accepit glorietur in Domino, quam vnde non acceperit irascatur. (Ephes. 2.) Nos enim cum essemus naturaliter filij iræ propter delictum nostrum facti sumus filij misericordiæ propter clementiam Domini, nihil digni nisi damnatione. Non ingeramus Domino de non accepto querelam, sed de accepto gratiam rependemus, gloriamque soli illi creatori redemptorique nostro Domino Iesu Christo tribuamus, quem (Rom. 3.) *posuit Deus propitiatorem in sanguine suo vt in nomine* (Philip. 2.) *eius omne genu curuetur, cælestium & terrestrium & infernorum*: quem in illa prædicta potestate iudicantem omnis caro videat, & cui omnis lingua fateatur. Vnde & Apost ait, Ideo contendimus siue absentes, siue præsentes placere illi: (2. Cor. 5.) *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum, siue malum.* Et alibi: (Rom. 14.) *Omnes enim stabimus ante tribunal Dei:* Paulus Apost. dixit etiam se staturum ante tribunal Dei, & propria corporis prout gessit cum cæteris redditurum: contra autem Pelagius confidenter audet dicere; ita consummo vniuersam in carne perfectionem, vt de iudicis bonitate nihil sperem. Iusti in illa die iudicia operum suorum glorias audientes, adhuc tamen velut ignorantes interrogabunt, (Matth. 25.) *Domine quando te vidimus, & hæc fecimus tibi,* & hic noster scientissimus legis agnoscit, quo die, qua hora, quo momento, vltimam sedem vltra quam non sit aliæ plenissimæ sanctitatis intrabit? Aut forsitan reclamat & loquitur, Recte mihi hæc amentiæ, vt non dicam superbiæ ingerentur opprobria, si dicerem, sine adiutorio Dei hominem posse esse sine peccato, nunc autem quum adiutorium adijcio, nihil difficile assero. An tu fortassis Dei adiutorium negas? Concedo paulisper calumniæ tuæ, vt quod in te conuincere volo, in me videar detegere, inueniamur simul, & ego in mei defensione purgatior, & tu in tua confusione manifestior. Mea semper hæc est fidelis atque indubitata sententia, Deum adiutorium suum non solum in corpore suo, quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiæ suæ dona largitur, verum etiam vniuersis in hoc mundo gentibus propter longanimem sui æternamque clementiam subministrate, non vt tu asseris cum discipulo tuo Cœlestio, cui iam apud Africanam Synodum occulta illa impiorum dogmatum natura contusa est, in solo naturali bono, & in libero arbitrio generaliter vniuersis vnam gratiam cõtributam: sed speciatim cotidie per tempora; per dies, per momenta, per atomas & cunctis, & singulis ministrare. Dicit enim scriptura, *Qui facit solem suum oriri super bonos & malos.* (Matth. 5.) At tu forte respondea Ordinem suum composita bene natura custodit, ac per hoc Deus elementariis semel cursibus constitutis facit, inde quæ facit. Quid ergo de illa sententiæ parte, quæ sequitur, opinaris? Dat pluuiam super iustos & iniustos. Vtique qui dat, cum vult dat, & vbi vult dat: vel dispensando dispositam constitutionem, vel effundẽdo propriam largitatem. Ac ne secundum amentiam pietatis tuæ etiam hoc euacuare mediteris, audi prophetam super hac veritate testantem. (Amos. 5.) *Qui aduocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen est illi.* Quid vero dicam de spe vera generis humani, quia omnis qui arat, in spe arat. Sperare autem, non est possibilitatis propriæ, sed largitatis alienæ. (1 Cor. 9.) Cum autem quis seminauerit, iactãmque sementem in sinu terræ cultor absconderit, non habet vltra quod faciat, nisi vt oculos tendat ad cœlum, oret non terram cui commisit, sed Deum cui credidit, vt laborem eius vel matutino vel serotino imbre fœcundet. Et vt spiritali testimonio etiam ad communes vsus perfruar, (1. Cor. 3.) *neque qui plantat, neque qui rigat quicquam sunt, sed qui incrementum dat Deus.* Quantum ergo de Dei adiutorio gaudeam, per id metire, quod ministrari per singula etiam gentib. probo: vt manifestum nobis esset, quem vsque in finem amare, & quem sine cessatione inuocare debeamus. Diabolus interrogatur à Domino, *Vnde ades?* At ille respondit: (Iob. 1.) *Circuiens terram & peragrans, quæ sub cœlo sunt, adsum.* Rogo te sollicitudo ista diaboli bonæ voluntatis, an malæ est? Fatearis necesse est omnino malæ. Hoc enim & sequens postulatio eius ostendit. Manifestatio ista diaboli tẽpore Iob facta est, scilicet tempore Moysi. Certe tũc nulla Iudæa, nulla Hierusalem, nulla per orbem Ecclesia erat. Adhuc vniuersa gentilitas Dei notitiam non habebat, & iam tamen diabolus circuiens terrã, omnia quæ sub cœlo sunt peragrabat: atque ad seducendum & dispergendum humanum genus incessabili malitiæ suæ sollicitudine ferebatur. Itaque cum videas hominibus ignaris tantam diaboli incubuisse nequitiam in disperdendum, nullam hinc credis Dei in custodiendo gratiam præfuisse? Aut forte frustra dictum putas, (Psal. 23.) *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo?* At vero vt adesse adiutorium Dei, & per singula & per singulos manifestius probes: eo ipse diabolus dum testatur de vniuersitate, de vno interrogatur. Animaduertisti inquit Deus, in puerum meum Iob, quia non est quisquam similis illi super terrã? Nouit speciatim vnumquemque Dominus, nouit & diabolus. Ille potestate naturæ: iste labore nequitiæ. Iste vt tẽtet: ille vt probet. Iob contradicente aduersario à creatore laudatur. Vult Dominus opus iudicare hominis, quod ipse operatur in eo: at vero de adiutorio etiam diabolus

confficitur. Dicit enim, Nonne tu circumsepisti quæ sunt extra domum, & intra domum eius? Expetente inimico famulum suum Deus spoliat per tentationẽ, non nudat: aufert substantiam & dat gratiam: Ecce, inquit, omnia quæcunque habet do in manu tua, sed ipsum noli tangere. Parum est liuidos foerit, mortem conatur inducere, sed è contrario dispensatione Dei mouetur, gratia non aufertur: experita prædoni præda promitot, & rursus prædæ suæ custos adhibetur. Dicitur enim ad eum, Ecce trado eum tibi, tantum animam eius custodi. Nemo ex hoc æstimet diabolum ad seducendam in corpore tantummodo animam laborare, nisi etiam ab ipso corpore vellendam: si non saucium infirmumque hominem miserentis Dei tutela muniret, & obuia, cunctis insidiarum eius conatibus semper occurreret. Habes, vt arbitror, etiam in Gentibus sufficientem cooperantis gratiæ probationem: accipe manifestam quoque significantiam de illo præcipue dono, quod Ecclesiæ & corpori suo peculiare largitur. Paulus Apostolus

1. Cor. 1. ad Corinthios scribit, *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei qua data est vobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gra-*

Rom. 5. *tia.* Et iterum, *Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem & accessum habemus fide in gratia ista, per quam stamus, & gloriamur.* Vnde & Petrus Aposto-

1. Pet. 1. lus admonet dicens, *Recipientes finem fidei vestræ salutem animarum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nos gratia Dei prophetauerunt.* Ex quo euidentissime declaratum est, nemini hominum deesse Dei adiutorium: præsertim cum & seductor insistat, & insit infirmitas. Confusa euacuataque est calumnia cæci arguẽtis, qui ait, Forte tu Dei adiutorium negas? Sed quoniam de Iob fecimus mentionem, dicamus quod & superiori testimonio recensitum est, Domino dicente, Homo sine crimine verax Dei cultor, abstinens se ab omni malo. Solet enim à vobis sæpissime dictitari, ad probãdum hominem sine peccato posse esse, quia fuerit, hoc est, quia & Iob testimonio Dei homo sine crimine est di-

Luca 1. ctus & verax. Et Zacharias *sine querela* in Euange-

Iob. 1. lio probatus ostenditur. Dixit Dominus ad Iob, *Ho-*

Peccatum crimen. *me sine crimine*, nunquid dixit sine peccato? Peccatũ enim cogitatio concipit, crimen vero non nisi actus ostendit: Esse etiam sine querela eorum cognitioni iudicioque ascribitur, quibus in promptu est, in facie quidem mansuetudinem aspicere, sed cordis bella

Tit. 1. nescire. Vnde & Paulus confidenter iubet dicens,

1. Cor. 1. *Oportet enim Episcopum sine crimine esse.* Et alibi generale dat testimonium Corinthiis, atque asserit, *Ita vt non indigeatis vlla gratia, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine.* Ecce Paulus quos testimonio suo vsque in finem confirmat esse sine crimine,

1. Cor. 6. mox eosdem in eadem epistola corripit scribens: *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habeatis inter vos.* Sub vno timore iisdemque personis, ecce sine crimine, ecce delictum: vnde declarat, non statim sine delicto asseri, quem videas sine crimine nuncupari. Dixit enim & Dominus Iesus: *Venit Ioan-*

Luc. 7. *nes non manducans neque bibens.* Et iterum scriptum

Matth. 3. est, *Esca illius erat locusta, & mel siluestre.* Nunquid ex alterutro aut Ioannes non manducasse, aut Dominus fefellisse credendus est? sed è cõtrario in vtroque veritas est: quia & Ioannes in substantiam carnis escæ aliquid sumpserit, & rursum verè dixerit Dominus in Ioannem, nec enim cæteris, nec id manducasse, quod cæteros probans se scripturasque sanctas, occultata sæpe scientia Dei, hominum manifestare sententias. Quamobrem obsequenter accipitur, quo-

A tiescunque scriptura commemorat, & iustum & sine querela pro captu temporis, & secundum illud vltimum iudicium Dei, cui vniuersorum conscientia subiicitur, & lingua omnium confitetur. Denique liquido intellige, quia iustificatio Iob, passionumque eius in carnem permissio, prouido consilio Dei confusionem diaboli arrogantis operata est: vt dum homo de honore creatoris, ipso Domino probante laudatur, infidelitatis notam declinans angelos puniretur. Rursus autem ne famulo suo grauiorem plagam faceret, dum sanaret, & per curam carnis, animæ vulnus infligeret, hoc est, ne beatus Iob tanta tentatione superata, duplicatisque omnib. & restitutis in superbiam elatus, & iudicium incideret diaboli, admonetur ab oculis suis, vt & si à foris de iustitia

B laudaretur, intus tamen ei se sciret subditum esse debere à quo custodiretur. Dicit enim ad eum Dominus. *Quis est hic qui celat me consilium, continens ser-* Iob. 1. *mones in corde, & me putat latere? Accinge tanquam vir lumbos tuos. Interrogabo: tu autem responde mihi, Vbi eras cum fundarem terram, indica mihi, si nosti scientiam.* Et post multam docẽdi correptionem, vel corripiendi doctrinam: respondens Iob Domino dixit: *Quid ergo iudicor commonitus & increpatus à Domino, audiens talia: cum nihil sim?* Talis & Zacharias, Luca 1. homo, *sine querela*, dignus honore hominum, dignus testimonio scripturarum, quem aliquatenus, vt arbitror, ex hoc instatio titillabat, incipiebatque plus credere famæ, quam conscientiæ; per corripientem Angelum nota infidelitatis arguitur, & temporario silen-

C tio castigatur. Vnde & Paulus dicit, *Itaque qui se* 1. Cor. 10. *existimat stare: videat ne cadat.* Et quasi forma hominum de se ipse pronuntiat dicens, *Castigo corpus* 1. Cor. 9. *meum & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Ita *sine crimine* dici quenquam, & *sine querela*: non est perfectionis testimonium, sed cõuersationis exemplum. De immaculato autem vbicumque scriptura pronunciat, sicut Dauid ait, *Beati immaculati in via, qui ambulant in* Psal. 118. *lege Domini*, sana doctrina traditum reor, quia vere *beati sunt, qui sunt immaculati in via*, hoc est, perfecta fide in veritate gradientes, non declinantes hæretica prauitate, neque in dexteram, neque in sinistram. Via Christus est, qui per Spiritum sanctum ducit ad patrem. Igitur qui sine macula atque lepra, nec contaminatus ab his quorum sermo serpit vt cancer, vene-

D randæ gloriam Trinitatis audit, credit, intelligit, beatus in fide immaculatusque consistit. Ex quo etiam dicitur ad Abraham, *Ambula coram me, & esto sine* Gen. 17. *macula.* Necessario enim *Abraham, qui credidit Deo & reputatum est ei ad iustitiam*: vt sit in eo quod credidit, *vidit & gauisus est*, perfectus esse ac sine macula commonetur, multarum gentium pater constitutus in fide, & fidelium sinus in requie vt simus omnes, qui speramus in Deo cum fideli Abraham. *Beati* Psal. 118. *immaculati in via*, scriptum est: per fidem enim ambulamus non per speciem. At vero si vis de immaculato, qualem Dauid orans quærit audire, vanam impossibilitatis tuæ depone fiduciam, & prostratus in precibus cum Propheta oratione coniungere, flens

E pariter ac dicens: *Delicta quis intelligit? Ab occultis* Psal. 18. *meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Si enim mihi non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* Infelix ego homo, delicta quæ nondum intelligo, quando vitabo? Petrus diligit Christum, nec vnquam à dilectione declinat, Testimonio dilectionis Domini, nunc *petra fundamenti Ecclesiæ constituitur*, Matth. 16. nunc *Satanæ* vocabulo deprauatur. Vnum atque idẽ Ibidem 8. semper operanti, nunc dicitur, *Non reuelauit hæc tibi caro & sanguis, sed Pater meus, qui est in cælis.* Nunc cursus ingeritur, *Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Apostolus diligendo electus est, diligendo confusus: habens pro nimio amore peccatum. Si-

qnidem

A quidem annunciauerit de passione sua Domino amoris impatientia dixerat: propitius tibi esto Domine, non erit istud tibi. O miseria miserorum. Si Petrus in aliquo Christum amando peccauit, delicta quis intelligit? Clamat Propheta & clamat in spiritu sancto: clamat ille, de quo dicitur Dominus, *Psal. 88.* *Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, & nihil proficiet inimicus in eo*: & quid clamet attende, *Ibidem 14.* *Ab occultis meis munda me Domine.* Quid ille electus secundum cor, ille quem promisit Deus facturum omnes voluntates suas, ille quem vnxit in regem, ille quem prophetici spiritus sanctificatione donauit, stupens in obreptione peccatorum clamat ad dominum, vt ab occultis suis mundetur implorat & dicitur ei à Domino in alio loco, *1. Par. 17.* *Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator & sanguinem fuderis*, quasi vero sordium abolitione cunctatum ita emundare eum nequiuerit, vt dignum operi præpararet, Dauid vsque ad mortem non emundatur, sed prælato in templi constructione sibi filio se ipse condemnat: & Goliat cum Armigero suo *Pelagium dicit & Cælestium* calumniatur mihi, cur Dominus non faciat in eo, quod nunquam facit in seculo? Dicit & Ecclesiastes, *Eccles. 1.* *Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est*, iam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos, & nouorum dogmatum instructor affirmat, potest fieri quod nunquam factum est. Non tequitas verum fuerit, quod posse esse non ambigis. Ædificari voluit Deus templum nomini suo, & hoc vt non nisi innocens & benè immaculatus extrueret. C Duo ad hoc Reges cunctis viribus eliguntur, vterque ad adiutorium: de custodia vtrique promittitur. Ad *Psal. 88.* Dauid siquidem dicit Deus, *Veritas mea & misericordia mea cum eo.* *1. Par. 28.* De Salomone vero testatur, *ipsum elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem.* Ex his duobus templum Domini vnus præparat, alter ædificat: præparat senex, perficit puer, dignum est enim vt sanctum Domini templum sanctus ædificet. Præparat, vt dixi, senex, sed quasi postquam peccare cessauit: perficit puer, sed tamen pene cum adhuc peccare non cœpit. Ille ante peccauit: hic postea. Ille multo peccato ædificare non meruit: iste multum peccando quod ædificauerat, dereliquit. Et inter hæc mirabiliter sibi ordinatio sancta disposuit: vt inter duas D ætates, quod perpetuum in homine esse non poterat, pro captu temporis inueniret. Vterque aliquando non peccauit, tamen vterque sine peccato esse nō potuit: vt sit Deus verax, *omnis autem homo mendax*: *Rom. 3.* sicut scriptum est, *Psal. 62.* *Vani filii hominum mendaces filij hominum in stateris.* Habentes vtique gratiam & adiutorium Dei, tamen sine peccato esse, nec obtinere Dauid, nec Salomon valuit custodire, & Iouiniani filius vt omnipotens Deus pro ipso discipulisque eius tantum rerum ordinem mutet, sperat, quod si factū forte non fuerit, Deum impossibilitatis accuset? Potest, inquit, homo esse sine peccato; tamen cum Dei adiutorio. Quid faciam? Tolerabo interim pannum nouum, vestimento veteri colligatum, donec emen- E dationis miseræ falsitatem peior scissura patefaciat. Concedo enim, vt contra ducem veritatis loquentis, cum diceris, potest homo si velit, dixisse videaris, potest homo cum adiutorio Dei. Nunc demum, mihi veluti ad exordium propositionis sermo reuocandus est; & paulisper iniuriæ dolore seposito, cum reuerentia disputandi ad celsitudinem capitis recurrendum. Caput enim nostrum est Christus Iesus, quem, *Rom. 3.* sicut Apostolus ait, *Proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei & ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu.* Itaque propitiator per fidem in sanguine suo positus ad

A ostensionem formamque iustitiæ, ipse est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. De quo Ioannas vsque ad ipsam pene inaccessibilem lucem introductus exclamat; *Ioan. 1.* *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt.* Ac post paululum exposita diuini operis veritate subiungit. *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus honorem eius, gloriam tanquam vnici nati à patre, plenum gloria & veritate.*

Esaia 53. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui tanquam agnus coram tondente, sic non aperiens os suum, cum flagellatus*, crucifixus & mortuus est qui aculeum mortis edomuit, qui à mortuis resurrexit, qui *Psal. 67.* *captiuam ducens captiuitatem, ascen-* B *dit in cælos.* *Rom. 8.* Hic est *vnigenitus in patre, primogenitus* *Coloss. 2.* *in multis fratribus: In quo est omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Hic ergo Dominus Christus, hic inquam, filius Dei, in virtute patris & gloria: quæ in principio condidit, & redemit in medio, etiam in nouissimo iudicabit. Itaque post conditionem vniuersæ, quæ secundum voluntatem eius cæpit creationis, compositionis modum rebus imposuit, vt quod rationale factum fuerat, ratione subsisteret. & quod libero donarat arbitrio, ne in licentiam perditionis excurreret præcepti lege restrinxit: vt cū creatura creatorem & Domini donum agnosceret, & præcepti stabilitatem in subiectione lapsus liberta- C tem prospiciens, ad hoc tantum ipsa libertate vti vellet, vt per eam seruitium quo regeretur eligeret, digno habitus iudicio, vt ex prudenti seruitute defensionem, ita ex libera voluntate mercedem confirmante Apostolo qui ait: Si enim volens hoc ago, mercedem habeo. Duo luminaria magna omnipotens Deus dixit & facta sunt, præcepitque vt diuidant diem ac noctem & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, Nunquid hic semel decreta distinctio, non vsque in præsentem permanet diem? Et tamen hæc ipsa, quæ sic ordinato motu feruntur, creatori mutare cum velit, potentia inerat, si ratio non teneret: quoniam in omnibus potentiæ Dei ratio coniuncta est. Si enim esset apud creatorem mu- D tatio operum, qualiter à creatura expectari posset obseruatio mandatorum? Iussum à Deo est, vt germinet terra herbam, fœnum lignumque fructiferum, hoc etiam nunc annuis vicibus incessabili parturitione custodit. Et tamen iratus sæpissime Deus terræ, fructus negata imbrium vbertate diminuit, & quod auferre in totum potuit, maluit castigare, vt & correctionem plaga ostenderet, & ordinem natura seruaret. Fecit Deus hominem de limo terræ, & vitalis spiritus insufflatione viuentem posuit in paradiso deliciarum: libero insuper donauit arbitrio circumdatumque mandato medio immortalitatis & mortis; quamuis asserant tui, qui abundantiora de pectore tuo venena suxerunt, E mortalem eum fuisse factum, nihilque eidem damni ex transgressione contigisse præcepti. At vero præuaricante homine, terra maledicitur, laboribus ac doloribus homo ipse constringitur, vt in sudore faciei panem acquirat iubetur: hora mortis circumscribitur, donec in terram, de qua sumptus est, reuertatur. Eijcitur Adam de Paradiso, generat filios trahentes secum seminis infidelis originale peccatum: peccat humanum genus, Deum quoque pœnituit quod hominem fecisset in terra. O Domine sustine paulisper stultitiam meam, donec qui sapiens & prudens videtur, erubescat & sentiat imprudentiam. Peccante vno homine, ex quo in vniuersam successionem dira contagio transierunt, regnumque in vniuersos mortis inualuit, pœnitet te, irasc-

ceris, doles, & vfquequo verbum caro factum paf- A fione, cruce, ac morte opus hebeat commouerts. Forte fatius fuerat voum deleri illico peccatorem, & mox alius fecunda plafmatione fubftituereteur, quo ebomoi forde libera & immaculata propago defcenderet. At hæcte Deus omnipotens quia non feciffe egnofcimus, noo potuiffe credimus?

Matth. 16. 1. Cor. 3. O Petre fupte quam pertam Chriftus fuam fundaoit Ecclefiam, & ô Paule qui fundameotum pofuifti, prætet quod ehud nemo poteft ponere, qui eft Chriftus Iefus, beati Apoftoli columnæ & firmamẽte veritatis, vos faltem huic, qui confiliarius Deo eft & mediator, factis tefpondete fetmonibus.

1 Pet. 1. Ait Petrus, *Benedictus Deus & Pater Domini noftri Iefu Chrifti, per quem vocati eftu in hæreditatem, incorruptibilem: & incontaminabilem, conferuatam in calis, vos qui in virtute Dei cuftodimini per fidem in falutem paratam reuelari in tempore nouiffimo.* Ephef. 1. Deinde Paulus vas electionis, profert thefauros falutares, & ait: *Benedictus Deus & Pater Domini noftri Iefu Chrifti, qui benedixit nos in omni benedictione fpiritali in cæleftibus in Chrifto, ficut elegit nos in ipfo ante mundi conftitutionem, vt effemus fancti & immaculati in confpectu eius in charitate, qui prædeftinauit nos in adoptionem filiorum per Iefum Chriftum fecundum propofitum voluntatis fuæ in laudem gloriæ fuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio fuo, in quo habemus redemptionem per fanguinem eius, remiffionem peccatorum, fecundum diuitias gratiæ eius, quæ fuperabundauit in nobis in omni fapientia & prudentia: vt notum nobis faceret facramentum voluntatis* C *fuæ fecundum bonum placitum eius, quod difpofuit in eo, in difpenfationem plenitudinis temporum, reftaurare omnia in Chrifto, quæ in cælis funt & quæ in terra.* Dicit Petrus *in falutem paratam reuelari in tempore nouiffimo*: teftatur & Paulus, qood propofuit in eo *in difpenfationem plenitudinis temporum inftaurare omnia in Chrifto*: & ounc nobis nefcio quis Rana è cœno. quafi rana è cœno emergit & perfonat: Quid mihi eft expectare tempus, expectere iudicium? Deus fi poteft, femper poteft: fi femper poteft, perfonarum acceptor non eft. Poreft ergo, & modo poreft: & in te vere perfonatum acceptor probandus, fi quod in omnibus poteft, & vtique cctutus in rempore foo eft, in te folo enre tempus faceret, quod neq; in Moyfe fecit, cui vnum renrummodo in hec vite peccarum exprobreuit. & ramen ente mortem remifit: quem ob hanc culpam mori iuffit, ne terram repromiffionis intraret.

Audiat ergo Salomonem, fuper ordinerione Ecclef. 2. temporum & Dei conftitutione teftantem, *Omnia tempus habent, & fuis fpatiis tranfeunt vniuerfa fub cælo. Tempus nafcendi & tempus moriendi. Tempus plantandi; & tempus euellendi, quod plantatum eft.* Ecclef. 3. 16. *Tempus occidendi, & tempus fanandi.* Deinde alio loco dicit: *Vidi fub fole in loco iudicij impietatem, & in loco iuftitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo: Iuftum & impium iudicabit Deus & tempus omnis rei tunc erit.* Quemobtem ô homo vacue; fi quam fiduciam babes, patienter expecta ordinem Dei, quem E dignatus eft & ipfe Dominus expectare qui fecit: factus fub lege, qui feceret legem. Audi ipfum tibi Act. 1. dicentem, *Non eft veftrum fcire tempora, quæ pater pofuit in fua poteftate.* Aut fi vis epertius accipere teftimonium, qoia cum vtique poffit Deus, tamen pro ipfa fui ordinatione non faciat, dicit ad Petrum, *An putas non poffe me modo rogare patrem meum, & exhibebit mihi plufquam duodecim legiones Angelorum? Sed quomodo complebuntur fcripturæ? Quia fic oportet fieri.* Vides ergo quia operetor temporis, tempetat virtutes: & ratio difpofitionis, mifcet potentiæ patientiam. Deiode air Dominus, Reconde gla- A dium in theca. Fieri enim non poteft, vt calicem quem dedit mibi pater non bibam illum. Et tamen Deus nihil non poteft: oec eft quicquam quod non faciat nifi forte quod nolit, noo oporteat, noo proponet. Loquitur Peulus ed Theffalonicenfes, fignificans de eduentu Antichrifti: Non tetinetis, quod cum adhuc effem epud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineet fcitis: vt reueletur in fuo tempore. Tanta vis eft decreti Dei, & tam irreuolubilis ftatus coofticurorum in fuis quibufque caufis temporum, vt propter electos fuos dies fæculi abbreuiari dixerit dominus, non auferri; vt faceret temporum ftatutorum pro maieftate plenitudinem, pro pietate breuitatem: fimulque & compendium mifericordie caperet, & numerum muodus imple- B ret, & tu vis iam? Ecce ego cum dolore mifericordiæ loquor, tu, inquam, vis ô homo fimilis mei, vt tibi homines in hoc præfenti tempore, qood ounquam antea dictum in facris voluminibus inuenitur, quocumque fine peccato effe refpondeant, & fi in hoc forte confenferint, de die momentoque fubfcribant: nouam calumniæ machinam inftroens, vt quod non fieri dicimus, oon poffe fieri dixiffe videamur, & in quo præcipue operantem in difpofitiooem quam ftatuit omnipotentiam prædicamus, oeimpatienter infemare impotentem iudicemur? Vanum, quæfo te, furorem abijce: qooniam hoc ipfum ad peccatum proficit, de quo ebftergeodo poffibilitatem temporis non clementiam iudicis cogitaffe. Hactenus de potentia Dei, quem prædicamos & colimus, C & de præfinitione temporum, quæ profundiffimo ipfius funt ftatura confilio, dixiffe fufficiat, de qua & fi plure quæ funt fanctorum fcripte non effent, dæmonum faltem refponfio fole fufficeret, qui propriis demnati confcientia vociferantur ad Dominum, *Quid tibi & nobis fili Dei? Quid venifti ante tempus perdere nos?* Matt. 8. Quos cum intelligas de confecutione iudicij confidentes cape certiffimum ipfius contra te exemplum. Si illos in oppreffione mifetit homines comprehenfos: vltimo tuo iudicio intelligis effe damnetos. Accipe & teipfum hic imperturbabile emundatione purgandum. Sin autem, vt legitur, patientia Dei adhuc illis liberum indulgee arbitrium: edhuc & te crede tentandum. Nunc D ed aliam ftrictim tranfeo quæftionem, quam tu aduerfus omnes Catholicos vibrere fæpius diceris. Nem etiam in epiftola tua illa lucubratiffime hæc ipfa iotelligere vix potuimus. Ite ifte, inquam ed Demetriedem, puellam (vt eudio) facram & fanctam, homo verecuodiffimus fcribere non erubuifti: docens, vt credo, reuerentiam caftitatis fub ftrophe Iofeph luxuriantis dominæ fuæ, vbi dixifti, contempta frequentet domine, propriores adolefcenti rendit infidias, fectetum ac fine teftibus manu impudens epprehendit, in opportunam hiftoriam obfcæniffimo fermone contexens: quanquam hoc quod neque apto, neque decote dicitur, tibi imputate non debeamus, cui neque natales dederunt, vt honeftioribus ftudiis erudireris, neque naturaliter E prouenit, vt faperes; fed illis dictatoribus tuis, qui miferum fenfum miferrimo fermone coofcribunt, & te legendum cachinnis quafi titulum confufionis exponuot. Inter hæc ergo huiufmodi feofum in eadem epiftola indigeftis fermonibus eructafti, quod plerique noftrorum dicerent. Deum malam hominibus coodidiffe naturam. Quod etiam ille Phinees tuus pedetentim oobis teotauit intendere: vnde breuiter primum profiteor, deinde refpondeo. Ante tribunal Chrifti in dextera inter agnos Dei non fit dignus affiftere, nec mereatur videre Dominum in regione viuorum, nec in gloria refurrectionis vitæ Iefu manifeftetur in mortali corpore eius, qui dicit,

Deum

Deum aliquam malam vel hominis vel cuiusque rei A
condidisse naturam, vel qui liberum in aliquo tollit
arbitrium: cum scriptum legerit, omnia quæcun-
que fecit Deus, bona valde. Et de libero hominis ar-
bitrio scriptum est: Deus creauit hominē inextermi-
nabilem, & reliquit eum in manu consilij sui. Cæce
& maligne, aliter enim tibi loqui nequeo, sensum
dominicæ authoritatis, sensum propriæ fragilitatis,
sensum communis intelligentiæ non habens; nos
naturam hominis infirmam dicimus esse, non ma-
lam. Nam si mala esset, bonum omnino non cape-
ret: nunc vero cum genuino affectu concupiscat bo-
num & adhæreat bono, malumque omnino fugiat,
vbi in ea mala dicenda est esse substantia? Dominus
Marc. 14. clamat, *Spiritus quidem promptus est, caro autem in-*
Gene. 18. *firma.* Clamat Abraham, *Ego autem terra & cinis.*
Iob 25. Clamat Iob, *Homo putredo & filius hominis vermis.*
Esa 6. Clamat Esaias, *O miser ego quoniam compunctus*
sum, quia cum sim homo, & immunda labia habeam,
in medio quoque populi immunda labia habentis habi-
Baruc. 3. *to.* Clamat Hieremias: *Anima in angustiis, & spi-*
ritus anxius clamat ad te; Vide Domine & miserere.
Abac. 3. Clamat Abacuc: *Custodiui, & expauit venter meus,*
à voce orationum intra me turbata est habitudo mea.
Psal. 142. Clamat Dauid: *Exaudi me in tua iustitia, & non in-*
tres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur
Luc. 8. *in conspectu tuo omnis viuens.* Clamant omnes Apo-
stoli infirmitatis timore turbati: *Domine libera nos,*
1. Ioan. 1. *perimus.* Clamat Ioannes: *Si dixerimus quoniam*
peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas
Iacob 3. *in nobis non est.* Clamat Iacobus: *In multis enim*
Rom. 7. *offendimus omnes.* Clamat Paulus: *Infelix ego ho-*
mo? quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia
Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Et vt
generaliter vniuersorum clamat infirmitas, clamat
Esa 40. Spiritus sanctus in sanctis. *Omnis caro fænum, &*
gloria hominis sicut flos fœni. Fœnum aruit, flos de-
cidit, verbum autem Domini manet in æternum. Con-
tra has tam splendidas perspicuasque diuinorum
nubes testimoniorum, audiat laborans, in gemitu
suo mundus vniuersus Pelagium reclamantem; at-
que humili veritati non solum verborum impuden-
tia, sed etiam cauteribus resistentem. Ait enim in
epistola, quam supra nominauimus, Verum è con- D
trario temisso ac fastidioso animo ac nequam ore
nos Domino reclamamus & dicimus: Durum est,
arduum est, non possumus, homines sumus, fragili
carne circumdamur. Et ô cæcam insaniā! & ô profa-
nam temeritatē! Duplicis ignorātiæ accusamus scien-
tiæ Dominum: vt videatur nescire, quod fecit, nesciat
quod iussit. Et quasi oblitus fragilitatis humanæ, cu-
ius autor ipse est, imposuerit homini quod ferre non
possit. Quid rogo hac præsumptione sceleratius? Quid
hac increpatione peruersius? Exprobras Ecclesiæ
Catholicæ, cuius nos viscera sumus, quod quasi di-
cere desparando videatur, quod Deus author ho-
minis imposuerit homini, quod ferre non possit: cu-
ius tamen fidelissima est & ora & humilitate profes- E
sio: Deum & primo omnia possibilia præcepisse, &
nemine tamen possibilia complente, propter quod
subditus sit omnis mundus Deo, postea pondus præ-
Matth. 18. cepti substituta gratiæ indulgentia subleuasse. Ve-
runtamen tu serue nequam, & maligne; qui quod
tibi Dominus tuus remisit, à conseruis tuis sonaris
exigere: tuum primum sensum discutio, & manum
postea si videtur explano. Tu qui non posse ferre
onus legis dixisse quosdam arguis, ergo tu ipsum
ferre posse confidis? O miser! qui secundum quod
Apoc. 4. scriptum est, dicis in corde tuo. *Diues sum & ditu-*
tus, & nullius rei egeo, & nescis quia tu es miser &
miserabilis & pauper, & cæcus & nudus. Nunquid
Matth. 16. ad te locutus est Christus, *Amen dico tibi, non tibi*
A *reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cæ-*
lis? Nunquid tibi dixit, *tu vocaberis Cephas?* Nun-
quid tibi spopondit, super hanc petram fundabo
Ecclesiam meam? Attende enim quid Petrus Apo- Act. 15.
stolus Spiritu sancto docente commoneat, qui ait:
Et nunc ergo vos quid tentatis Deum, imponere iu-
gum collo discentium, quod neque nos ipsi, neque
patres nostri potuimus portare? sed gratia Domini
nostri Iesu Christi credimus nos posse saluos fieri,
sicut & illi. Petrus Apostolus dicit, *quia ille vere*
Deum tentet, qui nunc homini onus legis molitur im-
ponere: contra autem tu obijcis & minaris, quod il-
le criminetur iniustitiæ Deum, qui per confessionem
propriæ infirmitatis, ad gratiam spiritus à litera oc-
cidente confugiat. Samuel, Helias, Helisæus, Esaias,
Hieremias, Daniel, Zacharias, omnes sancti, vel Iu-
B dices, vel Reges, vel Prophetæ, patres sine dubio
nostri sunt, & neminem Patrum Petrus affirmat, sed
neque semetipsos, hoc est, Apostolos, cum essent
Iudæi, onus legis ferre potuisse, sed fide Christi se-
cundum spem gratiæ fuisse saluatos.

An forte secundum te omnes isti sancti patres Dei
adiutorium non habebant? Ecce Petrus increpat il-
los, qui graue iugum collo discentium ponere co-
nabantur: tu è contrario scandalum Petri increpas
eos, qui ad fidelem Dei misericordiam confugiunt:
& se per semetipsos onus legis ferre diffidunt. Sed
tibi specialis inde portandi oneris fortasse fiducia est,
quod balneis epulisque nutritus, latos humeros ge-
C stas robustamque ceruicem, præferens etiam in fron-
ta pinguedinem, sicut scriptum est: *Tetendit enim* Iob. 15.
aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem
roboratus est. Cucurrit aduersum eum erecto col-
lo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciem
eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.
At illi tales esse non possunt, quibus semper in cor-
de loquitur Christus: *Contendite per angustam viam* Luc. 13.
introire: latum est enim, quæ ducit ad mortem. Et Pau- Rom. 13.
lus Apostolus monet, *Curam carnis ne feceritis in*
concupiscentiis. Est enim veritas Christi, quia mul-
tum doleo pro vobis. Iuxta sententiam enim Beati
patris mei Augustini, Non est sani fiducia sed insani. S. August.
De vno præcepto eodemque primo, te si dignaris
D interrogo. In lege Dominus per Moysem iubet,
quod & in Euangelijs Christus affirmat, *Diliges Do-* Matth. 22.
minum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani-
ma tua, & ex totis viribus tuis: & secundum simile
huic, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Ro-
go te, responde non mihi, sed Deo: non voce, sed
conscientia: si ita ex toto corde Deum diligis, vt nul-
lam vnquam in eo cogitationem, quæ absque timo-
re & dilectione Dei intelligi possit, admittas: si ita
in tota anima sequeris, vt suscepta semel cruce in nul-
lam penitus oblectationem habita ad tempus iucun-
ditatis succedas: si ita in totis visceribus tuis calore
charitatis ardes, vt nulla penitus per augmenta ne-
cessitatis in firma concupiscentiis aut desiderijs ad-
quiescas. Deinde cum scriptum sit, *Omne quod non*
E *est ex fide peccatum sit*: & siue nobilium locorum Epis-
copos videris, siue potentes seculi viros, siue diuites
sub religione videas, vtrum omnino nihil vel adula-
tioni, vel timori, vel spei acceptione personarum
captus indulgeas, nec quicquam in quo te cor tuum
reprehendat, & conscientia remordeat, vel si nulla
verba tempori potius quam veritati accommodata
respondeat. Illud etiam consulo, vtrum æque om-
nes Christianos sicut teipsum diligas. Nos enim
sub vno capite, quod est Christus: & sub vna Ec-
clesia, quæ est Christus, omnes fratres sumus, &
vnum corpus in Christo. Vtrum ergo sicut teipsum
diligas omnes qui misericordiam sperant, quos ta-
men noueris, confitere. Non enim tā de ignotis

consulis: quos ex eo te diligere arbitraris, quod quia non noueris, non odisti. Sed quid ego hæc à confessione tua exigo, cum conuersationem tuam vulgus agnoscat? Tu perfectus sine infirmitate, tu omnem legis sarcinam ferre possibilis, tu, inquam homo inflate, sed vacue: audi si dignaris Dominum saluatorem, te si tamen hoc poteris ad sancta reuocantem: *Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei, velut infans, non intrabit illud.* (Luca 9.) Infans nihil in se habet, nisi quod diligit blandientem, & quod patrem suum non in sudore suo, sed in precibus sperans alimoniam vitæ, simplici petitione consequitur, quam fiduciali opere non meretur: qua tu comparatione commonitus, conuertere ad infantiam vt reuertaris ad vitam. Et quoniam superius dixeram, de possibilitate oneris sustinendi tuum primum sensum discutio, & meum postea si videatur, explano. Mea sententia est, quia & in hoc quoque peccamus, quicum infirmi sumus de infirmitate conquerimur, * sicut Apostolus ait: *Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic?* Infirmitatis enim querela propriæ virtutis ambitio est, quoniam occulte adiutorium Dei fastidit, qui peculiarem fortitudinem quærit. Et hic diabolus est, qui dicit: *Viribus faciam.* Ego autem secundum Apostolum, *gloriabor super in infirmitatibus meis*, vt semper dicat cor meum Deo: *In velamento alarum tuarum exultabo. Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.* Vnde & scriptum est: *Postulationes vestræ innotescant coram Deo: & pax Dei quæ exuperat omnem mentem, custodiat corda & corpora vestra in Christo Iesu.*

(* Hic iacturæ erat fragm. ex Augustino. Cap XIV. Rom 9. 2. Cor. 12. Psal. 62. Philip 4 6.)

Habeo itaque infirmitatem, & gaudeo in cognitione infirmitatis meæ. Cum enim infirmor, tunc potens sum, potentem inuocando Deum, qui me exaudit infirmum, qui nobis fidelissime repromisit: *Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* (Matth 28.) Peculiare opus infirmitatis est, in omni loco semper orare, vt omnipotens Deus, qui spopondit non deserere, etiam iuuare non cesset. (Psal. 122.) Ecce enim scriptura clamat infirmis: *Quærite dominum & confirmamini: quærite faciem eius semper.* Cui respondit vera & pia Confessio: *Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri.* Magna & certa est de perfectione fiducia, cum omnipotens facit quod optat infirmus. Rursusque magna & certa est de confirmatione securitas, (Ephes 3.) cum omnipotens seruat, nec perdit infirmus, sicut scriptum est: *Ei autem qui potest omnia abundantius facere quam petimus & intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in Christo Iesu.* Quamobrem admonet Apostolus, *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso, in gloria.* Vitæ fructus est sanctitas: sanctitas vero est, esse sine peccato. Si ergo incorruptionis gloria abscondita est ab omnibus hominibus in hoc tempore, tu quomodo hoc eodem tempore ipsa incorruptione posse resuperindui glorians? Sicut enim corruptionis principium fuit homini declinare in peccatum, ita incorruptionis initium erit, non habere peccatum. Quis ergo illud ante iudicium Dei abscondit, aut de sinu Christi abstulit, & tibi tradidit? An forte quia non meretur eam in futuro de manu Domini intelligis? Hæc præsumptus instruit Paulus, & dicit, (1. Cor 15.) *Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam, Vbi mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est.* Per quod ostendit Apostolus, nullo modo catenus quemquam insultare posse morti atque peccato, donec mortalitatem immortalitas, & corruptionem incorruptio consequatur, & vbi infirmitate deleta virtus perfecta succedit, vbi non erit masculus & fœmina, sed erunt omnes similes angelis Dei. Porro autem, si quis iam in tantum cumulum sanctitatis excreuerit, vt viuens in hac carne, vel masculum se esse, vel fœminam nesciat, si iam plenissima sui puritate percepta, nec habens vestimenta sordida, similis est angelis Dei, & si iam illa quæ promissa est sanctis in speciem solis claritate circumdatur; dignè hanc perfectionem non voce, sed habitu profitetur. Veruntamen præsumptio ista perditio est: quin potius huiusmodi homini expedit, vt non suum cor, sed Paulum magistrum Gentium audiat & sequatur, simulque oret cum eo, cui oranti respondeat Dominus: *Sufficit tibi gratia mea: virtus autem in infirmitate perficitur.* (2 Cor 12.) Itaque quod solum & in quo solo liberum arbitrium proficit: præbeat se vnusquisque nostrum Deo terram voluntariam: *Dei autem agri cultura sumus, Dei ædificatio sumus.* (1. Cor 3.) Mittat in agrum suum semen verbum, credat in corde, ipse plantet, ipse riget, ipse fœcundet, ipse tribuat incrementum, qui est verus agricola. Quod solum tamen in nobis potest voluntaria deuotio, ad continendam in se radicem seminis & nutriendos vberes partus fideliter subministret semper quotationibus suis agricolam suum, ne inimicus zizania superseminare possit exsuscitet. Hæc sit eius in opere Dei cooperatio, cum spe non dubia & charitate syncera. Ait enim Dominus Iesus: *Ego sum vitis, vos estis palmites*: quodcunque habet, de vite habet. (Ioan. 15.) Non enim inquit Apostolus, *tu radicem portas, sed radix te.* (Rom. 11.) Quid se ergo extollit in fructibus, qui videntur in eo, cum totum pertineat ad vitam non solum vt possit, verum etiam vt sit? Alioquin excidetur & in ignem mittetur. Non enim palmes, sed vitis potest: & quod vitis potest, palmes ostendit. Sufficit ergo vnicuique vt habeat. At vero vnde & vbi habeat, & humiliter agnoscat, & patienter expectet, ne dum non habet, & habere se credit, idipsum quod habet auferatur ab eo. Primum hominem peccantem de paradiso abiecit Deus, deinde in cruce credentem, primum in paradisum Christus induxit. Merito ergo quam diu in Paradiso non sum, & in terra peregrinationis Adę maneo, sine peccato me esse non credo. Si autem in Paradisum gratis Dei traductus fuero; ibi perfectione mea, & morte superata, peccatóque deleto æternam in conspectu Dei potentiæ eius gloriam prædicabo. Hæc ergo vt potui beatissimi Sacerdotes, causa fidei & simplicitatis exposui. Non mihi succenseant, qui læserunt, si in aliquo per comparationes nominum * titulantur. (* forte titillantur.) De quæstionibus vero æquanimiter ferant, magisque, si timorem Dei habent, gaudeant responsum fuisse quod verum est. Ego teste Iesu Christo, *odisse me fateor Hæresim non Hæreticum*, sed sicut iustum est, interim propter Hęresim, Hæreticum vito; quia & prohibui, & corripui. Detestetur & damnet ore pariter ac manu, & cunctis fraternitatis vinculo hærebit; quia scriptum est, *Inuicem onera vestra portate; & sic adimplebitis legem Christi.*

DE

DE ARBITRII LIBERTATE EXCERPTA

Ex Augustini libro de natura & gratia.

Ex Cap. XII.

HAnc esse intentionem legis arguentis, vt propter illa, quæ perperam fiunt, confugiatur ad gratiam Domini miserantis, velut pædagogo concludente in eandem fidem, quę postea reuelata est: vbi & remittantur quæ male fiunt, & eadem gratia iuuante non fiant. Proficientium est enim via, quamuis bene proficiscentes dicantur perfecti viatores: illa est autem perfectio summa, cui nihil addatur, cum id quo tenditur, cœperit possideri.

Cap. XIII. Iam vero illud quod eis dicitur, ipse tu sine peccato esse deberes, non pertinet ad eam rem, de qua vertitur quæstio: sed quod dicit negligentiæ suę potius imputari, quod non est sine peccato: bene quidem dicit, sed dignetur inde & orare Dominum, ne illi hæc iniqua negligentia dominetur. Quam rogabat quidam quando dicebat: *Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas*: ne dum suæ diligentiæ quasi propriis viribus fidit, neque hic ad veram iustitiam, neque illuc vbi sine dubio perfecta desideranda est & speranda perueniat. Psal. 118.

Cap. XIV. Et illud quod eis à quibusdam dicitur: nusquam esse scriptum his omnino verbis, posse esse hominem sine peccato, facile refellit: quia non ibi est quęstio, quibus verbis dicatur quæque sententia. Non tamen fortasse sine causa, cum aliquotiens in scripturis inueniatur, homines dictos esse sine querela, non inuenitur, qui dictus sit sine peccato: nisi vnus solus de quo aperte dictum est, *eum qui non nouerat peccatum*. Et eo loco vbi de sacerdotibus sanctis agebatur. Etenim expertus est omnia, secundum similitudinem sine peccato: in illa scilicet carne, quæ habebat similitudinem carnis peccati, quamuis non esset caro peccati. Iam illud quomodo accipiendum sit. *Omnis qui natus est ex Deo non peccat, & non potest peccare*, quia semen eius in ipso manet, cum ipse Apostolus Ioannes quasi non sit natus ex Deo, aperte posuerit. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: in libris quos ad Marcellinum de hac re scripsi, sicut potui explicare curaui. Et illud quod dictum est: Non potest peccare, pro eo dictum est, ac si diceretur, non debet peccare: non improbanda mihi videtur huius assertio. Quis enim insanus dicat debere peccari, cum ideo sit peccatum, quia non debet fieri? 2. Cor. 5. 1. Ioan. 3. 1. Ioan. 1.

Cap. XV. Iacob. 3. Sane quod Apostolus Iacobus ait: *Linguam autem nullus hominum domare potest*, non mihi videtur ita intelligendum, quasi per exprobrationem dictum tanquam diceretur. Ergone linguam nullus hominum domare potest? Tanquam obiurgans & dicens. Domare feras potestis, linguam non potestis? Quasi facilius sit linguam domare, quam feras. Non puto quod iste sit sensus in hoc loco. Si enim ad sentiri vellet de facilitate domandæ linguæ, cætera sequerentur in bestiarum comparatione: Nunc vero sequitur. Inquietum malum, plena veneno mortifero; vtique nocentiore, quam bestiarum atque serpentium. Nam illud carnem interficit: hoc vero animam. *Os enim quod mentitur, occidit animam.* Non ergo quasi id esset facilius, quam mansuefactio bestiarum, sanctus Iacobus illam sententiam pronuntiauit, aut ea voce voluit pronuntiari: sed potius ostendens, quantum sit in homine linguę malum, vt à nullo homine domari possit, cum ab hominibus domentur & bestiæ. Neque hoc ideo dixit, vt huius in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur: sed vt ad domandum linguam diuinæ gratiæ poscamus auxilium. Non enim ait, Linguam nullus domare potest, sed nullus hominum: vt cum domatur, Dei misericordia, Dei adiutorio, Dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam, & dum conatur, poscat auxilium: & oret lingua, vt dometur lingua donante illo, qui dixit ad suos: *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Itaque præcepto facere commonemur: quod conantes & nostris viribus non valentes, adiutorium diuinum precemur. Sapient. 1. Iacob 3. Match. 10.

Cap. XVI. Iac. 3. Proinde & ipse cum exaggerasset linguæ malum, inter hæc dicens, *Non oportet fratres mei hoc ita fieri*: continuo monuit, consummatis his, quæ hic dicebat, quo adiutorio ista non fierent, quæ dixit fieri non oportere: *Quis sapiens*, inquit, *& disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.* Quod si zelum amarum habetis & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersum veritatem. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia: primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordiæ & fructibus bonis, non iudicans, sine * æmulatione. Hæc est sapientia, quæ linguam domat, desursum descendens, non ab humano corde prosiliens. An & istam quisque abrogare audet gratiæ Dei, & tam superba vanitate ponet in hominis potestate? Cur ergo oratur, vt accipiatur, si ab homine est, vt habeatur? An & huic orationi contradicitur, ne fiat iniuria libero arbitrio? Quod si sibi sufficit possibilitate naturæ adimplenda omnia præcepta iustitiæ, contradicatur ergo & eidem Apostolo Iacobo admonenti & dicenti: *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Hæc est fides ad quam præcepta compellunt: vt lex imperet, fides impetret. In multis offendimus omnes. Non enim & hoc iste Apostolus alio modo pronunciauit, sicut & illud quod ait, Linguam nullus hominum domare potest. * simulatione. Iac. 1.

Ca. XVII. Rom. 8. Nec illud quisquam istis pro impossibilitate non peccandi similiter obiecerit quod dictum est, *Sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest: qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Sapientiam quippe carnis dixit, non sapientiam desursum descendentem: & in carne esse non eos, qui nondum de corpore exierunt, sed eos, qui secundum carnem viuunt, significatos esse, manifestum est. Non autem ibi est quæstio, quæ versatur. Illud est quod expecto ab isto audire, si qui secundum spiritum viuunt, & ob hoc etiam hic adhuc viuentes, iam quodammodo in carne non sunt, vtrum gratia Dei viuant secundum spiritum, an sibi sufficiant, iam data cum crearentur possibilitate naturæ in sua propria voluntate: cum plenitudo legis non sit nisi charitas, & *charitas Dei diffusa sit in cordibus nostris*, non per nosmetipsos, *sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Tractat etiam iste de peccatis ignorantiæ, 1. Tim. 1. Rom. 5.

& dicit hominem prævigilare debere ne ignoret, ideoque esse culpandam ignorantiam, quia id homo nescit negligentia sua quod adhibita diligentia scire debuisset: dum tamen omnia potius disputet, quam vt oret, dicat, [Psal. 118.] *Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Aliud enim est non curasse scire, quæ negligentiæ peccata etiam per sacrificia quædam legis videbantur expiari: aliud intelligere velle, nec posse, & facere contra legem, non intelligendo quæ fieri velit. Vnde admonemur petere à Deo [Iac. 1.] *sapientiam, qui dat omnibus affluenter:* vtique his omnibus qui sic petunt, & tantum petunt, quomodo & quantum res petenda est.

[Ca XVIII] *Dimittenda* tamen capianda esse peccata commissa, & pro eis Dominum exorandum fatetur, propter veniam scilicet promerendam: quia id quod factum est, facere infectum multum ab isto laudata potentia illa naturæ & voluntate hominis etiam ipsa fatente, non potest, quare hac necessitate restat vt oret ignosci: vt autem adiuvetur ne peccet, nusquam dixit, non hic legi. Mirum de hac re omnino silentium, cum oratio dominica vtrumque petendum esse commoneat: & vt dimittantur nobis debita nostra, & vt non *in [* inferamur.] ducamur in tentationem. Illud vt præterita expientur: hoc vt futura vitentur. Quod licet non fiat, nisi voluntas adsit: tamen vt fiat, voluntas sola non sufficit. Ideo pro hac re, nec superflua, nec impudens Domino immolatur oratio. Nam quid stultius, quam orare, vt facias: quod in potestate habeas.

[Cap XX] Iam nunc videte quod ad rem maxime pertinet, quomodo humanam naturam, tanquam omnino sine vitio vllo sit, conatur ostendere: & contra apertissimas scripturas Dei luctetur sapientia verbi, qua euacuatur crux Christi. Sed plane illa non euacuabitur, ista potius sapientia subuertetur. Nam cum hoc ostenderimus, aderit fortasse misericordia Dei, vt & ipsum hæc dixisse pœniteat. Primo, inquit, de eo disputandum est: quod per peccatum debilitata dicitur & immutata natura. Vnde ante omnia quærendum puto, inquit, quid sit peccatum: substantia aliqua, an omni substantia carens nomen, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed perperam facti actus exprimitur. Deinde adiungit. Credo ita est. Et si ita est, inquit, quomodo potuit humanam debilitare vel mutare naturam, quod substantia caret? Videte, quæso, quomodo nesciens nitatur euertere medicinalium eloquiorum saluberrimas voces: [Psal. 40.] *Ego dixi Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.* Quid sanatur, si nihil est vulneratum, nihil sauciatum, nihil debilitatum atque vitiatum? Porro si est quod sanetur, vnde vitiatum est? Audis confitentem, quid desideras disputantem? *Sana,* inquit, *animam meam.* Ab illo quære, vnde vitiatum sit, quod sanari rogat: & audi quod sequitur: *quoniam peccaui tibi.* Hunc iste interroget, ab isto quærat, quod quærendum putat, & dicat, O tu qui clamas, *sana animam meam, quoniam peccaui,* quid est peccatum? Substantia aliqua, an omni substantia carens nomen, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed tantum perperam facti actus exprimitur? Respondit ille: ita est vt dicis. Non est peccatum aliqua substantia, sed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur. Et contra iste. Quid ergo clamas, [Psal. 40.] *sana animam meam, quoniam peccaui tibi?* Quomodo potuit vitiari anima tua?

[Ex Cap. III Aug] Medico indiget? quia sana non est. Omnia quidem bona quæ habet in formatione, vita, sensu, mente, à summo Deo habet, creatore & artifice suo, vitium vero quod ista naturalia bona contenebrat & infirmat, vt illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum est, sed ex originali peccato quod commissum est libero arbitrio: ac per hoc natura pœnalis ad vindictam iustissimam pertinet. Si enim iam sumus in Christo noua creatura: tamen eramus natura filij iræ sicut & cæteri. [2. Cor. 5. Ephes. 2.] *Deus autem qui diues est in misericordia propter multam dilectionem,* qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo: cuius gratia sumus salui facti.

[Cap IV.] Hæc igitur gratia Christi, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur: propter quod & gratia nominatur: [Rom. 3.] *Iustificati,* inquit, *gratis per sanguinem ipsius.* Vnde hi qui non per illam liberantur, siue qui audire nondum potuerunt: siue qui obedire noluerunt: siue etiam cum per ætatem audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent, non acceperunt, iuste vtique damnantur: quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt: [Rom. 3.] *Omnes enim peccauerunt, siue in Adam, siue in se ipsis: & egent gloria Dei.*

[Cap V.] Vniuersa igitur massa pœnas debet. Et si omnibus debitum damnationis supplicium redderetur, non iniuste proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur: non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur. Cuius misericordiæ: nisi illius qui Christum Iesum misit in hunc mundum peccatores saluos facere, quos præsciuit & prædestinauit, & vocauit, & iustificauit, & glorificauit? Quis igitur vsque adeo dementissime insaniat, vt non agat ineffabiles gratias misericordiæ, quos voluit, liberantis, qui recte nullo modo possent culpare iustitiam, vniuersos omnino damnantis?

[Cap. VI.] Hoc si secundum scripturas sapiamus, non cogimur contra Christianam gratiam disputare, & ea dicere, quibus demonstrare conemur naturam humanam, neque in paruulis medico indigere, quia sana est, & in maioribus sibi ipsam ad iustitiam, si velit, posse sufficere. Acute ipsi videntur hæc dicere: sed in sapientia Verbi, qua euacuatur crux Christi. [1. Cor. 1. Iacob. 3.] *Non est ista sapientia desursum descendens,* nolo quod sequitur dicere, ne amicis nostris, quorum fortissima, & acerrima ingenia, non in peruersum, sed in directum currere volumus, facere existimemur iniuriam.

[Cap. VII. Argumenta Pelagij.] Quanto igitur maiori zelo accensus est libri huius quem misistis conditor, aduersus eos qui peccatis suis patrocinium de natura humanæ infirmitatis perquirunt: tanto & multo ardentiore zelo nos oportet accendi, ne euacuetur crux Christi. Euacuatur autem, si aliquo modo præter illius sacramentum ad iustitiam vitamque æternam perueniri posse dicatur, quod in libro isto agitur, nolo dicere à sciente, ne illum qui eum scripsit, ne Christianum quidem habendum iudicem, sed quidem magis crede à nesciente, magnis sane viribus, sed eas sanas volo, non quales phrenetici habere consueuerunt. Nam prius distinguit aliud esse, quærere, an possit aliquid esse, quod ad solam possibilitatem pertinet: aliud, vtrumne sit. Hanc distinctionem veram esse nemo ambigit. Consequens enim est, vt quod est, esse potuerit: non est autem consequens, vt quod esse potest, etiam sit. Quia enim Dominus Lazarum suscitauit, sine dubio potuit: [Ioan. 11] quia vero Iudam non suscitauit, nunquid dicendum est, non potuit? Potuit ergo, sed noluit. Nam si voluisset, etiam hoc eadem potestate fecisset: [Ioan. 5.] *quia & filius, quos vult viuificat.* Sed hac distinctione vera atque manifesta quo tendat, & quid efficere conetur, aduertite. Nos, inquit, de sola possibilitate tractamus: de qua nisi quid certum constiterit, transgredi ad aliud grauissimum esse atque extra

ordinem

* ducimus. ordinem * dicimus. Hoc versat multis modis & ser- A mone diuturno: ne quis eum aliud, quam de non peccandi possibilitate quærere existimet. Vnde inter multa, quibus id agit, etiam hoc dicit. Idem iterum repeto. Ego dico, posse esse hominem sine peccato: Tu quid dicis? Non posse esse hominē sine peccato. De posse, & non posse; non de esse, & non esse contendimus. Deinde nonnulla eorum, quæ aduersus eos de scripturis proferri solent, ad istam quæstionem non pertinere, in qua quæritur, possit ne an non possit homo esse sine peccato; iam commemorat:

Iob 25. 3. Reg. 8. *Nam nullus*, inquit, *mundus est à sorde, & non est homo, qui non peccet, & non est iustus in terra, & non est, qui faciat bonum*, & cætera his similia, inquit, ad non esse, non ad non posse proficiunt. Huiusmodi enim exemplis ostenditur, quales homines quidam B tempore aliquo fuerint: non quod aliud esse non potuerint. Vnde & iure inueniuntur esse culpabiles. Nam si idcirco tales fuerunt, quia aliud esse non potuerunt, culpa carent. Videte quid dixerit.

Cap. VIII. Ego autem dico paruulum natum in eo loco, vbi ei non potuit per baptismum subueniri morte præuentum, idcirco talem fuisse, id est, sine lauacro regenerationis caisse, quia esse aliud non potuit. Absoluat ergo eum, & aperiat ei contra sententiam Domini regnum cœlorum. Sed non eum absoluit Apostolus, qui ait,

Ioan. 3. Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Recte ergo ea damnatione, quæ per vniuersā massam currit, C non admittitur in regnū cœlorum; quamuis Christianus non solum non fuerit, sed nec esse potuerit.

Cap IX. Sed non damnatur, inquiunt, quia in Adam peccasse omnes, non propter peccatum nascendi origine attractum, sed propter imitationem dictum est. Si ergo ideo dicitur Adam auctor omnium, qui subsecuti sunt, peccatorum, quia primus in hominibus peccator fuit: cur non potius Abel, quàm Christus ponitur caput hominum iustorum, quia primus in hominibus fuit iustus?

Gen. 4. Hebr. 11. Sed de infante non loquor. Iuuenis vel senex in ea regione defunctus est, vbi non potuit Christi nomen audire, potuit fieri iustus per naturam & liberum arbitrium, an non potuit? D Si potuisse dicunt, ecce quod est crucem Christi euacuare, si sine illa quemquam per naturalem legem & voluntatis arbitrium iustificari posse contendere.

Gal. 2. Dicamus & hic, *ergo Christus gratis mortuus est.* Hoc enim omnes possent, etiam si mortuus ille non esset. Et si iusti essent, quia vellent, essent: non quia iusti esse, non possent: Si autem sine Christi gratia iustificari omnino non potuit, etiam iustum si ouder absoluat secundum verba sua. quia idcirco talis fuit, quod alius esse non potuit, culpa caruit.

Cap X. Sed obijcit sibi quasi ab alio dictum: & ait, Potest quidem esse, sed per Dei gratiam. Deinde velut respondendo subiungit: Ago humanitati tuæ gratias, quod assertionem meam, quam dudum oppugnabas, non modo non oppugnare aut non confite- E ri solum contentus es, verum etiam non refugis comprobare. Nam dicere potest quidem, sed per illum, aut per illud, quid aliud est, quam non solum consentire quod possit esse, verumetiam quomodo vel qualiter possit ostendere? Nullus itaque magis alius rei possibilitatem approbat, quam qui eius etiam qualitatem fatetur, quia nec absque re qualitas esse potest. His dictis: iterum sibi obijcit: Sed tu, inquies, hoc in loco Dei gratiam quandoquidem eam non commemoras, videris abnuere. Deinde respondet; Egone abnuo, qui rem confitendo, confitear necesse, & per quod effici res potest: an tu, qui rem negando, & quicquid illud est, per quod res efficitur, proculdubio negas? Oblitus est iam se illi respondere, qui rem non negat, cuius obiectionem paulo ante proposuerat, dicentis: potest quidem esse, sed per Dei gratiam. Quomodo ergo illam, pro qua iste multum laborat, possibilitatem negat, qui etiam dicit, potest esse, sed per Dei gratiam? Veruntamen quia illo dimisso, qui rem iam confitetur: agit adhuc aduersus eos, qui negant esse possibile hominem esse sine peccato, quid ad nos? Contra quos vult agat, dum tamen hoc confiteatur, quod impietate sceleratissima negatur, sine gratia Dei hominem sine peccato esse non posse. Dicit ergo, siue per gratiam, siue per adiutorium, siue per misericordiam, & quicquid illud est, per quod esse homo absque peccato potest, confitetur quisquis rem ipsam fatetur.

Fateor dilectioni vestræ cum ista legerem, lætitia Cap XI. B repente perfusus sum, quod Dei gratiam non negaret, per quam solam homo iustificari potest, hoc enim in disputationibus talium maxime detestor & horreo, sed pergens legere cætera, primo ex datis similitudinibus cœpi habere suspectum. Ait enim, Nunc si dixero, homo disputare potest, auis volare, lepus currere, & non etiam per quæ hæc effici possint commemorauero, id est, linguam, alas, pedes: num ego officiorum qualitates negaui, qui officia ipsa confessus sum? Videtur certe hæc, eum commemorasse, quæ natura valent: creata sunt enim hæc membra huiusmodi naturis, lingua, alæ, pedes, non tale aliquid posuit, qua de gratia intelligi volumus, C sine qua homo non iustificatur: vbi de sanandis, non de instituendis naturis agitur. Hinc iam ego sollicitus, cœpi legere & cætera, & me non falso comperi suspicatum.

Quo priusquam veniam, videte quid dixerit. Cap XII. Cum tractaret quæstionem de Differentia peccatorum, & obijceret sibi, quod quidam dicuntur leuia quædam peccata ipsa multitudine, quod sæpe irruunt, non posse cuncta vitari, negauit debere argui, ne leui quidem correptione, si vitari omnino non possunt: scripturas vtique non aduertens noui testamenti, vbi didicimus, &c.

D

PROCLI ARCHIEPISCOPI CONstantinopolitani Oratio Panegyrica in sanctum Andream Apostolum.

Carolo Fabiano interprete.

FOrtia Apostolicæ piscationis sunt retia, mirabile est reticulum, quo Andreæ rettoetur cō- E memoratio, eorum qui licet mortui sunt, à morte tamen sunt immunes, sagena corruptioni non est obnoxia; gratia nec arte intexti laquei tempore non inueterascūt; licet enim è vita piscatores migrauerint, neque intellectualium instrumenta piscatorum, neque qua Mundum venantur sagena vetustate absumuntur: non videntur qui traxerunt, & impleta sunt retia. Calamum sibi non compararunt, quem tempus corrumpit, non laxarunt retem, quam frangit antiquitas, hamum non demiserunt, quem rubigo consumit, non escam, vt pisces fallerent, apposuerunt, super vndis agitatam non considere petram, nauiculam turbinum incussam terroribus non ascendere, pisces non sunt venati ipsam naturæ videlicet irrationalitatem; verum quemadmo-

dum ars admirabilis, ita quoque hominem opinionem excedentia, magisque noua sunt instrumenta; etenim loco calami intendunt precationem, loco funiculi sui laxarunt memoriam, loco hami virtutes iniiciunt, escæ loco apposuere miracula: piscantur è cælo, debentes è petra piscari, nauiculam debentes accipere receptiuot altare, piscium loco venantur Reges, pro sagena Euangelium extendunt, loco maris vitem peragrant, artis vice vtuntur gratia, irretiunt cruce loco sageoæ.

Quis vnquam vidit demortuos piscari, viuosque venatione capi? O magnam Crucifixi potentiam! ô dignitatem diuinam! ô Apostolorum beneficentiam! Nihil in hac vita est, quod Apostolorum gratiæ comparari queat. Multa quidem vidit humana vita miranda, quæque hominum captum excedunt. Vidit iam effusum clamare sanguinem, & sine lingua clamitare necem, segregatam naturam inuidia, terram pullulantem audacia, à fratricida cognatum impulsum ad mortem, odioque mortis expensam ianuam. Vidit naufragantem arcam, in qua tanquam in vtero claudebatur natura. Vidit senem propter fidem contra sui ipsius viscera parantem arma. Vidit nondum necatum in sacrificium offerri eumque oblatum, qui nondum morte erat affectus. Latius cælo vidit tugurium & tabernaculum capere Deum. Vidit matrem edocentem furari benedictiones, luctamque creatoris & serui. Vidit inter fratres propagatam audaciam, seruitutémque Imperij fuisse causam. Vidit somnia, quę solium præparauere, famemque quæ traxit insidiatores. Vidit rubum igne refrigeratum, virgamque miraculorum parentem. Vidit transmigratas vndas, circumfusumque splendore maria profundum. Vidit constratas vias ex tempore, nubisve columna conductam innumerabilem gentem. Vidit virgam non affixam terræ mittentem germina, & cælum instar panis emittentem manna. Vidit legislatorem elementis imperantem, literamque maledictione fluentem. Vidit cælum verbo constrictum, sterilemque precibus ex vtero proferentem Prophetam. Vidit farinę pugillum regiis dittorem horreis, & olei vasculum ipsis copiosius fontibus. Vidit igneo curru deportatum Prophetam, & mortui ossa restituere vitam aliis. Multa præterea miranda vidit humana vita: verum ea velut vmbra, & fœnum transierunt, & velut lucerna extincta sunt: orto enim Sole effugit vmbra.

Nihil vnquam tale fuit in hac vita quales Apostoli: Deo Verbo seruiere, palpauere eum, qui nulla vnquam est figura affectus, eum, qui vbique existit, sequuti sunt ambulantem, eius audiuere vocem, qui verbo cuncta creauit: venati sunt lingua mundum, verbo terminos terræ circumiere, euulsere fraudem quasi zizanium, metiere vt spinas aras, mortua reddidere idola vt bestias, conieccere vt lupos in fugam dæmones, congregauere Ecclesiam, vt gregem, collegere orthodoxos vt frumentum, dispersere hæreses vt paleam, exiccauere Iudaismum vt herbam, combussere Gentilitatem vt syluam, *cruce araucre terram*, verbum quasi frumentum disseminauere, omnia quasi astra lucem ferentia illustrauere, quare ad ipsos clamabat Dominus, *Vos estis lux mundi*. Oriens est vobis Virgineus partus, diluculum baptismatis est vterus, splendor ipsius Crucifixi gratia, radij sunt admirabilis linguæ, dies futurum est sæculum, meridies crucis est hora, occidens sepulchri est habitatio, vespera mors est temporanea, fulget è mortuis est resurrectio. *Vos estis lux mundi*: stellas aspicite, & prę splendore stupeatis; ideoque Andreas hodie eum quasi lucis thesaurum inuenerit communem Dominum, clamabat ad fratrem, *Messiam inuenimus*. O fraterni amoris excessum! ô ordinis conuersionem! secundus à Petro in vitam prosilijt, & Petrum primus ad Euangelium venatus est. *Inuenimus*, inquit, hęc dixit præ gaudio, splendida inuentionis sunt nomina; *thesaurum*, inquit, *inuenimus*. Fuge Petre circuncisionis inopiam, viles legis vectes exuere, literæ abijce iugum, quasi parua, quasiue somnia omnia abnega, quasi vile castellum Bethsaidam, reticulum quasi paupertatis instrumentum, nauigium quasi nauigationis thalamum, altitis quasi matrem ipsam artem, terram ipsam quasi turbinis. Pelagus, quasi ventris emporium ipsum mundum, templum ipsum quasi latronum speluncam, Prophetarum sepulcra Hierusalem, quasi contra Deum tabientem gentem, Caipham denique quasi praui consilij patrem. Inuenimus Messiam, quem prænunciauere Prophetæ, quem lex suo denonciauit præconio; inuenimus legis thesaurum. Fuge literæ pestem; inuenimus enim Messiam, quem quasi vmbram signa præfiguratuor, quem Isaias vidit in throno sedentem, quem super animalibus vidit Ezechiel, quem supra nubes vidit Daniel, quem in camino Nabuchodonosor perspexit, quem in tabernaculo recepit Abraham, cuius Moses posteriora vidit in monte; hunc inuenimus absque principio genitum, & extremis manifestatum temporibus. Inuenimus thesaurum, cuius abundantia est inexhausta, permanentesque diuitiæ, cuius operatio principio caret, cuiusque est recens inuentio. *Messiam inuenimus, quod est interpretatum Christus*. Plerique quidem Christi vel vncti fuere. Verum omnes morti fuerunt obnoxij, Abraham fuit vnctus, verum est in sepulchro dissolutus; Isaac etiam vnctus, verum exitij sui esca; Moses & ipse vnctus, verum neque vbinam sit sepultus nouimus; Dauid fuit vnctus, verum vt cæteri, ipse quoque morti fuit obnoxius, omnesque mortis fuere spolia; omnes quidem fuerunt vncti, verum omnes fuere captiui. Ecce Christus, qui natura est Deus, & misericordia est homo, qui Virginis vterum in partu quoque seruauit intactum, quique quasi salutis fontes piscatores demonstrauit. Cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

Ergo Petrus est maior natu.

CONFESSIO
PROSPERI AQVITANI.
EX VATICANO COD.

Sæculo V. p. 5 et Pithœi Pari. edit.

NAto mihi quondam sub lege peccati, & transfusa in me à parentibus ordinaria mortis conditione captiuo, ne longo ferocis Domini iure detineter, inter ipsa meæ vitæ initia, misericors & miserator Domine, liberasti. Ante inueni tyrannicidam, quam intelligerem seruitutem. Querantur qui volunt de salutis suę celeritate: ad excusationem violatæ regenerationis, rudem ætatem, & imprudentes causentur annos, mihi semper adorabitur velox dignatio, & præparata clementia. Nam velut ignato mihi hoc vnum profuisse intelligo, quod licet ego à donis tuis recesserim, in me tamen tua dona manserunt. Renatus itaque in Christo Iesu per Spiritum sanctum tuum, hęres adscriptus, filius nuncupatus, nil minus quam senior frater accepi. Quin etiam remisso legalis obseruantiæ onere, initiatus à gratia, non de Iacob, sed de Esau, Israel tuus factus sum. Felix profecto, si acceperam substantiam, non dicam multiplicatam, sed integram,

vel

vel otiosa innocentia, si non operante, seruassem. Sed A heu me miserum! relicta patris domo abij in voluntarium desertor exilium; & duce vitiorum omnium multitudine, totum quæque Ægypti per spatiosorum itinerum procliuia deceptus intraui. Illic attrita decoris stola, & nobilitatis veste corrupta, inopem me, & paternorum decoctorem bonorum, subdoli comites, infideles amici, sub hasta mortis, & auctione peccati, cupidissimis licitatoribus vendiderunt. Sub quorum longo & graui confectus imperio, in Babyloniorum etiam iura transiui. Ibi cum per innumeras sæuissimarum dominationum vicissitudines, non in subiectione corporis, sed animæ sudore seruirem, & dignis confusus officiis, peiore quotidie status mei conditione turbarer: subtraxi me, quantum ab instantibus dominis licuit, in occultum spiritus cordisque secretum: B & apprehenso cuiusdam sanctarum scripturarum volumine, quid mihi adhuc spei superesset inspexi. Ac multo perfusus imbre lacrymarum, Quousque inquam, dominabuntur mihi qui oderunt? quamdiu inimicis meis seruiam? Istis quidem ipse me dedi, & per lethiferas voluptates pretium meæ perditionis accepi, sed paciscí de me meo iure non potui. Habebam enim dominum, & meus non eram. Scio enim me eius redemptum sanguine, cui cælestia, & terrena, & inferna subiecta sunt. Quid istis mecum est, quorum commercium mors est? Reuertamur ad eum qui me emit ad vitam, ac ne me reuertendi moretur facultas, quia in medio gentis alienæ sum, & regni sui limites barbarus dispositis seruat excubiis; bene est, quod redemptorem meum tenentem omnia loca non C tenent. Præsens cælis inferis adest, totus in abyssis est, totus in terris: non itinere adeundus, non nauigatione quærendus est. Ipsum in Hierusalem reliquimus, ipsum in Ægypto prætermisimus, ipsum inter Babylonios non videmus. Sed quæramus & apparebit, pulsemus & aperiet, petamus & tribuet. Verum heu me miserum! erubesco quia nudus sum, & nihil habens, quo membrorum meorum inhonesta circumtegam, obscœnæ egestatis dedecore confundor, tum quo ore, qua ne conscientia, tantæ familiæ oculos, & tanti patris subibo conspectum? Quasi vero tolerabi- D lius iudicium sit accusatis, quam confessis, reis contumacibus, quam supplicibus, exhibitis, quam reuersis. Habeat quantaslibet cruces ignominia pœnitentis, leuior erit ignis verecundiæ, quam gehennæ.

ARNOBII AFRI
ANNOTATIONES IN Euangelistarum locos.

Ex Epist. Gilb. Cognati.

Commendabunt hoc opusculum archetypi ex quo desumpta sunt hæ Annotationes Arnobij in Euangelistarum loca, vetustas, deinde fides optima in describendo magna difficultate libro obsoletis E *characteribus scripto, ad hoc ita inter se cohærentibus, vt non dicam sententiam à sententia, sed verbum à verbo dirimere nisi assueto operosum sit. Eiusdem Arnobij Commentarij in Psalmos Dauidicos editi iam pridem exstant: Alterius vero laudati libri septem aduersus Gentes, quorum in Catalogo illustrium Scriptorum meminit B. Hieronymus.*

ANNOTATIONES
ARNOBII AFRI IN Euangelistarum locos.

Ex Ioanne. CAP. I.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.

ARNOBIVS.

Principium Deus est, qui principator esse omnium voluit. In hoc itaque principe erat verbum, hoc est Christus: de quo dicit, Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ostendit Christum ex Deo processisse, de quo & in psal. 44 vox paterna dixit, Eructauit cor meum verbum bonum: hoc est Christum, per quem omnia facta sunt, præter Idola, quæ sine arbitrio Christi facta sunt, de quibus Apostolus dicit, Scimus quia nihil est idolum.

CAP. II. De nuptiis.

Die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli C *eius ad nuptias: & vinum non habebant, &c.*

ARNOBIVS.

Facta sunt ista omnia: sed habent spiritualem intellectum. Nuptiæ scilicet, coniunctio Christi est & Ecclesiæ hoc est, nouæ legis traditionis. Hydriæ autem septem lapideæ, ecclesias septem super petra fundatas demonstrant. Aqua, inquit, pleoæ: hoc est, baptismi gratia. Quod autem dicit, Capientes metretas bi- D nas: hi sunt qui matrimoniis iunguntur. Ternas autem capientes, sunt spirituales & continentes, qui trinitatis virtutibus implentur. Architriclinus autem Moses est, sponsus nouus Christus est: Aqua in vinum conuersa, passionis cruorem demonstrat.

CAP. III. De cæco.

Et egressus est Iesus de templo, dum ambulat vidit hominem cæcum à natiuitate sua. Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic an parentes eius, quia cæcus natus est? respondens Iesus dixit illis. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestarentur opera Dei in illo. Hæc dicens, exspuit in terra, & fecit lutum de sputo, & liniuit oculos eius luto, dixitque ei: Vade ad piscinam Siloe, & laua oculos tuos. Abiit ergo, & lauit, & venit accepta visione.

E ARNOBIVS.

Cæcum quod dixit, genus hominum gentilium demonstrat, quique à natiuitate in cæcitudine errabamus. Siloem autem, fontem luminis interpretatur: quod est baptisma, vnde cordis oculos illuminamus.

CAP. IV. De Lazaro.

Fuit autem quidam infirmus, nomine Lazarus, de castello Mariæ & Marthæ sororis eius. Hæc autem Maria, quæ vnxerat Dominum vnguento, & extерserat pedes eius capillis suis. Cuius frater infirmus erat, &c.

ARNOBIVS.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritalem intellectum, nam Lazarus genus humanum demonstrat, qui in morte condormiebat priusquam Christus veniret Martha autem & Maria, ecclesia & fides intelliguntur, rogantes Christum vt Lazarum suscitaret, Lapide autem deuoluto de monumento, hoc est duricia hominum de corde remota. Quartum autem diem excitatum, euangeliorum demonstrat figuram, quæ nobis duriciam cordia repellent. Quod autem dixit, *Lachrymatus est Iesus*, de infidelitate scilicet Iudæorum.

CAP. V.

Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant, qui enim ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Cum ergo lumen habetis, credite in lucem, vt filij lucis fieri possitis.

ARNOBIVS.

Lucem quod dicit, lex Dei est, in qua ambulare debemus. Tenebras autem quod dixit, ignorantia est. Christus lux est, tenebræ autem antichristus.

CAP. VI. De vite & palmite.

Ego sum, inquit, vitis vera, & pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum excidet, & in ignem mittet.

C

ARNOBIVS.

Merito Christus vitis est, qui vitam nobis attulit, recte & pater eius agricultor, quia mundi gubernator est, qui & pluuias & tempora quasi bonus cultor administrat. Palmitem vero quod dixit fructiferum, nostrum populum significat. infructuosum autem, hæreticorum figura est, quam ignis expectat.

CAP. VII. De Abraham.

D *Abraham pater vester expectauit vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est.*

ARNOBIVS.

Priusquam Christus veniret, ante duo millia annorum Abraham defunctus est, quomodo ergo Dominus dicit, Abraham vidit diem meum, & gauisus est? tunc scilicet, quum Isaac ad victimam lignum portabat, & arietem victimæ dignum dedit, & gaudens filium recepit, tunc exultauit, quia crucis lignum vidit, & Christum passurum cognouit.

CAP. VIII. De gladio Petri.

E *Simon igitur Petrus habens gladium, eduxit & percussit seruum principis sacerdotum, & amputauit illi auriculam dextram, & cætera quæ sequuntur.*

ARNOBIVS.

Cum antea Dominus præceperit discipulis suis, ne quidem virgam in via ferrent, quomodo ergo Petrus exemit gladium & amputauit auriculam puero sacerdotis? Et Dominus ei dixit: *Reconde gladium tuum in thecam suam.* Gladius scilicet spiritus sanctus est, sicut Apostolus Paulus ad Ephesios meminit. Auricula autem amputata, auditus Iudæorum est, sicut Isaias dixit, *Domine, quis credidit auditui nostro?*

A Theca vero Petrus erat, in quo spiritus Dei latebat.

EX MATTHÆO.

CAP. I.

Aperientes, inquit, thesauros suos, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrram, & responsa moniti sunt in somnis, ne reuerterentur ad Herodem, sed per aliam viam regressi sunt.

ARNOBIVS.

Tunc scilicet Magi, præsagio spiritus Christo munera afferebant: *aurum* scilicet, quasi regi: *thus* autem,
B quasi Deo, siue quia passionis immolationem demonstrabant. *Myrrha* autem sepulturæ signum ostendebat. Magi autem ipsi, typus credentium erant. Herodes autem, diaboli significat figuram. Quod autem magis dictum est, ne reuerterentur ad Herodem: hoc est, qui ex gentibus ad Christum veniunt, ne rursus ad diabolum reuertantur.

CAP. II.

Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri: omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa.

ARNOBIVS.

Vallem quod dicit, mundum istum demonstrat, repletum Christi doctrina. Montes autem & colles humiliati, perfidia scilicet diaboli, & idolorum cultura, quæ in aduentum Christi humiliata sunt atque depressa. Quod autem dixit, Erunt praua in directa, hoc de Gentilium prauitate dicebat, qui nunc recta itinera gradiuntur.

CAP. III. De cibo Ioannis.

Cibus autem Ioannis erant locustæ, & mel syluestre.

ARNOBIVS.

Locustas quas dixit, populorum multorum demonstrant figuram, qui ad Ioannem veniebant. Mel autem fructus dulcedinis eorum demonstrat, quorum credulitate & fide Ioannes saturabatur.

CAP. IV. De pala & area.

Habens, inquit, palam in manu sua, purgabit aream suam, & colliget frumentum in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili.

ARNOBIVS.

Aream quod dicit; mundum istum intelligit. Frumentum vero quod dicit, sancti & fideles intelliguntur. Palea vero, crucem demonstrat Horreum autem paradisus est, vbi sancti colliguntur: Paleæ autem, leues & perditi homines, qui in gehennam mittuntur, & igni exuruntur.

CAP. V. De ieiunio & templo.

Et cum ieiunasset Iesus, postea esuriit, & dixit ad eum is qui tentat: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Ille autem dixit ei; Non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo Dei. Tunc assumpsit eum diabolus, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum, & excipient te angeli, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

ARNOBIVS.

Christus ieiunans nos esuriebat, quos iustitia saturabit, lapides autem nos fuimus, qui duritiam cordis habuimus. Templum autem Christianos homines demonstrat, Paulo Apostolo dicente: Vos estis templum Dei. Fastigium autem templi charitas est, per quam Christus in Christianis ascendit, quod autem diabolus Christo dixit, Mitte te de templo hinc deorsum: hoc est, suadebat Christo, vt de nostra charitate descenderet. Ne forte, inquit, offendas ad lapidem pedem tuum: hoc est, quasi qui increduli essemus, veluti duritiam lapidum haberemus. Ita offensionem nostram Christo obiiciebat.

CAP. VI.

Esto benignus aduersario tuo cito, dum es cum illo in via, ne forte aduersarius tradat te iudici, & iudex ministris, & in carcerem mittaris.

ARNOBIVS.

Aduersarium quod dixit, exteriorem hominem demonstrat, hoc est carnalem, cum quo iter facimus. Viam autem, transitum huius seculi demonstrat. Huic ergo aduersario benigni simus, hoc est, caste cum illo viuamus, ne s. ob admissa illicita tradat nos iudici, hoc est Christo. Et iudex (inquit) ministris, id est, angelis: & angeli in carcerem nos tradant, hoc est in gehennam.

CAP. VII.

Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextra tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito.

ARNOBIVS.

Dextra nos sumus, quia Christum colimus, qui in dextra patris sedet. Sinistra autem Iudæi sunt, atque hæretici, Proinde nesciat sinistra pars, quid faciat dextra.

CAP. VIII.

Nolite vobis condere thesauros super terra, vbi tinea & comestura exterminant, & vbi fures effodiunt, & furantur. Thesaurisate autem vobis thesauros in cælo, vbi fures non effodiunt, neque furantur, &c.

ARNOBIVS.

Terram quam dixit, habitaculum corporis nostri significat. Thesaurus vero, fides est. Quod ergo dixit. Nolite vobis condere thesauros in terra, hoc est, nolite thesaurizare in carne: vbi tinea (inquit) comedit, hoc est auaritia, siue libido: & fures effodiunt hoc est diabolus, qui fidē furatur, sed cōdite, inquit, thesauros in cœlo, hoc est, in spiritu, qui cœlum intelligitur: sicut apostolus Paulus dixit, Qui seminauerit in carne, de carne metet corruptionem: qui autem seminauerit de spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

CAP. IX.

Qui vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non consideras.

ARNOBIVS.

Hoc ad hæreticos dixit, qui audent cum Iudæis altercari, de quorum oculis eximere se putant festucam, hoc est coronæ illius spineæ festucas, vt in oculis suis trabem non sentiant, hoc est crucis offensionem.

CAP. X.

Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit.

ARNOBIVS.

Spinas quas dixit, & tribulos, hæreses intelliguntur, de quibus fructum iustitiæ nemo colligit, hoc est, martyres ex hæreticis nemo meminit. Arbor autem mala, vetus homo est, qui malos fructus facit, hoc est, peccata, libidines, & auaritiam, Arbor autem bona, crux est, quæ fructum vitæ credentibus attulit.

CAP. XI.

Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, similabo eum viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, descendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim fuit super petram. Et omnis qui audit verba mea, & non facit ea similabo eum viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, descendit pluuia, flauerunt venti, impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna.

ARNOBIVS.

Petra scilicet Christus est, autor apostolorum. Domum autem quam dixit, habitaculum corporis nostri est. In hac igitur petra, hoc est Christo, domum nostram ædificemus, hoc est corpus nostrum sanctificemus, vt cum flumina & ventus venerint, hoc est, impetus persecutionis & procellæ, impulsi non cadamus, Arena autem non aliud quam hæreses intelliguntur, quæ omni tempestate voluuntur. Super igitur hanc arenam, hoc est hæresim, quicunque domum suam ædificauerit, stultus est. Mox cum aduenerint flumina, & venti, hoc est impetus persecutionis, & illico cadet.

CAP. XII.

Non possunt, inquit, filij sponsi ieiunare, quam diu cum illis est sponsus. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt, illis diebus. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & maior scissura fit, neque immittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpit vinum vtres, & vinum perit & vtres. Sed mittunt vinum in vtres nouos, & vtraque seruantur.

ARNOBIVS.

Sponsus, Christus est: filij autem sponsi, nos sumus. Proinde si qui lectione persistit, non ieiunat, quia sponsus cum illo est, qui est Christus: qui dixit, Ego sum panis vitæ, & tunc incipient ieiunare. Indumentum autem nouum, hominem nouum demonstrat: vetus autem indumentum, veterem hominem significat. Si quis ergo hominem interiorem, hoc est spiritalem, coniunxerit cum exteriore, id est, carnali, maiorem scissuram facit. Vinum scilicet nouum, sacramentum est. Vtres autem veteres, Iudæi sunt, vtres vero noui nos sumus, qui de hoc musto potamus.

CAP. XIII.

Ecce mulier sanguinis profluuium habebat per annos duodecim, & accessit retro, & tetigit vestimentum eius, dicebat enim intra se, Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. Ille autem dixit ad discipulos suos, Quis me tetigit? sensi enim à me exisse virtutem. At vbi vidit mulier illa qua tetigerat vestimentum eius, non posse celari, procidit ad pedes eius, dicens: Ego domine tetigi, qui a profluuio vexabar. Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te saluam fecit.

ARNOBIVS.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritualem intellectum. Nam mulier in profluuium sanguinis conuersa Ecclesia, in cuius imaginem iam tunc Machabæa iugulabatur, cuius sanguis in imagine Ecclesiæ profluebat. Veniens autem Christus, sanguis eius iam non in profluuium mortis, sed in martyrium gloriæ translatus est. Vestimentum autem eius, quod tetigit, corpus Christi est: quod & nos attingimus, & sanamur, duodecim autem annos, apostolorum numerum demonstrat.

CAP. XIV.

Ecce ego, inquit, mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

ARNOBIVS.

Lupos quos dixit, persecutores nostri sunt. Oues autem nos sumus, qui tempore persecutionis à lupis coercemur. Sed estote, inquit, astuti sicut serpentes, & simplices sicut colombæ: hoc est, sicut serpens in necessitate mortis caput suum celat, corpus autem suum morti tradit: ita & nos caput nostrum, hoc est Christum, celamus confitendo: corpus autem nostrum lupis tradamus. Columba autem Ecclesia est, cuius filij quotiens ob nomen Christi occiduntur, gaudent, & exultant.

CAP. XV.

Nonne duo passeres asse veneunt? & vnus ex illis non cadet in terra sine voluntate patris vestri, qui in cælis est.

ARNOBIVS.

Duos pastores quos dixit, spiritus & anima intelliguntur: sicut in psalmo dixit, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Asse autem quod dixit, denarium fidei est, à quo cum venimus. Terra autem homo ipse est, qui sine patris voluntate nec animam, nec spiritum potest accipere.

CAP. XVI.

Venit, inquit, Iesus in synagogam, & inuenit ibi hominem habentem manum aridam, & dixit illi Iesus: Extende manum tuam, & extendit manum, & facta est sana sicut altera.

ARNOBIVS.

Facta sunt ista omnia, sed habent spiritualem intellectum. Nam aridam quod dixit manum, infructuosi hominis ostendit personam. Proinde Dominus dixit ad eum, Extende manum tuam, vt eleemosynam, cum misericordia, extensa manu pauperis porrigamus.

CAP. XVII.

Simile est, inquit, regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenerit homo absconsum, vadet & vendet omnia quæ habet, & emet agrum illum.

ARNOBIVS.

Ager hic, mundus est, thesauros autem in agro absconsus, Christus, qui latuit triduana illa passione, siue quia ager paradisus est: thesaurus autem vita æterna est. Proinde vendamus quicquid in hoc seculo habemus, vt ad illum agrum perueniamus.

CAP. XVIII.

Et coegit discipulos, vt ascenderent nauē, & præcederent trans mare, donec remitteret turbas. Nauis autem iam erat in medio maris fluctibus turbata, fuit enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis abiit ad illos, ambulans in mari, & cum viderent eum, turbati sunt. Dixit autem Simon Petrus, Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ille ait, Veni; & descendens Petrus super aquam ambulans, vt veniret ad Iesum. Videns autem Petrus fluctum validum venientem ad se timuit, & cum cœpisset mergi, clamauit dicens, Domine saluum me fac, &c.

ARNOBIVS.

Mare scilicet seculum est, nauis autem in quam apostoli ascenderunt, Ecclesia est. Quod autem dixit, fluctibus turbata est: hoc est, quod Ecclesia persecutione pulsatur. Ventus autem contrarius, diabolus est, qui Ecclesiæ contrarius est. Quod autem dixit, quarta vigilia noctis venit ad eos, ambulans super mare: hoc est quod lucem Euangelij nobis attulit, qui in noctis ignorantia iacebamus. Quod autem dixit, turbatus est Petrus visa tempestate: hoc est, quod in passione Christi turbatus est, vt etiam negando fides eius submergeretur.

CAP. XIX.

Iesus autē dixit discipulis suis, Amen dico vobis, quia difficile diues intrabit in regnum cælorum. Iterum dico vobis, Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regnum Dei.

ARNOBIVS.

Diuitem populum Iudaicum dixit, qui cum diuitiis de Ægypto exierunt de quo in Psalmo dixit, Diuites eguerunt & esurierunt. Camelus autem nos fuimus, qui nihil rectum in nobis habuimus, qui nunc sarcinam peccatorum exposuimus, & per foramen acus introiuimus, hoc est, per arctā & angustam viam, quæ duxit ad vitam. Nam Iudas Iscariotes diues fuit, de precio quo Christum tradidit, sed in regnum cælorum non intrauit.

CAP. XX.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui prodiit mane in foro, conducere operarios in vineam suam, & placuit illi cum operariis, singulis denariis diurnis, & egressus circa horam sextam, & nonam, & idem fecit, sed & circa horam vndecimam egressus est, & inuenit alios stantes, & ait illis: Quid hic statis otiosi? Et illi responderunt, quia nemo nos conduxit; & ait illis, Ite & vos in vineam. Vespere autem facto, dixit Dominus procuratori suo, Operarios voca, & redde

redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum ergo venissent qui circa vndecimam fuerant vocati, acceperunt singulos denarios. Venerunt autem & priores, sperantes se amplius accepturos, & quum accepissent singulos denarios, cœperunt murmurare aduersus patremfamilias dicentes, hi nouissimi vna hora operati sunt, & pares illos nobis fecisti, qui sustinuimus laborem totius diei.

ARNOBIVS.

Paterfamilias Christus est, qui operarios conducit, hoc est, qui credentes colligit vt mercedem accipiant. Vinea autem, cultura legis est. Denarius autem, vita æterna est. Quos autem dixit ad horam primam operatos, virgines sunt, qui se laborem corporis & calorem carnis sostinuisse dicunt. Forum autem, mundus iste intelligitur, qui autem sero ad opus accesserunt, abstinentes sunt. Quod autem dixit, vespere mercedem acceperunt: hoc est, quod in aduentu Christi recipient casti mercedem laboris sui.

CAP. XXI.

Et adduxerunt asinæ pullum, & sedit super eum: & deponentes vestimenta sua in via, alij autem cædebant ramos de arboribus, & proijciebant ante eum. Et turba antecedebant eum, dicentes, Osanna filio Dauid.

ARNOBIVS.

Asinæ quem dixit pullum, populum nouellum demonstrat: hoc est nostrum, qui & præsepium Domini sui cognouit, hoc est altare, vbi cibaria colligimus. Turba autem quam dixit vestimenta sua iactantes, hoc est, quod credentium multitudo veterem hominem expolians, se proiicient. Arbores autem, iidem homines sunt. Ramos verò de arboribus abscindêtes, peccata sunt quæ in nobis virescebant.

CAP. XXII.

Aliam, inquit, parabolam audite. Erat quidam paterfamilias qui plantauit vineam, & sepem illi circumdedit, & fodit in ea lacum, & ædificauit turrem, & locauit eam colonis, & ipse peregre profectus est. Cum autem appropinquasset tempus fructuum, misit seruos suos ad cultores illos, vt acciperent de fructibus suis. coloni autem apprehensos seruos, alium cæciderunt, alium vero lapidauerunt, alium decollauerunt. Item misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit illis filium suum vnicum, dicens forsitan filium meum verebuntur, quem & ipsum apprehensum cæciderunt.

ARNOBIVS.

Paterfamilias quem dixit, patris similitudinem demonstrat. Vinea quam dixit nouellasse, lex noua est. Turris autem, Ecclesia est. Lacus, baptismus est. Coloni autem, Iudæi sunt. Sepes vero, fides est, serui quos dixit occisos, Prophetæ intelliguntur. Posteriores quos dixit missos, Apostoli sunt, ex quibus vnus decollatus, Ioannes est. Nouissime autem filium occiderunt, scilicet Christum.

CAP. XXIII.

Reddite, inquit, quæ Cæsaris sunt Cæsari: & quæ Dei sunt, Deo.

ARNOBIVS.

Iubemur in persecutione reddere quæ Cæsaris sunt Cæsari, hoc est corpus in quo habet potestatem. reddere quæ Dei sunt, Deo spiritum scilicet & fidem.

CAP. XXIV.

Fuerunt, inquit, apud nos septem fratres. Primus eorum vxore ducta, non relictis filiis mortuus est, & reliquit vxorem suam fratri suo. Similiter & secundus, & tertius, & quartus, vsque ad septimum, nouissime autem omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? nam omnes septem habuerunt illam vxorem.

ARNOBIVS.

Septem quos dixit fratres, patriarchas septem demonstrant, qui sunt septem libri Mosi. Vxor autem eorum synagoga est. Cumque ea septem patriarchæ coeuntes, semen dominis Christi infuderunt, & fidem nunquam concepit.

CAP. XXV.

Insurget autem regnum super regnum, & gens super gentem, & erunt fames & terræmotus per loca singula. Sed hæc omnia initia erunt gemitus & doloris. Tunc tradent vos in mortem. Tunc autem multi scandalizabuntur, & tradent se alterutrum ad mortem, & multi pseudo-prophetæ exurgent, & seducent multos, & propter scelerum abundantiam refrigescet charitas multorum, qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

ARNOBIVS.

Regnum super regnum quod dicitur, hoc est quod super regnum Christi suadet diabolus hæreses suscitare. Fames autem & terræmotus, hoc est, quod aliquanti homines, qui terra intelliguntur, famem patiuntur, hoc est, nec spiritum Dei, nec intellectum habentes, ad hæreses submouentur, & tradent se, inquit, in mortem, & pseudo prophetæ, inquit, exurgent, vt pote Amapobius, qui multos decepit.

CAP. XXVI.

Tunc, inquit, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in agro est, non reuertatur retro ad vestimentum suum. Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato.

ARNOBIVS.

Iudæa scilicet terra sancta est, hoc est castos homines, qui carnem suam sanctificarunt. Fugiant, inquit, ad montes: hoc est, ad apostolorum doctrinam. Et qui in agro est, non reuertatur ad vestimentum suum: hoc est: qui in seculo est, non reuertatur ad veterem hominem. Væ autem prægnantibus & lactantibus, hoc est fratrum quique sacerdotum auaritiam velut prægnans conceperit, væ illius erit. Lactans is erit, qui mandata Christi non recte docuerit, hic non cibo, sed lacte potauit. Hyeme autem quod dixit, tempus capiendi homines ostendit, item vt Iudæis sabbato fugere non licet Sed iam de ciuitate recedere non permittit. Ita & nos oremus. vt seculum fugere possimus, ne ab antichristo, veluti ab hyeme aut sabbato præoccupemur.

CAP. XXVII.

Tunc, inquit, simile æstimabitur regnum calorum decem virginibus, quæ acceperant lampades suas, & exierunt obuiam sponso & sponsa. Quinque autem ex illis fatuæ erant, & quinque prudentes, fatuæ autem acceptis lampadibus suis, non tulerunt oleum secum in vasis suis. Prudentes autem tulerunt in vasis, cum lampadibus suis.

ARNOBIVS.

Decem virgines quas dixit, quinque sapientium nomina dicimus, id est, spes, fides, charitas, castitas, & eleemosyna. Vasa autem habitationis eorum sunt, hoc est homines in quibus inhabitant. Oleo, inquit plenas, hoc est spiritualem gratiam. Lampades vero vigilantia spiritus sunt. Obuiam euntes sponso, hoc est Christo. Fatuæ autem sunt istas contraria, qui quod vident sperant. Alia infidelitas, tertia sine charitate, quarta autem carnalis, quinta vero infructuosa, horum etiam lampades extinguuntur, quia oleum non habent, hoc est spiritualem gratiam.

EX LVCA.

CAP. I.

IDeoque nascetur tibi filius, & vocabis nomen eius Ioannem, & multi super eius natiuitate gaudebunt, & vinum & siceram non bibet.

ARNOBIVS.

Vinum quod Ioannes bibere prohibetur, luxuria intelligitur. Sicera autem, dactili succus est: qua non aliud quam carnis dulcedinem intelligit. Proinde hoc genus poculi spirituales effugiant.

CAP. II.

Ne dixeritis, patrem habemus Abraham. Dico autem vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam quidem securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excedetur, & in ignem mittetur.

ARNOBIVS.

Lapides quos dixit, Iudæi intelliguntur, propter duriciam & incredulitatem suam: de quibus filios Abrahæ resuscitauit, hoc est apostolos, siue gentilium duriciam, de quibus martyres coronauit. Arbores autem, homines intelliguntur, quibus securis posita est, hoc est vtriusque testamenti: acumen cuius manubrium crux intelligitur.

CAP. III.

Nemo, inquit, lucernam accendet, & ponet sub modio, aut sub vaso. Sed super candelabrum ponet eam, vt omnes qui ingrediuntur, videant.

ARNOBIVS.

Lucerna Christus est, qui dixit, Ego sum lumen huius mundi, siue mandata eius, quæ illuminant corda nostra. Vasum autem, mundus iste intelligitur. Modium, scilicet hæreses. Candelabrum autem, veritas quæ lumen demonstrat Proinde hanc lucernam, hoc est mandata Christi, non seculo abscondamus, sed super candelabrum ponamus. Vt luceat (inquit) om-
A nibus introeuntibus in domum, hoc est in Ecclesiam.

CAP. IV.

Et ascendit Iesus in montem vt oraret, & dum erat, factus est aspectus vultus eius immutatus: & vestimentum eius factum est album, refulgens sicut nix. Et ecce viri duo colloquebantur cum eo. erat autem Moses & Elias, apparentes in gloria. Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erant à somno, & vigilantes viderunt gloriam eius, & duos viros qui cum ipso stabant, & dixerunt ad Iesum: Magister bonum est nobis hic esse, & faciamus tabernacula tria, tibi vnum, & Mosi vnum, & Heliæ vnum, nescientes quid dice-
B *rent.*

ARNOBIVS.

Christus in monte excelso sapientiæ, per exercitationem verborum spiritalium Deus verbum intelligitur, & creditur & colitur secundum Dei formam. Vestimentum eius, quod factum est fulgens sicut nix, est sermones & literæ Euangeliorum, quibus Iesus est indutus. Moyses, id est, lex: & Helias, id est, prophetæ, colloquentes cum Iesu. Si quis autem intelligit spiritalem legem conuenientem sermonibus Iesu, & in prophetis, absconditam in mysterio sapientiam, ille videt Moysen & Heliam in gloria, quando viderit eos vnum cum Iesu. Nam si in vnum sint
C Christus, & lex & prophetæ, tunc & Christus Dei filius cõprobatur, & lex & prophetæ vera prophetasse inueniuntur, quoniam lex & prophetæ testimonium dederunt de Christo, prædicentes ea quæ futura erant de Christo, & Christus testimonium dedit legi & prophetis quoniam vera prophetauerunt, prophetiam eorum ipsis rebus adimplens, *Bonum est nobis hic esse, & faciamus tria*, &c. id est, adhæreamus his tribus coniunctis, videlicet Christo, Moysi, & prophetis. Nam in ore horum trium stat omne iudicium. Quos qui separare studebunt, erunt nescientes quid dicerent.

D
BEATI MARTINI DVMIENSIS EPISCOPI

VERSVS IN BASILICA.

POst Euangelicum bissenis dogma senatus,
Quod regnum Christi toto iam personat orbe.
Postque sacrum Pauli stylum, quo cursa mundi,
Victa suos tandem stupuit siluisse sophistas.
Arctous, Martine tibi in extrema recessus
Panditur, in quo via fides patet inuia tellus.
Virtutum signis, meritorum & laude tuorum.
Excitat affectum Christi Germania frigens,
Flagrat & accenso diuini spiritus igne,
E *Soluit ab infenso strictas Aquilone pruinas.*
Immanes, variasque pie sub fœdere Christi
Adsciscis gentes. Alamannus, Saxo, Toringus,
Pannonius, Rugus, Sclauus, Nara, Sarmata, Datus,
Ostrogothus, Francus, Burgundio, Dacus, Alanus,
Te duce nosse Deum gaudent. Tua signa Sueuus
Admirans didicit fidei quo tramite pergat,
Deuotusque tuis meritis hæc atria claro
Culmine sustollens, Christi venerabile templum
Constituit, quo clara vigens, Martine, tuorum
Gratia signorum votis te adesse precatur
Electum, propriumque tenet te Gallia gaudens,
Pastorem, teneat Gallæcia tota patronum.

EIVSDEM

EIVSDEM IN REFECTORIO.

Non hic auratis ornantur prandia fulcris,
Assyrius murex nec sibi signa dedit.
Nec per multiplices abaco splendente cauernas
Ponentur nitida codicis arte dapes.
Nec scyphus hic dabitur, rutilo cui forte metallo
Crustatum stringat tortilis ansa latus.
Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,
Quaque Sarapteno palmite missa bibat.
Sed quidquid tenuis non complet copia mensa,
Suppleat hoc petimus gratia plena tibi.

EPITAPHIVM EIVSDEM.

Pannoniis genitus transcendens, aquora vasta,
Gallicia in gremium diuinis nutibus actus,
Confessor Martine, tua hac dicatur in aula:
Antistes cultum instituit, ritumque sacrorum.
Teque patrone sequens famulus Martinus eodem
Nomine, non merito, hic in Christi pace quiesco.

SANCTI COLVMBANI ABBATIS EPISTOLA.

C *Casibus innumeris decurrunt tempora vita,*
O *Omnia pratereunt, menses voluuntur, & anni.*
L *Labitur in senium momentis omnibus atas.*
V *Vt tibi perpetuam liceat comprehendere vitam,*
M *Molles illecebras vita nunc sperne caduca.*
B *Blandâ luxuriâ virtus superatur honesta.*
A *Ardet auaritia, cacaque cupidine pectus.*
N *Nescit habere modum vanis mens dedita curis.*
V *Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.*
S *Summa quies nil velle supra quam postulat vsus.*
H *Hos ego versiculos misi tibi sape legendos,*
V *Vt mea dicta tuis admittas auribus oro.*
N *Nec te decipiat vana & peritura voluptas,*
A *Aspice quam breuis est procerum, regumque potestas,*
L *Lubrica mortalis citò transit gloria vita.*
D *Da veniam dictis, fuimus fortasse loquaces.*
O *Omne quod est nimium semper vitare memento.*

Suscipe quaeso libens, & perlege mente serena
Dicta Columbani fida te voce monentis.
Qua licet ornatu careant sermonis honesti,
Vota tamen mentisque pia testantur amorem.
Viue Deo fidens, Christi pracepta sequendo,
Dum modo vita manet, dum tempora certa salutis.
Tempus & hora volat, momentis labitur atas.
Despice qua pereunt fugitiua gaudia vita,
Non fragiles sectcris opes, & inania lucra,
Nec te sollicitet circumflua copia rerum.
Sint tibi diuitia diuina dogmata legis,
Sanctorumque patrum casta moderamina vita,
Omnia qua doctiles scripserunt carmine vates.
Has cape diuitias, semper contemne caducas.
In mentemque tibi veniat tremebunda senectus,
Quam gelida tandem sequitur violentia mortis.
Vltima iam sapiens meditatur tempora vita,
Torpentes senio vires, morbosque frequentes,
Incertumque diem lethi, certosque dolores.
Multa senem fragilis vexant incommoda carnis.
Nam macie turpi tabescunt languida membra.
Tunc genuum iunctura riget, venasque per omnes
Illius in toto frigescit corpore sanguis.
Si baculo nitens artus sustentat inertes.
Quid tristes memorem gemitus? quid tadia mentis?
Somnus abest oculis; illum sonus excitat omnis.
A *Quid tunc argenti, fului qui proderit auri*
Improba congeries multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia mensa?
Quid meminisse iuuat transacta gaudia vita,
Veneris extremi tandem cum terminus aui?
Hac dum vita volat vigili qui mente retractat,
Spernit auaritiam, vanosque refutat honores.
Quid modo terrenis mentes intendere curis
Mortales cupiunt? quid turpia lucra sequuntur?
Semper auarus eget nummo, testante poeta,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
Indiget inter opes, nec habet quod habere videtur.
Ille deus solus nummos abscondit in arca,
Diuitias cumulant, dum sese nescit amare.
Plus amat haredem, seruat cui cuncta fideles.
B *O nimium felix, parcus cui sufficit vsus*
Corporis vt curam moderamine temperet aque!
Non misera capitur, cacaque cupidine rerum,
Nec maiora cupit, quamqua natura reposcit.
Non lucri cupidus nummis marsupia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula vestes.
Pascere non pingues procurat fruge caballos,
Nec trepido tales voluit sub pectore curas,
Ne subitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.
Viuitur argento sine, iam sine viuitur auro,
Nudi nascuntur, nudos quos terra receptat,
Diuitibus nigri reserantur limina Ditis,
Pauperibusque piis cælestia regna patescunt.
Timnere diuitias monuit Saluator auaros,
C *Quisquis amat Christum, sequitur vestigia Christi.*
Nam breuis & fragilis moritura gloria carnis
Quicquid habet, rapido velox fuga temporis aufert.
Pulchrè veridici cecinit vox talia vatis,
Tempora dinumerant aui, vitaque caduca,
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,
Alternant elementa vices, & tempora mutant,
Accipiunt augmenta dies, noctesque vicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi.
Tempora sunt vita, sunt tristia tempora mortis.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æstas autumnus, hyems redit annus in annum
D *Omnia cum redeant, homini sua non redit atas.*
Hanc sapiens omni semper reminiscitur hora,
Atque domum luctus epulis praponit opimis.
Vltima nunc humilis concludam verba precatu,
Sis memor ipse mei, versus cum legeris istos,
Tempora sic habeas optata longa senecta.

HESYCHII PRESBYTERI HIEROSOLIMITANI ORATIO demonstratiua in sanctum Andream

E Apostolum.

CAROLO FABIANO INTERPRETE.

TVba nos Apostolica congregauit in celebritatem, tuba ea, quam vt Christus moliretur, cruce quasi malleo, Euangelio quasi incude, quasi igne Spiritu, nouo, ac veteri Testamento, quasi ausim dicere, vsus est follibus. Tuba ea, ita enim appellare licet, quam ego Propheticis, atque Dauidicis debeam exornare laudibus; ea, inquam, canite; omnibus enim gratiæ aliquid impertitur Andreas, omnibus dat mutuo spiritus largitiones, omnes ad militarem

certamina concitat, omniumque primo vocatus, vnà A cum cæteris omnibus coronari queit. Canite, tubæ namque præconio digna sunt Christi mysteria, quæque omnibus debeant diuulgari, ac manifestari gentibus. Canite iam, cum hæc celebritas intellectualis tubæ sit argumentum: bello enim est opus, & dimicatione, luctandum est, certandumque: dextris sinistrisque egemus telis, vt suscepti negotij compotes euadamus. Canite tuba, vt hostem clamore prosternatis, & mœnia intellectualis euertatis Hiericho, inque surdorum aures sonus ingeratur: excitabit è mortuis eos, qui quasi morte, graui peccati somno detenti
Psalm 80. sunt. *In neomenia canite tuba*; facta est enim nunc quasi neomenia vita nostra; senectam deposuit, abstersit rugas, in insigni die festiuitatis nostræ, è veteri noua propter mysterij innouationem euasit: quid B enim hac festiuitate insignius, in qua omnes gentes manibus plaudent, & in qua vniuersa terra congregatur ad epulas?

Reges, vt piscatorem venerentur accurrunt: ab eo, qui quasi mortuus censetur, viuentes cibari cupiunt: sapientes ad literarum carentem, vt ad doctorem peruenire festinent: pauperis conuiuium omnes communiter accipit: celebritas hæc per omnes est ciuitates vulgata. Tuba nos igitur Apostolica congregauit? Andreas nos congregauit, qui primo est in Apostolorum coronam vocatus, qui quasi columna primum affixus est in Ecclesia, & ante Petrum Petrus fundamentique fundamentum: qui primitiarum fuit principium, qui antequam vocaretur, alios vocat ad Dominum, quique antè consignat, quam consignaretur, qui antequam adducatur, adducit: Euangelium, quod quidem nondum creditum fuerat prædicans eam aperiens ianuam, quam fortassis non erat ingressus; quam adhuc non cognouerat vitam reuelans, panem se daturum promittens, quem nondum præ manibus habuerat: nunquid enim aliquid ex iis, quæ in disciplinis acquiruntur, audierat? is tamen dixit Iesu, *Vbinam habitas?* qui respondit. *Venite, & videbitis*. Quid enim tale huiusmodi sonabant verba, quale Andreas, cum ea verba præuenerit, significare voluit? num Christus hisce verbis suam voluit manifestare gloriam? num se ea omnia posse demonstrauit, quæ potest? num creatorem se Gentium atque factorem enunciauit? num claudorum direxit incessum? num oculos cæcorum aperuit? num supra naturam coëgit? Vnde ergo hæc de eo pronunciare edoctus es? quonam pacto euasisti Propheta? quomodo ex tépore diuinarum rerum propalator es factus? quare Petri obtundis aures? quare eum assequi properas, quem assequi minimè vales? sed Ioannes, inquies, te, vt in hæc verba erumperes, concitauit? & tamen hæc tantum verba te præsente protulit: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*: tu vero Agnum cum audieris, Deum annuncias? quæ deorsum sunt deseruisti, & ea, quæ sursum sunt, curiosè inquiris? reliquisti stagnum, & rete cœlum versus laxasti; num talia venari sagena noui? num manus tuas arundo piscatoria trahit? Quidnam hoc indicat, cum dicis, *Messiam inuenimus, qui dicitur Christus?* vbinam enim, quo pacto, E quandoque eum amisisti? is enim reperisse dicitur, qui amisit: at quomodo amittitur is, qui omnes saluos facit; quo pacto is, qui adest vbique, vel dicitur reperiri, vel potest? Verum quid sibi his verbis velit Andreas rectè nouit: id enim inuenimus, quod Adam amisit: id nos inuenimus, cuius Eua erat passa iacturam: id quod peccati nebula nostris obtenit oculis, id inuenimus, quod è nobis seiunxit præuaricatio, quodque propè nobis præsensque erat, longè abesse videri fecit: eum inuenimus quem & Dauid quærere magno sibi tribuebat honori: *In die*, inquit, *afflictionis meæ quæsiui Dominum*. Et Sophonias quoque clamat, *Quærite Dominum omnes humiles terræ*: in-A uentus enim exaltat humiles, è terra eleuat, & eos supra corruptionem erigit, sublimibusque sublimiores reddit. Cum Andreas inuenit, de quo ad nos bonos ille Propheta loquebatur Oseas: *In die tribulationis suæ manè consurgent ad me dicentes, Venite, & reuertamur ad Dominum Deum nostrum; quia ipse cepit, & sanauit nos, percutiet & curabit nos, viuificabit nos, & post duos dies, & in die tertia suscitabit nos in conspectu eius, sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatum inueniemus eum, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ*. Hic mihi Iudæum in iudicium voca, adduc mihi ad tribunal hunc stultum; Prophetam hunc lege, & librum amplectere; quæ ab ipso accepta sunt, contra ipsum affetantur; apud ipsum enim scriptum ha-B betur, licet à me, quæ in ipso sunt scripta, ca enuntiari videantur. Interpretationem igitur prophetici dicti tecum ipse cogita, & quo modo, & quando gesta sint; quod enim percussi estis, vos etiam ipsi patemini, nosque id ipsum sensu percipimus, sed nusquam curam video, neque salutem; video potius oppositum, exacerbari vulnus, ægritudinem acerbiorem reddi, imbecillitatem ferocem iam factam accelerare ad mortem. Quoniam igitur propheticam interpretatione illustrare minimè vales, ego tibi propheticum sermonem aperiam. Tempus decerno, & ego tibi locum indico, & aduoco creaturam vniuersam, non quidem meis verbis, sed Dominicis, Diuinisque id confirmaturus miraculis. Percussit nos igitur Deus, cum Adamum morte damnauit, quando mandauit vt in sudo-C re vultus nostri panem vesceremur, quando terra iussit, vt nobis spinas, tribulosq; produceret, quãdo inquã, per primum hominum, vniuersum hominum genus è paradiso deliciarum eiecit. Verum eum percusserit, sanauit, curauitque cum tetigerit; quonam vero modo id egerit, audi Isaiam dicentem, *Disciplina pacis nostra super eum: eius liuore sanati sumus*. Quare nihil eorum, quæ à Propheta dicta sunt, non est exequutioni mandatum; idque in primis patefacient; percutit nos, & curabit nos post duos dies, & in tertia die suscitabit nos. Num meministi temporis, quo à te Dominus est cruci affixus, qui cum in ligno pendentem vitam aspiceres, non credidisti? agnoscis quid tu ipse egeris, & quæ facta sunt ibi miracula, quando Christus in crucem denudatus tanquam ad nuptias addu-D ctus est; ea pars enim peccati cum esset, opus illi indumento non erat, cumque innocens esset, latere non debuit. Nil in ipso indecorum inerat, etenim quæ decora sunt, ipse nos docet; vniuersa tamen creatura Dominicæ pulchritudinis splendorem ferre minime poterat, sed lumen lumine superabatur, Sol Soli cadebat, qui sensibilis est intellectiuo, qui corrit existenti vbique, qui in loco est ei, qui supra locum, qui occidit minimè occidenti, qui noctem remouet ei, qui diei, noctique terminos ponit; tunc autem non erat, tenebræ enim occupabant vniuersam terram, sed à nona hora iterum vsque ad vesperas dies vnus effluxit, iterumque post diem nox iuxta suum morem sequuta est, iterumque dies nocti successit. Cum autem E suo ordine duo dies elapsi sunt, tunc finem quoque habuit prophetia; *Sanabit nos post duos dies*. Iamque quæ sequuntur, terminari incipiunt; *In tertia*, inquit, *die suscitabit nos*: surrexit enim Christus, & nos consurreximus, mortuorum liberator surrexit à mortuis, nostrumque genus in vitam reuocauit. Cum verò, vt diuus Paulus dicit, *Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificabuntur*; id mihi testatur sepulchrum hoc, viuentibus gaudium, mortuisque consolatio; testis hic lapis, qui reuolutos omnia dæmonum euertit idola, lapis, qui non solum euertit, verum etiam contriuit, comminuitque, & crucis quasi cribro cribrauit; nec nõ è terra efflauit, quasi ab area puluerem, & quasi à camino fumum ventilabro, & impe-

impetu spiritus. Id hæ mihi testantur mulieres earum vice, quæ quondam fuerunt singulis quibusque diebus, ac noctibus vnguenta sponso sensitina, intellectinaque offerentes. Testis Sacerdos candidis indutus vestibus Ecclesiæ videlicet Angelus ad ipsas clamans, *Nolite timere, scio enim, quod Iesum Nazarenum crucifixum quæritis.* Verum nosse præterea vis horam? inquit enim Propheta, *quasi diluculum præparatum inueniemus eum*, & idipsum Lucas adnunciare potest: *Vna autem sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata, inuenerunt autem lapidem reuolutum ab ostio monumenti, & ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu, & factum est, dum mente consternatæ essent de isto, & ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis? num viuentem inter mortuos?* quare de ipsa vita cogitatis ea, quæ à vita sunt aliena? is, qui hic à vobis quæritur, in cœlis residet, qui hic contrectabitur, in sino Patris quiescit, qui mortuus quoque factus, vt & in mortuos, & in viuentes dominaretur, vitam non reliquit: ipse enim omnibus largitur vitam, ex ipso vniuersa natura spiritum recipit, in ipso quæ mouentur, motum habent per ipsum formata sunt omnia, perque ipsum quæ operantur, opus suum perficiunt. Inde egressæ mulieres factæ sunt obuiam Iesu, & diluculum viderunt; quasi diluculum, ad eumque discerunt, quod in prophetis Dauid canere consueuerat: *In te fons vitæ est, in lumine tuo lumen videbimus.* Quod si dixeris, mulieres quidem inuenere, non ita vero Apostoli, quo modo lucrum commune erit, quo modo quod inuenere, vniuersæ naturæ fiet salus? Iam excedis inquirendi modum frustra, id nobis obiicis: inuenere enim mulieres quod olim amisere per Euam. Lucrum inuenit ea, quæ damni occasionem præbuerat. Tamen prophetiæ quod reliquum est, perlege: *Quasi præparatum diluculum inueniemus eum, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.* Hæc sufficienter ad verbum adimpleta sunt, non opus est amplius speculatione. Prophetæ sententia allegoria non eget. *Veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.* Intuere igitur cum mulieribus quidem temporaneum, serotinum vero Apostolis apparentem, mane enim hic mulieribus apparuit, salueteque iussit: sero vero in Sion pacem Discipulis annunciatur. *Gaudete* mulieribus dixit, vt tolleret suspicionem mœstitiæ, pacem autem Discipulis commendauit, vt quam Draco inseruit inimicitiam dissolueret: & ob id ad eos cum hac distinctione loquebatur, *Pax vobis.* Diabolo enim restat bellum, & aduersus illum tantum est inimicitia, oportet siquidem conteri cornu eius, effundi, dissiparique virus eius, & conculcari aculeus eius. Nunc tibi parabo tela, quibus contra ipsum bellum concitare possis. Non igitur Petro frustra denunciauit Andreas, *Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus*, enim etiam Deus huiusmodi quædam per Prophetam Isaiam loquutus sit. Si inquires, quære, & apud me habita. Quare Andreas Christum interrogare est ausus: noui enim (Andreas aiebat) te super terram habitaculum non habere: non enim ædificas in corruptione, neque super lateres tabernacula formas, Vbinam manes, inquit Andreas, vt in aula Domini ianitor fiam; magis enim elegi abiectus iacere in domo Dei mei, quam in peccatorum tabernaculis habitare. Vbinam habitas? Quod si didicero vbinam sit domus tua, non decedam è ianua. Sed hæc est mensa Euangelica nobis ab Ecclesia proposita, cuius ego edulia, vt famulus tantum apposui. Quare pace vestra ad aliam ego auidam mensam Andream sua vocatio coronat, electionem bellatori manifestat, merces vineæ cultori dignitatem comparat, quam hoc pacto nobis Matthæus descriptam reliquit. *Ex illa hora cœpit Ioannes prædicare, & dicere. Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum cœlorum.* Ex illa hora; ex quanam? ea qua Iordanem sanctificauit, donumque Baptismi plantauit, & in aquis draconum caput contriuit, Spiritus S. dona de cœlo deportauit, viam vitæ aperuit, portamque salutis expandit. Ex illa hora cœpit prædicare, & dicere, *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Venit enim creditor omnium dimittens debita, Rex venit largus, adest Iudex reos è carcere liberans, vincula soluens, qui suos conniuet oculos, ne quæ iniuste fiunt, perspiciat, qui suas obturat aures, ne sanguis iudicium audiat; pœnitentiam igitur agite, oratione lauate facta, os lingua cohibete, precibus vitam purgate, quicunque potest. Magni pretij sacrificium offerte, pœnitentiam agite. Qui igitur pœnitentiam agit, non solũ recedit à grauibus, verum bonorum hæreditatem assequitur, non solum à malitia liber efficitur, verum iustitiæ cultor euadit, Pœnitentiã agite appropinquauit, enim regnũ cœlorum, Fortes vos ipsos cogite, infirmi roboramini, claudi currite, vos accelerate qui curritis, currentesque in vobis nolite confidere, sed in Deo, qui vestrum dirigit cursum; non enim currentis est, aut volentis, sed Dei miserentis. Pœnitentiam agite: non enim reperitur malitia, quæ pœnitentiam superet, nullum est virus, quod vim huius mellis possit extinguere. Omnibus luctatur diabolus, atque resistit, & cum omnibus pugnat, contra solam pœnitentiam luctari non audet: ipsa enim ex eius faucibus ouem eripit, ex ipsisque Tyranni manibus captiuos euellit. *Et ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius*, qui adimpleuit mandatum, quod Salomon in Prouerbiis antea scriptum reliquit: *Fratres in angustiis sibi sint vtiles, in iis quæ maxime conferunt, quæ maxime seria, inque iis, quæ maxime vrgent.* Id enim tanquam necessarium, & causam inexorabilem sapientia vocauit. *Fratres in necessitatibus*, inquit, *sibi sint vtiles.* Multos quidem cum vidisset, præterijt: etenim Dominicis erant mandatis, oculisque indigni. *Vidit duos fratres*, non qui tantum corpore fratres essent, sed & animo, natura, ac gratia conuersatione ac cognatione. *Vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus*, non quasi esset Petrus futurus, iam enim per vocationem erat hac dignitate donatus, sciebat siquidem quod ad ipsum Christus dixerat, *Tu es Simon, tu diceris Cephas, qui dicitur Petrus.* Ecce antequam Christum confitereris, mercedem habes, & antequam operareris in vinea, accepisti denarium, antequam aram accenderes, oblationem accepisti, antequam prædicatoris munere fungereris, es coronatus, & antequam Euangelium annunciares, tibi oblatum præmium. Huius vero ipsius causa fuit Andreas, atque ideo Matthæus addidit, *& Andream fratrem eius*, licet dixerit, *vidit duos fratres*, tamen ecce iterum subiungit, Andream benefactorem Petri pronunciare, ideoque inquit, *Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius.* Non igitur Petrum Andreas adueniente vocatione præterijt: audisti enim dicentem ad Petrum *Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus.* Accurre, inquit, Petre, antequam alij Petri anticipent, antequam alij primatum occupent, ipse namque vnde vult conscribit milites, hic est qui à plateis & vicis congregat, qui publicanos, & adulteras signat, vbicunque proiecerit semen ibi tellus fructum affert; vbi plantabit palmitem, ibi statim consurgit vinea, vbi proiecerit retia, inde piscium plenus inuenitur. *Vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, erant enim piscatores.* Mirare Christi Domini magnificentiam, quoniam pauperes, & ineruditos, & literarum penitus ignaros, & piscatores elegit: sapientia enim non coadiutoribus, sed

ministris indiget: etenim sapientiæ nullus aliquid impertitur, verum potius ab ipsa omnes accipiunt omnia, nullusque dat mutuo diuiti, omnes namque ab ipso mutuo accipimus. Quid ergo erit necesse sapientibus in prædicatione? oportet enim stultum fieri, qui veræ sapientiæ particeps est futurus. Mirare Christi sapientiam, Apostolorumque electionem beatificam: qualia, vt quæ acciperent, permutarunt: id enim significat quæ ipsi dicta sunt, *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Veterum obliuio vos capiat, carnis abnegate parentes, vt verum Patrem suscipiatis, paruus vobis esto vniuersus mundus suo Creatori comparatus, *Venite post me*, ad vitam enim vos attollo, ad lumen manu quasi duce vos adduco, *Venite post me*, vt Patriarchis annumeramini, vt Prophetarum sortem recipiatis, atque cum sitis nouissimi, primi euadatis, vt vos, qui circa vndecimam horam venistis, iis, qui summo mane venerunt, sublimiores fiatis, *Venite post me*; me enim sequentes, illaboriosam vitam agetis, absque argento fietis diuites, absque medicamentis totius orbis terræ eritis medici: absque armaturis milites fortiores reperiemini. *Venite post me?* ego enim sum lux mundi, ego sum via, vita, & veritas, ego ad Patrem omnes dirigo, super aspidem, & basiliscum ambulare & conculcare facio leonem, & draconem, eos, qui post me veniunt. Laudare igitur oportebat rectam Apostolorum sententiam; quod enim ad vitam degendam habebant, id despexere. Retia totus erat eorum thesaurus, totæque diuitiæ: vitam enim omnem in sagenis occupatam habebant, piscatio spem vitæ eorum pascebat, ipsi vero reliquerunt omnia, neque hæc inter se dixerunt, nugas hic superuacaneasque fabulas narrat, piscatores hominum futuros nos promittens. Vbinam talia reperiuntur retia, vbi sagena talia valens venari, quænam stagna quæ maria homines nostris retibus offerunt? quodnam huius venationis erit lucrum, vbinam post venationem hac venatione vtemur? Verum vocantem attendentes, confirmatique fide, subque illis verbis aliquid occultari cognoscentes sequuti sunt eum, statimque facti sunt supra terram, visique sunt Regibus gloriosiores, Angelis similes, Dei ministri, præcones salutis, ministri immortalitatis, Soleque, Luna & stellis illustriores; eorum enim gloria non quasi sub cœlum perueniens, sed quasi supra cœlum est eleuata, lucemque suam inextinguibilem habent, cursum incessibilem, radios perpetuo fulgentes, quibus nostrum intellectum illuminari precemur, ipsasque fugiamus tenebras, vitæque salsuginem effugiamus, ac vagum ambulantes mare animis nociuam tempestatem fugiamus, simusque Christi litterarum expertium Apostolorum pisces supernæ sagenæ, edulia Dominicæ mensæ, qua Rex Regum cœnam suam parauit, nostram salutem cibum existimantes, cui gloria, & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

Sequuntur aliquot authorum opuscula quorum ætas incerta.

DOCTRINA D. SEVERINI EPISCOPI.

Ex Biblioth. Regis Christianissimi, & Monasterio Theologensis.

DILIGE Deum.
Sapientiam disce.
Omnia cum mensura age.
Quod odis, & tibi fieri non vis, aliis non facias.
Semper spera in Domino.
A Tempus futurum expecta.
Necessitati subditus esto.
Iustitiam sequere.
Iureiurando vti noli.
Doce quod vtile est.
Iniustitiam odio habe.
Sapientes homines cole, insipientes fuge.
Quod bonum est discere non erubescas.
Linguæ tuæ impera.
Magnanimus esto.
In nullo mentiaris.
Fidem tuere.
Veritatem testificare.
Noli aliena concupiscere.
B Pecuniæ amator ne fueris: quantum ad vsus tibi sufficiat quære: cum habueris, dona petenti.
Tuis negotiis vaca, alienis autem noli commisceri.
Loquacitatem odio habe: bona est enim taciturnitas, mala est verbositas
Boni consilij amator esto.
Nullum contemnas.
Maiorem natu venerare: adolescentiorem: si sapiens fuerit, vt senem honora,
Lauda veritatem, & quæ animæ prosint discere elabora.
De amicis bene opinare.
Inimicos noli exasperare: vtilius est enim eos amicos facere, quam inimicos habere.
Cum iustis hominibus loquere.
Filios tuos bene educa.
C Simplicibus inserere.
Misericordiam faciens noli contristari, nec dubitare.
Quod daturus es, ex animo da, quia futura ignoras.
Misericordia, & veritas non desint tibi, & charitas: & hæc bona cooperient multitudinem peccatorum.
Nemini opprobrium dixeris.
Animæquus, & suauis, & continens esto.
Iram fuge, mater est enim peccati.
Iustitiam operare in iudicio.
Seruos dilige:
De nullo malum loquaris.
Testimonium in tempore opportuno verum dic.
Simultates odio habe.
Litigantes concorda.
D Mala quæ tibi accesserint, patienter sustine.
Iuste iudica: memineris enim te hominem esse.
Detrebus nonnullis noli anxius esse: sapiens homo vito non conturbatur.
Cum nullo litiges.
Linguam bonæ famæ habe.
Sectare silentium, quia absque pœnitentia est: tumultum pœnitentia subsequitur.
Inimicitias dissolue.
Noli incredulus esse, & elabora in bono non esse iactantior.
Inanem gloriam fuge.
Tuis mansuetus esto, & extraneis necessarius.
Concupiscentias animi tui vince.
E Amicos noli cito comparare: quos autem comparaueris, noli cito reprobare.
Peccantium curam habere noli: nihil enim tibi proderit.
Brutis sapientiam ne dederis: postea enim persequentur te.
Sacramenta Dei nisi dignis non aperias.
Imprudentium primatum ne eligas, ne dux Dæmonum efficiaris.
Contra legem Dei nihil agas.
Differentiam habe inter bonum & malum: & manifestum apud te sit inter iustum & iniustum, iniustitiæ enim opera hæc sunt: odium, fornicatio, furtum, rapacitas, veneficia, mendacium, falsum testimonium,

A nium, cupiditas, detractio, dolus, superbia, malitia, temeritas, improbitas, iactantia, contentio, simulatio, maliloquium, amor pecuniæ, impietas & omne quod alienat à doctrina Dei. Iustitiæ autem opera sunt hæc: semper Deo gratias agere. Dei cultores amare, neminem nocere, nec contristare quenquam, pudicè viuere, misericordem esse, proximum suum sicut seipsum diligere, esurientes saturate, sitientibus potum date, nudos vestire, hospitalem esse & humanam, & indigentibus tribuere cum hilaritate.

Noli esse amarus his qui in tristitia sunt.

Omne quod pertinet ad iustitiam fac.

Legem hominum vt homo vere, & legem Dei vt Dei.

Noli inuidere bono: non enim immortalis es.

B Sicut lucerna ardens ita esto: & Angelus Dei vocaberis.

Cum conscientia mala noli accedere ad orationem: condemnaberis enim per tuam conscientiam: confessio peccati initium est salutis.

Supplex esto Deo semper; & sic age vt irreprehensibilis habearis.

Neminem male loqui permittas, ne vt fautor iniustitiæ habearis.

Absentem noli condemnare, præsentem iuste accipe.

Ex argumentis noli condemnare, ne & tu condemneris, quia displicent Deo talia: & quomodo vis videri agere, sic iudica.

C Mulierem in testimonium noli recipere.

Omne peccatum indulge, præter homicidium, & adulterium

Iniuriam facienti noli consentire, ne sicut adiutor iniustitiæ puniaris: quem vero reprobaueris, sit tibi quasi ignarus.

Seruos et filios enutri: apud Dominum enim æquales sunt, quia personas non accipit.

Super mensuram nihil feceris, & superbis noli coniungi, ne amicus iniustitiæ habearis.

Facies seniorum semper inquire, vt instruaris verbis eorum: sapientum enim sensus pleni sunt fructibus vitæ.

D Ducem vitæ tuæ vt Deum habe: à Deo enim tibi missus est vt salueris: & in omni substantia tua participem eum habe: qui enim in diuinis te compartiecipat, debet in humanis particeps esse.

Misero noli exprobrare, ne & tu exprobrabilis efficiaris: circa omnes enim iudicium Dei est, & vt iustum est iudicat.

Misericordiam faciens absconsè facito, & non confundes personam tuam. Si facis vt ab aliis publice videaris & vt magnificeris ab hominibus, nihil tibi proderit.

Adorans Dominum secreto adora, & noli notabilem locum eligere, vbique enim est Deus, & vbicumque inuocatus fuerit, adest. Quotidie autem illi gratias age, vigilans, & dormiens, vt propitium eum habeas, & desideria tua impleat. Et orans noli multum loqui, ne stulto similis habearis. Scit E enim Deus petitiones tuas antequam petas, & quæ cogitas non ignorat.

METHODII CVIVSDAM EPISCOPI AD EOS QVI dicunt; quid profuit nobis filius Dei crucifixus in terra, & homo factus? & quare crucis figura pati sustinuit, & non aliquod aliud supplicium? & quæ vtilitas crucis:

Ex edit. Iacob. Gretseri S. Ies.

B VEtsatus est Christus Dei filius, ex præcepto Patris, cum visibili creatura, vt imperium Tyrannorum, dæmonum videlicet, euersis, eriperet animas ex dira seruitute, eo quod tota natura propterea velut iniquitate fascinata, tumultus turbarumque plena fuerat, nec iam in rerum vtilium memoriam redire vllo modo poterat. Quapropter etiam ad idola facile trahebatur, quippe cum malum omnia obruisset, omnesque depastum esset generationes propter mutationem, quæ carneis tabernaculis nostris ex inobedientia promanauit: donec Christus Dominus per carnem, in qua vixit & apparuit, repressis voluptatum insultibus, quibus infernæ potestates aduersum nos armatæ, mentem in seruitutem redigebant, hominem omnibus malis liberauit. Huius enim rei gratia & carnem gessit Dominus Iesus, &
C homo factus est, & cruci per diuinam dispensationem affixus: vt per quam carnem dæmones superbe Deos ementiti fuerant, animabus compendiosa fraude captis, per eam deiecti despectique essent, vt non Dij. Prohibuit enim altius extolli superbiam ipsorum, factus homo, vt per quod corpus, rationis particeps genus à veri Dei cultu alienatum perdidit, per idem ineffabili arte sapientiæ, Verbo suscepto, exitiales hostes esse arguerentur, non benefactores animarum,

Non enim mirum fuisset, Christum Deitatis terrore, & inuictæ patientiæ magnitudine aduersarias debilitare natiuas dæmonum. Quoniam ergo ea res maiorem dolorem & cruciatum eis allatura erat (vinci enim à præstantiore maluissent) idcirco per hominem, salutem vniuersorum procurauit: vt homines
D quidem, vbi ita ipsa & Veritas corporaliter in eos immigrasset, ad formam lumenque Verbi recurrere valerent, superatis peccati illecebris: dæmones vero ab infirmiore contemptoque victi, desisterent ab audacia & confidentia, Typhonica ipsorum flamma repressa. Ideo namque maximè introducta est crux, tanquam trophæum contra iniquitatem erectum, & terriculamentum, vt ab hinc iræ obnoxius ne esset homo, postquam cladem ex inobedientia acceptam compensasset, infernasque potestates legitime vicisset, ac Dei munere ab omni debito fuisset liberatus. Ita siquidem primogenitum Dei verbum muniit armis iustitiæ hominem, in quo habitauit potestatibus: quæ nos in seruitutem redegerant, per crucis figuram, vti dictum est, superatis, hominemque corru-
E ptione, ceu tyrannide quadam oppressum, solutis manibus liberauit.

Est enim Crux, si eam definire velis, victoriæ firmamentum, via qua Deus ad hominem descendit, trophæum aduersus impuros spiritus, depulsio mortis, fundamentum ascensus ad verum diem, & scala festinantium frui luce illa, quæ istic est, machina per quam ij, qui ad Ecclesiæ ædificium adaptati sunt, inferne lapidis quadrati instar attrahuntur sursum, adaptandi diuino verbo. Hinc Reges nostri, ad dissipandum omne malum, figuram crucis assumendam censuerunt, & vexilla, vt latino sermone appellantur, confecerunt. Vnde mare huic figuræ cedens, nauigabile se hominibus præbet. Vniuersa enim vt ita dicá,

enim ludebant Israelitæ, & aduenit super eos pernicies, Mose enim supra montem exorante Deum pro populo, populus postquam comedit, & bibit, surrexit ad ludendum, & aduenit super eos ira, cecideruntque mortui vna die viginti tria millia.

Quid ergo, dic mihi obsecro, accessisti, ô homo, vt mala tua minuas, vel vt augeas, vt precaretis, vel vt lucteris? accedis amicus proximi, & inimicus decedis? iustius est igitur te cum proximo inimicitiam exercentem eam deponere cum accedis ad Ecclesiam, & Dominum pacatum reddere, nunc vero amicus accessisti, & inimicus discessisti?

Nullum est malum inter te & ipsum, non nummi, non hæreditas, neque bonorum partitio, nihil habentes commune; sed in charitate viuentes ad vtilem palæstram, vel luctam inimicos inuicem faciunt: cum charitate adueniunt, & maximo odio recedunt. O perniciosum odium! Vis tibi dicam luctæ luctum? sanguinis effusio, membrorum effractio, corporum incisio, &, quod summum est, animæ deperditio. Si igitur lucta lucrum nullum habet, sed potius damnum, quare de te malum non excidis, atque studiose orationi non incumbis? & prosternis te ante sanctos Martyres, vt pro te intercedant coram clementissimo Saluatore nostro Iesu Christo, & chirographum peccatorum tuorum deleant? Vnusquisque igitur ad celebritates Sanctorum accedens opus suum summo exequatur studio, ne sina mercede decedat: nullus namque coronatus, nisi legitime certauerit, nullus mercedem recipit, nisi opus perfectum demonstrauerit. Sacerdos pro populo ex toto corde preces effundas, vigilans fias, neque te ipsum somno dedas, *Vigilate* enim dixit Dominus, *& orate*: ne dormites, vt intellectuales oues non perdas, etenim quando lupus pastorem viderit dormientem, statim subingreditur gregem: ne dormitas, vt non amittas coronam gratiæ, verum summo studio gregem tuum custodi, garrulitos comprime, negligentem diligenter agere doce, non accedentes condemna, labor autem beatifica, negligentes sufferre doceas, vt in omnibus probus inueniatis. Diaconus diligenter quæ pacis sunt, populo annuntia, turbas seda, deficientes congrega, exeuntes ab Ecclesia reprehende, obsusurrantes ad modestiam reuoca, vt omnibus irreprehensibilis reddaris. Lector, noli negligere donum, quod in te est, sacrarum Scripturarum doctrinam & exhortationem omnibus hilari animo, & maxima pietate communicans, vt doctrinæ mercedem assequatis. Cantor datam tibi gratiam noli despicere, sed melodiarum hymnodiam impigre profer, psallens sine intermissione, sicut admonet Dauid, *Psallite Deo nostro psallite, quoniam vniuersæ terræ Rex est Dominus, psallite sapienter.*

Ministrum operis sui non pigeat, sed omnia sine murmuratione exequatur. Laicus auditum accommoda, & ad diuinarum Scripturarum auditionem te præpara. Mulieres garrulitates ab ore vestro tollite, susurrationes reprimite, recordamini quod anguis susurro Euam è paradiso detraxit, linguas vestras comprimite, audiendorumque sermonum studiosæ fiatis, vt quasi perfectum vos ipsas operatum reddentes, perfecta mercede in regno cælorum dignæ euadatis à clementissimo Domino nostro Iesu Christo, cum quo Patri & Spiritui sancto gloria, honor, & adoratio, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

NEROPIVS PAVLINVS ET THERASIA, SANCTO, & Amando, Sanctis fratribus in Domino Christo salutem.

Ex eiusdem Gallei edit.

OMnibus tempus, & tempus omni rei sub cælo. Super cælum enim non est tempus, quia non habet tempus æternitas, quam in cælo etiam creaturis Creator dedit, qui solus habet æternitatem propriam. Tempus ergo sub cælo omni rei. Tempus otio, tempus negotio, tempus silentiis, & tempus alloquiis: tempus esuriendi, & tempus epulandi, vt nobis hactenus fuit tempus ieiunandi à sermonibus vestris, & nunc iisdem cibari, tempus exortum est. Pauistis enim litteris vestris verbo Dei dulcibus, & oleo lætitiæ delibuistis: quo libentes vngimus caput nostrum: quia non est in vobis mendax opus oliuæ, in quibus habitat charitas de corde puro, & bona scientia, & fide non ficta. Sed quia nemo qui multum esurit, potest vno pane satiari, fatemur, nos necdum expletos, sed potius incitatos ad desiderium litterarum vestrarum. Vna ista epistola vestra, quam vnam computamus, quia talem à vobis, qua sicut adipe, & pinguedine repleatur anima nostra, adhuc semel accepimus. Verumtamen etsi inter officia nostra vicissitudines temporum fuerint: vt tempus tacendi, & tempus loquendi: non ita etiam diligendi ac negligendi tempus fuit. Dudum enim, vt proculdubio recognoscis, sancte frater, diligere cœpi te, & dilexi iugiter: quamquam non ista dilectione, quæ Christi est, sed illa familiaritatis humanæ amicitia, quæ blandimenta in labiis habet, & radicem in cordibus non habet: quia non est fundata super petram, quæ non ædificatur in Christo. Vnde quolibet interdum vento leuitatis agitata dissoluitur: & temporali gratia breuem florem tenens, sicut fœnum velociter arescit: & sicut flos agri cito decidit. Charitas verò Domini manet in æternum, quia inuicem nexi sumus, & ad conuiuendum: quia fortis vt mors charitas Christi. Sicut enim lex mortis irrupta, ita & charitas: catena parem vim charitatis & mortis esse testatur. Nam sicut Propheta dicit: *Quis est homo qui viuit, & non videbit mortem?* ita Apostolus clamat: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Quamobrem tibi benedicte fructus vberior ex ea veniet, qui prior huius charitatis spiculis vulneratus, præuenisti nos in benedictione dulcedinis, per eloquia litterarum tuarum casta, & fidelia, in quibus à verbo Domini mel & lac distillauit lingua tua. Scripseram vero, & prius, vnanimitati tuæ, & cum à te epistolam tuam breuem, quam ipse miseram, recepissem tamquam persoluto officij debito, iterum me diuturnæ taciturnitati resuderam. Sed acrius vigilante Christo apud mentem tuam, prior refloruisti sapere ad excitandum in nobis obseruantiam charitatis, ne obdormiret in mortem obliuionis.

Et quia abundauerat tibi inhumanitas mea, superabundauit mihi humanitas tua. Multiplicasti enim locupletare me affectu, & officio dilectionis tuæ: quo benedictum Domini puerum fratrem Amandum visitationis nostræ socium assumpsisti tibi, & nobis validum apposuisti patronum. Confidimus enim, quia sicut scribendi ad nos particeps tibi factus est, ita etiam orandi pro nobis, collega fit.

Et quidem germanitas spiritalis ita postulat, vt sicut vobis Spiritus vnus in fide & confessione Christi

est, ita sit amor, & labor vnus in proximis assereodis: vnde communem largiter à summo cattibutore mercedem meteris exalrati in turribus eius; quia fcaret fratremadinuans exaltabitur: si iamen semper ocare tantum, & suspirare pro nobia memineritis, & de cætero caueatis onerare nos verbis beatificantibus: ne & vobis forsitan offendiculum compateris: si dicatis dulce, quod amarum est· Legistis etenim, quia tectos & verà sanctos decat collaudatio. Nos veto peccatores io felle amaritudinis positos, sad adhuc non tam tenui nexu iniquiraris adstrictos, vt contririo, & infidelitar in viis nostris deesse non possit. Vatumtamen sic quoque mentibus oostris debet inessa contritio: quia cor contribulatum, & humiliatum Deus non spernit.

Et quis nobis dabit cor carneum, vt emollita sensus nostri duritia sentiamus sagirtas Domini confingeutes timote sancto carnes nostras: & excitato vulnetum nostrotum dolote, ploremus ante Dominum qui fecit nos?

Commodet nobis Hieremias illum fontem lachrymarum quo diem suum, & populum lamantatus est. Supetfundat nobis & Dauid flumina oculorum suorum, quibus rigabar lectum suum: neque tantum genas vultus sui; sed & totum corporis statum lachrymis exundantibns prolnebat.

Suparposuere enim iniquitates nostræ caput nostrum: & multiplicatæ sunt supar capillos capitis nostri: quia plura in nobis iniquitaris, quam iustitiæ opera oumerantur: & ideo computcuerunt, & deteriorauere cicatrices nostræ à facie insipiantiæ nostræ, & inueterara sunt ossa nostra, quoniam tacuimus Domino: & apponentes iniquiratem super iniquitatem, cum statuissemus oculos nostros declinare in terram, tarde coa, & ægrè leuauimus ad montes Dei, vnde nobis auxilium venit à Domino, qui solus potens est sanare omnes languores nostros, & eripere nos de corpore mortis huius: quia per Adam constricti, per Christum solutmur: si tamen ita portemus cælestis hominis imaginem, sicut terreni portauimus: hoc est, vt tam fideliter iustitiæ & veritati seruiamus pro saluta nostra, quam diligenter iniustitiæ & inhumanitati pro morte seruiimus, humanum enim nobis Apostolus postulat. Quemadmodum exhibuimus membra nostra saruire ad interitum, & confusionem: sic eadem exhibeamus seruire iustitiæ ad vitam & gloriam. Nobiscum enim habemus fructum illorum operum, de quibus nunc erubescimos. Sed gratias sapientiæ Dei Christo Domino, qui in se manens omnia innouat, & disponit omnia suauiter, vt sit rebus omnibus tempus. Tempus occidendi, tempus sanandi, tempus ridendi, & tempus plorandi, tempus ædificandi, & tempus destruendi. Abierit quæso iam nobia tempus occidendi, destruendi, ridendi: & tandem sanandi, ædificandi, plorandi tempus aduenerit. Ecca enim nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus opera tenebratum, & apprehendamus arma lucis: vt filij diei ambulemus in lumine: quoniam ecce inimici nostri patauarunt sagittas in pharetra, vt sagittent in obscuro. Nequa enim in luca positos poterunt sagittare antequam feriant, prouidendi, & præcauentibus, facile vitandi. Potest autem in eodem ipso opera vtrocunqua temporum ratio connecti: vt illa superius distincta tempora pariter operentur in nobis. Nam & in quo viuificamur, occidimur: vel in quo occidimur, viuificamur per eum, qoi dixit: *Ego occidam & viuere faciam?* Nisi enim nos Christus occiderit, non viuemus De quo scriptum est: *Dominus mortificat, & viuificat.* Quia nisi peccata nostra peremerit, non viuificabit animas. Ideo illi Peophera dicit: *Exurrexi, & adhuc sum tecum.* Si occidas Deus peccatorem,

A Exurgemus enim gentes de luto fæcis, & vmbra mortis, & cum ipso esse permanebimus. Si occiderit in nobis peccatorem & iustum creauerit, quia calix fragilitatis nostræ in manu Domini, in quo hunc humiliat, & hunc exaltat. Nisi anim humiliatur exterior, non axaltatur interior. Ac sia occideodi, & sanandi, vel destruandi & ædificandi tempora simul in vnum opus coëunt, cum destruitur in nobis vita peccati, vt ædificetur vita iustitiæ. Neque ædificari potest nouitas, nisi destruatur vetustas, aut amare possumus Christum, nisi mammonam incipiamus odisse. Sed neque gaudere poterimus in illo sæculo, nisi in isto lugeamus: quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Conuenit argo nunc vobis illa de Psalmis pauperis anxij & lugentis oratio. Quoniam tam

B pene defecerunt, sicuc fumus dies nostri, & interdum malitia nostra defecit. Ecce enim veteres posuit dies nostros, productos cursu ætatis: nec spargit omnis caput, sed persundit senectus, & nos adhuc primis reptantem conatibus æui spiritalis infantiam paruulis sensibua agimus: & vix modo in verbo Dei incipientes loqui, tamquam primis vocibus anima vagiente mutam, & rudem sanctis litteris linguam soluimus: & quondam in litteris humanarum fabularum loquaces, nunc in veritatis balbutimus eloquiis stultitiæ sapientes, & sapientiæ stulti, robusti vitiis, & virtutibus adhuc teneri, vix nascente ad iustitiam, voluntate tyrones & consumpta in peccatis ætate veterani. Aliquandiu enim, vt tu sancte Benedicte frater nouisti, in hoc sæculo volutati inueterauimus

C inter inimicos nostros: atque vtinam inueterauerimus inimicis: vt illa iam nobis otiosis spatiosi itineris vita defecerit: & renouetur in Christo, sicut aquilæ iuuentus nostra: vt senio vataris hominis exuamur, induentes nouum illum qui secundum Deum creatus est. Sed qui nae pellicano solitudinis adhuc similes esse possumus: quando erit vt efficiamur nycticorax in domicilio? quando excitabimur in eum mentis axcelsæ vigorem, vt spiritali alacritate volucres, & in alta virtutum arduo fine perfecti possimus dicera: *Vigilaui, & factus sum sicut passer singularis super tectum?* Videamus hoc loco, si placet, in qoam cationem hæc auium genera, & hoc ordine, sob persona pauperis anxij, id est pœnitentis, ad inopiam spei super aliquem lapsum redacti propheticus ser-

D mo disponat, feretis, vt opinor, loquacitatem insipientiæ meæ: quam ad contemptum vestri prouocastis.

Accepi enim à quodam sancto, & doctissimo viro, & charissimo mihi: qui non solum legendo, sed atiam peregrinando multa cognouit, Pellicanum auem esse in Ægypto vel illis iuxta partibus vsitatam, proximis Nilo fluminis desertis oberrare, serpentibus vesci, quos dimicando perculerit. Ergo pugnat vt vincat, & victa moritur, victrix verò euadit mortem, & acquirit alimoniam. Quod autem nycticorax scriptum est: nycticoram esse verius asserebat: idque probabili rationa videbatur ostendere: cum illam auem hoc loco positam diceret, quam appel-

E lamus noctuam: qui secreto noctibus cantus exerceat & volatus: & obscuritate tenebrarum, quia ferè cuncta caligant animalia, luminetur, vnde nycticora aptius, quam nicticorax dicitur: quia nycticorax nocturnus coruus, interpreratio est, nicticora autem nocte videns: eo quod pupilla oculi core Græcia vocetur, nihil autem noctuam similecorum habera manifestum est. Porro perspicuum, aam (vt dixi) sicut quasdam alias aues noctia in tenebris magis cernera, & in lumine cæcutire, noctem diebus pari, lucem noctibus vsurpare. Nunc ergo, benedicti mei, videre qualiter hic auis congruat ad pauperem mæstum, hoc est, pœnitentem, opibus gratiæ pauperatum, & conscia miserorum lapsuum mente gloriæ

suæ

suæ damna lugentem, & afflictatione miserabili laborentem in gemitu suo, A & de propriæ carnis interitu vitam animæ recipere nitentem, perque orationum impendia, & gemituum suffragia, ambitiosa lachrymarum vulneratæ salutis remedia quærentem: quam aptè huiusmodi pauper & peccator, Ægyptia vel nocturna auis dicitur: & in quod se ad deflenda & confitenda peccata secretum à communi Ecclesiæ cœtu, intra ergastulum cellulæ suæ mœstus includit: & elongatus ab hoc sæculo & fugiens, vt maneat in solitudine deplorationis: & illic aduersus carnis suæ desideria confligat, & in peccata sua spiritali certamine conterenda depugnet. Certè & habitaculo pariter, & prælio fit similis pellicano solitudinis, & illam inimicam serpentibus volucrem ipsi diabolo & principibus tenebrarum, in peccatis & cogitationi- B bus carnis expugnandis dimicans æmulatur: & si in eo agone superauerit, viuet hostium suorum superstes: escam de victoria sua sibi quærit: quia vitæ meritum peccati, & diaboli victor acquirit: quem cum omni nequitiæ exercitu in perniciem nostram variis artibus serpere quotidianis interioris hominis nostri periculis experiemur. Sed gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum: vt super aspidem & basiliscum ambulemus, & conculcemus leonem & draconem. Ergo aduersus huiusmodi artes, qui sunt principes tenebrarum, hoc est, homines peccatorum potentes, quos tenebras Apostolus dicit: cum quibus à nobis æmula pro salute contentio est: orare vt hos serpentes, dum in istius mundi deserto agimus, exemplo illius solitariæ alitis C toleramus: quibus obtritis, & per victoriam deuoratis, quasi discussa nube tenebrarum illuminabitur homo noster interior: & tunc fiet quasi nycticorax in domicilio, hoc est, in domo domini: vt inter huius sæculi tenebras acutam aciem defecatæ mentis intendat, & possit secundum Prophetam talibus oculis illuminatum dicere: *Quia tenebræ non obscurabuntur à me: & nox sicut dies illuminabitur.*

Quod vtique fit, cum vtraque substantia in homine sibi congruit: vt etiam caro, terrena immutata natura ad animæ concordiam spiritali migret affectu, & tunc nox sicut dies illuminabitur, cum & caro, sicut anima spiritalis efficietur; quod si per orationes nostras fuerit indultum, vt & in hoste vipereo conte- D rendo, pellicano solitudinis æmulemur, & nycticoræ oculis inter huius sæculi obscura cernamus: tunc in consummatione pedibus constitutis super excelsa perfectæ virtutis impositi, vigilando in orationibus, & meditando in lege Domini efficiemur sicut passer vnicus super tectum: & corpore & spiritu congruente in voluntate Dei, iure dicemus: *Singulariter sum ego, donec transeam.*

Et quis iste passer est, in quo forma perfecti est, nisi passer ille qui inuenit sibi domum, & cum turture sibi nidum fecit, *Altaria tua Domine virtutum?* iste forsitan passer est de duobus illis, quorum vnus non cadit super terram sine voluntate Patris. Cecidit enim passer hic summus in corpore: sed & resurrexit: cecidit autem ex voluntatis assensu, factus obediens E Patri vsque ad mortem crucis, hic passer est illa sapientia, quæ requirentibus se in viis hilariter ostendit: nunc in portis fit obuia, nunc in plateis occurrit: nunc in muris vel turribus celsæ conuocant ad se amatores suos: & inuitant eos in altitudines habitationum suarum, vt impleat verbum suum: *Quia exaltatus omnia ad se trahit.* Quis dabit nobis pennas columbæ deargentatas: vt per eloquia Domini casta, & sicut argentum igne examinatum, pennati prouolemus ad brauium supernæ vocationis, sequentes istum passerem singularem, quia vnicus est Dei filius, super volitantem, quia in altis habitat, & humilia respicit: & qui descendit in inferiora terræ: ipse est, qui escendit super omnes cælos, captiuam ducens captiuitatem, vt adimpleret omnia? Hunc passerem, si directa imitatione valeamus sequi, iisdem vestigiis ambulantes, quibus ingressi sunt speciosi euangelizantium pedes: tunc in edito constituti, poterimus dicere: *Vigilaui, & factus sum sicut passer vnicus super tectum.* Meminerimus tamen etiam in sublime prouecti, verbum illud Domini: *Vt qui fuerit in tecto, non reuertatur in domum suam tollere vasa*, id est, ne in nosmetipsos tecum tramus, & opera carnalia quasi vasa in inferioribus derelicta repetamus. *Nemo enim*, inquit, *mittens ad aratrum manum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.*

Sed & si super tectum fuerimus, id est, super naturam terrenam euolauerimus, non acquiescentes carni: timeamus auium exemplo ad humilia euolare. Scriptum est enim. Quia non sine causa tenduntur auibus retia: & scimus quia sic insidiantes volucrum simplicitati aucupes humi ponunt tendiculas: & aspersæ plerumque escæ vel cæti in lites, fraude deponunt aues, & operis doloso cespite laqueis implicant credulas. Sed nos simili arte, nos sollicitantibus, per obtentus mundi huius illecebras nequitiæ spiritalis aucupibus, armati fide, & illuminati veritate, dicamus: *In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem?* Propterea oremus Dominum, *qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Omnem hominem dictum puto: quia nemo homo, agnoscens nisi Deum, & qui potius meruerit agnosci à Deo, quem non agnoscentes, comparati sunt iumentis: & similes facti sunt illis.

Nos ergo magna eius misericordia ex impiis iustificati per fidem, & non ex operibus percurramus in odorem vnguentorum eius, vt ex illius nomine odorem vitæ trahamus, & efficiamur odor Christi bonus Deo: *potionati* (vt scriptum est) *à vino vnguentorum de calice salutaris*: in quo ipse, *vt pigmentarius*, vt in Ecclesiastico scribitur, *vnguenta suauitatum miscet, diuidens dona sua singulis prout vult, vt omnia in omnibus impleantur*, & odorem notitiæ suæ manifestet nobis, quia vnguentum exinanitum est nomen ei, quod nomen vt inuocetur super nos semper, in nobis nominetur, fiat conuersatio nostra in cælis, ita enim efficiemur sicut passer vnicus super tectum: si non quæ in terra sunt, sapiamus aut quæramus, sed quæ sursum sunt, vbi Christus est sedens ad dexteram Patris innumerabilibus oculis speculator actuum nostrorum, & spectator agonis istius: quo in carne ambulantes, non secundum carnem militamus.

Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus inuisibiles inimicos, & aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus, non quod spiritus nequam in cælestibus agant: sed quod in ea cælesti conuersatione viuentibus aduersentur, induamus itaque arma lucis, & in Domino nostro transgrediamur murum illum inter nos & Deum separantem: nec de carnali infirmitate timeamus aduersariorum spiritali natum violentum: quia virtus in infirmitate perficitur, & non in virtute sua potens est vir; sed Dominus infirmum facit aduersarium eius: quem ipse Dominus virtutum rex gloriæ, tali pro nobis congressionis genere confudit: vt illum in cruce Christi non diuina virtus, sed humana superaret infirmitas.

Sequamur itaque triumphantem Iesum: & scuto fidei circumdet nos veritas eius, vt non timeamus à timore nocturno, & à iaculo volante per diem. Cadent à latere nostro mille, & decem millia à dextris nostris, non nostra virtute, sed Christi, cuius pugna est, qua pugnemus: & cuius corona qua vinci-

mus: quia membra sumus corporis eius: si tamen mortificamus in terra membra nostra vt fiant arma iustitiæ: quibus accincti, & Christo & Angelis eius, & nobis lætum de nostro certamine spectaculum præbeamus, & euolantes de laqueo venatorum garrula gratulatione cantemus: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus*: quia adiutorium nostrum est in nomine Domini Iesu Christi.

Non enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri nos, in hoc nomine triumphantes confiteamur Domino misericordias eius, & gloriemur in laude eius, non in nostra: quoniam, vt Propheta dicit, si quid bonum nobis, ab ipso est, & si quid optimum, ab ipso est: ipse enim fecit nos, & non ipsi nos? & Paulus dicit: *Quid autem habes, ô homo, quod non acceperis, quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* In quo monet, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Vnde iam nobis leues angustiæ fiunt, quando laudari videmur: nihil enim nobis conscij sumus de proprio bono: vt tanquam agnoscentium pudorem laudator perurgeat: quia non ipsos nos, sed diuinæ bonitatis munera atque opera prædicari cognoscimus.

Si quid enim in nobis boni videtur aut creditur, illius est qui solus bonus est: & de cuius plenitudine omnes accepimus: & pro meriti, vel fidei capacitate respergimur.

Ros enim, qui ab illo est, sanitas nobis: & lætamur in stillicidijs eius. Ergo & error iste, qui nos laudatis, innocuus erit vobis: insuper & mercedem vobis copiosam tam pia fides congerit: quia vt nos nostra mente iniquos, & de peruersa huius sæculi generatione prauos, existimetis bonos factos, Domino omnipotenti creditis, qui potens est iustificare impium, & viuificare mortuos, & illuminare tenebras, & fæniceum candidare. Quamobrem orate solliciti, vt tanto ore, vel munere Dei dignum cor accipiamus: & quia accepimus contemptum patrimonij accipiamus etiam nostri contemptum.

Angusta enim via gradimur, & quasi in fune suspenso ancipites ambulamus, nisi certo libramine mentis vestigia fixerimus, vt non declinemus dextra vel sinistra: facile nos in huius aut illius partis ruinam inimicus impellet.

Idem nobis in Salomone Sapientia cauet: *Non deflectatis à Domino, ne cadatis.* Ipse enim Dominus Iesus, Via Veritas, & Vita est, qui dicit: *Omni vigilia serua cor tuum*: quia per ipsas virtutum vias in vitia delabi possumus: & nisi certo, vt dixi statu diligentes animi momenta libremus: de ipsa humilitate capiemus superbiam: & euanescet species pietatis, si per laudem paupertatis, obrepat inflatio: & quid proderit caruisse diuitijs, si remanemus diuites vitijs? Vnde quæsumus ne ex illo nobis verbo Domini blandiamini, quia fecerimus: *Vendite quæ possidetis*: quia plus est quod superest illud: *Et veni, sequere me.* Facile est autem videri, quanto sit sequi Christum, vt homo imitetur Deum. Sed & illud scitis: quia semel locutus est Deus, duo hæc audiui. Nam & iste sermo, sicut omnis fere Scriptura diuina, in biuium patet. *Vade & vende omnia tua*; non enim pecuniam tantum & fundos, extraneas facultates, sed etiam animi nostri internas opes quæ vera nostra substantia est, possidemus. Hanc vendere, hoc est, alienare à nobis, tanto maior victoria, quanto altior difficultas est, ingenita quam apposita separare, & intus infixa diuellere, quam affixa extrinsecus reijcere, se enim ipsum mutat, & superat, qui renuntiat moribus suis, & se abdicat sibi: vt illud fortissimum Dei verbum impleat, *Qui perdet animam suam propter me, inueniet eam.*

Hæc Domini recordantes effundamus in illum animam nostram: & ipse nos enutriet: & absconditam in se vitam nostram fouebit: & se cum gloria reuelabit si tamen pro hac eadem anima oremus in tempore opportuno, & nunc in isto sæculo. In inferno enim quis confitebitur ei? Istic moriamur peccatis, ne illic viuamus pœnis.

Mors enim, quæ secunda dicitur, nihil est aliud quam vita pœnarum. Caueamus igitur ab inferiore inferno: vbi corpus & animam gehenna torquebit æternum: moriente peccatoris anima, permanente sensu, & durante materia corruptionis. *Nam & mortui* (vt scriptum est) *resurgent incorrupti*: non gloriæ immortalitate, sed pœnæ. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, qui vectes confregit, & humiliauit calumniatorem, vt exaltaret me de portis mortis: & narrarem mirabilia eius in portis filiæ Sion. Benedicat vos Dominus ex Sion: & videatis quæ bona sunt in Ierusalem, & oretis pro nobis: omnibus diebus vitæ nostræ, vt portio nostra communiter sit in terra viuentium. Legimus in tergo epistolæ annotationem epistolarum, quas meas esse iudicatis, nam verè prope omnium earum ita immemor eram, vt meas esse non recognoscerem, nisi vestris litteris credidissem, vnde maius accepi documentum charitatis vestræ: quia plus me vobis quam mihi notum esse perspexi. Hymnos, quos desiderabam, accepisse gratulor, quo munere, sancta frater, admonuisti me, vt faculam meam diligentar, dum tempus est, apparatem: ne cum fatuis excluderer, si cum sapientibus non occurrerem. Orate autem, vt & virgines & fœcundæ sint animæ nostræ, sine sterilitate virgines, sine corruptione fœcundæ, hoc enim mysterio est in Lege maledictus, qui semen in Israël non dederit, & in Euangelio virgo sapiens, quæ oleo procurato, vigili sollicitudine vncta face, Sponsi expectat aduentum: iamque venienti non extinguendum pingui fomite lumen accendit.

Ergo mens nostra fertilis Deo, & vitæ fructus operibus bonis pariat: sit spiritus virgo: vt nulla sæculi corrumpatur illecebra: & ab omni labe vitiorum integer maneat. Stultæ enim virgines, illæ mihi videntur esse animæ, quæ virtutibus steriles, & illæ sapientes, quæ vitiis incorruptæ sunt.

Denique in vtroque virginum genere quinque ponuntur, vt intelligatur ad sensus hominis integritatem aut corruptionem referri, nam quinque sensibus omnes prædití sumus, per quos aut vitam recipimus, aut mortem. De ipsis enim dolens Propheta dicit: *Mors intrauit per fenestras vestras, quas obstruamus timore Dei, vt ad omnes istius mundi formas, & voces surdi simus & cæci.* Sepiamus aures nostras spinis contra linguam nequam, & illecebrosa modulamina: auertamus oculos nostros ne videant vanitatem: obstruamus, & nares nostras, ne de corruptione huius sæculi mortis odorem trahamus: neque per gustum illicem gulæ morbus irrepat, & concupiscentiarum cibis, continentiæ robur eneruet: neque mollibus vestimentis corpori blandiamur, ne carneos tactus, & amplexus illicitos delicatis malè palpata tegminibus membra desiderant.

Ita fiet, vt in vnumquemque nostrum omnibus sensibus castis, & oleo doctrinæ fidelis imbutis, virgines omnes quinque sapientes maneant: & oleo in vasis suis reposito, expectatione secura quiescant, facile mox paratis facibus occursuræ, cum primo superuenientis Sponsi tumultu fuerint excitatæ. Nam in tantis Ecclesiæ populis, in quibus non solum virgines, quarum tamen innumera multitudo est, sed & a maritate, & viduæ diuersis & moribus censentur, & fructibus. Non arbitror alia ratione quinque tantum virgines fatuas, & totidem sapientes esse positas, nisi quod vtraque persona in totius populi vni-

A uersitate diuersa, numerus autem ratione supradicta, sigillatim in omnibus continetur: vt vnosquisque in semetipso aut stultas aut prudentes habeat pro qualitate sensuum suorum, in quibus prouidis sapiens, inertibus autem stulta virginitas est. Nam ideo & fatuæ sunt sapientes in tanta sui dissimilitudine, similiter virgines appellantur: quia virginibus secundum carnem sterilitas infœcunda, secundum spiritum fructuosa castitas adest.

Quare nec sapientes sterilem virginitatem habent, quia sapientes sunt, nec stultæ fructuosæ, quia stultæ sunt quarum forma mihi videtur esse sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud Deum: & sapientia carnis, quæ vere virgo stulta est, quia legi non est vincta, atque subiecta legi & sapientiæ Dei: & B lucerna eius facile extinguitur, quia non habet oleum veritatis, vacua Spiritus sancti, quo oculus interior luminatur, & impinguatur animæ caput, quod est fides nostra, cui oleum est doctrinæ cœlestis infusio.

Itaque oleum peccatoris non impinguet caput nostrum, neq; muscæ morituræ exterminent oleum suauitatis: vt semper nobis caput Christus sit: ne vnquam deficiat oleum capiti nostro: quia vnguentum exinanitum est nomen eius, & tunc omnibus perfectis sensibus erimus virgines sapientes, si in nobis manserit sapientia Dei post quam facta est etiam in corpore fœcunda virginitas. Nimium vos fatigo, & multum mihi præsumo de patientia charitatis: sed oportet vt audiam Salomonem sapientia Dei loquentem: vt parcius ad amantissimos licet, inferam verbis pedem: ne satiati tædium oderint me. Scio C autem, quod sicut odisse quis non potest viscera sua: ita nec vos humilitatem nostram: quam visceribus vestris permiscuistis. Pax, & charitas, & gratia, & humilitas Christi Domini altissimi abundet in nobis, benedicti fratres, merito venerabiles, & dilectissimi.

Eutropij Abbatis ad Petrum Papam.

OCto sunt vitia principalia, quæ humanum genus infestant. Primum, Gastrimargia, quod sonat ventris ingluuies, secundum fornicatio, tertium Philargyria, id est, auaritia, siue amor pecuniæ: quartum ira, quintum tristitia, sextum acedia, id est, anxietas, siue tædium cordis, septimum cenodoxia i. iactantia, seu vana gloria, octauum superbia. Hæc igitur octo vitia, licet diuersos ortus, ac dissimiles efficientias habeant, sex tamen priora, id est, gastrimargia, fornicatio, philargyria, ira, tristitia, acedia, quadam inter se cogitatione, &, vt dixerim, concatenatione connexa sunt. Ita vt prioris exuberantia, sequentium efficiatur exordium.

Nam de abundantia gastrimargiæ, fornicationem, de fornicatione, philargyriam, de philargyria, iram, E de ira, tristitiam, de tristitia, acediam necesse est pullulare. Ideoque simili contra hæc modo, atque eadem ratione pugnandum est, & præcedentium semper aduersus sequentes nos inire certamen. Quamobrem vt acedia vincatur, superanda est tristitia; vt tristitia propellatur, ira extinguenda, est, vt extinguatur ira, philargyria conculcanda, vt euellatur philargyria, fornicatio compescenda est, vt fornicatio subruatur, gastrimargiæ vitium est castigandum. Residuæ vero duæ, id est, cenodoxia & superbia, sibi quidem similiter illa, qua de superioribus diximus ratione iunguntur, ita vt incrementum prioris ortus efficiatur alterius. Cenodoxiæ exuperantia superbiæ

A fomitem parit. Nam illis sex euulsis, hæc duo vehementius fructificant, & illis mortuis, viuacius istæ pullulant, & succrescunt. Vnde & diuerso modo ab his duobus impugnamur.

In vnumquodque illorum sex vitiorum tunc incidimus, cum à præcedentibus illorum fuerimus elisi. In his vero duobus etiam victores post triumphos periclitamur.

Nam & ista octo vitia, quæ commemorauimus in quatuor coniugationes, & copulas diuiduntur. Gastrimargia namque, & fornicatio peculiari consortio fœderantur, simili modo philargyria cum ira. Tristitia quoque, & acedia eadem copulatione iunguntur. Cenodoxia quoque atque superbia familiariter, & ipsa sibi coniunguntur. Audiuisti copulatio- B nes, audi nunc genera vitiorum: Gastrimargiæ genera sunt tria.

Primum, quod ante horam canonicam perurget Christianum comedere. In hac peccauit Ionatham filius Saul rrumpens iuramentum patris. Vnde nec victoriam meruit populus de inimicis habere.

Secundum, ex quarumlibet escarum, vel potius superfluitate. In qua peccauit populus Israeliticus, cum fabricauit, sicut scriptum est *Exod.* 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.*

Tertium, quod accuratiores, ac delicatissimos cibos desideret. In hoc peccauerunt filij Heli, qui noluerunt carnem coctam accipere à populo, sed crudam vt diligentius sibi præpararent, 1. Reg c. 2 Ex C his tribus generibus diuersæ, & pessimæ valetudines animæ procreantur. Nam de primo, ita illi qui parato cibum debuit, de secunda, luxuriæ ac libidinis aculei suscitantur, tertia autem, inextricabiles philargyriæ laqueos nectit ceruicibus captiuorum. Fornicationis genera tria sunt.

Primum, cogitatio est, de quo Dominus ita in Euangelio Matth 5. dicit: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam*, & cætera.

Secundum, quod per commixtionem sexus vtriusque perficitur.

Tertium, absque fœminæ tactu, quod Apostolus *immunditiam Gal.* 4. nuncupat. Quæ tria sic sunt à nobis pari obseruatione cauenda, ne à regno Christi vnum quodlibet horum nos deterreat, & excludat. D Philargyriæ genera sunt tria.

Primum, quod expoliari non sinit hominem facultatibus superfluis. In hoc peccauerunt *Act.* 5. Ananias, & Sapphira.

Secundum, quod ea quæ à nobis dispersa sunt indigentibus, cum maiori cupiditate persuadet resumere. In hanc culpam incidit Iudas, qui Dominum vendidit.

Tertium, quod ea quæ ante non possedimus, infronite desiderari, vel adquiri compellimur. In hac peccauit Giezi. Iræ genera sunt tria. Vnum quod exardescit intrinsecus, & præ indignatione non valet loqui. Aliud, quod in verbum, & opus, effectumque prorumpit. Tertium, quod per dies, & tempo- E ra reseruatur. Tristitiæ genera sunt duo, vnum, quod ira desinente de illato damno, vel desiderio præpedito generatur. Aliud, quod de rationabili mentis anxietate, seu desperatione descendit. Acediæ genera sunt duo. Vnum, quod ad somnum præcipitat æstuantes. Aliud, quod nec bonum facere, nec audire, delectat. Ista eijcit monachum de cella sua. Cenodoxia licet multiplex, ac multiformis est, & in diuersas species diuiditur, genera tamen eius sunt duo.

Primum, quod pro carnalibus, ac manifestis extollimur rebus.

Secundum, quod pro spiritualibus & occultis, desideriis vanæ laudis inflámamur. Superbiæ genera sunt

duo. Primum carnale. Secundum, spirituale, quod etiam perniciosius est. Illos namque specialius impugnat, quos in quibusdam virtutibus profecisse reperit. Audisti genera, & coniunctionem, atque concatenationem, audi nunc quales habeat filias, quæ de eis nascuntur. De gastrimargia namque nascuntur, commessationes, ebrietates. De fornicatione, turpiloquia, scurrilitates, ludiera, ac stultiloquia. De philargyria, mendacium, fraudatio, periuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentia, inhumanitas, ac rapacitas. De ira, homicidia, clamor, & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De acedia, atrocitas, somnolentia, importunitas inquietudo, peruagatio, instabilitas mentis, & corporis, verbositas & curiositas.

De cenodoxia, contentiones, hæreses, iactantia, ac præsumptio nouitatum. De superbia, contemptus, inuidia, inobedientia, blasphamia, murmuratio, atque detractio. Hæc igitur octo vitia, cum hominum genus impulsent, non tamen vno modo impetunt cunctos. In alio namque spiritus fornicationum locum obtinet principalem. In alio superequitat furor. In alio Cenodoxia vindicat tyrannidem. In alio arcem superbia tenet. Et cum constet omnes ab omnibus impugnari, diuerso tamen modo, & ordine singuli laboramus.

Quamobrem ita nobis aduersus hæc arripienda sunt prælia, vt vnusquisque vitium, quo maxime infestatur, exploret, & aduersus illud arripiat principale certamen. Vnum namque nos ordinem præliorum exercere debere, nec de nostra virtute confidere, etiam Legislator *Deut 7.* docet his verbis: *Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus & terribilis. Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter. Ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ: dabitque eos Dominus tuus in conspectu tuo, donec penitus deleantur.* Sed neque debere eos in eorum extolli victoria, similiter *Deuter.* 8. mouet: *Ne postquam comederis*, inquit, *& satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili.* Salomon quoque in Prouerbiis, *Prouerb. 24. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari. In supplantatione autem eius noli extolli. Ne videat Dominus eius, & auertat iram suam ab eo*, id est, ne dispertias elationem cordis tui, ab eius impugnatione discedet, & incipies, derelicturus ab eo, rursus ab illa, quam per Dei gratiam superaueras, passione vexari.

Quamobrem certos nos esse conuenit, tam ipsis rerum quam innumeris Scripturarum testimoniis, eruditos nostris nos viribus nisi solius Dei auxilio fulciamur, tantos hostes superare non posse. Et ad ipsum cotidie summam victoriæ nostræ referre debere. Ita super hoc quoque per Moysem *Deut. 9.* Domino commonente. *Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eas Dominus Deus tuus in conspectu tuo* Propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes Nec enim propter iustitias tuas, & æquitates cordis tui ingredieris, vt possideas terram eorum sed quia illi egerunt impie, te introeunte deletæ sunt. Rogo, quid apertius potuit dici, vel cautius: cum quanta cautela oportet nos esse?

Hæ septem gentes: quarum terras egressi ex Ægypto filiis Israël daturum se Dominus repromittit. Quæ omnia secundum Apostolum, cum in figura contigerint illis ad nostram commonitionem scripta *Deut. 7.* debemus accipere.

Ita enim dicitur: *Cum introduxerit te Dominus Deus in terram, quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te, Hethæum, & Gergezæum, & Ammorrhæum, Chananæum & Pherezæum, Iebusæum, & Heuæum, septem gentes multo maioris numeri, quam tu es, & robustiores te, tradideritque Dominus tibi eas, percutiesque eas vsque ad internetionem.*

Quod vero multo maioris numeri esse dicuntur, hæc ratio est, quia plura sunt vitia, quam virtutes. Et ideo in catalogo quidem dinumerantur septem gentes, in expugnatione verò earum, sine numeri adscriptione ponuntur. Ita enim dicitur: *Et deleuit gentes multas coram te.* Numerosior est enim, quam Israel, carnalium passionum populus, qui de hoc septenario fomite vitiorum, ac radice procedit.

Atque de octauo, qui notior est omnibus, regina, vt ita dicam, atque mater omnium vitiorum, ex his enim octo pullulant, atque nascuntur hæ filiæ, id est, comessationes ebrietates, turpiloquia, &c. superius descripta, quæ commemorare perlongum est. Quæ cum nobis leuia iudicentur, quid Apostolos de illis senserit, 1. Cor. 10. vel quam super his sententiam tulerit, audiamus. *Neque murmuraueritis*, inquit, *sicut quidam illorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Et de tentatione. *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.* De detractione, *Noli diligere detrahere, ne eradiceris*, aliaque complura his similia. Quæ cum sint multo maioris numeri, quam virtutes, deuictis tamen illis octo principalibus vitiis, ex quarum natura eas certum est emanare, omnes protinus conquiescunt, ac perpetua pariter cum eis internecione delentur.

Etenim, quantum docet vetus traditio, has easdem terras Chananæorum, in quas introducuntur filij Israël, Sem filij Noe fuerant quondam in orbis diuisione sortiti, quas deinceps per vim, atque potentiam posteritas Cham persuasione iniquitate possedit, in quo & Dei iudicium rectissimum comprobatur. Qui, & illos de locis alienis, quæ male occupauerant, expulit, & istis antiquam patrum possessionem, quæ prosapiæ eorum in diuisione orbis fuerat deputata, restituit. Quæ figura in nobis quoque stare, certissima ratione cognoscitur. Nam voluntas Domini, possessionem cordis nostri non vitiis, sed virtutibus naturaliter deputauit, Quæ post præuaricationem Adæ, insolescentibus vitiis, id est, populis Chananæis, à propria regione depulsæ, cum ei rursum per Dei gratiam, diligentia nostra, ac labore fuerint restitutæ, non tam alienas occupasse terras, quam proprias credendæ sunt recepisse.

De hoc septenario fomite vitiorum, Salomon quoque in prouerbus, ita describit, Prouerb. 26. *Si te rogauerit inimicus voce magna, non consenseris ei, septem enim nequitiæ sunt in anima eius*, id est, si gastrimargia te persuadet, vt relaxes corpori, quod continentiæ decreueras modo, ne resoluas eius subiectionem, quia confestim septem spiritus vitiorum aderunt tibi acriores, quam illa passio, quæ primordiis fuerat superata, qui te mox ad deteriora pertrahant genera vitiorum: Quapropter Dominus per omnia est deprecandus, vt quod nostræ vires non habent ipsius misericordia succurrat.

Incipit epistola sancti Porcari Abbatis.

IN mente habe, quia hospes es in hoc corpore, & quod tibi breui tempore commodatum est Impedimenta omnia per horrescas, omni nisu, atque conatu para tibi hospitium illud, quo in breui es migraturus.

gratur nos. Cogita ergo quia totus mũdus nimis velociter dilabitur. Contende domino adhortante intrare per angustam portam quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem: angusta autem & arcta, quæ ducit ad vitam. Caput antiqui serpentis, id est cogitationum principia semper obsetua.

Omnibus prætermissis studium in hoc impende, vt Christo vnigenito placeas, qui te semper adiuuat & sustinet. Vt verè pijssimus Pater miseretur, custodit, & diligit. Semper cum Domino loquere, si fieri potest. Orationi nihil præponas tota die, vel maxime matutinis & vespertinis horis Deo adhærere contende. Vana eloquia euita, sobrius esto, & grauitatem tene. *Pone custodiam ori tuo, quia vir linguosus non dirigetur super terram, Psal.* 136. Et cum ita te viceris, excipe te, & statim emenda, ne nimius furor præoccupet, & separatus à Christo, in præcipitium scandali deuoluaris. Omni studio reprime motus tuos, ne turbes eos, per quos requiescis, & qui necessitates tuas implere contendunt. Non sis facilis ad iniurias irrogandas, nec statim emittas verbum, cum amaritudinem pateris.

Paululum differ, & salubriori consilio, sine peccato prudentius agas. Cũ silentio, & patientia & oratione age quod agis. In veritate intellige, quia ira, & omne scandalum laqueus diaboli est. Subitam iram, & stimulos & sordidas cogitationes, non dubites esse diaboli venenatas sagittas. *Praeoccupa semper cogitationes malas, vt possis euadere tormenta Eccles.* 7. *Memor esto nouissimorum tuorum, & non peccabis.* Statue tecum, vt vltra dæmones non obaudias, pugnam esse intellige contra *inuisibiles aduersarios, Ephes.* 6. **C** Contende in oratione semper. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Quotiescunque tibi amarissima tribulatio aduenerit, gaude, & exulta in corde tuo, vt de patientia fructum habeas, & diabolo conculcato, atque deuicto, Deum promerearis. *Quia non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, Rom.* 8. Indura cor tuum quasi lapidem contra tristitiam. Respice ad illum qui se petram voluit nominari.

Quare non intelligis, quod te diabolus semper obsedit, & nimia securitate decepit? Cogita illam mortis confusionem, cum ante eos apparueris, quos vidisti Sacerdotes magnos, lucernas ardentes habentes, **D** lampadas Christi rutilas. Imitare, si potes, eos, qui indesinenti luctu, & oratione continua Beatorum splẽdidissimam, & gloriam, & sedem paradisi obtinere meruerunt. *Iacta in Deum cogitatum tuum, & ipse te enutriet, Psal.* 54. Iram, superbiam contumaciam, maledictum extingue, & detestare. Detractionem, inuidiam, amaritudinem, blasphemiam extingue, & detestare. Odia, auaritiam, vanitatem, & omnem sermonem malum extingue, & detestare, scurrilitates & verbositates, vel cogitationum malarum initia, & spiritus fornicationis cum omnibus operibus malis extingue & detestare.

Hæc sunt vitia atque peccata, quæ te inimicum Dei faciunt exulcerant, & computrescere faciunt animam tuam. **E** Custodi igitur semetipsum, & animam tuam sollicite. Cogita iam in proximo esse diem commigrationis tuæ. Obserua, ne te in vltionibus tuis teterrimi, & fœdissimi dæmones excipiant. Obserua, ne te crudelissimi inferni tortores, & mors æterna suscipiant. Obserua, ne mors tua luctus sit Angelorum. Obserua, ne gaudium inimicorum deuenias. Cogita semper illam horam, quando anima aut ad vitam, aut ad mortem tradita est, qua te in portu esse manifestum est. Tene te ad humilitatem, & timorem Dei, & benignitatem, vel puritatem mentis. Tene te ad patientiam, & mansuetudinem, misericordiam, & charitatis silentium, & magnanimitatem, & orationis in-**A** stantiam. Tene te ad crucem, vt non facias voluntates suas, quasi sæculo iam defunctus, æterna scilicet, ac beata perennitate mansurus. Ecce ad te Sampson Iud. 16. consecratus Deo. Excute de sinu meretricis carnis tuæ, ne abradas sanctorum operum crines de anima tua, & tradas te inimicis, & obscurentur oculi tui, quibus Deum vides: sed lumen oculorum tuorum, id est, Patris, & Filij, & Spiritus sancti gratia sit tecum. Repara in te crescentis virtutis crines, & vna cum inimicis carnis tuæ vitia moriantur.

Cum hæc omnia, quæ præcepta sunt, opera bona intento corde implere contenderis, & tota animi virtute custodieris, amœnitatem paradisi, ac dulcedinem futuræ beatitudinis, consortiumque Sanctorum Angelorum sine fine mereberis obtinere. Ipso adiuuante, **B** cui est honor, & imperium, virtus, ac potestas, in sæcula sæculorum, Amen.

Incipit Homilia sancti Sedati Episcopi, de Epiphania.

PRoxime, fratres charissimi, redemptoris nostri celebrauimus sacramentum, quo Deus hominem cum infirmitatibus induit. Hodie vero illud excolimus, quo se in hominem Deum virtutibus declarauit. **C** Pro eo quod in hac die, siue cœlo stellam ortus sui nuntiam præbuit, siue quod in Chanaam Galilææ in conuiuio nuptiali aquas in vina conuertit, siue quod in Iordanis vndis aquas ad reparationem humani generis suo Baptismo consecrauit. In quolibet horum trium salutis nostræ mysteria continentur & gaudia. Nobis enim ex Virgine natus est, quod stella monstrauit nos in melius esse mutandos, operis miraculo, & aquarum conuersione signauit. Nobis remedia prouidit ex Baptismo, quod in Iordanis alueo aquas dedicauit, & ideo, fratres charissimi, in omni actu nostro stellam fidei præferamus, & in custodia puritatis Christi Baptismum celebremus, quia hæc Christi generatio tuæ fidei confirmatio est. Et quia per vniuersum mundum sacramento Baptismi humano **D** generi opus erat, aquis benedictionem dedit, quando in Iordanis alueum, vnica, ac singulari pietate descendit. Tibi ergo nascendo, Christus aduenit, tibi viuendo militauit, tibi moriendo conflixit.

Quem vides pro te mortuum, propter te intellige baptizatum. Illud fratres charissimi, quod die tertia nuptiæ factæ sunt, hoc, quod aquam in vinum conuersum fuisse, modo cum Euangelium legeretur, audistis. Sex autem hydriæ, sunt sex mundi huius ætates, per quas iusti figuram & typum Domini prætulerunt. Capiunt metretas binas, vel ternas, quia fidem intra se continent Trinitatis. Sed videamus quid dicit sermo diuinus, & ipsa sacri Euangelij tractemus oracula. In Chana Galilææ aquas in vina conuertit, & latentem sub homine Deum operum virtute detexit. **E** *Et die*, inquit, *tertia nuptiæ fiebant.* Quæ sunt istæ nuptiæ, nisi gaudia salutis humanæ? quare die tertia, nisi quia die tertia resurrexit? Itaque tanquam Sponsus procedens de thalamo suo descendit ad terras, Ecclesiæ ex gentibus congregandæ, Incarnatione iungendas. Cui quidem & huius Ecclesiæ, quæ vtique sumus nos, & arrhas, & dotem dedit. Arrhas dedit, quando nobis est ex lege promissus. Dotem dedit, quando pro nobis est immolatus.

Et alio modo hoc potest accipi, vt arrhas, præsentem gratiam, dotem intelligamus vitam æternam. Videamus quid agit in Chanaam Galilææ. Hic iam prodant nobis Deum stupenda miracula. Statuuntur

hydriæ capientes metretas binas, vel ternas. Implentur hydriæ, mutantur subito aquæ, homines postmodum maturi dum in melius reformantur, velut Baptismate vini liquaotur quodammodo, deficiente ergo vino, dicit ad Iesum mater eius, Ioan. 2. *Vinum non habent*. Iam primo loco requiramus, quod sit vinum, quod defecisse dicitur, & quod sit aliud vinum, quod mirabiliter præparatur, quod Architriclinus melius esse pronunciat *ibidem* dicens: *Omnis homo primum vinum bonum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu vero seruasti vinum bonum vsque nunc.* Vinum multis locis accepimus diuina præcepta & Scripturas sanctas, meracissimum vigorem cœlestis sapientiæ continentes, quibus ad timorem Dei incalescat sensus, & inebrietur affectus.

Secundum illud, quod de sapientia dictum est: *Parauit mensam suam, miscuit vinum suum in cratere.* Scripturarum ergo diuinarum virtus, si quando alicuius interiora repleuerit, dicere poterit cum Propheta, Psalm. 59. *Potasti nos vino compunctionis, & populum tuum inebrians quam præclarum est?* Operante ergo Christo in Chana Galilææ, vinum defecit, & vinum fit, id est, vmbræ remouentur, & veritas præsentatur. Recedit lex, gratia succedit. Carnalia in spiritualia commutantur. In Nouum Testamentum, obseruatio vetusta transfunditur: sicut beatus Apostolus dicit 2. Cor. 3. *Vetera transierunt, & ecce facta sunt noua.* Quomodo autem hydriæ illæ impletæ aqua, nihil minuunt ex eo quod erant, ita lex non perit per aduentum Christi dissoluta, sed proficit. Vino ergo deficiente, vinum aliud ministratur. Bonum quidem est vetus Testamentum, sed sine spiritali intellectu vanescit in littera, 2. Cor. 3. nouum vero odorem vitæ reddit in gratiam, 2. Cor. 2. Cum hæc ita sint, Architriclinum ipsum præpositum in domo Sponsi, videamus, quem sentire possimus. Et quem alium, nisi beatum Paulum intelligere debemus, qui post legis literam, acceptum noui Testamenti mysterium suauissimo, vel odore, vel gustu, & spiritalium sensuum fragrantia repletus, & inebriatus exclamat & laudat: *Tu seruasti bonum vinum vsque adhuc? Ioann. 2.* Videamus tamen quemadmodum ipsum vinum laudat. *Nec oculus*, inquit, *vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Ecce vera, ecce prædicanda miracula, quæ in nobis operatur, quando de pessimis bonos facit, de superbis humiles, de inhonestis castos, de sectatoribus sæculi, amicos Dei.

Quæ potest maiora exercere miracula, quam quando hominem vermem & putredinem dignatur in statum angelicum promouere? de terrenis in cœlestibus collocare, & in gratia suæ adoptionis? Solemnitatem, quæ de Domini natiuitate præcessit, ea fide celebrauimus, qua ex homine Deus natus est, hanc vero ea obseruatione veneramur, qua Deus in homine declaratus est. Illic infirmitatibus absconditur: hic virtutibus reuelatur. Hodie enim Magnos ab Oriente venientes vsque locum, gentibus Saluatoris stella Christum quærentibus, monstratura perduxit. Experitur sub humili tugurio sacra natiuitas. Adorant in pannis, id est, sub tectione corruptionis humanæ inuoluta maiestas reuelatur. Innuitur mysterio diuinæ misericordiæ magnitudo, in eo quod ad Christum primum Æthiopes, id est, gentes ingrediuntur.

Interea beata perductam se ad sacra cunabula radio de super currente, miratur extrema gens bono publico prima fruitur. Quam stupenda dignatio! Inter amplexus genitricis includitur, qui cœlum, terramque complectitur. In sinu matris latet, qui regnum Patris excedit. Per simplex officium spiritale reuelatur arcanum. Humanitas cernitur, & diuinitas adoratur. Exhibent aurum, thus, & myrrham. Plena in mysteriis, quam in conscientiis offerentes, in auri munere,

A regia dignitas, in thuris vapore, diuina maiestas. In myrrhæ specie sepelienda demonstratur humanitas.

Ac [Trinitatem] oblationis numerus loquitur, vnitatem deuotio vna testatur. Ac per hoc vigili intentione cordis cœlum studeamus aspicere, si ad Christum cupimus peruenire. Dirigat nobis semitas viæ perfectas stella iustitiæ. Ei, qui dixit, *Non apparebis in conspectu meo vacuus*, *Exod.* 23. offeramus, & nos aurum fidei, pietatis aromata, castitatis holocausta, spiritalem quoque myrrham habeamus in nobis, quæ ita animas nostras condiat, vt illæsas à peccati corruptione custodiat. Mutemus viam, si peruenire optamus ad patriam, ad patriam vtique cœlestem. Ac sit inter vtrumque commercium, vt illius nobis proprietatem vsu istius comparemus. Ita elaboremus, vt

B illius ista sit pretium.

Illud autem quod ait Euangelista, Magos admonitos esse in somnis, ne redirent ad Herodem, sed per aliam viam ad regionem propriam remearent, hæc etiam nobis spiritaliter præcipiuntur. Et per aliam viam, id est, per aliam conuersationem reuertamur ad patriam. Forte aliquis requirit, quomodo id fieri possit? Qui hoc scire desiderat, audiat Prophetam dicentem: *Diuerte à malo, & fac bonum. Inquire pacem, & sequere eam, Psalm.* 33. Hoc enim ordine per aliam viam reditur ad patriam.

Nam quia per superbiam cecidimus in mundum, oportet vt per humilitatem redeamus ad Paradisum. Per cupiditatem ad seruitium diaboli venimus, per misericordiam ad Christum Dominum redeamus.

C Per voluptatem, atque luxuriam durissimum iugum diaboli sustinuimus, per charitatem, atque iustitiam leue iugum Christi suscipere festinemus. Per vias infidelitatis atque nequitiæ diabolo infeliciter seruientes, ab angelorum societate discessimus, per vias bonitatis, ac fidei redire ad principale studeamus. Si hoc ordine vias mortiferas relinquentes, vias vitæ tenere voluerimus, de sinistra transtari ad dexteram, Magorum itinera fideliter, ac fideliter possumus imitari. Qui prius solebat res alienas tollere, & nunc suas cœperit misericorditer erogare, non tibi videtur per aliam viam incedere? Qui fuit adulter, & est castus. Qui fuit ebriosus, & est sobrius. Qui solebat maledicere, & benedicit. Qui fuerat inuidus, & est benignus si enim

D orationibus simul, & bonis operibus, Deo auxiliante, contendimus hoc ordine conuersationum nostrarum itinera in melius commutare, ad æternam beatitudinem poterimus feliciter peruenire. Quod præstare dignetur, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

HOMILIA BEATI PAVLI DIACONI.

Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere de seruis suis.

E PRæsens sancti Euangelij lectio, quam nunc vestra fraternitas audiuit, ad superioris interrogationis verba respicit quam Beatus Petrus cœlesti Domino magistro intulit dicens: *Domine, quoties peccauerit in me frater meus, dimittam ei vsque septies?* cumq; responsum à mitissimo Domino accepisset, vt non solum vsq; septies, sed septuagies septies, remissionis gratiam protelare deberet, id est, vt quadringentis nonaginta vicibus offensus, offendenti sibi fratri noxa relaxando concederet: scilicet vt toties veniam peccati in die tribueret, quoties ille peccare non possit. Ad confirmandum ergo tantæ pietatis præceptum

hans

hanc similitudinem, id est, parabolam, subiunxit, vt qui à Deo sibi relaxari magna desiderant, ipsi in delinquentibus sibi proximis, saltem in minimis ignoscant. Sed & familiare esse dicitur Syris, & maximè Palæstinæ regioni (quæ pars vtique Syriæ est, in qua Dominus corporaliter apparere dignatus est) ad omnem penè sermonem suum parabolas iungere, vt per quod simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem subditi teneatur exempli: præcipitur enim Petro sub comparatione regis & domini, & serui, qui decem millia talenta debuerat, & à domino rogans veniam impetrarat, vt ipse quoque dimittat conseruis suis, cum in eum delicta minora commiserint.

Si enim ille rex & dominus seruo debitori decem millium talentorum, tam facile tam grandia dimisit: quanto magis serui conseruis suis debent profectò minora dimittere? sed iam textum lectionis huius, de qua summatim aliqua perstrinximus, auxiliante Deo ex ordine persequamur. Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi. Per regnum cælorum, sicut vestræ charitati notissimum est, sancta Ecclesia solet intelligi. Homo iste rex, sicut & superius dictum est, humani generis conditor, & rector accipi potest, quem frequenter sacræ Scripturæ series regis nomine solet appellare. Iam verò quod sequitur, *voluit rationem ponere cum seruis suis*, quæstione animum mouet, quando cum seruis suis ratio poni potuerit: si enim de iudicio illo magno & terribili dictum voluerimus accipere, ibi profectò nullus erit, qui postquam condemnatus fuerit possit iterum veniam promereri: præsertim cum ipse textus huius lectionis non de futuris prædicere; sed præterita videatur facta narrare. Item si de præsenti tempore factum accipiatur, contrarium esse videtur illud quod Dominus in Euangelio dicit, *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio*, vt vtique dum secundum susceptam humanitatem visibile in omnibus iudicium, & vniuersale Filius exhiberet, rursumque de semetipso Filius ait, *Ego non veni vt iudicem mundum*, scilicet quia in alio aduenturus erat ad generale, & visibile iudicium exercendum. Si ergo neque de futuro iudicio, neque de præsenti hoc accipi potest, quando ergo fieri potuit, quod iste seruus debitor rationem legitur posuisse? sed sciendum est, quia ipse Filius, qui se dicit in primo aduentu suo in iudicium non venisse, occulta exercuit iudicia, sicut alio loco dicit, *Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.* Exercet ergo iudicium, licet non generale, sed tamen speciale, hoc præsenti tempore, omnipotens Deus, hoc est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, quorum tamen non diuersum, sed vnum constat iudicium esse, de quibus iudiciis in sacra Scriptura testimonia plura sunt, quale vnum est illud: *Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta:* & multa similia. Hoc ergo iudicio quo singillatim cunctorum hominum facta diiudicantur, etiam iste seruus rationem positurus adhibetur, quia nullus hominum aliquid peragere potest, cuius facta Deus omnia sciens non approbet aut condemnet. Decem millia verò talenta, quæ seruus iste domino suo debet, multiplicia & grauissima ponderis crimina debent intelligi, decennarius quippe numerus perfectionem significare solet, quo etiam numero decem legalia præcepta data referuntur. Quia enim iste seruus, qui tam multipliciter deliquit, decem legalia præcepta contempsit, benè istius serui debita denarius numerus continet, decem millium ergo numero solet summa perfectionis intelligi: quale est illud in Psalmo: *Currus Dei decem millium multiplex.*

Cum enim sanctæ animæ currus nomine, quia eis Deus præsidet, vt ad mentes audientium discurrat,

A innumerabiles vtique sint, decem millium tamen numero (qui, vt dixi, pro vniuersitate ponitur) in hoc versiculo appellantur: pari modo etiam hoc loco multiplicitas omnium peccatorum sub decem millium numero significata reperietur. Quid autem hoc loco per talentum, quod grauis est ponderis, nisi multiplicia & grauia, quæ deorsum trahunt, peccatorum pondera? Vnde & mulier illa quæ apud Zachariam Prophetam sub impietatis specie ponitur, super talentum plumbi sedisse perhibetur. Nam tantæ iniquitatis nonnulli hominum existunt, vt via sit vllum peccati flagitium, cuius colluuionis contagio non fœdentur. Quid itaque isti, qui dum per omnia sine respectu flagitiorum crimina discurrunt, nisi decem millium talentorum debitores existunt? Debitor

B igitur iste talis, dum non haberet in tanto debitu quod redderet, scriptum est de eo, *Iussit eum Dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.* Huius debitoris vxor, in qua cupiditas sua; filij verò eius, peruersæ operationes: vniuersa verò, quæ habet, malignæ simul, & multiplices intelligi cogitationes debent: sicut & in bonam partem in Psalmo legitur: *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*: quo loco vxoris nomine sapientia, filiorum verò appellatione bonorum operum facta significantur. Debitor itaque iste peruersus cum vxore & filiis, & omnia quæ habet, venundatur, quia pro iniustitia, cupiditate & nefariis operibus, pessimisque cogitationibus perpetuis tormentis addicitur, cuius quasi hoc est de venundatione

C pretium, de cruciatibus videlicet inferni sumptum vindictæ supplicium. Tales ergo rationes, taliaque iudicia occulta quotidie à Deo nostro in humano genere exercentur, & vnusquisque hominum pro qualitate suorum operum, aut ad gaudia, aut ad supplicia destinatur: prodeunt tamen nonnumquam hæc iudicia ante oculos visibiliter hominum, vt omnipotens & iustus Dominus rerum humanarum curam solemniter gerere demonstretur, sed quia multi sunt, qui pro suis iniquitatibus iam æterni supplicij destinati respectu diuinæ misericordiæ ad preces & lachrymas conuertuntur, & rursus ad salutem redeunt: benè de hoc debitore seruo subiungitur, *Procidens seruus ille rogabat eum dicens, Pœnitentiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Procidere hic seruus dicitur, hoc est, in

D terram cadere: quia omnis peccator si vult ad veniam attingere, abiecto vniuerso cordis tumore debet omnimodis se terram & cinerem existimare, vt à vera humilitate incipiens, valeat sibi à Domino patientiam impetrare. Sed quia nullus est, qui Domini misericordiam desiderans, si instet in precibus, non exaudiatur: mox de Redemptoris nostri misericordia subinfertur, cum dicitur: Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit illi. O quanta est clementia, quantaque pietas Conditoris nostri! Ecce audiuimus iustum seruum obnoxium maximis peccatis, ad vnius precis supplicationem tantorum veniam meruisse. Cur itaque pigri sumus pro nostris peccatis Domino preces effundere, quando ecce verax habe-

E mus testimonium quod sibi supplicantibus celerrime ignoscit? Sed quia sunt nonnulli, qui postquam veniam à Domino pro magnis criminibus merentur, tam duri, & immisericordes existunt, vt in minima delinquentibus sibi proximis nulla misericordia compassioneque flectantur: rectè de hoc subinfertur seruo, *Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes.* Quantum interest inter centum denarios, & decem millia talentorum, tantum profectò interest inter parua, quæ contra nos homines committunt, & maxima debita, quibus nos peccando Deo debitores existimus, & tamen obliti tantæ gratiæ, tantæque misericordiæ,

cum nobis plura dimissa sunt, proximis minima non relaxamus.

Quisquis itaque es, qui multorum criminum debita desles, & propter hæc incessanter apud Dominum preces effundis: tam libenter proximorum offensas tolerare debes, quàm multipliciter te respicis in omnipotentis Dei conspectu deliquisse. Si enim ab isto seruo, cui tanta dimissa sunt, & post veniam & remissionem ista debita exiguntur: quanto magis à te, cui fortè hæc debita adhuc dimissa non sunt, nisi proximis dimiseris, exigentur? Sed quia sunt nonnulli, qui & mala, quæ possunt, proximis inferunt, & tamen iuxta hanc sententiam sibi omnimodis etiam superbientibus, ignosci volunt: attendant diligenter quid de isto seruo scribitur. *Et procidens*, inquit, *conseruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Ecce etenim & parua huius conserui debita describuntur, & magna in eius supplicatione humilitas demonstratur.

Quisquis ergo & minimo à proximo debito teneris, si verè vis veniam consequi, debes vtique terræ consternatus humiliato corde veniam supplicare: sin vero aliquis etiam crimina perpetrans iuxta hanc sententiam ab eo qui sibi prælatus est, quærit ignosci, iste meminisse debet, non centum denarios conseruo, sed talentorum millia Domino se & regi debere. Huic igitur qui talis debitor existit, si is, qui prælatus est, culpas impunitè dimittit, non mediocriter profectò ostendit, quia debita cælestis regis & Domini sua præsumptione resoluit: ea namque quæ in nobis committuntur, facilè possumus dimittere: ea vero, quæ in Dominum commissa sunt, cum magna debemus discretione, nec tamen sine pœnitentia, relaxare.

Sed iam audiamus, quid iste seruus impudens, cui tot & tanta dimissa sunt, supplicanti sibi pro minis conseruo suo, intulerit. Sequitur: *Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.* Ecce qui supplicanti sibi conseruo misericorditer ignoscere debuit, eum contumaci proteruia in carcerem misit. Constat autem, quia dum carcer à coërcendo dicitur, qualiscumque restrictio carcer appellatur.

Sed non impunè relinquitur factum superbia, quod nescit in proximo habere miserationem: nam continuo sequitur: *Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valdè, & venerunt, & narrauerunt Domino suo omnia quæ facta fuerunt.* Quos alios conseruos, nisi sanctos Angelos debemus intelligere? quos scienti omnia Domino certum est, horum facta nuntiare. Iuxta illud quod in Salomone legitur: *In mente tua regi ne maledixeris: & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, quia aues cæli portabunt vocem tuam*; hoc est, ne in corde tuo contra Christum Regem aliquid blasphemum loquaris; neque post regem, de Sanctis quoque eius facilè deroges; quia aues cæli, id est, sancti Angeli, qui iuxta Zachariam, terram circumeunt ad instar auium, nostra verba & cogitationes ad cælum ferunt. Qui vtique dum nos praua gerimus, contristantur, quia habere nos veraciter socios in cælesti illa beatitudine concupiscunt. Sed iam quid iste rex & Dominus nunciantibus conseruis, id est, Angelis, dicat audiamus. Sequitur: *Tunc vocauit illum Dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne oportebat & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* Auertat à cunctis fidelibus omnipotens Deus huiusmodi increpationis improperium: & ipse potius largitatis suæ concedat dono, vt quam misericordiam ab ipso expetimus, eamdem semper delinquentis in nobis proximo impendamus: ne si roganti misereri negligimus, sententia subiecta feriamur. Sequitur: *Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.* Tortoribus seruus iste traditus, quoadusque vniuersum debitum reddat, quia tantum excruciabitur per supplicia, quantum hic fuerat procliuus ad culpam. Tortoribus videlicet traditur, quia à malignis spiritibus, quibus hic obsequutus fuerat, mancipatur, vt illi eum rapiant ad supplicia, quos hic habuit fautores ad culpam. Qui hic ob hoc quoscumque possunt instigant ad vitia, vt illic post Iudicij tempus, quo ipsi condemnandi sunt, habeant socios in pœnam.

Sequitur sententia valde terribilis, qua tamen totius clauditur intentio lectionis: *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis, vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Dura quidem videtur humanis mentibus huius sententiæ comminatio, cum apud se mens soleat dicere: Quomodo possum ei ignoscere, qui mihi nihil se lædenti tot & tanta mala irrogauit? Sed si alia verba Domini ad memoriam reducimus, huius profectò sententiæ in nostris mentibus asperitas leuigatur: ait namque in alio loco Dominus: *Estote misericordes, sicut & Pater vester cælestis misericors est*: & iterum: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, vt sitis filij Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.*

Consideremus ergo, quanta sit dignitas, quanta sublimitas, ad similitudinem Dei viuere, & indignis quibusque sicut & ipse facit, misericordiam impartiri, ac per hoc cælestis Patris filios effici. Intulerit nobis aliquis multa & grauissima damna, exhibeamus in eo ad instar cælestis Domini misericordiam: habeamus odio iniquitatem quam fecit, diligamus in eo quod factus est; execremur in eo peruersitatem operis quam gessit; sed amemus in eo quod homo est: sit nobis in odio quod malignitate repletus est, sit in charitatis amore quod frater est. Sic nobis pro illo, sicut & pro nobis ipsis orandum est; & quodcumque nobis cupimus prosperum euenire; peri etiam modo nobis in voluntate sit, & vt eueniat illis. Hæc ita facientes, non solum prælatam sententiam euademus, sed etiam filij Dei erimus: ac per hoc æterni Patris gaudiis sine fine potiemur.

ORATIO

MAXIMI PLANVDIS

IN CORPORIS IESV CHRISTI SEPVLTVRAM, ET SACROSANCTÆ Dei Matris Lamentationem: Interprete Ioachimo Axonio, Grauiano.

Habita postridie Parasceues.

QVidnam quis coniectet ex his signis, quæ in præsenti rerum statu cernuntur (non enim sine magna causa accidisse videntur, ac eiusmodi sunt, vt omnium animos ad legendum inducere possent) quid rursum is cogitet, qui ea, ad quæ parantur, spectet, siquidem lętitiæ, festiuitatisque omnium maximę hęc nuntia sunt? Quid igitur horũ vtrumque, & vnde, ac quo tendit? neminem qui ex nostro sit ouili, hoc ignorare arbitror. Cui enim ignotum est, illud esse, Christum in sepulchro iacere cum mortuis: hoc vero spem resurrectionis ab ipso prædictæ. Verum posteriori in præsentiarum supersedeamus (nisi fortè ambo explicentur per se mutuo: quando de vno qui verba faciat, alterum silentio præterire nequeat) ad ea vero, quæ, quod prius est, exigit, dicturus accedo, etsi forsan satius esset, taciturnitate hunc me venerari diem, quam oratione mea videri magis, quam dignitas

gnitas admittat, rum mutilatè ante oculos ponere. Hertingium illa videre libebat, quæ sat magnam habebant vim, vt homines prorsus lapideos ad se conuertere possent, ac ipsis tantum non ea, quæ vocem edunt, ostendere quod non hominum merum solum, sed Deum hominem Iudæorum grauasset inuidia. Quæ autem hæc sunt, quæ dicu? Tenebræ soli offusæ, terra è fundamentis conuulsa, saxorum velut ab ictu facta diruptio, velum templi à nulla, quæ quidem vel tenui sensu percipi potuerit, vi discissum, & quod maximè fuit horribile, mortui è patefactis sepulchris prosilientes, & in multorum conspectus prodeuntes. Hæc enim, atque his multo magis admiranda necesse erat fieri, cum Deus in carne pateretur, & iniustè suspensus esset in lignum.

Quinetiam par erat, cum is qui cuncta continet, conturbelis obtueretur, vt hæc quoque in discrimen pereundi, & cælum (quod dici solet) terra miscendi, adducerentur. Hodie autem & aliud contingit mysterium, nimirum Dei ad inferos descensus, vt qui in terris cum adhuc versaretur, Euangelium prædicauit viuis, non minus his, qui à multis iam sæculis vita defuncti fuerant, annuntiaret similiter. Neque enim debuit, cum natura sua, iustus sit, horum nomine, qui inde fuerunt, ex quo apud nos est peregrinatus, & qui deinceps futuri sunt, quamdiu nox & dies sibi mutuo sunt successiua, conati omnia, quæ ad * primum hominem nos reducant: eos vero, qui antea descenderant ad inferos, calamitosè & quoquo tandem modo in tenebris agentes despicare. Nam decuit illum non solum viuorum, sed etiam mortuorum Deum & seruatorem declarari, & ita deuastare regnum peccati, quod erat infernus & mors. Tantum enim valuit aditus peccati in homines, vt hæc secum intulerit, atque hoc iactare potuerit, quod naturam humanam illuc delapsam velut hæreditatem irreuocabilem nactus fuerit.

* Naturam illam hominis insontem, qualis in primo parente nostro fuit Adamo ante lapsum, intelligit.

Erat autem hoc quoque bonitati simul & magnitudini Dei proprium, vt quem immortalitatis munere donarat, hunc à peccato ad mortem protractum, non negligere, sed manum porrigere iacenti, & de casu rursus ipsum leuare. Qui quæso conuenisset, imo vel auditu penitus tolerabile fuisset, peccatum omnino offerri & attolli contra potentiam & bonitatem Dei: posteaquam bonum sit * eiusmodi, vt per se existat, & omnia contineat; malum verò nihil sit, quo dici possit subsistere. Qua de causa cum statuisset Deus ad integritatem figmentum suum reducere: nec Angelis, nec Archangelis redintegrationem commisit, quandoquidem nec primam fingendi nos copiam illis fecit, sed ipse hanc potestatem sibi sumpsit, qui præclarum illud manuum suarum opus (hominem dico) noxa premi non est passus, vt quemadmodum ipse solus est Deus, ita & opifex esset & seruator, & hunc solum agnosceremus eum esse, qui hæc fecerit, eique soli gratias ageremus, & reuerentiam, sicut omnis creatura, exhiberemus.

* Videtur hic secutus Pythagoram, qui in ordine rerum quæ in natura sunt, *bonum* collocauit, *malum* vero in ordine eorum, quæ non existunt: hodie *priuatiua* seu *priuationes* vocantur in schola.

Ob hanc igitur causam, non vnum è cælo in terram iter instituit, sed & ad inferos vsque descendit, & postquam descendisset æreas portas effregit, & repagula subuertit: eorumque qui * in tenebris & vmbra sedebant, ærumna ferroque constricti, vincula abrupit, atque eduxit, caligine quidem ad lucem vasperæ oesciam, ex morte vero ad vitam æternam. Quibus etsi tardior, tamen desideratior ad liberandum seruator adfuit. Apparuit enim illis in fine sæculi, his vero sic, vt non minus optabile fuerit, clamorem suum non fugere perpetuo illum, qui solus facere saluos poterat: quam ab initio non decidisse illuc, vnde nisi quis exemptus esset, & melioribus reuixisset partem nihil potuissent gratius.

† Hoc illud est Propheticum: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnam.* Esa 9, 2.

Cum itaque multa sint admiranda opera, quæ carne indutus, in illa, qua ad nos venit, demigratione, seruator noster ostendit, cuncta illa quidem talia, vt omnem dicendi vim superent: tum vnum est & summum & maximum, confectum hodie, id autem est inferni vastatio, mortis mors, liberatio animarum, & ad cælos patefactus volentibus aditus, quo omnia alia, siue propius admota, siue longius amota, referontur: haud aliter, quam gladij, quam clypei, quam galeæ, quam hastæ, aliique armorum, armatorumque apparatus, vt equorum conglobatio, ducumque, & his subditorum ac subsidiorum acies, ad vnum omnia spectant, vt scilicet circumueniatur hostis. Atqui (si videtur) paulum contineamus nos, & à sermone quiescamus: donec seruator quæ apud inferos sunt agenda, perfecerit. Interim eamus ad sepulchrum, lamentabiles virginis matris, quos filio effudit, auditori fletus, post ad ea, quæ hic annectenda fuerant, reuertemur. Eamus autem tacito, non iam ambigentes * aut propter hæsitationem aliquam moratores, sicuti Petrus olim & Ioannes: sed ne interrumpamus, aut disturbemus luctum.

* Hi enim eam ad ipsos ad latã esset per mulieres de resurrectione Domini, non crediderũt, sed φάσματι loco nuncium habuerunt.

Quia vero probè officio vestro functi, patientes huc vsque aures præbuistis, & procul à sepulchro constitistis, auscultate & nunc. * *O terra*, ô sol, ô æther, quantos percipitis (si quis vobis est sensus) hos meos ploratus. Qui quondam vnicus mihi fuit filius, qui vnicum mihi solatium, hunc in sepulchro video iacere mortuum, & paucos admodum, qui huius cladem miserentur, præclarè secum actum iri ratos, si non arguantur hunc * nouisse hominem. Nam ne bis iacenti adgemiscere deprehendantur, probè sibi cauerunt vndique. At, quam multi diuersissimæ mortis vndequaque mihi incumbentes metus, suadent, vt hæc tegere velim. Qua ratione mihi imperem, vt non altissimo fletu, planctuque exclamem, etiamsi nemo admittat, sed omnes probibeant. O tristissima omnium dierum dies, quæ tum mihi exorta, cum filium vidi è ligno suspensum, clauisque perfixum, & latus eius hasta apertum, atque ipsum ea perpetientem, ad quæ nec animum aduertere queo. Cur hanc non è corpore euulsi animam, cum acerbitatem illam sim intuita præsentem quæ etiam nunc, quoties ad memoriam reuoco, me penè exanimat. Heu tuam, nate, cædem, heu iterum, atque iterum, quam iniustè cruci es affixus, quàm iniquè clauis es percussus, quàm impiè hasta ictus. Grauibus tu pressus malis, ex humanis migrasti: grauioribus vero ego afflicta cogor. Optatius enim est, matrem obire, quam in dolore viuere. Quam miseriam primo, quam deflebo postremo. Totis mihi opus foret fluminibus in lacrymas versis, si vnicuique singulatim essem immoratura. Illusus es tu, ego ma ploratu confeci. tu colaphis cæsus es, ego faciem texi, intuitum Solis nequaquam ferens: tu sputo conspurcatus diffluxisti, me ignominia ista coëgit, totum me lacrymis perfluere: tu purpura cum derisione es indutus, mihi si quis * saccum lugubrem porrexisset, libenter amplexatam vidisset: tuum arundine caput est percussum: ego meum caput manibus contudi: tu flagris laniatus es, ego ma rotam discerpsi: tu suspensus es, ego præ dolore concidi: tu clauis cruci es affixus, ego rigida & immota mansi: tu fel cum aceto bibisti, meam amaritudinem quo pacto eloqui possem: expirasti, ego propemodum: hasta sauciatus es, meum cor acutus penetrauit ensis: denique nunc in sepulcro iaces mortuus, mea conditio etiam mortuorum conditione est mirabilior, & multis mortis generibus grauior.

* Oratio diuæ Virginis matris, plena συμπαθείας ars fletosissimorum

* Tangit verba Petri Dominum suum negantis.

* Amore Iudæis olim receptus hoc recepit, quin reb afflictis saccum induebant, vt in Niniuitarum historia legimus Ion. 3.

Vtinam in Ægypto tecum & propter te, fili mi, illuc profecta, mansissem, nec vlla via ad Iudæos reuertissem. Forsan enim non assiderem nunc mortuo huic lapidi, * lapidi meis lachrymis madenti, mœrorem mœrore atque dolore cumulas. Oportunè declinauimus, ô nate, tunc temporis furorem Herodis. In

* Lapis sepulchri hic est.

A peregtina, quam propria, eaque quæ nos tulit & educauit, vitam duximus tutiorem. Debebat alter scilicet Herodes iterum ad mortem persequi animam tuam: Herodes, inqoam, cum Pilato, aduersus te conspiratione conflata. Atque nunc quidem mortem oppetisti tu, ego vero misertima mater gemito contabesco. Defecerunt omnes amici, adeoqoe discipuli, tui exemplo securius se continere docti: ac incumbens periculum fuga enitant. Hei mihi, quod etiam latronibus peior sis æstimatus, & Barrabas ad vitam, tu ad mortem sis expetitus. Multis tu quidem matribus è morte restituisti liberos, atque id ounc gaudent, & sibi gratulantur: mihi vero ecquid tale contigit? mortuum te lugere vnigenam, primogenam, cur non me prohibuisti? Cæcos videndi munere donasti, surdis auditum instaurasti, impeditis lingua vo- B cem explanasti, manus & pedes mancos in integrum restituisti, quantorum & quam multorum miraculorum tu vnus fuisti Author, ac quod maximè est, mortuos velut ex * somoo exuscitasti. Ego quod talis filij mater vocarer, gloriabar. Vbicumque enim tuorū miraculorum erat recordatio, ibi & tu benè audiens aderas, quo vero tui fama perueneras, illic & me, quæ te genuissem, felicem prædicandam censebant. Nunc vero exiguum tempus sat fuit, ad peruertenda hæc in fletus & lachrymas. Commota est autem, oate mi, tua afflictione omnis creatura.

* Somnum vocat corporis & animi dissolutionem ex doctrina ipsius Christi, qui mortuos *dormire* dixit: vti Lazarum cæterosque, quos è mortuis ad viuos reuocauit.

At quod vnumquodque elementorum singillatim sustinuerit, non difficile fuit videre, ne qua accessio fiat cæteris animo meo percurrendis: cum tamen ad me pertinere iudicarim, vnoquoque casu cor C meum percelli. Siquidem sole tenebris obducto, obducta sum tenebris, ac terra concussa, concussa * sunt mihi membra. Cum vero saxa sunt perfissa, & velom discissum, non potuit cor meom non discindi: sepulchra sunt aperta, ego haud aliter fui affecta, quam qui ad sepulturam efferuntur. Quoties quis nuntiabat structas tibi à Iudæis insidias, grauius ego timebam periculum vero: neque enim tui amoris leuis sollicitudinum cogitationes mihi inuciebat, sed metuebam tibi ea, quæ nemo sibi ipse metueret. Lapides in te sublatos audiui, ac me lapide * seosi frigidiorem. Quid vero? occubuit Ioannes? & tuæ ceruici securim impendentem fingebam. Is cui tu visum donaras, è Synagoga est eiectus, & D ego sæuam tui persecutionem apud me voluebam. Iam vero Lazarus tuo beneficio morte exemptus, ad necem rursum est quæsitus, & hic de te mihi renouabatur formido. Sed hæc eo sunt progressa, vt metum attulerint, quæ verò nunc euenerunt, finem metui imposuerunt, atque initium fletus & luctus mihi adduxerunt. Te nate propter hæc defleo, & tuo nomine ploro, nescio diem, quæ meas lachrymas sistere possit.

* In grauibus malis & anxiis doloribus hoc accidere solet, vt ex nimio humorum in corpore agitatorum motu & spirituum (quos vectores medici vocāt) collisione, σκότωμα, vertigo hoc est, caligo oboriatur oculis, quæ interdum efficit, vt homo velut mortuus, concidat.

* Metus frigus inducit, vt Physici docent. Lege Arist. & Alexandrum Aphrod.

Sinite me, quæ huc solatium allaturæ accessistis, mulieres. Si enim mare fluctibus & vi turbatum ventorum non potest non intumescere, & flumina ex alto delabentia absque sonitu ferri nequeunt: certè fieri oon potest: si modo ego mater sum, vt non lu- E geam filium charissimum. Debebam enim descendere comes indiuidua simul cum filio ad inferos: postoaquam nulla me voluptate sitis natura permittit. Atqui vtar eo, quod saltem mihi ipsa conciliare possum, solatio: Non ego expers arguar pietatis erga filium mater: non desinam, quem vtero gestaui, deflere: non conuocabo illas, quæ * deplorent, quem in hanc lucem produxi, quem educaui, vt mihi prouocentur lachrymæ: propendent enim & erumpunt, atque dolor oculis oboritur, quod exitum illis non dent latiorem. Vnde quæso mihi ipsa lenimen conquiram, quemadmodum multis licet matribus, relicta alicuius spe prolis, neque enim ea mihi superpetit, ita vt talis sors hæc sit, quæ infra omnem mitigationem prostrata iaceat.

* Hæc consuetudo fuit Iudæorum (quæ etiam inter Christianos, præcipuè Parnepes & Magnates seruatur) vt in funera adhiberent præficas, hoc est fœminas mercede funus deplorātes.

At quo dignitatis quam facile mihi filius fuisset euectus. Nam quis tanta potui gloria quæuisset, atque ille, nisi famam apud homines consequendam magis fugisset, quem sectari alij sint soliti? Quid vero? nonne damnarunt nullius criminis reum, non enim contradici potest. Quibus vnquam destitit beneficiis suos afficere homicidas? hæc quam consolationem non propellant & respuant? quos ploratus mihi non exciteut? Quiduis perpeti malim, quam sic filium indefletum relinquere. Iniquè profectò facerem, talem ego mater adepta filium; Puderet me quoque matrum, quæ hoc (si contingat) nomine potius student dici parentes, quam veri gestatione, quam partu, quam educatione pueri, hæc enim naturæ aliquis tribuat, illud vero non est eiusmodi, vt etiam mulieribus à naturali affectione alienis non sit commune. Multæ namque sæpenumero educauerunt infantes à se degeneres, illud verò rectè matres afficit. Peperi, cum filium peperi, eratque hoc mihi maximæ voluptatis causa, mihi enim videbar me parere, neque sciebam me hominibus parere furiis agitatis, mihi autem ipsi eiulatus, fletus & lachrymas enixi.

Nec sanè ab aliis ad me allato nuntio, filij mortem * deploro (fortassis enim acerbius ita fuisset malum) ipsa hæc contuita sum oculis, manibus & pedibus clauis perfixum, ipsa, hasta sauciatum, ipsa aliana sitientem audiui, & fel cum aceto bibentem vidi, neque animam, me præsente deposuit ad hæc quam immensam prætereo mœstitudinem. Qui non sanguinolentas extrudo lachrymas? Age, ô charum pectus, profundos suppedita mihi gemitus, vos autem oculi, scaturiginis instar lachrymas profundite, nunc enim gemitibus & lachrymis mihi est opus, hisque copiosis, vt pro dignitate fleam & plorem. Si quis magis nouus est eiulatus, si quis lachrymarum fons abundantior, nunc mihi omnes adsint, & fletum quam maximè augeant, neque enim dilectissimum volo deplorare & interquiescere, & iterum deplorare, atque iterum, sæpiusque ac sæpius: sed flere perpetuo: & in vniuersum nunquam desinere.

* Et hoc Physicum, verbis fidus & ex improuiso allatis magis conficit nemo quam lentis & paulatim se obducentibus, siue in aduersis, siue in rebus prosperis: quemadmodum multæ sæpe matres, te deuenientibus filiis viuis quos in bello occubuisse audierant, repente conspectis mortuæ conciderunt: Exempla apud Plin. lib 7. c. 53. Liuium 22. A Gellium 3. 15. & Val. Max lib 9. c. 12. extant, vt & alterius fortunæ.

Hei mihi, inuidia filium perdidit, inuidia mihi luctum peperit, cum quibus miseris dulcissimum matris nomen commutaoi? non sanè in leuibus mea versatur calamitas: omnium matrum dolores meum dolorem non attingunt: omitto illusiones, sputi iniectiones, colaphos, flagra cæteraque (cum magnis enim magni sæpè sunt conflictati) ad caput malorum venio, crucem, clauos, hastam (nisi ea quoque exigua sint, & fletu indigna) hæc quantam luctus magnitudinem noo exigunt? inuidia, inuidia (lethiferum in optimos quosque semper iactum telum, idque inde, vnde minimè quis suspicetur) sou, quæ in nostrum caput hæc deuoluit mala, inuidia (inquam) procellæ modo, in media qua fidimus clanculum inuidentibus & mordentibus, tranquillitate naufragium inuehere solita.

O crux, ô clauis, ô hasta, & tu, ô sepulchrum, reliquaque quæcumque hanc mihi adornastis tragœdiam, me ne solam inter omnes matrem possit hominum memoriam, tot tantisque ærumnis in vnum impetuosissimè confluentibus à vobis inuolui? Sat magnum vnumquodque vestrum habuisset pondus, ad emergendum luctibus animum meum: nec quidquam defuisset, quin extrema pati visa fuissem. Nunc vero omnibus simul incumbentibus, quo pacto onus feram? qua ratione vnicuique satis illamentabor, ac omnibus par eis accommodabo fletus? si nondum matris infelicis induam animum,

in

in quaotos ob hoc luctus prouoluar. Siquando in mentem venerit alicuius matris filium ad sepeliendum efferentis: illius dolor, meam mihi refricabit miseriam, meum enim malum inter omnia mala, quibus cum possit componi, primas per omnia ferre video. O malitiosum Iudæorum concilium, non vester profectò fuit parens Abrahamus, sed malus aliquis genius ab initio, deinde liuor, homicidium & mors, & si quod aliud * malum circum terram volutari solet. Non enim Abrahamus vos docuit, mortis insidias locare popularibus vestris: cui non ferendum videbatur, si peregrinus aliquis se inscium non affectus ab ipso prius beneficio, præterisset. Egregiam certè victimam huic festo delegistis (puris manibus alia administratis sacra) neque vos dici pudor aut reuerentia à rabie potuit reuocare. Quibus modis alienigenam inuaderetis, si tam sæuo furore in municipem vestrum estis inuecti.

*Idez opinione Platonicorum mansit, qui & in aere & aquis & circum terram quam plurimos & errare existimarunt spiritus cũ faustos, tum infaustos, Consulendus Iamblichus, Porphyrius, Proclus, Plotinus, & cæteri. Eiusdem sententiæ fuerant poetæ, quos olim vocabant Theologos, qualis Apollo, Callimachus, Hesiodus, & Hermes Trismegistus, aliique similes.

Hoc scilicet illud est, nate amantissime, quod Simeon venerandus ille senex sub inuolucris indicauit (cum te in templum de more comportatum manibus excepit, etiam dum infantem) mortem videlicet tuam. Nunc demum illum sentio ensem, quem cor meum penetraturum dixit. O cana veritate suspiciende vir, etsi nihil vnquam aliud de quoquam vaticinatus esses: hinc solum ego te inter vates collocarem, nam penetrauit, & penetrat cor meum gladius. & animum meum vulneribus opplet, & viscera laniat. Quam valde clare nunc illud mihi est perspectum, quod tunc obscurum erat. Quos tua morte conciliasti mihi, fili charissime mœrores? quas lachrymas, quos fletus è fletibus ortos? duros illos quidem quod te lucem suauissimam, me non sinis intueri. dulces alioqui, quod priores dolores vsque se excipientes inuicem, his exhauriens, me fortiorem reddam ad sequenteis. Vt malè pereat, qui te in tuam mortem conturans prodidit, quem discipuli muneris amicum facere videbatur: verum animus seruus, auaritiæ mancipium, illum coegit, in tempore prodere mentem inimicam & hostilem. Nemini talis contingat amicus, qui pecuniis inhiet: neque enim diu coniunctæ sibi mutuo possunt esse amicitia & sitis argenti, aurique: licet enim quandoque coeant (perfidiose sane) citissime tamen à se diffident atque secedunt.

Quid autem inscribat quis, mi nate, vnice dilecte, tuo sepulchro: IESVM HVNC INVIDENTIA IVDÆORVM, PRO PLVRIMIS, QVÆ IN IPSOS ETIAM INVITOS ET RESPVENTEIS CONTVLIT, BENEFICIIS SVPPLICIO CRVCIS REMVNERAVIT. Quam ipsis inuisa hæc fuerit inscriptio, tibi gloriosissima, mihi autem multarum lachrymarum monumentum. Multa, filij, sunt, quæ fletus meos grauiores & magis magisque acerbos efficiunt: quibus & hoc accedit, quod in sepulchrum coniectus sis alienum: nisi enim caritissent Iosephus & Nicodemus, quos tui persuasisset miseratio, haud scio, quomodo nunc iaceres insepultus, abiectus, & his, quæ conctis extrema persolui solent, destitutus.

Vnum superest, quod mihi lachrymas discutiet, si tertio die, quemadmodum prædixisti, resurrexeris. Istud videre contingat, non enim tua labia vnquam contaminauit mendacium. Dehinc taceo, lachrymis interea dolorem meum fouens atque producens.

Finis orationis Deiparæ virginis.

Hæc dum mater Dei profusis queritur lachrymis, sensi velut ex alto gurgite, alium vlulare quempiam, ac mihi ipse silentium imperans, mentemque adhibens, auscultaui. Erat autem, vt ex ingenti conijcere licuit vlulatu, subtus mugiens inferorum Princeps. Iam enim ex * capillo omnia ipsi pendebant. Quæ autem eboabat hæc erant.

*Prouerbium in res periculo proximas sumptum (vt videtur) ex Dionysij Siculorum tyranni historia.

Hem quis hic, qui iam alacri aspectu ad nos descendit, sublucentem Solem referens, plenus confidentia: non vt cæteri solent, toruo vultu incedens. Quid hoc? ipsum contra intueri nequeo. En aliud quoque. Cur omnes hi, qui nostro imperio hactenus fuerunt subiugati, ipsum circumstant, & gaudium ineffabile gaudent? omneis paratos video ad exitum, hilaritatem propter liberationem proferentes: nec iam nostram verentur potentiam, ne his rebus nouis & inusitatis offendar. Hem copiæ meæ, opem non feretis? Vestrum est, aut hunc comprehensum tenere, aut hoc ipsum illi persuadete, vt expectet, neque hoc temporis moliatur quidquam. O infortunatum me: hucusque omnia mihi ex sententia cesserunt, ac ita res meæ fuerunt, vt meliores esse haud potuerint: nunc autem, quæ ex vtilitate mea fuerunt, euertuntur & pereunt, contraria voto itterunt, & quod iam nullus sim, sed occiderim, non tam verbis disco, quam factis malum inoculum sensum prehendo: nec prius illis, qui hic degerunt, dominari nos sciuimus, quàm aliis nunc demum succubuimus.

Oratio Principis infernorum plena tumore, fastu & superbia, ob quam primo detrusus est in tartarum.

Quamdiu apud nos quidem mortui fuerunt, non omnino male habebant se res nostræ: his vero subductis, omnia videntur nobis impendere mala, nisi forte vice redeant versa, quod me præ cæteris torquet maxime. Primo enim regnum meum sublatum video, deinde aufugienteis eos, qui hactenus sub iugo nostro detenti fuerunt. Heu mala. Arbitror equidem oportuisse, sicut alios, qui huc descendunt, paruifacio, ita hunc quoque me nihili loco ducere. Atqui hic elatior, quam vt videretur aliquis esse illorum, qui hic conclusi tenentur, quin & hoc me gaudio affecit, quod putauerim hunc quoque in matriculam illorum, qui mihi parent inscriptum iri, quod vero omnibus effugiendi viam monstrauit, id calamitatum omnium est extremum. Consultius fuisset me cæteris, absque hoc, omnibus imperasse: quam vna cum ipso, alios quoque hiantem euomere.

Absorptus est nobis pridem alter quidam (Lazaro erat nomen mortuo) cum aliquis viuorum (queus hunc ipsum, qui nos tam malè nunc mulctat, hunc inquam, esse opinor) per vim abripuit, longiuscule, & diutius quam ipse hic est, apud nos versatum. Ego equidem tunc quoque dolui, passus ea, quæ non soleo: tuli nihilominus, exiguam rationem vnius esse habendam ratus, nunc vero de omnibus est periculum.

Quod si reuera hic est, qui nobis eripuit Lazarum, necesse est ipsum extrema moliri. Qui enim procul hinc absens edita tantum vnica voce effecit, vt vnius liberationem inhibere nequiuerimus: quid non patraturus est, cum apertè in nostram regionem irruit? Hei mihi, siccine illum depopulari omnia? itane hinc prædam abigere? Hactenus me tenuit admiratio Heliæ cuiusdam, & ante ipsum Enochi: quod ij, qui huc descendebant, per quam ridere suum nuntiabant descensum, hic autem non eiusmodi immortalitatis particeps, sed & gloria potitus, eminet inter omneis: Sed heu, quid patior? eiicior, verberor, euertor, vinculis constringor. Sic vlulantem audiui inferorum principem, atque ex ipso vastationem ipsius intellexi.

Finis orationis principis inferorum.

Nunc tempus est, quo natura humana aduersus hostem glorietur malignum. Quæ enim * dilecta non fuit, dilecta est vocata, & Deum nacta est amantissimum. Si enim Pater Filium, propterea quod ipsum genuerit, amat: Deus quoque hominem, quod

*Sumptum hoc ex Osea cap. 1. v. 9. apud

qaem legimus? Vocabo non populum meũ populũ meũ & non dilectam, dilectam meam. A Paulo locus est trãslatus in Epistolam ad Rom. 9.

A illum condiderit, prorsus diligit: & ob id tyranno, cuius iugo premebatur antea, potentiorem fecit. Illius autem tyrannide sublata, damnauit & vincula & tartarum atque catenas. Nobis enim miserè afflictis opus arat auxilio: in ipso vero auxilium erat situm. Si namque cælum & terram implet, atque omnia ipse fecit, manifestum est, eum solum omnia posse. Qui nisi ad nos descendisset, vires vniuersæ opis humanæ, vmbra fuissent. Namque, tantus Prophetarum numerus, neque Iudæorum potuerunt abolere simulachra: ea Christus accedens, veluti fumum euanescere ea vniuersa terra coegit, quandoquidem primi violatione præcepti, & post hanc, cœco hominum auidissimè ad simulachra concurrentium, impetu, efficaciorem suum erga huma- B num genus Amorem opponens figmentum suum sedintegrauit, & ad priorem vsum reduxit. Hic ille est figulus, quem Hieremias vidit. Hæc collapsi vasculi per manus ipsius subleuatio, & vnde ad artificem gloria redit, luti refictio reformatioque.

c. v. 16. Ex Genesi hoc sumptum, Inspirauit in faciem eius spiracalum vitæ.

Ast ô admirabile opus. Admiranda fuit prima nostri fictio, digna habita manibus & inspiratu Dei (quæ ominirum manus & inspiratus Dei intelligit) admiranda magis refictio (idque tanto, quanto melius & acceptius est, benè affici, quam quempiam aliqua re afficere) adeoque firmior & stabilior. Videmus enim homines, saltem illos, qui mentem habent, si domum collapsam instauraturi sint, robustiora rutioraque prioribus elaborare ædificia altera: C oe idem ruinæ metus impendeat iterum. Quod autem homo facere consueuit, qui non multo magis hoc Deo quis tribuat: Certè bona Deum suppeditate hominibus, primordio naturæ humanæ fuit adnatum: adeo vt quis viuat, non tam aerem spirando adducat, quam Dei vtatur beneficio. Supererat autem vt bonis imponeret fastigium, id erat ipsum se nobis, & nos sibi communione naturæ assimilare, & è morte reducere, atque hæreditate donare regni cælorum. Qui enim, vbi se ipsum date oportuit, promptissimus fuit: cui rei etiam si maxima sit, ille pepercerit?

Magna igitur hæc sunt, sed neque aliena, neque ea eorum numero, quæ fieri non possunt, Deum pro hominibus fieri hominem, manentem interim Deum, D & per carnem à se assumptam vniuersam carnem vitæ restituere. Tam gloriosus contra inimicum conflictus, & tam splendida ab eodem reportata fuit victoria. Quid enim? hoccine tantum, hominem per insidias impostoris lapsum, & humi miserè iacentem, adeo eleuari: quantum eacidere ab eo, quod ab initio obtinere videbatur? Itaque quam propter præuaricationem iussi sumus habitare terram non tam exilij locum, quam coloniam ad tempus assignatam esse credimus. Nam incolimus etiam dum hodie Paradisum spe, & bonis, quibus ille abundabat, fruimur, & quo nihil maius est, naturam nostram habemus quæ assideat Deo & Patri, potestatemque accepimus, vt fiamus Dei filij, adeoque dij. Age vero, posset ne quis dicere, vtrum felicius viuere nobis sit permis- E sum, an Deus maiore nos amore prosequatur? Nemo opinor. Quid reddemus Domino pro omnibus *quæ dedit nobis? Siue enim cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt, proponat, regias homini exstructas videre licet: siue hominem fingat, & immortalitate ornet, & excellentia propriæ imaginis vestiat: quis non hunc illum esse iudicet, qui benè velit, beneque faciat homini? siue etiam Paradisum plantis amœnum faciat, & hominem in eo collocet (euge felicitas) siue inde exigat, & morte damnet, ea de causa, ne malum longius & longius serpat, siue Deus cùm sit, homo propter nos fiat, & carnem gestet: & omnia, quæcumque passus creditur, patiatur;

* Psal. 115. 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?*

A & ad inferos descendat: & indidem redeat: & in cælum ascendat, & regnum homini donet: & naturam nostram assessu paterno dignetur: hæcque omnia eo animo faciat, vt potius gratias dedisse, quam retulisse videatur? Ego equidem nec intelligere vel obscurè, ne dum prædicare dignis laudibus mare illud bonitatis queo, quod vero ab alio sum mutuatus, vt dicam, hoc scilicet eloquar. Quam magnifica facta sunt opera tua Domine? Omnia cum sapientia fecisti, tu vnus tui ipsius præco dignus. Tu enim nosti, quanta feceris, & quam pulchra eadem.

Adeste hic vos autorum cœtus, Patriarcharum concilia, Prophetarum collegia, adeste hic, festiuum hunc diem nobiscum celebraturi. Nunc enim illa videre nobis contigit, quæ vnicè optanda fuerunt. B Estote omnes aspectu hilares, & gaudete spei ex omni parte compotes. Credo equidem hanc rem, etiam Angelis causam dedisse lætitiæ maximæ, amore enim ducuntur hominum, quemadmodum Dominus, cui ministrant, summo amore homines est complexus. Qui namque voluptatem capiunt maximam, quoties peccator vnus pœnitudine ductus, & ad mentem redit: qui non afficiantur lætitia, cum tot animas, tam subito, relicto post tergum inferorum principe, velut missas factas cernunt? Atque nunc quidem animabus apud se præsentibus gratulantur, & inuicem gaudent. Nam euacuato inferno plenum factum est cælum spiritibus Prophetarum, plenum iustorum, plenum Patriarcharum: & post hos fuit quoque locus in cælo, quem occuparunt Apo- C stoli & Martyres, accessio illis qui ibi habitant, innumerabilis: præterea sanctis, & alias Deo morigeris hominibus, distributa est regio cælestis. Hi enim explent multas habitationes illas, quas Christus in domo Patris sui esse docet: atque inde omnis dolor est propulsus vndique, ac in eius locum successit gaudium, quo etiam priorem illam, post lapsum acceptam cladem ex animis dolemus. Nam pro multitudine (vt ille ait vates) * *dolorum meorum, consolationes in corde meo*, exhilarasti animum meum, & omnia in diuersum cesserunt: atque nos humi abiecti, in altum sumus sublati, & educti de lacu miseriæ, ac luto cœni sordidi. Qui autem se ipse * extulit, & super Cedros Libani caput erexit, occidit, & iam non est amplius. Subuersa namque sunt valla ipsius, D & monimenta in formidinem versa. Huiusmodi trophæum rex noster statuit, nullo adducto exercitu, non in equis fiducia collocata, non motis armis, non obiectis muro tormentis: sed sua solius potentia hostium vires fregit, vtpote omnipotens. Quæ sanè res non longè abest ab ænigmate. Ille enim, qui abiectus, qui mendicus, qui illaris, qui nec vbi caput declinaret sortitus, qui tot & tanta passus, ac postremo etiam morte peremptus: ille, inquam, ad mortuos progressus, coronam ab omni regno & potestate, & principe tenebrarum direptam asportauit. Ante hac quidem fortè numerabat aduersarius, quot iugo regni sui premeret nunc vero certa numeri ratio iniri nequeat eorum qui contra hunc cum Christo militant. Atque tunc irasci poterat, si non E multis imperare visus fuisset: nunc vero intolerabilia pateretur, nisi his, qui ipsi militant, modestiores reuocarentur.

Psal. 93. 19. *Secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam.*

* Genera humani æternum hostem & aduersarium intelligit, qui etiam extollit se contra omne quod est Deus.

Possum & hæc adiicere, ac fortassis non abs re. Nox erat à priori Adamo vsque ad nouum Adamum: dehinc vero dies illuxit omnibus quem inducere nouit sol ille iustitiæ qui occubitum nescit. Hyems erat, & omnia frigore peccati obtorpuerant, illinc circumstabat periculum, hinc pigrities tranquillitatem strauerat. Caligo erat, & qui se de die ambulare putabant, videre nequibant: post vero clara serenitas per nubes siue depulsas siue discussas prorumpens, enituit, nullum subterfugium

Physici tradunt calore res solui, frigore constringi, itaque cum hoc accidat.

sole

> functiones & munia rei gerendi, siquidem animis nostris accidit, cum peccati frigore torpêtes suum munus obire non poterant; cum vero illud contingit, redit vius membrorum antea rigidorum: quod effectum est nobis per calorem solis iustitiæ.

sole permittente: Dissidium erat & bellum, & multam occisionem in homines inuexerant, postea pax alta denuntiata est. Talia sunt admirabilia Dei opera, gloriosè prædicata ab Angelis, decantata celebratuque digna ab hominibus, horrenda dæmonnis, & laudata à creaturis omnibus: Illustrem autem nobis salutem reddidis, Dei cælitus in terram descensus: illustrem partus virgineus: illustrem & fuga morborum ægritudinumque à medico Christo propulsorum, inter cætera tamen maxime illustris resplenduit in ipso Christi ad inferos descensu, & regni, quod contra nos obtinuerat aduersarius, euersione, atque illo munere, quo nobis potestas est data conculcandi & proterendi caput ipsius. Adde quod nec digne à nobis exigantur gratiæ, [B] sed satis sit bonum ducem sequi, & recta contendere ad regiam.

Prodeat forsan huc in medium aliquis eorum, qui auiditate discendi tenentur, ac roget: Quamobrem cedo, diutius super terra, quam sub terra sua consilia annuntiauit seruator: & cur vtrumque tempus ternione definit, illud quidem annorum, hoc vero dierum? Atqui opinor huic, antequam totam quæstionem proposuerit, responsi in mentem venturum, neque opus fore doctore. Omnes enim à Deo sumus docti. Reputet autem hæc apud se, quibus modis, vitam nostram adhuc viuentibus corpus varias turbas excitet, & infinita extrinsecus impedimenta accidant: animæ vero quæ apud inferos sunt, nullo clauduntur septo, corporibus videlicet exutæ. Vnde illis longiore enarrationeque opus fuit disciplina (vt quemadmodum aqua sæpe cadendo cauat lapidem, sic & sermo animum emolliret) his, cum sint aeri facillime cedenti similes, talis fuit natura, vt statim potuerint animo percurrere, quæ ipsis sunt nuntiata. In vtrumque autem tempus ternio introducitur, propterea quod multa ac varia sit huius præstantia, nam & primus sua vi numerus est, & per ipsum tempus est distributum, & excellentiam per hunc declarauit is, qui ter, quaterque beatus est: & rei vniuscuiusque principium, medium ac finem determinat, & primam figuram constituit, & quæcumque hoc tempus adferri non patitur. Vnum autem est supremum, quod Deus, sicut vnitas est, ita & ternio sit, vel hinc nos docens seruator, venerari in ternione Deum, aut ostendens se ex ternione esse vnum. Ita quoque se habent, quæ ad tempus attinent.

Hæc igitur, & ea quæ præcesserunt, conspicati Iudæi, desinant carnem circumcidere, Deus enim (quem natura genita cernere nequeat) in ipsa conspectus est, sic vt his, qui conspectum ipsum reiecerunt, potentiam quæ visu percipi nequit, ostendere possit. Sed hos nemo inter alios Prophetas fuit, qui non improbos esse pronuntiauit. Ioannes autem soboli * viperarum assimilauit. Nam re vera gens hæc propago est viperarum, vt qui virulento morsu illum interemerunt, in cuius sinu fouebantur. Hi sunt, qui multos percontationis seruatori laqueos struxerunt, hi, qui hydram illam, quæ in fabulis est, imitati, vnius amputati capitis loco è vestigio, quod porrigerent, habuerunt alterum, & hoc sublato, imo cunctati sunt obiicere tertium dein aliud post aliud: donec multis porrectis & detruncatis ad extremum se calumniis armarunt, atque his vrgentes volentem volentes corripuerunt & ad crucem adduxerunt.

> * Matt. 3. v. 7. & 23. v. 33. Lu. 3. v. 7.

Eum namque qui spirituum legionibus imperat, & ventos sedat, & per mare ambulat, inferiorem videri hominibus mortalibus, ac non multo præstantioribus, haud dubie indicium facit, quæ vires sunt horum, & argumentum probet quanta sit tolerantia, & quam immensa prudentia illius: posteaquam [A] Deus cum sit (vt ipsi, qui eum cruci affixerunt, fateri coguntur) illos, qui gloriam ipsius ei detraxerant, & simulachris mortuis tribuerunt, radicitus non extirpauerit, euidentissimum patientiæ ei propriæ signum demonstrat. Ego quidem scio, potuisse eum non pati, sed voluisse. siquidem necesse erat maiorum suorum illi absoluerent cœptum, vt quemadmodum hi in Prophetarum conspirarunt necem, ita ipsi vno consensu progrederentur ad eum, qui ab illis prædictus fuerat, quod profecto patrum criminibus, egregium queat adferre patrocinium. Quod sic est factum, & vetera scelera nouo cumulentur ausu. infelices sunt, qui genuerunt ad Prophetarum cædem, infeliciores qui geniti sunt ad Christi mactationem. Mala illi nationi mens est, ac præcipue iis, qui [B] legibus præesse dicuntur. Hoc autem maxime illos habuit male, quod viderent seruatorem se dignum præbere his, quæ docebat: sese vero sibi conscios esse, quod longe à præceptis legum aberrarent. Nam vita & moribus probari, (quod alioqui difficile est) negligendum, tamquam inutile, censebant, multi autem & sermone & doctrina locupletes erant (quod etiam cuiuis volenti facile est) quasi non ideo viuendum esset, vt virtutes exerceremus, sed vt tantum verbis eas vsurparemus. Vbi igitur primi ipsis erant assignandi consessus, & in alios supercilium adducendum ibi statum in ore lex erat Moysis: in quibus vero legem prætergressi, notam sibi inurendam cernebant, mox seniorum obiiciebant traditiones. Nam abrogari à magistris illis legem Dei, minus videbatur, quam [C] propriæ indulgere libidini * & deglutire aliena. Quoties equidem in tanta miraculorum, quæ seruator exhibuit, multitudine Iudæos nullo sensu motus video, non reperio, cum qua re efferatam illorum cæcitatem conferam, vt eius effigiem qualemcumque assequar. Sed & in ipsis miraculis se educatos esse, & per multa miracula ex Ægyptiorum manu euasisse glorificantur.

> * Domus viduarum deuorant, & quæ ibidem sunt adiecta, spectant.

Ingens quoque hoc fuit prodigium, quod manibus Moysis est administratum, pedibus transire mare rubrum, & per solitudinem iter facientes, cibum & potum inuenire non præter admirationem contingit, populi & reges ab ipsis sunt bello superati, vrbes vastatæ, terra promissionis occupata, atque hæc quidem miraculorum plena, & eorum, quæ mira- [D] cula æstimantur, perfectissima. Atqui nec parentes horum fidos, & bene erga Deum affectos in his perstitisse video, ac horum mores nisi eamdem quam illi præiuerunt, viam insisterent, quis commonstrari possit, hos ex illis genus ducere? Cum autem antehac dementiam & malitiam, quibus insidiati sunt illi, à quo tot beneficia acceperant, riserim: nunc magis dementatos esse cerno, qui excubitores sepulchro adlocent, quia scilicet metuunt hominem mortuum. Nam, cedo, si homo mortuus est, quid times? si autem times, cui dubium esse potest, conscientiam tuam te quietum esse non sinere, etiam si tecum ipse contendas † Ionam (quod fertur) cælo deducere? Hic enim ille est, cui nec difficile fuit [E] etiam super Cherubim euehi. Inuidentia (si verum fateri vultis) sanguinem sitire contra seruatorem vos coegit. O probos legum Doctores. Non fuit eiusdem animi, omni studio affectare magistros vocari, & alios docendo seipsos ex leges facere. Omittamos isthæc.

> † Prouerbiū in eos, qui conantur ea, quæ vires superant humanas, quæque fieri nequeunt.

Prudens iudicatis factum tam multa repudiasse miracula, & non Deo in Deum, sed potius in caput vestrum opem tulisse putatis. Vos enim, siue in popularem vestrum, non tamen accommodatum vestris moribus, tamquam in popularem iniecti estis siue alienus sit & omnem vobis laudem tribuat, non agnoscitis aliquem esse ex his qui geniti sunt. Iam vero tu mihi Sabbatha & illorum

violationes obiice, ego contra opponam miracula, (Hæc enim Christo, haud secus quam vmbræ corporibus vbique sunt comitata) & melius esse semper adeoque Sabbathis ipsis, animam seruare, quam vt perdatur, admittere, nisi forte hec quoque solem accuses, quod Sabbathis quiescere non nouerit, sed exortu suo diem efficiat. Atqui multo magis rationi consentaneum esse solem supra terram non apparere, quam hunc, cum Deus sit, se à benè faciendo continere.

Porro annon extremæ est vesaniæ, si solem quamuis ortum agat, cum voluptate intuemini, quod solis Dominum illa tam eximia facta petrantem, qualia sol non potest, & si possit libenter commodum illud acceptaretis, nihil ab inanimi statua differre iubeatis: Agito nunc, spectate hunc numquid, cum Sabbathum est, quietem colere sciat, (si quidem corpus naturæ lege à muniis desistere debet.) Is, qui à te conspectus non est, Deus opera omnium maxima facit, inferuum ad interitum redigens, mortem perdens, animas illic à sæculo miserè afflictas, ex iis, è quibus effugere non licebat vinculis emittens. Quisquis enim Deo hoc detrahit, ne benè faciat: vna detrahit, ne sit omnino. Vis intelligere, quod Christus posteaquam descendit ad inferos, fortem vinxerit, & armamenta ipsius expilauerit: reuoca in mentem terræ motum, milites somno obrutos haud aliter, quam mortuos * sigilla ab insidiis libera & intacta, eum, qui custodiam obseruebant, excubias post se reliquisse: ad hæc, Angelorum præsentiam, & deuolutum ab ipsis lapidem. Hæc tibi, eorum quæ sub aspectum non cadunt, iudicia sunto, visa inuisorum velut magistri. Non enim vt corpore solum, sed & mente viuas, tibi datum est, nisi forte mentem te habere non admittas, quod ea oculos fugiat. Hæc tibi sint victoriæ signa, omnia sunt magnifice, omnia præclara, vbique terrarum & tradita & credita, quantum libet sexcenties tu fidem detroges. Nonne hæc tibi videtur figura olim expressisse Moyses. Mihi procul dubio videtur. Quid enim non egit. Descendit & ipse in Ægypti * caliginem, multis & grauibus contra principem Pharaonem militauit cladibus, superauit, populum è tyrannide exemit, & illinc eduxit. Pharaonem simul cum vniuerso exercitu maris gurgiti immersit. Non obscurum est, hæc fuisse præcedentes, eorum quæ secutura erant, figuras.

* His obsignari curauerat sepulchrum Herodes, ne discipuli (vt ipse e. pinabatur) corpus suffurarentur

* Caliginē hanc ne quis ad aerem Ægyptiorum referat, quæ perpetuo serena & ab omni tempestate libera sunt vt tradunt Plin. Soli, Strabo, Herodotus Diodorus Siculus aliique Geographi, sciat Planudem dicere caliginem mentis, qui inuoluti fuerunt Ægyptii, vt sacræ literæ docent.

Verum quis est, qui tibi persuasit, Deum tantum subiisse studium propter te solum, modo murmuratorem te ingratum quem aperte vidit in dies à se desciscere, & ad nequitiam procedere Ego profectò in multis rebus vestigans & me conficiens, quod tua degenere indignitate possim inuenire deterius vndique destituor. His enim quæ obuenire sibi quis optarit præsentibus animum accommodare, & iisdem frui affatim nolle (præcipuè cum absque labore & sine sumptu fieri possit) qua prauitate (dictu mihi quæso, qui perpetuo detrectas, & profiteri veritatem recusas) non erit plenius. Quid autem desideraueris hac re tibi euenire melius, aut quis tibi maiora annuntiare posset, vel vnde tibi commodior Dei fiat copia, quem vt non consequaris, quid tibi, ipsius cultu postposito, grauius quis imprecari posset. Nam summum malorum, quæ pati aliquis posset, est, fide erga verum Deum excidere.

Disce, quam sint omnia, quæ ad nostram salutem coierunt, per omnia fide digna. Angelus conceptum vitiis satus nescium annuntiauit Virgini, sic vti Dominus esset cum ipsa, Angeli visi sunt parianti cantantes gloriam & pacem, & lætitiam tum in terris, tum inter homines. Angelus astans Iosepho, suspitionem de virgine ademit, atque modo illos cum infante in Ægyptum deducit, modo indidem reducit.

A Quorsum autem opus est recensere Angelos, qui interea dum hic vixit, Deo ministrarunt * verbo. aut etiam eos, qui post resurrectionem, cum assumptus esset, apparuerunt discipulis.

* Ita Ioan. ait: Deus erat verbū Ioan. 1.

Sed & nunc Angeli alio sigillo salutem nostram contra Iudæos obsignant, & resurrectionem confirmant. O miraculum: quantam hæc secum fidem trahunt. Nisi enim tantus hominum fuisset confluxus, sed vnus isque semel tantum adfuisset non foret credendum (sed nec * Zachariæ illi contulit) nam si nullum vidissemus Angelum, nequaquam ex se eam res habuisset naturam vt nullo præsente patrocinio, talis qualis cum illud nunc adest, esset. Hæc namque eiusmodi sunt vt aliis fides non sit desideranda. Talia enim argumenta etiam B si nulli alij fidem fecissent, satis efficacia fuerunt, quæ stupidissimum etiam excitassent. Sed hæc ad hos de his, Finem autem dicendi faciam, cum hæc adiecero:

* Vt qui etiam fidē non adhibuit verbis angeli, ob quam rem mutus est factus. Luc. 1.

Beatus, qui Christum, quamuis è ligno pendentem, respexerit, sicut latro ille, qui Deū est professus. Felix qui Christum propter pauperes nudum, tegit: quemadmodum Ioseph, siue vt Nicodemus, bonis operibus Christum vnxeris, non exigua erunt tibi apud ipsum reposita præmia, siue vt Magdalena & altera Maria vnguentum adferens (pium opus) Christum * collueris: non diu erit, quin Christum sis visurus, & gaudiū ab ipso auditurus proficiscere ad latitantes Apostolos, & si cum Thoma te ambigere de resurrectione contigerit, merito irasceris, quod Christum ipse cum cæteris non videris, at non semper: nam C conuersus prosterne te in genua, & crede, ac Deum ipsum agnoscendo prædica gloria euectum cum Patre & Spiritu in sæcula sæculorum, Amen.

* Hoc enim contigit Magdalenæ vt accurrens ante discipulos fit delectantia Dominum suum ante quam expectare: ac effusis gaudia earum afore videret.

SCHOLASTICI CVIVSDAM DIALOGVS, DE DEO.

D

AD SIMEONEM THEOLOGVM,

Interrogatio. Responsio.

INterrog. Quid erat in mundo, antequam existeret? Respons. Deus ipsius mundi parens & conditor. Interrog. Cùm nondum extaret mundus, quo tandem pacto in mundo erat? Respons. Quoniam mundus, etiam priusquam fieret, in Deo plane tamquam factus inerat: quemadmodum homines quoque necdum in hanc lucem nati, vt iam nati apud Deum sunt. Omnia quippe, etiam nondum procreata, in se ipso constituit, & sic id intelligentiæ nostræ imbecillitatem effugiat. Interrog. Si E igitur in mundo erat Deus, antequam mundum ædificaret, vt aie, quid eo factum est, vbi illum produxit? Num ab eo secessit; an adhuc in eo manet? Respons. Loco quidem à creaturis suis ipsarum creator Deus separatus non est. Quò enim se transferret, quæso, qui vbique præsens adest, & diuinitate sua implet vniuersa, naturaque & essentia & subsistentia, cæterisque proprietatibus omnem naturam conditam excedit, ab eaque immenso, & incomprehenso discrimine secernitur. Interrog. Qua ratione, cum loco non distet, sed vbique præsens sit, quemadmodum affirmasti, ab omnibus tamen seiungitur? Respons. Hæc quæstio difficilem intelligentiam, non item difficilem explicationem habet.

Deo

ligentiam, non item difficilem explicationem habet. Deo autem nihil est impossibile. Itaque potest tibi huius quoq; rei plenam fidem facere. Age, intelligenter ausculta. Sicuti mens humana nec cohibetur muris, nec loco circumscribitur: sed corporis tantum domuncula includitur, & vinculis constringitur, ipsa extra corpus liberè vbique vagatur: nec interim à corpore separatur, nec à domicilio procul distat: verum & absens quodammodo, his adest, & cùm illis adest, abest, præsentiamque cum absentia coniungit; ita Deus vbique, & in omnibus, & extra omnia, & nusquam est natura, essentia, & gloria, quia circumscribi limitibus haud potest. Interrog. Qui ergo non circumscribitur, quomodo implet omnia? Qui implet omnia, quomodo incircumscriptus est, & nusquam est? Respons. Sanè quidem concessu omnium Deus vbique est; & cùm impleat omnia his quæ videmus omnino non permiscetur? sed eo modo quo diximus secernitur. Nusquam autem est, quod ad captum nostrum attinet. Nemo enim nouit, ne Angeli quidem, vbi sit Deus. Etsi enim illos assistere audis, sed throno gloriæ: & cum procedentem inde claritatem contra aspicere nequeant, timore facies suas velant, stuporeque attoniti, hymnum diuinum numquam conticentem modulantur. Intolerabili namque maiestate perculsi, nec concipere possunt, nec cogitare vbi Dominus sit, aut qualis sit. Etenim si oculos in coruscum splendorem intendere non valent, quomodo vltro curiosè inquirent? Deum igitur esse, & vbique esse, & implere omnia, tum Angeli, tum sancti, qui seipsos purgauerunt, & diuino spiritu illuminati, illustratique sunt, sciunt: vbi autem, aut quomodo, aut qualis sit, nemo omnium cognoscit: sed pater nouit filium, & filius patrem, & Spiritus sanctus patrem, & filium, vtpotè illis consubstantialis, & coæternus. Hæc siquidem tria cum vnum sint, & cognoscunt se ipsa, & cognoscuntur inuicem, quod ipse natura

Luc. 10. Deus, & Dei filius prodidit. *Nemo nouit Patrem*, in-

1. Cor. 2. quit, *nisi filius, nec filium quis nouit, nisi Pater.* Et rursum Apostolus: *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Sic quæ Dei sunt, seu diuina, præter spiritum Dei nemo nouit.

Matt. 18. Interrog. Quid ergo est, quod Christus dicit: *Videte*

Matth. 5. *ne contemnatis vnum ex his pusillis, quoniam Angeli eorum semper vident faciem patris mei?* Et alibi: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Tu nec Angelos nosse autumas, qualis, aut vbi sit Deus. Respons. Quemadmodum sole lucente in meridie, quod inde emittitur lumen, clarè, ac manifestè videmus, ipsum solem videre, ac noscere nec quomodocumque possumus; & tamen nos eum videre haud falso dictitamus: pari modo & Angeli, & sancti fulguris instar micantem spiritus gloriam intuentes, in ipsa & filium, & patrem cernunt. Non ita peccatores, & immondi. Illi enim cæcorum & nihil sentientium similes sunt. Nam vt cæci sensibilis huius solis lumen fulgens non vident; ita ipsi diuinum lumen semper lucens minimè aspiciunt, nec calorem eius sentiunt. Interrog. Quid ergo corde & animo puri vident? Respons. Quia Deus lux est, & lux suprema ac nobilissima, aliud nihil nisi lucem vident, qui ipsum vident: quod patet eorum testimonio, qui viderunt faciem eius resplendere vt solem, & vestimenta eius

Matt. 17. alba facta vt niuem. Et testimonio Pauli Apostoli, qui Deum lucem vidit, atque ad eius agnitionem con-

Act. 9. uersus est: & ex aliis mille sanctis. Interrog. Cur igitur, cum sit æterna lux Deus, semperque luceat, non videtur ab omnibus? Respons. Quoniam à principio ita rem instituit Deus, vt nullam haberent commu-

Isaie 59. nionem tenebræ cum lumine, nec impurus, & profanus cum puro, & sancto. Quocirca etiam velut magnus hiatus, & murus peccata nostra à Deo nos separant, præcipuè cogitationes peruersæ, & ratiocinationes vanæ, atque inutiles quasi murus excelsus nobis fiunt, nosque à lumine vitæ dissociant ac recludunt. Deus enim lux, & vita est: quo qui priuati sunt, mortui sunt secundum animam: quibus cum aliis æterni ignis hæreditas, ac societas debetur. Interrog. Ecquid illi, qui ad hanc metam non peruenit, salus desperanda est? Respons. Cum Dominus dicat, *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, planum fit, etiam *Ioan. 14.* vias salutis multas esse, quæ omnes in vna vie pœnitentiæ consummantur, & per abstinentiam à peccato; siue eleemosynam, siue peregrinationem, siue quoduis aliud genus sanctimoniæ, quo ad illa tempiterna contendimus, mihi nomines.

QVORVNDAM

Ascetica, siue de disciplina Monachorum.

BASILII MONACHI PRESBYTERI ET PRÆFECTI lauræ Maleini, asceticæ vitæ descriptio.

Omnis forma ascetica aliter aliis conuenit: siquidem non omnes æque valentes ac robusti, nec omnium eadem victus, studiorumque ratio, & modus: nec vero iisdem perturbationibus animorum, nec etiam æque parum multumve omnes agitantur. Quo circa ordinem quendam asceticorum operum vniuersis simpliciter communem præscribere, ac depingere difficile est. Ad singulorum enim, quos diximus, ætatem, regionem in qua viuunt, & naturæ, conditionem, proprietatemque respicere, vicissitudines, tentationum insultus, animæque statum & præsentem, & præteritum intueri, & ita vnicuique sacrum hoc certamen certantium laborum materiam proponere oportet. Verum enimuero in omni instituto ascetico bene, hoc est, cum cognitione, & prudentia versandum est: nisi post sudores multos inertes adhoc, & marcidi velimus apparere. Etenim non circumspicere quid nobis conducat spiritualium, corporaliumque pugnarum susceptio, nec cum certaminibus corporeis cogitationes, commentationesque spiritales coniungere, quantum fieri potest, hæc ignorantiam, fastum, gloriosam de se opinionem, vagationem mentis, ac sensuum, & alia insuper multa vitia progenerant. Corporalium porro certaminum opera sunt ieiunium, vigiliæ, oratio, humicubatio, balneorum vitatio, nuditas, quies, silentium, meditatio, familiaritatum fuga, tum cogitationum, tum cæterorum deinceps omnium, vsque ad negligentiæ lapsum leuissimum, & haustum aquæ sincera confessio, omni vespera totius diei, actorum, dictorum, cogitatorum examen: rursumque incipiente die, transactæ totius noctis disquisitio, constans labor manuum, & ante omnia sollicitudinum super fluxis, & caducis rebus, curarumque siue illæ rationem habeant, siue non habeant, & reliquorum omnium, quæ cum his implicata sunt, inanitas & amputatio. Porro corporalia non ita subtiliter, & minutè confiteri necesse est: neque ex compunctione ea accuratius scrutari, atq; perpendere: consueuerunt enim ad-

monere voluptaos, & irritamenta, ac titillationes pariunt: quando hinc & affectione contingi, & ax ipsis recordationibus voluptate permulceri corpus solet. Spirituales autem cogitationes ipsa Dei cognitio est, cuius causa laborem omnem præmolimur: quæ quidem ex vera, & magna humilitate ducit originem, ex qua, & per quam, vt nonnulli sentiunt, Deum quispiam cognoscit. Cognoscit autem, si seipsum terram, ac cinerem, & omnibus mortalibus, etiam manifestè, palamque sceleratis, & omni geoeri vitiorum seruiantibus deteriorem ex animo reputat. Quod si non ita de nobis sentimus, nostra nos fallit opinio. Iam verò spiritualas cogitationes sunt, memoria mortis, & iudicij, & discessus oostri ex hoc corpore, in frangendis, sedandisque turbinis motionibus, & peccatis deuitandis cura & prouidentia, atq; io custodia sensuum diligens animaduersio, suo iudicio parum tribuera, nihil vspiam immoderatum, nihil elatum, nihil à prudentia alienum volutara. Commentatiooum autem spiritualium argumenta sunt ipsa rerum quæ cernuntur, qoaotum fas est, contemplatio, notio, comprehensio, Christi passionum memoria, eius œconomiæ præstantia, Dei, Angelorom, aliorumque & intellectui, & sensui subiectorum consideratio, & quæcumque demum vtilitatem habent.

Cæterum de differentia, & forma Asceticorum ita differamus licet. Institurum Asceticum non simplex quiddam, & vniforme, sed varium, vniuersorumque rectè, & cum virtute factorum comprehensiuum par est arbitrari. Quocirca ciborum abstinentiam, sollicitudinum, curarum, & familiaritatum vacatio comitetur: deinde solitudo, silentium, oratio, meditatio, vigiliæ, & omnino quæcumque corporeis contentionibus, ac certaminibus à viris spiritualibos coniungenda, immiscendaqua supra diximus; quibus accedat meosa breuis, & frugalis, indumentorum item, & calceamentorum raritas, ac vilitas; quod item de alus, quibus corpos indiget, vsque ad vasa, instrumentumque domesticum intelligi volo. Vestis detrita, spiritus contritus, pedum & manuum occultatio, oculorum, aurium, reliquorumque sensuum, ad perfectionem huius instituti consequendam refrænatio; & præterea congressionum declinatio.

Discrimina porro ciborum, ac potionum sic habent. Quidam sale, & pane vescuntur, ignorantes, vt opinor, salem omnium maximè vrinam genitalem procreare: quæ quo magis abundauerit, ao voluptana illa perturbatio turbas maiores cieta solet, dum id quod collectum est, excernere ac profundere quærit. Idcirco esum salis, præsertim multi, quemadmodum etiam alimenti, ac potus, & aliorum quæ nobis permittuntur vsum immodicum cùm ob alia, tum ob causam à me prolatam repudiare, & cauere oportet. Ascetis itaque idonea, & congruentia nutrimenta sunt panis & aqua, aut etiam minuta & cruda olera. Sed in his etiam relinquenda, quæcomqne admodum humida, & crassi succi, aot gustatu acria sunt. Huiusmodi siquidem semen generant, & libidinem accendunt. Stomacho autem infirmo, languentique olera cocta cum pane adbibenda, aceto etiam addito, & nonnumquam oleo. Quod si nihilominus in his coocoquendis stomachus delassabitur, ad legumina cocta, & aliquando oleo rantum perfusa, pane omisso veniendum erit. Si rursum natura, & stomachus hæc conficere non poterunt, vtendum erit oleo minimè valenti, & supra dictis, cum pane, sad mensura conuenienta, vt panis quidem vnciæ somantur sex, totidem leguminum, aut olerum, diligentia naturam adiuuanta videlicet. Quanquam & in his quæ succum crassiorem, & inflationem habent, quia sanguioem, & semen efficiunt, reiici debeot. Cui rei vitandæ, etiam parciore poto necessario vtimur. Semel in die corpus cibo reficere, mansuta circumscripta ac de-

A finita, commodum, & vtile est. Bonom item bis, ter, quater, & sæpius, si rano ita postulet; vt in morborum vehementia, aut aliqua alia de caussa. Verumtamen qoomodo in vna, sic in cæteris refectionibus fugienda est saturitas. Hoc quoque sciendum, peruigilare, & sitim tolerare, castitatis esse adminicula exploratissima. Sed hæc omnia probè struuntur, & aptantur, si voluotas, mansuetudo, homilitas, subiectio præstructæ sint. Vigiliarum porrò hæc est ratio. Statim adueniente nocte instituenda peruigilatio ad horas duas, & audita hora octaua sorgendum. Hunc terminum transilire monachos non decet. Alij vsque ad tertiam, quartam, quintam ante matutinam synaxim, & nonnumquam per totam noctem extendunt vigilias, præcipuè quibusdam festis, aut publicis ad B sacra celebranda die sequenti futuris conuentibus. Matutino autem somno secūdum synaxin abstinent, quandoquidem ille monachismo non est consentaneus. Similiter & à meridiano temperant; quoniam sedare, & comprimere vitiosos affectus, & castitatem tueri volentibus id mirificè conducit. Est quando per æstatem modicè meridiantur: quod & alio tempore faciunt, si necessitas vrgeat; etenim ad nocturnas vigilias somnus de prandio, siue meridiatio, hortatrix quædam, & adiutrix est. Opera autem cupidè vigilantis sunt, oratio, statio sine acclinatione, & vagatione aspectus, versiculorum recitatio, crebra genuflexio, perscrutatio, & examen cogitationum, profusio lacbrymarum, tum ax contritione spiritus, tum ex consideratione eorum, qui ante oos certauerunt, ob- C seruationeque, quantum & quam egregiè illi in virtutibus profecerint, & quantopere nos careamus bonis omnibus. In vigiliis autem secundum prandium laudatur opus aliquod manuum, & labores alij corporales, oratio item & meditatio.

De quiete, cæterisque proprietatibos istraum virtutis hæc dicimus. Quietis meta ac scopus est, perfecta ab hominibus, à sollicitudinibus curisque rerum pereuntium secessio atqua seiunctio, vt nec videas quenquam, nec videaris à quoquam; præsertim temporibus quibusdam constitutis. Etenim aspicere, & aspici quietem impediunt, atque coofundunt. Diebus reliquis ascetam decet vsque ad nonam, aut sextam, minimum ad tertiam horam extra cellam pedem D ooo efferre: nec pati ab vlla re hoc tempus sibi imminui; nisi spiritoale quippiam, & necessarium ita exegerit. Quod si quem ministrorum vocare opus fuerit, signo ex composito id fiat, paucisque cum eo colloquatur. Si denuò necessitate aliqua prorsus compellente è cella prodierit, studiose curet, vti silentium seruet, apod se sit, internæ meditationi vacet, subtristis sit, & animo suo moderetur. Sed ista cogitet, dum adhuc intra cellam est, dum ad Ecclesiam vadit, dum illam ingreditur. Dum porro egreditur, quam citissimè cellam repetat, nec vllius caussa redeat, etiamsi ei considerati, & inepti quidam ei molestiam facessant. Omnia quæ qoe dicit, quæque facit, cum mansuetudine, & lenitate ac sine distractione dicat, & faciat: etiamsi nonnolli imperiti ad indignationem eum impellant. E Est qooque in rem ascetæ etiam solum pœne semper cibum capere, & celetius à meosa surgere. Facilè se immiscere, siue crebro omnibus se ingerere, magnam vim malorum complectitur. Commonem autem cum aliis mensam non abrompere; ne nondum satis exempta fame cogantur surgere, qui accubuerant, cum viribus imperfectè reoocatis, præterqoe voluntatem soam, & sententiam. Nec tamen plusquam decorum est, eam producere: id eoim affectum non laudabilem, & delicias sapit. Turba interdum super mensam excitata, festinare eam comprimere atque componere, repente surgere, & ad cellam mox se recipere. Quod idem aliis temporibus commota discordia, & litibus facere oportet. Sit ergo asceta conside-

ratus, consultus, attentus, non insolens, sermone suauis, motibus simplex, patiens, in prosperis, & aduersis semper imperturbatum animi statum æquabiliter consetosns: hæc quidē vt sibi propria, illa tanquam à Dei misericordia sibi donata suscipiens; vt nec gloria gestiat, nec tribulationibus cōcidat. Timeat nihilominus, ne fortè rebus ad voluntatem procedentibus negligens, audiat: *Recepisti bona in vita sua.* Omnes
Luc. 16. igitur verbo, & factis honoret, illisque ad genua, & pedes se prosternat, singolari amore vniuersos amplectatur, omnibus assurgat, semetipse accuset, mitis sit, bona sua libenter cum aliis communicet, sit etiam acer, grauis, & inexorabilis, cum res ipsa poposcerit. Ab omnibus se abstineat, & ad omnes accedat in sermone cautionem adhibeat, seque ipsum diligenter obseruet, loqoatorqoe cum charitate, benignitate, B consolatione aliorum, quantum fieri poterit. Inspiciat insuper, & perpendat studia, modom institutionis, quidque secundum rationem, quid contra fiat, quid affectus mali, qoid ira, quid mansuetudo, & quæcunque talia in quibos efficiant, vt cum vnoquoqoe commodè, congruenterque agat.

Hoc qooque non ignorandum, de qoo me fugit supra disserere. Post matutinam, aot vespertinam synaxin, antequam in cellam suam se conferat, maximè cui commissus est fratrum cœtus de necessariis interrogantibus modestè respondeat. Reliquum diei & noctis eo modo, quo docuimus, transigat: conducit enim ascetæ intos sedere. Hora tertia, aut sexta licitum est ei post prima certamina cum omnibus ad Ecclesiam accedere, propter diligentiam, & obseruationem ordinis, ac psalmodiæ, quæ ab ipso requiruntur, & reliquam disciplinam præstandam. Hoc porro etiam cum silentio, custodiaque sensuum fiat. Solent namque formæ, & species per hæc animis vt libro impressæ, data occasione, certatores ad se meditandas, versandasque impellere, quod periculosum ac perniciosum est.

IOANNIS
CARPATHIORVM
EPISCOPI AD MONACHOS D ex India, eorum rogatu, Capita hortatoria LXXXII.

I.

BEatos ille Dauid hymnum, & laudes Deo per omnes creaturas concinens, angelorum quoqoe, omniumque inaspectabilium potestatum meminit; & in terram vsqoe descendens, oec bestias, nec iomenta, oec reptilia prætermittit, cum etiam ex his laodationem creatori iucundam, acceptamque existimaret: qoi vniuersa ab se condita suum sibi tributum pendere velit. Quod cum ita sit, qui tandem mo-
Iob. 28. nachus, *Qui non confertur auro ex Ophir*, ad hymnodiam Deo persoluendam torpere, aut pigritari vnquam poterit?

II. Luna accretione, & diminotione luminis sui statum hominis exprimit, atque indicat: qui quandoque probus, quandoque improbus est: quandoque per pœnitentiam ad mores virtutis norma directos recurrit. Itaque mens eius, qui in peccatum prolabitur, haud est euersa, ac perdita penitus, quod quidam istic opinantor: sed sicot corpus lunæ imminuorum est quidem lumine, illud tamen recipit: ita etiam homo pœnitentia auxiliante splendorem suum de integro recoperat: vt luna, inquam, suo defecta lomine eodem rursum conuestitur. Qui enim in Christum Deum no- A strum, & Dominum gloriæ credit, etiamsi mortuus fuerit, viuet: & cognoscet, inquit, *Quia ego Dominus locutus sum, & faciam.* Ioan. 11. Ezech. 28.

III. Nequam dæmones nefarios affectus in nobis resuscitant, renouant, accendunt, & multiplicant. Meditationes autem verbi Dei, præcipueque cum lacrymis eloeotibus susceptæ, eos, qoamuis inueteratos interimunt, ac dissipant: paulatimque perniciosa animæ, & corporis peccata, effectaque ad nihilum redigunt: modo nos intenta atque improba precatione, ac spe Dominom assiduo fatigare ne cessemus. 1. Cor. 14. Psal. 8.

IV. Quid est qnod ex ore malitia paruulorum Christus laudem perficit? An omnino, vt per hanc laudationem inimicum & vltorem destruat? inimicum B quidem virtutom, vltorem vero scelerum diabolum. Itaque & nos Dominum cum simplicitate collaudantes; inimici machinationes conterimus, & destruimus. In multitudine enim gloriæ tuæ contriuisti bella, & aduersarios oppugnantes nos.

V. Pulcherrimum ieiunium eligere debet monachus non seruira scilicet prauis animi moribus, & tranquillitatem summam semper excolere.

VI. Dæmones, qui flagrant odio animarum nostrarum, quosdam incitant, vt nobis laudem, ceu frigus quoddam lethale impertiant. Deinde hortantur nos ea diffundi, ac dissolui. Cum ita opinione de nobis inflati, vanæ gloriæ locum dederimus, rem factam habent inimici nostri; nec de cætero laborant, vt nos captiuos faciant.

C VII. Magis cauillatorem amplectere, quam laudatorem, qui à maledicente nihil differt, vt scriptum est.

VIII. Sciens inimicos orationem nobis esse propognatricem, sibi insidiatricem, ab eaque nos abstrahere moliens, ad græcarum disciplinarum, quas deseruimus, desiderium animos nostros extimulat, & ad iis vacandum hortatur. Cui obtemperare caueamus, ne cum ab orbita, & tramite culturę nostræ aberrauerimus, pro ficubus, & vuis spinas, & tribulos metamus. *Sapientia quippe huius mundi stultitia apud Deum reputatur.*

IX. Vt plurimum tempore festorum dierum, & sanctarum synaxeon, potissimumque cum ad mysticam mensam accedendum est, dæmones ascetam odiosis, & impuris phantasmatis, geniturǽque profluuio inquinare nituntur. Sed neque istæc frangent, aut eneruabunt, qui omnia toleranter ac generoso animo ferre consueuit. Ne igitor glorientur aduersum nos accincti æque vt discincti. Matth. 7. 1. Cor. 3.

X. Da operam ne hostes nostri alacritatem tuam retundant, variis, & occultis tentationibus animam colaphizantes. Nam ex multis, & inexplicabilibus tribulationibos corona tibi contexitur: & in infirmitatibus Christi virtus perficitur, & in statu tristiore, spiritus gratia efflorescit, ac nitet. *Lumen enim gentibus in tenebris exortum est*: si quidem fiduciam, & gloriationem spei ad finem vsqoe stabilem retinoerimus. 3. Reg. 20. 2. Cor. 12. Psal. 111.

E XI. Nonnunqoam à dextra sede dimouetur homo, quamuis virtutis sectator, multiplicatis tentationibus ordine suo deiectus videlicet, quia vt scriptora loquitur, *Omnis eius sapientia & ars deuorata est*: ne confidentes simus in nobismetipsis, & ne glorietur Israel dicens, manus mea seruauit me. Veruntamen ne idcirco turberis, quasi noui qoippiam accidat: sed te in priorem illum, pulcherrimomque statum restitutum iri spera, deficiente, & repulso abs te diuino iussu maligno, qui ad omnia non sine affectibus intuenda, & audienda nos incitat, & ad peccata committenda sollicitat. Cum autem mentem hebetauerit, vt in hebeti, & crassa, facit & carunculæ incredibilem grauitatem, atque molem sentire, & insitam rationem simplicem, Psal. 106.

A XXIV. Si verè Deo placere, & amicitia beatissima diligi volumus, mentem nostram ei nudam exhibeamus, nihil secum ex isto sæculo trahentem, non commentationem, non scitum aliquod inuentum, non iuris scientiam, non aliud, & si omnem mundi sapientiam didicerimus. Deus quippe eum magnifica de se existimat iuncula accedenter, quique inani gloria pascuntur, & superbia turgent, auersatur. Et bene quidam interpretum vanam de se opinionem folleio & vesicam esse aiunt.

Luc. 13. *Marc. 5.* XXV. Non solum lingua capitur Dominus, vt saltem, sicut factum in latrone, qui de cruce clamabat; sed cogitatione etiam. *Dicebat enim intra se* (scriptum habemus de muliere, quæ sanguinis fluxu patiebatur) *Gen. 24.* & quæ sequuntur. Et seruus Abrahami de Rebecca apud se tacitus coram Domino loquebatur.

B XXVI. Primum tradunt Petro claues, deinde in negationem prolabi sinitur, vt eo casu eius animi præfidentia castigetur. Et tu igitur, si, cum scientiæ clauem acceperis, in varias tentationes incideris, ne admirere; sed Dominum, qui solus est sapiens, glorifica; qui admiscentem se diuinarum rerum notitiæ arrogantiam, afflictionibus coarcet. Tentationes etenim frænum sunt, & Deo ita prouidente, spiritus hominum frænare ac retinere possunt.

XXVII. Qui dæmonibus siue per continentiam, siue per orationem, siue omni genere virtutis vehementius, maioreque contentione insultat, grauiores ab iisdem plagas accipiet: donec tædio captus, & responsum mortis intellectualis in anima sua reperiens, dicere possit, *Rom. 7.* C *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Legibus enim aduersarij velut inuitus subiacere cogor.

Iud 18. XXVIII. Non temerè scriptum est, olim dixisse quosdam inter se: surgite, & ascendamus ad populum confidentem in se, & quiescentem. Et iterum, venite ascendamus, & colloquamur cum ipsis lingua intelligibili dolosa, & auertamus illos à veritate ad nos. Sæui namque dæmones aduersum eos, qui statum monasticum quieti & silentio deditum delegerunt, per omnem eorum vitam tentationum gladio acuere, religioni que, & diuinæ pietati addictiores furiosius oppugnare consueuerunt, pugnis intolerabilibus ad peccatum opere perpetrandum eos impellentes, si fortè oppugnatos hac ratione à fide in Christum, à studio precandi, & bona spe auertere, & auocare D queant. *Psal. 79.* At nos, inquit, Dauid, non discedimus à te, quoad tentatores à nobis discedere iubeas, & per patientiam, solidamque, & firmam apathiam viuificemur. *Iob. 3.* Quoniam *tentatio est vita hominis*; & agonotheta conniuente, sæpenumero ad tempus constitutum sub pedibus inimicorum suorum prostratus iacet. Magni autem, & excelsi animi est, in calamitatibus desperatione minimè frangi.

XXIX. Qui aliquandiu à diuina gratia illuminatus, in ea conquiescit, subtractaque in vagationes mentis, & inquinamenta incidens, idcirco murmurat, nec virilem induens animum, precibus salutarē illam plenitudinem recuperare contendit: sed ægre fert, & stomachatur, similis est mendico, qui eleemosyna ex palatio accepta molestè fert, quia vt cum imperatore E pranderet, non sit intromissus.

XXX. Enitere vt splendorem, ac lucem in ea parte animæ tuæ illæsam custodias, cui tributus est à natura principatus. Quod si aspicere cum perturbatione cœperis, obtenebrauit te Dominus, & emisit frænum ante faciem suam; aut lumen oculorum tuorum non est tecum. Sed quamuis hæc ita habeant, ne deficias, nec *Psal. 37.* defatigare. Ora autem cum sancto Dauide, *Emitte* *Psal. 42.* *lucem tuam, & veritatem tuam mihi, qui contristatus* *Psal. 37.* *ingredior; salutare vultus mei, & Deus meus. Emittes* *Psal. 41.* *enim spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis fa-* *Psal. 103.* *ciem terræ.*

2. Para. 14 XXXI. Quidam Israelitarum rex Troglodytas, A aliosque barbaros psalmis, hymnis, cæterisque canticis spiritualibus, in sermonibus, & organis Dauidicis debellauit. Habes & tu barbaros Troglodytas, dæmonas nimirum, sensus, & membra tua subeuntes, carnemque per tentationem agitantes, & per titillationes fumum excitantes, facientesque te nō absque affectu odorari, audire, & oculo adulterij plenos habere, & babylonica confusione intus, extraque confundi, & verba immoderata profundere. Ergo tu similiter Troglodytas istos, malarum in te rerum artifices, vt fide magna, & psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus funditus extermines curam, & operam impende.

XXXII. Ne decepti à sensibus circa vanitates, animis eleuemur, expedit auscultare dicenti; vade popu- B lus meus ingredere in penetrale, seu cubiculum cordis tui, omni rerum sensibilium cogitationi occultum & absconditum, imaginum simulacrorumue expers habitaculum, apathia, & obumbratione cœlestis gratiæ fulgidum; claude ostium omnibus aspectabilibus; paulululum, & tantillum abscondere, breuis est enim vitæ humanæ cursus vniuersus; ac tum dicito, *Donec pertranseat furor tuus*: *Iob. 14.* quomodo alius dicebat, *Donec transeat iniquitas.* *Psal. 56.* Nam fortassis propter iram Domini dæmones ad vitiosas affectiones, & peccata nos irritant: quemadmodum Isaias Deum alloquens ait: *Ecce tu iratus es, & peccauimus.* *Isaia 64.* Hanc iram effugit, qui continenter in corde suo precibus factitandis incumbit, & intra adyta se tenere contendit. *Extrahe*, inquit, *sapientiam super intima. Gloria enim*, inquit, *filiæ* C *regis ab intus.* *Iob. 28.* Laboro autem ego vsque ad lassitudinem, donec intrem in sanctuarium Dei: *Psal. 44.* & in montem hæreditatis, inquit, ad præparatum habitaculum *Psal. 71.* tuum, quod præparasti Domine. *Psal. 32.*

XXXIII. Cum Amorrhæum in te instar quercus conualuisse senseris, Deum iugiter ora, vt arefaciat fructum eius de super: hoc est, peccatum in opere; & radices infra, id est, impuras cogitationes. & vt Amorrhæum exterminet à facie tua. *Amos 2.*

XXXIV. Mirari non debetis, si videatis, quietem vestram haberi ludibrio ab his, qui ipsi quiescere non possunt. Imo potius aduersum eos psallite, de vltione tamen non cogitate, subiectionemque maiorem erga Deum illis opponite, clamantes in hymnis, *Verumtamen* D *Deo subiecta esto anima mea.* *Psal. 61.* *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi*: *Psal. 108.* ego autem pro mea eorumque sanitate suppliciter oro.

XXXV. Sicut in mari, cum non spirat ventus vehementior, fluctus non attolluntur: sic dæmone non præsente, perturbationibus tanquam procella quadam nec animus, nec corpus nostrum iactatur.

XXXVI. Si semper oratione, & diuina gratia ferbueris, & stola tua caluerit, dicet tibi scriptura, vt arma lucis induto: *Inimici enim tui sicut diploide confusione, & terrore operti sunt.* *Psal. 108.*

XXXVII. Dum peccatorum tuorum recordaris, ne te pigeat pectus verberare; vt plagis huiuscemodi tanquam lapidem caues obduratum cordium, inuentoque auro, quale publicanus ille habuit, super diui- E tiis occultis vehementer gaudeas.

XXXVIII. Ignis precum ad Deum, & sacra meditatio eloquiorum spiritus super altari animæ tuæ semper ardeant.

XXXIX. Progressuum varias aiunt esse species, *Luc. 18.* perfectionis non esse: caret enim varietate, vniformem cognitionem pro fine habens, quæ est omnis actionis & contemplationis finis infinitus.

XL. Cum sint tres cognitiones & scientiæ, maximè vniuersales, practica, inquam, physiologica, & Theologica, primæ homines fieri doctores & magistri possunt: secundæ angeli (& est huius finis naturæ illorum accommodatior, quam primæ) tertia ipsum substantiale Verbum nos initiat.

XLI. Qui putat se aliquid esse propter esse, nondum eo peruenit, vt reuera sit aliquid. Nam putare esse, quod iam non est, non sinit euadere adesse quemadmodum est.

XLII. Superbia opinio de scientia sua, priuat scientia: & quæ illi contraria est, ignorantiam generat.

XLIII. Rectè factorum sibi caussam adscribentem, & se supra fratres, vt tepidos, ac languentes efferentem, per Paulum cum exprobratione Dominus compellat, *Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?*

1. Cor. 4.

XLIV. Mitis, & humilis sanctum est Deo diuersorium. *Super quem enim*, inquit, *requiescam nisi super mitem, & humilem, & quietum, & trementem sermones meos.*

Isaia 66.

XLV. Quando timor nobis insitus timet *ὄν*, *id quod est*, puta Deum, nascitur religio. Quando autem timet quod non est, vertitur in timiditatem: quæ cur ad meliora proficiat, caussa est cognitio, & memoria mortis, & exspectatio iudicij ineuitabilis iustitiæ. Lapsus autem ad deteriora amor corporis, & mundi, & qui inde conflatur iracundiæ habitus.

XLVI. Qui se in vera humilitate exercet, semper suorum operum inquisitor, Deo ac iudici cum religioso timore assistit, illiusque misericordiam ad se pellicit.

XLVII. Quando te cogitatio ad facta proximi iudicanda, aut damnanda rapit, tum ad te ipsum conuersus actiones tuas exactè diiudica; ne fortè dum proximi errata leuiora rigidè censes, tu grauiora incurras, & nescias: ac tibi tale quiddam, quale Pharisæo illi contingat, nempe vt publicani culpas inspiciens, & tua ipsius commissa negligens, quem damnas, illum ipsum iudicem habeas. Ex comparatione enim Publicani Deus Pharisæum condemnauit, quandoquidē ab humilitate elatio condemnari consueuit.

Luc. 18.

XLVIII. Qui accusat, à quo sibi verbo, aut facto irrogata est iniuria, eum eodem à peccato victus, imbellisque, & cum iniuriam insipiens deprehenditur: malum enim malo vulnus est, & perinde vt ille, malo perpetrato legis præuaricator euasit. Ait enim, *Ne malum pro malo, neue maledictum pro maledicto reddas.*

Rom. 12.
1 Petr. 3.

XLIX. Quem retinet, seu possidet mundus, non liberat tempus: quem autem non retinet mundus, non subigit tempus. Hoc ex senibus, de quibus in historia Susannæ, & ex adolescente Iosepho liquet. Nam illi in affecta ætate suam libidinem: hic verò annis iuuenilibus canos pudicitiæ mores demonstrauit.

Dan. 13.
Genes. 39.

L. Immoderatus timor paupertatis parit paupertatem.

LI. Paupertatem qui simulat, & misericordes clanculum spoliat, iniustus, & rapax est. Quod enim erat verè pauper accepturus, ipse per simulationem clam præripuit.

LII. Qui partem animæ suæ, in qua vigent iræ, pacatam, & ita omni vacantem habere desiderat, prius partem concupiscentem ad perituras voluptates non propensam, ac facilem habere enitatur. Nam si hæc bene sa non habeat, ne cognatam quidem eius, irascentem, inquam, bene habere necesse est. In cassum igitur laborat, qui sibi non irascenti leges imponit; cupiditatis autem appetitus in vitium prolapsos non sanat: è quibus tanquam à fonte irarum perturbatio promanat.

LIII. Continens est, qui contra quamcunque voluptatem rationi repugnantem constanter, perpetuóq; resistit.

LIV. A perturbationibus liber est, qui ea summa continentia resistendi habitum sibi confirmauit: qua prædiius qualitate, & conditione, nullo motu turbidæ voluptatis commouetur.

LV. Continentiæ pro virtute, & firmamento adest timor Dei: tribus autem apathiæ est in trinam quadem sincera charitas. Perfectè iustus omnes in se virtutes æquabiliter possidet, vt non sit mansuetior, quam temperantior; aut temperantior, quam sapientior. Nam iustus imperfectus esse non potest: siquidem iustitia est omnium partium virtutis sine vlla discrepantia consensio.

LVI. Quantum pars animæ princeps, quæ rebus fluxis, & caducis affixa est, tantum à Deo deficit, ac recedit.

LVII. Monachus non dicitur facere; quæ per corpus ei facere conuenit; sed si id agat, vt ea per corpus operetur animus: licet enim idem facere multimodis. Vt ieiunare ob timorem, ne caro insurgat, non odio ligurritionis. Et rursum metu violandæ legis, quæ de abstinentia à cibo monachis sancita est: non desiderio virtutis, qua se quispiam modico alimento reficit: aut complectendæ deliciarum fugæ. Necessario enim ad naturam sustentandam cibus capiendus, non autem corpori, cum vitiosa appositorum appetentia edendo adulandum est.

LVIII. Concessas monacho epulas exquisitè conditas velle, testimonium est, coactu quodam humano ieiunia suscipi. Id enim immoderatum amorem corporis, non religiosæ exercitationis cupiditatem arguit.

LIX. Non solum tardè, ac serò epulis accumbere, sed etiam epulas citò finire ieiunium est: nec instituti monastici est, ob famem duntaxat ingentem sedandam edere: sed varietate ciborum nulla vti. Asceticum siquidem est, cum vniformi alimento mensæ breuis, solutionem animi ad omne genus eduliorum se demittentis, vt rem insuauem, & iniucundam auersari.

LX. Cum ratione parum congruens ieiunium est, legitimum quidem, ac definitum tempus exspectans, hora autem cibi sumendi effræni quodam impetu ad mensam prorumpens: & cum carne etiam mentem voluptati eorum quæ apposita sunt, illigans.

LXI. Carnem, & sanguinem Apostolus appellauit carnales affectus, & prudentiam carnis mentem ad hæc prouocantem; cum dixit: *Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt*. Et: *Prudentia carnis mors est*. Ipsa igitur caro quoddam nutrimentum est dæmonum. *Dum appropriant super me nocentes*, inquit, *vt edant carnes meas*. Qui ergo per virtutem carnes, de quib. loquimur, macerat ac tabefacit, dæmones fame necidit, & ad arma sibi inferanda imbecilliores reddit.

1. Cor. 15.
Rom. 8.
Psal. 26.

LXII. Si cognoscamus quales nos ipsi fecerimus per peccata quæ commisimus, tunc quales nos Deus secundum naturam fecerit, intelligimus.

LXIII. Mens semetipsam qualis natura est, cognoscens, propter mala quæ foris patitur, aut subit, neminem in crimen vocat. Nisi enim prius passa fuisset sine aliquo, non iam pateretur ab aliquo.

LXIV. Continentia frænum est, cupiditatis impetum in escas, aut possessiones, aut gloriam cobibens.

LXV. Obedientia est persuasio, qua non discernendo, absque tristitia, & ratiocinatione iussorum impletur officium. Aliter. Obedientia est perfecta subiectio, voluntate propria spoliata, & solo nutu Præpositi citra perturbationem ad agendum impulsa.

LXVI. Nemo à malo dæmone oppugnatus vnquam deuincetur, nisi prius ipse per se diuisus, carnis suæ vitiosis & rationi aduersantibus desideriis paulatim manus dans, ab iis deuictus fuerit. Qua tanquam ansa arrepta diabolus roboratur, eosdemq; motus in perniciem animæ consummat, & ad extirpandum difficiles reddit.

LXVII. Sine genitali continentia certantem Christiano officio satisfacere, & ad propositam nobis beatitudinem assequendam procedere, impossibile est, cum dicat Apostolus: *Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet*, vbi vox, *omnibus*, fortasse, *semper* significat. Et ab omnibus cogitationibus, actionibusque

1 Cor. 9.

cum

cum ratione non consentientibus abstinendum est, Qua enim parte continentiæ contentio languebit, ea parte virtus peccati viribus crescet: atque ita dæmoni victoria aduersus animam obtinget ex sententia.

LXVIII. Continentia sensibilis, est declinatio ab omnibus actionibus quæ per carnem exercentur, & cum ratione pugnant.

LXIX. Continentia intellectualis, est declinatio à voluptate cogitationum, quæ non sunt sine passione. Verum prior declinatio rectè non procedet, nisi anima posteriorem ita meditetur, & obseruet, vt à se diuelli nunquam patiatur.

LXX. In duabus generalissimis functionibus perfectio contemptus vitæ huius consistit, in continentia, inquam, & patientia. Et ea iis quidem quæ in potestate nostra sunt, est continentia: ex iis quæ non sunt, patientia. Ac prior quidem ex timore confirmatur: altera ex charitate vires acquirit: *Charitas enim*, inquit, *omnia suffert, omnia sustinet, omnia sperat. Charitas nunquam excidit.*

1. Cor. 13. Annot. Patientiam non esse in nostra potestate, affirmare videtur propter patientiæ materiem, quæ plærumque à caussis externis proficiscitur. Continentiam ait esse in nostra potestate; quia potest quis esse continens, si diuina adiutus gratia, quæ omnibus præstò est, velit esse continens; nec alio ad continentiam simpliciter loquendo eget: nisi ope diuina & voluntate sua. Nec quia Auctor iste asserit continentiam esse in nostra potestate, ideirco negat ad eam cæleste subsidium necessario requiri. Non enim ignorauit illod Sapientis Sap. 8. *Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire, cuius esset hoc donum; adij Dominum, & deprecatus sum illum, &c.*

LXXI. Veræ humilitatis indicium est, non, de semetipso contumeliosè loqui: sed intortas ab aliis contumelias viriliter perpeti.

LXXII. Qui gloriam ab hominibus venientem repellens, contra se dici, vulneratur autem, & indolescit probris, quæ foris ipsi obiiciuntur, non animaduertit se decipi, magisque hominibus placendi studio, quam virtutis ergo de semet male loqui.

LXXIII. Qui melius aliquid possidere concupiscit non fert ea, quibus à re concupita adipiscenda prohibetur, sed studiosè agit, moliturque omnia, vt desiderato potiatur. Exempli caussa, qui consequi vult stabilem temperantiam, de epulis ac potu delicatis non laborat: nec mollis vestimenti ornatum quærit; nec nugatur labiis suis, quæ religionis intentionem, vigoremque pedetentim laxent, ac dissoluant; nec cum adolescentibus, aut puellis libera, & risus plena colloquia serit: nec aliod quippiam his simile; quin potius horum contraria exercere conatur, continentiam puta, vestitum vilem, grauitatem, religionem, quietem, humilitatem, quæ basis ac fundamentum est virtutum omnium: super quæ lætius Dominus expetitum à nobis bonum largitur, & custodit.

Luc. 21. LXXIV. Non potest vllum bonum citra patientiam, continentiamque generalem comparari: *Inpatientia enim vestra*, inquit, *possidebitis animas vestras.*
1. Cor. 9. Et. *Qui in agone contendit, ab omnibus abstinet.* Cæterum continentia sine assidua oratione non bene
1. Thess. 5. præstatur. Etenim, *sine intermissione*, inquit, *orate*. Nec vero sine humilitate Deo grata est oratio, cum scri-
Psal. 101. ptum sit: *Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum.* Quare si virtutes volumus obtinere, continentiam, patientiam, humilitatem frequentemus, & super omnia hæc orationem assiduam, qua ratione quod adipisci studemus, facile consequemur.

LXXV. Ex omnibus tecta factis nostris nihil adeò terret dæmonem, vt iugis, & perseuerans oratio Ea
Psal. 144. enim orantem diuina appropinquatione dignum præstans, (*Propè enim est Dominus omnibus inuocantibus eum*) hostibus inuasu difficilem efficit.

LXXVI. Spiritus sancti eloquiorum meditatio malarum cogitationum fæces aufert ac tollit, intellectualem in nobis ignem generans, qui animum nostrum calefaciens, ad preces vigilem, & alacrem conciliat, & eius petitiones cum intellectu factas Deo indicat.

LXXVII. Qui solus scientiæ caussa in diuinarum scripturarum commentatione elaborat, hic vanæ gloriæ ad se ianuam aperit. At qui religiosa cautione, ac piè in sacrarum literarum disciplina se exercet, eo fine, vt voluntatem Dei cognoscat, & faciat, hic Spiritus sancti virtutem ad se pellicit; quæ illi cognita ad opus conferendi vim ac robur impertit: & insuper eorum, quæ scripta non sunt, diuinorum mysteriorum gnarum facit.

LXXVIII. Tum se quispiam in meditatione eloquiorum Dei probè, legitimeque versatum demonstrat, cum tentatione inuadente, quos didicit sermones è memoria haud secus, quam à pharetra tela depromens, eos contra dæmones, & affectus prauos contorquet, atque ab ipsis cogitationes malas contra virtutis ardorem suggestas, negotio infecto dimittit.

LXXIX. Quemadmodum militum egregia in media dimicatione virtus ostendit, quam sæpe ac diligenter artem in pace exercuerint: sic monachorum secundum Dei beneplacitum in scripturis vsum, & exercitationem imperterritus in tentationibus animus testatur.

LXXX. Cum compunctione attenta meditatio, Dei timorem in nobis procreat. Ait enim: *Et meditaberis in illis*, (in verbis Dei videlicet) *sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiensque atque consurgens: eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, vt discas timere Dominum Deum tuum.* Deut. 6.

LXXXI. Feruorem, & promptitudinem tuam in habitualibus Dei cultibus angeli, & dæmones aspiciant: vt illi quidem exhilarati tecum maneant: hi flagellati aufugiant.

LXXXII. Christianus est dogma Christi Saluatoris nostri, ex mandatis à Deo præscriptis compositum, quæ se, vt decet, exequentem imagine, & similitudine Dei exornant.

EX CAPITIBVS THEODORI Edessen. L.

I.

SAne quidem, quantum in nobis est, ad conficienda Dei mandata nosmet vrgeamus, compellamusque; ne malarum cupiditatum, ac voluptatum exitiosarum, catenis insolubilibus constringamur, & de nobis quoque eadem, quæ de ficulnea infructuosa sententia feratur; *Excide eam, vt quid etiam terram occupat? Omnis enim arbor, quæ non fecerit fructum bonum*, inquit, *excidetur, & in ignem mittetur.* Luc. 13. Matth. 3.

II. A cupiditatibus, & blandimentis superatus, & in mundo vanam viuens, celeriter in retia peccati incidit. Peccatum autem semel receptum admissumque, ignis in stipula, lapis deorsum vergens, torrens transitus dilatans, & huiusmodi alia, quæ de eo canantur: & quem subegerit, ad perditionem omnimodis adducit.

III. Anima quamdiu præter naturam suam agrestis est & effera, voluptatibusque velut spinis obsita, ferarum monstrosarum domicilium est, iuxta illud; *Quoniam ibi requiescent onocentauri. Ibi nidificauit ericius*, & occurrent dæmonia onocentauris: quæ Isa. 34. sunt diuersæ passiones ignominiæ Vbi verò in statum naturæ suæ conuenientem renocata fuerit (potest enim quando voluerit, diligenti labore, dum carunculæ huic copulata est, seipsam excolere, atque

XIX. Qui Christum diligis, ab anima tua iniuriatum memoriam penitus exclude, nec vllo modo des locum odio. Nam quod est ignis ardens in lini calamo, hoc in corde latens iniuriarum recordatio.
Matth. 5. Quinimmo ora feruenter pro eo, qui tibi molestus fuit: & si quid manus tua inuenit, bene illi facito, vt liberes animam tuam à morte, & in tempore orationis tuæ liberè audeas loqui.

Marc 15. XX. In animabus humilium requiescet Dominus: in cordibus autem superborum passiones ignominiæ; quas quidem nihil æquè aduersus nos corroborat, vt cogitationes elatę: & nihil tam ex anima herbas malas eradicat, vt sancta humilitas: vnde & passionum interfectrix iure appellata est.

XXI. A prauis cogitationibus anima tua munda sit, & optimus illuminetur. Ne vnquam effluat tibi ex animo quod dictum est, cor voluptatis cupidum, esse retinaculum, & catenam è corpore exituræ animæ Laboriosum autem & industrium, portam apertam. Reuera enim puris animabus corpore excedentibus angeli duces fiunt, ad vitam beatam eas perducentes. Sordidatas contra, & impœnitentes, heu mihi, dæmones abripient.

XXII. Vide vt excandescentiam, & iram in te manere neutiquam sinas. Vir enim iracũdus, inquit, non orat: in cordibus autem mansuetorum requiescet Dominus. Quod si affectus iræ animo tuo dominabitur, meliores te inuenientur, qui in mundo vitam degunt.

XXIII. In quauis tentatione, & in omni bello oratio tibi semper præstò sit, vt arma inexpugnabilia, & Christi adiuuante gratia victor euades. Sit autem pura, quomodo sapiens magister nos admonet. Inquit enim;
1. Tim 5. *Volo enim viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira, & contentione*: qualem orationem qui negligit, tentationum, passionumque dediticius est.

XXIV. Dies festos haud potationibus, sed renouatione mentis, & animæ puritate transigendos cogita. Quod si ventri seruias, & poculis indulgeas, cum ad iram prouocabis, qui festorum dictum primus auctor est.

XXV. Qui fouet serpentem in sinu, & qui cogitationem malam in corde, ambo morientur: ille aculeo venenato percussus in corpore: hic in animum immisso veneno mortifero. Verùm genimina viperarum ne cunctemur occidere: & peruersas cogitationes in corde ne parturiamus, ne acerbè cruciemur.

XXVI. Bonum, & breue caput à quodam audiui, cùm diceret: nihil eorum quæ purgant corpora, postea simul est cum purgatis. Virtutes simul purgant animam, & cum ea simul permanent.

XXVII. Pulchra omnino, & speciosa (si modo cum terminis, & legibus consentiat, quas principes, & duces eius à sancto Spiritu docti posuerunt) monachorum viuendi ratio. Militem enim Christi sollicitudine vacantem, & cum rebus caducis nihil rei habentem, & ab omni cogitatione, actionéque mũdana planè liberum ac solutum esse oportet, iuxta
2. Tim 2. verbum Apostoli, *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus vt placeat ei, cui se probauit.* Necesse est igitur monachum à rebus fluxis, & labẽtibus alienum esse, nec vlla voluptate titillari, aut cupiditate commoueri, mortificatum, non sectantem delicias, non temulentum, non segnem, non pigrum, non pecuniæ, non gloriæ cupidum. Nam nisi quis se ab his exemerit, angelicæ istius vitæ cursum tenere haud poterit. Qui verò proeo atque conuenit in ea versantur, iis iugum istuc suaue, & onus leue est, diuina spe ipsum leuante videlicet. Prorsus istiusmodi vitæ
Matth 11. curriculum suaue, actio delectabilis, pars bona est, &
Luca 10. ab anima, à qua possidetur, nunquam auferetur.

A XXVIII. Varios ac sumptuosos cibos, deliciásque 1. Tim 5.
mortiferas noli concupiscere. *Quæ enim in deliciis* Luca 21.
est, inquit, *viuens mortua est.* Quin & ipsam parabilium saturitatem repudia, si potes: quandoquidem à saturitate ventris cauere iussi sumus.

XXIX. Dum in cella tua quiescis, facies, ne sessio tua ratione careat, & otij plena sit. Nam qui incautè ambulat, eius labor inanis est. Potius aliquid non inutile operare. Collige animum tuum. Memẽto diei supremi. Cognosce vanitatem mundi, quàm sit fallax, quàm infirma, quàm nihili. Cogita de tremore coram ratiocinatore horribili: & quo pacto acerbi exactores speciatim nobis obiecturi sint actiones nostras, verba, & cogitata, quæ ipsi suggesserunt, nos autem admisimus. Memento etiam suppli-
B ciorum apud inferos, & quo in statu sint illic conclusæ animæ, in quali timore, in quali exspectatione. Pone item ante oculos magnum illum, & terribilem diem, quo ad vnum omnes resurgemus, vltimamque sententiam, & iudicem, cui verba dari nequeunt. Repnta rerum pudorem, qui peccatores occupabit, dedecus, conscientiæ accusationem, & quale sit, expelli à Deo, & projici in ignem æternum, in tenebras ex- Matth 8.
teriores, vbi fletus, & stridor dentium. Tum quoque alia pœnarum genera omnia indagare ne desinas: & lacrymarum flumine irriga genas tuas, vestes, locum in quo sedes. Vidi certè huiusmodi considerationibus multos non mediocrem lachrymarum copiam elicuisse, & laudabilem maximè luctum acquisiisse, omnesque facultates animæ mirandum in modum
C purgauisse.

XXX. Quietem sectantibus, viuendi norma legibus definita est, nempe ieiunatio, quantum vires ferunt, humicubatio, & omne genus afflictio, propter futuram requiem. Ait enim Apostolus, *Non sunt* Rom. 8.
condignæ passiones huius ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Præcipuè autem, & inprimis oratio pura, & propemodum nunquam interrupta, nunquam cessans. Hæc murus est securitatis, portus tranquillus, virtutum custodia, fatigatorum requies. Oratio lugentium consolatio, cum Deo collocutio, inuisibilium visio, eorum quæ expetuntur certitudo, angelorum vita, ad bona cohortatio, à malis dehortatio, rerum sperandarum substantia. Hanc tu virtu-
D tum reginam, vir religiose, apprehende totis viribus, & ora dies atque noctes, seu lætus es, seu tristis es. Ora autem cum timore, ac tremore, sobrio, & vigilanti animo, vt oratio tua Domino sit acceptabilis. *Oculi enim domini super iustos*, inquit, *& aures* Psal. 33.
eius in preces eorum.

XXXI. Perfectum odium, quod Dauidicus ser- Psal. 138.
mo docet, est odisse dæmones, tanquam salutis nostræ aduersarios atque hostes: & istuc ad virturem exercendam magno est adiumento. Quis igitur est, qui perfecto odio oderit inimicos, vt nec opere, nec cogitatione peccet? Quandiu enim vasa, seu instrumenta inimicitiæ ipsorum, id est, caussæ passionum, in nobis fuerint, quonam pacto illos vt debemus oderimus? Cor quippe ad voluptates propensum, hoc
E odium apud se alere non potest

XXXII. Vestis nuptialis est apathia rationalis animæ, quę ab omni mundana voluptate aliena, omnes vitæ concupiscentias abnegauit: cogitationibus autem diuino amore plenis, meditationéque purissima visionum lucidissimarum collustrata est. At mẽs passionibus desiderij suffocata, & in his occupata, veluti pannis laceris ac sordidis induta, fit despicabilis. Nam & ille, qui manus & pedes vinctus, & in tenebras exteriores proiectus est, ex talibus cogitationibus, & actionibus contextum indumentum gestabat. Quem rex cælestis diuinis illis, immortalibus- Matth 22.
que nuptiis indignum pronuntiauit.

XXXIII. Si castitatem amas, abstinentia esca-

rum affige, & doma carnem tuam, & orationi puræ deditos, iram & furorem procul abs te repelle. Puritatem potiùs mentis obtinere desiderans, vigiliis, diuinarumque scripturarum meditationi vaca, & Spiritus sancti verba ne deficiant in ore tuo.

XXXIV. O fugiamus philautiam, seu nimium amorem sui, qui omnia odit, meritò sapiens quidam dixit. Primum enim hoc omnium, & graue bellum, & instar cuiusdam Tyranni in cogitationibus nostris existit. Post quod illa tria, & quinque alia (de quibus suprà) animam nostram dilacerant.

XXXV. Miror, si quisquam epulis distentus, apathiam possit acquirere. Apathiam verò intelligo, non abstinentiam à peccato, secundùm opus, hæc enim continentia dicitur; sed illam, quæ in mente cogitationes cum passione coniunctas radicitus extirpat, quam & puritatem cordis appellitamus.

Ephes. 6. XXXVI. Si quis voluerit stare aduersus insidias diaboli, easque irritas, & inanes reddere, & diuinæ gloriæ particeps fieri, Dei opem, & auxilium lacrymis, & gemitibus, & insatiabili desiderio, feruentiq; animo die ac nocte exposcere debet. Quo qui potiri vult, animam suam ab omnibus vitæ blandimentis, malisque cupiditatibus, & omnibus passionibus expeditam, & immunem efficiat. Nam de huiusmodi

2. Cor. 6. animabus dictum est à Deo, *Inhabitabo, & inambu-*

Ioan. 14. *labo in eis.* Et, *Qui diligit me, mandata mea seruat, egoque, & pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

XXXVII. Qui oppugnantes, & obturbantes se passiones instar pugilis decertãdo vincere, & exscindere contendit, plures armatos, & auxiliarios secum ad pugnam educat; nempe humilitatem animæ, & laborem manuum, & reliquam omnem defatigationem, seu mortificationem asceticam, & procedẽtem ex afflicto corde cum multis lacrymis orationem,

Psal. 24. quemadmodum psallit Dauid, *Vide humilitatem*

Psal. 38. *meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata*

Psal. 22. *mea.* Et alibi, *Auribus percipe lacrymas meas.* Et, *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.*

XXXVIII. Aduersarius, & inimicus vitæ nostræ insidias nobis struens, ratiocinationibus quibusdam eleuat, & extenuat peccata nostra, eorumque sæpenumero obliuionem inducit: vt paulatim laborem remittentes, lapsus nostros non reputemus. Et quamuis admissa per pœnitentiam condonata nobis existimemus, semper tamen ea memoria retineamus, ac lugere non cessemus: vt humilitatem contubernalem bonam perpetuò habentes, vanæ gloriæ, & superbiæ laqueos euadamus.

XXXIX. Etiam hoc te Christi amantem non lateat, vnam passionem, vbi locum apud te inuenerit, & in habitum radices egerit, solere in idem stabulum alias quoque introducere. Et quanquam passiones, earumque concitatores diaboli sæpe inuicem aduersantur, tamen exitium nostrum omnes concorditer, & consensu quærunt.

XL. Cùm fratres ad nos venientes suscipimus, ne id turbas, & quietis amissionem interpretemur, ne charitatis vinculo excidamus. Nec illos ita suscipiamus, quasi ipsis gratiam præstemus; sed quasi ipsis potius in eo gratiam suscipiamus, & ad hoc obligati simus, rogantes, & hilariter hospitio eos accipiamus, sicut Abraham Patriarcha fecit. Idcirco & Ioannes Theologus ita nos docet, *Filioli, non diligamus ver-*

Gen. 18. *bo, neque lingua, sed opere & veritate.* Et rursum, *In*

1. Ioan. 3. *hoc cognoscimus, quod ex veritate sumus, &c.*

XLI. Patriarcha Abraham, quoniam opus hospitalitatis exercebat, & mensam apponebat indiscriminatim planè omnibus, piis atque barbaris, dignus est habitus, qui angelos, & in ipsis vniuersorum Dominum admirabili, & inaudito exemplo conuiuas acciperet. Quare nos similiter hospitalitati perstu-

A diosè, alacriterque demus operam: vt non angelos modò, verùm ipsum quoque Deum recipiamus. Etenim, *Quandiu*, inquit Dominus, *fecistis vni de his* Matth. 25.
minimis, mihi fecistis. Omnibus igitur benefacere bonum est: sed iis præcipuè, qui beneficio respondere nolunt.

XLII. Quem cor suum non reprehendit propter mandatum Dei prætermissum, aut negligentius curatum, aut propter cogitationes parũ bonas, hic est puro corde, & dignus qui audiat, *Beati mundo corde.* Matt. 5.

XLIII. Sicut vnguentum pretiosum, tametsi in vase, seu pyxide reponatur, nihilominus suaui expiratione sua aërem inficiens, non solùm propè astantes, sed vicinos omnes voluptate suaueolentiæ permulcet: ita virtutibus præditæ, ac Dei amãtis animæ
B fragrantia, per omnes corporis sensus dispersa, intuentibus repositam intus virtutem ostendit. Quis enim videns linguam nihil absonum, & ineptum loquentem, sed quidquid audientibus prodesse possit, oculos depressos, aures nihil leuium cantionum, verborumque admittentes, pedes compositè ac decenter incedentes, vultum risu haud diffusum, ad luctum autem, & lachrymas paratum magis, quis, inquam, ista videns non cognoscat multam intus latẽtem virtutum suaueolentiam? Idcirco & Saluator ait, *Sic lu-* Matth. 5.
ceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ, qui in cælis est.

XLIV. Cùm passiones nos atrocius exagitant, & iugum nobis imponunt, frequenter nobiscum dubitamus, cur ista patiamur. Sciendũ igitur, quia cũ di-
C uinis contẽplationibus affixi, & occupati non sumus, eiuscemodi nos tyrannide opprimi, & captiuos duci. Nam si quis mentem suam Domino, ac Deo nostro sic affixerit, vt ab eo abstrahi nulla vi possit, fidelis est Saluator ipse omniũ, vt animam talem ab omni seruitute prauarum motionum liberet; iuxta verbum illud Prophetæ, *Prouidebam Dominum in conspectu* Psal. 15.
meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Quid porrò dulcius, aut tutius, quam habere Deum semper à dextris, regentem & custodientem nos, nec sinentem commoueri? Quod quidem vt assequamur, in nobis situm est.

XLV. Præclarè à patribus dictum, & dici aliter non potest, hominem alia via non inuenturum re-
D quiem, nisi sic apud animum cogitet, se, & Deum in mundo solos esse, & mente alibi nusquam vagetur; sed illum solum concupiscat, illi soli inhæreat. Talis veram requiem, & à passionum tyrãnico dominatu, libertatem inueniet. *Adhæsit*, inquit, *anima mea post* Psal. 62.
te. Sin me Philautia inuaserit, ex anima Dei memoriam expellit: omnium quippe malorum parens est. Dei memoria deficiente, non mediocris passionum strepitus, ac tumultus in nobis exoritur.

XLVI. Qui philautiam è corde suo radicitus euulsit, facilè etiam reliquis perturbationib. Deo adiuuante, imperabit. Ex ea siquidem ita, tristitia, iniuriarum tenax memoria, studium voluptatis, immoderata lætitia, verborum licentia progenerari consueuerunt, quando ab illa deuictus, etiam reliqua-
E rum seruus est. Philautiam autem nominamus, passioni obnoxiam ad corpus affectionem, vt appetitibus carnalibus satisfiat.

XLVII. Quem quis amat, ei perpetuò, & omninò quam coniunctissimè adesse desiderat, & omnia quæ ipsum à colloquio, & permansione apud dilectum prohibere queunt, auersatur ac refugit. Certum est igitur, etiam qui Deum amat, optare semper cum eo esse, & habere cum illo consuetudinem: id quod nobis per puram orationem cõtingit, ad quam incumbendum pro viribus, illa enim nos Domino familiares reddere solet. Eiusmodi erat qui dicebat, *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima* Psal. 62.
mea. Vigilat enim mane ad Deum, qui mentem ab

omni

omni vitio procul abducit, & diuino amore continenter vulneratur.

XLVIII. Ex continentia, & humilitate apathiam, ex fide cognitionem naſci didicimus: ex quibus ad diſcernendum, & ad Deum contemplandum anima proficit. Diuina autem charitate in ſinum collecta, alis puræ orationis ad eius altitudinem ſine ceſſatione aſcendit: donec *occurrat in agnitionem filij Dei; in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*, vt ab Apoſtolo ſcriptum eſt. [Ephes. 4.]

XLIX. Hoc primum nobis certamen eſt, minuere paſſiones, & vt ſumma eas debellare. Secunda pugna, virtutes comparare, & non ſinere animam noſtram inanem, atque otioſam eſſe. Tertium ſtadium ſpiritualis itineris eſt, ſobriè, vigilantérque cuſtodire, quæ collegimus.

L. *Finem ſermonis pariter omnes audiamus*, inquit Eccleſiaſtes. *Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo.* Ego, inquit, ſummariã, & compendioſiſſimam tibi ſalutis viam monſtrabo, *Deum time, & mandata eius obſerua.* Timore, non quem ſupplicia in animis excitant: ſed perfecto illo, & qui perfectos facit: quem propter præcipuum quendam amorem erga eum qui hoc iuſſit, habere debemus. [Eccles. 12.]

EX VITA SANCTÆ SYNCLETICÆ.

I.

QVi prius per vitam in actione poſitam altius non aſcendit, cum ad alios docendos aggredi periculoſum eſt. Sicut enim ſi quis in domum ruinoſam ſuſceptis hoſpitibus, eius caſu damnum graue afferat: ſic iſti, cùm ſemet antea non tutò, ac bene ædificarint, etiam ad ſe diſciplinæ cauſſa ventitantes ſecum perdunt. Oratione enim ad ſalutem capeſſendam illos aduocãt, morum autem improbitate, quos ita congregarunt, potius lædunt. Nuda enim verborum doctrina, & inſtitutio picturis, quæ vitioſis coloribus conſtant, ac breuiſſimo tempore afflatu ventorum, & aſperſione pluuiarum abolentur, ſimilis eſt. At verò doctrinam quę exemplum coniunctum habet, nullius ęui longinquitas obſcurauerit, ac deleuerit. Dum enim ſermo talis firma, & ſolida in animum inſculpit, ea fidelibus, pro monumento ſempiterno largitur.

II. Si in cœnobio viuis, caue locum mutes: id enim tibi detrimento magno futurum eſt. Quemadmodum enim auis oua deſerens, oua illaitrita, & infœcunda efficit: ſic monacha, aut monachus de loco in locum tranſiens, refrigeſcit, & fidem mortuam gerit.

III. Nec panem vſque ad ſaturitatem comedas, nec vini potum appetas.

IV. Tria ſunt prima, & præcipua inimici noſtri capita, è quibus omnis improbitas enaſcitur, cupiditas, voluptas, triſtitia ſiue ęgritudo. Ex vno hæc pendent. Ac voluptas quidem mediocriter ſubigi, domarique poteſt: cupiditas neutiquam. Nam illa per corpus exercetur; hęc ab animo incipit: ægritudo ex ambabus paratur. Ne itaque cupiditatem operari ſinas, & reliqua nihil agent. Sin primum foras proferre caput permiſeris, cum ſecundo confuſum, negotium tibi faceſſet. In orbem enim reciprocantia, reſpirare, & erigi animam collapſam non patiuntur. Scriptum eſt enim, *Ne des aquæ exitum*, quoniam difficile retineri poteſt. [Eccles. 25.]

V. Non omnia proſunt omnibus: vnumquodque ab vnoquoque conſpiciatur, ac certò, quantum valeat, cognoſcatur. Nonnullis conducit viuere in cœnobio: nonnullis potius in ſolitudinẽ ſecedere. Vt.n. plantę quædam locis humidis, quædam ſiccis melius creſcunt: ſic & hominum quidam in locis altioribus felices ſunt: quidam in humilioribus conſeruantur,

VI. Eſt aſceſis ſecundùm Deum, eſt etiam quam contendit inimicus, quámque diſcipuli eius ſequuntur. Quo igitur pacto diuinam, & regiam à tyrannica, & dæmonica internoſcemus? Sine dubio ex proportione. Iuuenis es, & corpore ſano? ieiuna, vigila, labora: obrepit enim cum imbecillitate ſenectus. Quandiu potes, theſaurum collige, vt cùm amplius non poteris, collectum inuenias.

VII. Qui in mundo leges frangunt, in carcerem conijciuntur, quamuis nolentes: at nos propter peccata noſtra noſmetipſos carceri includamus; vt quod hîc ſponte perferimus ſupplicium, per id ab horribili pœna in futuro ſæculo liberemur.

VIII. Ieiunas? ne morbum ſimules: nam qui non ieiunant, eadem ſolent fingere.

IX. Si bonum cœpiſti, ne retrocedas, cũ te inimicus progreſſu arcere voluerit, tua enim patientia deſtruetur. Etenim qui ſe pelago commiſerunt, primũ quidem ventos ſecundos ſortiti, velorum ſinus pandunt: poſt, ſi venti ſurgant contrarij, non ideo nautæ nauim à curſu detorquent: ſed vbi paulum quieuerunt, aut etiam contra aduerſantem procellam nitẽtes, nauigationem continuant. Ita nos quoque, ſi venti aduerſi inciderint, crucem veli loco expandentes, abſque metu nauigare pergamus.

X. Dicebat item admiranda illa fœmina, conſecratas Deo animas ſollicitudine carere nunquam debere: iis enim maximè ſe opponit inimicus. Nam & quieſcentibus ipſis ringit, & victus contriſtatur. pauluṁque recedens, obſeruat, quando paululũ obdormiant: & ita inuadit: ac per quę ſecurum ſe quiſpiam arbitratur, per ea ipſa illum euertit, ac proſternit. Sicut namque impoſſibile eſt hominem non habere ſcintillam ſaltem honeſtatis: ita contrarium in bonis reperitur. Pugnantium quippe inter ſe bonorum, & malorum pars quædam in partibus aduerſatiis eſt. Sæpe igitur homo omni turpitudine cinctus, omnique intemperantia inuolutus eſt, attamen eleemoſynas confert, & cum bonis habet commercium. Alij de perfectioribus temperantiam conſectantur, ieiunium, & quæ in aſcetico viuendi genere laborioſiora ſunt: ſed fortaſſe iidem ſunt tenaces, aut obtrectatores. Itaque parua, quaſi non poſſint nocere, contemni non debent: quando & lapidem diuturnius ſtillicidium atterit, & imminuit. Maxima ergo bonorum quę inter homines viſuntur, à diuina gratia in eos proficiſcuntur: quæ autem parua videntur mala, per nos ipſos repellere docti ſumus. Qui ergo magna, Dei gratia adiutus, deuicit, modica autem vilipendit, inſigne damnum accipiet. Dominus enim noſter, vt germanus pater, filiis greſſum ponere nitentibus manum porrigit: & qui à quocunque graui periculo nos eripit, contra leuiora noſmet ſolos, arbitrij noſtri libertate moueri ſinit. Qui porrò in paruis facilè manum dat, quonam modo hic, quæ maioris momenti ſunt, ſeruabit.

EX ELIÆ PRESBYTERI, ET defenſoris ſententiarum Florilegio floriſegium.

POteſt vnuſquiſque Chriſtianus ſemper ſollicitus ac ſuſpenſus, tentationem exſpectare: vt cùm venerit neue miretur, neue terreatur: ſed grato animo tribulationis laborem, moleſtiámque ſuſtineat: & mente pſallens cum Propheta dicat, *Proba me Domine, & tenta me.* Nec verò alibi dixit, *Diſciplina tua me ſubuertit*, ſed, *Correxit me in finem.* [1. Cor. 14. Psal. 25. Psal. 17.]

Principium omnis boni timor Domini: finis autem amor, & deſiderium eius.

Principium omnis boni ratio ſeu contemplatio actuoſa, & viciſſim actio contemplatiua. Nec enim actio citra contemplationem eſt laudabilis: nec contemplatio ab actione deſerta, probata eſt & accepta.

Omnes virtutes præcedunt misericordia, & veritas, quarum proles est humilitas, & quæ ex patrum sententia inde enascitur, discretio: sine qua neutra, nec misericordia, inquam, nec veritas finem, ac terminum suum videre potest.

Actio iugum contemplationis aspernãs, huc illuc circa inutilia, instar vitulæ alicuius vagatur, & obstet. Contra contemplatio honoratam practicæ tunicam repudians, non est speciosa ac decora, etiamsi talis videri per simulationem contendat.

Anima generosa, & virilis vt mulier attenta & sedula, tota vita sua lampades duas, practicam scilicet, & contemplatiuam ardentes habens, facit quæ debet. E contrario anima voluptatibus soluta, ac remissa, facit quæ non debet.

Ad consummatam vindicationem à vitiis non sufficit animæ voluntaria afflictatio, nisi etiam non voluntariis inflammetur, minimè eneruata difflnat.

Anima gladio similis est: nisi per ignem, & aquam transierit, hoc est, per labores voluntarios, & inuoluntarios, dum quotidianas tentationes repercutit, firma & infracta non permanebit.

Quemadmodum voluntariarum tentationum tres sunt caussæ generalissimę, sanitas, diuitiæ, & gloria: sic voluntariarum totidem sunt, detrimentum seu damnum, contumeliæ, inualetudines. Atque hæc quibusdam ad ædificationem, quibusdam ad destructionem contingunt.

Vnà cum anima subsistunt, & cohærent cupiditas, & tristitia: cum corpore voluptas, & dolor. Caussa doloris est voluptas. Nam dum acerbum doloris sensum effugere volumus, ad voluptatem confugimus. Cupiditas autem tristitiæ mater est. Etenim à scopo cupiditatis aberrantes, in mœstitudinem incidimus.

Qui virtute est præditus, intrinsecus, & in animo suo inclusum possidet bonum: vanæ gloriæ cupidus sola cogitatione conceptum, & imaginatitium. At verò malum probus superficie tenus, voluptati deditus profundum habet.

Non sępe inuenitur, qui vitium sollicitè, & cum cura non oderit. sæpius autem qui effectricibus eius caussis etiam attentius inhæreat.

Quibus non est semper apud animum proposita pœnitentia: iidem etiam in peccata frequentius labuntur. At qui non ex proposito culpam contrahũt, iis certò persuasum est pœnitere: & quamobrem pœniteant, haud ita crebrò caussam habent.

Sensus, & conscientia (αἴσθησις ἢ συνείδησις) in verbis, quæ ore proferuntur, conueniant, vt diuinum Verbum, quod se in medio, in nomine suo congregatorum affuturum promisit, per proteruiam, aut immoderationem eorum quæ dicuntur, aut finnt, ne pudefiat. *Matth. 18*

Non qui operibus animæ suæ iniuriam non infert, hic etiam à dictis incontaminatam tuetur: nec qui linguæ moderatur, iam nulla eam impuritate inquinauit. Qui enim cogitatione delinquit, quod tertium est, facit.

Non poteris faciem virtutis aspicere, si adhuc vitij vulnini iucundè consideras. Tũc autem hic tibi odio prosequendus videbitur, si illios gustum, experientiamque concupiueris, & à spectanda improbitatis forma oculos quàm longissimè abduxeris.

Per cogitationes præcipuè, non per opera dæmones animę bellum mouent. Ipsa enim opera per se necessaria sunt. Et illorum quidem auditio, aspectusve caussa est: cogitationum autem consuetudo, & diaboli.

Neque corpus sine ieiunio, & vigilie, neque anima sine veritate & misericordia, neque mens sine consuetudine, & meditatione diuinitatis purgari potest. Atque hę istarum rerum copulæ nobilissimæ sunt.

His quas diximus virtutibus in orbem exercitata anima, quietissimom sibi à tentationum strepitu castellum constituit, qood est patientia: *In patientia enim vestra possidebitis animas vestras*, ait Scriptura. Sin aliter fecerit, velut non munita vrbs, etiam longinquo adhuc tumultu & clamore, exterreri, & vectibus pusillanimitatis quassari atque contũdi solet.

Non quicunque in loquendo, hi in cogitãdo quoque prudentes, & considerati sunt. Qui autem cogitando, hi etiam in sensibus exterioribus cauti, ac prouidi inueniuntur. Etsi enim sensus nos omnes vectigales, seu tributarios habet, non tamen ei ab omnibus æqualiter vectigal penditur. Complures enim ex simplicitate naturam, & conditionem eius nescientes, quemadmodum honorem ei debitum impertiantor, ignorant.

Prudentia sua natura indiuisa, variè diuiditur. Huic enim eius maior pars datur, huic minor, quoad aucta virtus practica, & comites sibi virtutes generales adiungens, bono quantum potest quemlibet cõpleuerit. Plures enim prout in vita in actione constituta claudicarunt, ita prudentiam quoque sortiti sunt.

Ad res secundum naturam pauci intelligentes deprehenduntur; ad ea quæ circa naturam sunt, multi. Nam cùm timidè in his cognoscendis versantes, totam suam naturalem intelligentiam exhauserint, parum in illis sapiunt: plurimum autem in supervacaneis, & natura haud laudabilibus.

Silentij rationabilis & tempus, & modus conuiuæ sunt, quibus omnigenas epulas apponit veritas: quæ facit, vt mendacij pater in animam peregrinantem ingrediens, nihil eorum inueniat, quæ cupiebat.

Verus eleemosynarius est, non qui spontè ac libens erogat superflua: sed qui necessaria sua surripientibus condonat.

Ne propter morbi acrimoniem turbidiore sis animo: sed per industriam medicis mentis efficacibus adhibitis, eum depelle, qui sanitatis animæ curãgeris.

Ne exasperetis aduersus eum, qui tibi nolenti manus medicas admouit: sed ad detractam molestiam respiciens, te miserum iudica, illum lauda, qui Deo ita prouidente, huius leuationis ac sanitatis caussa fuit.

Quantum senseris labores, tantum tibi placeat, qui tui probandi eos tibi creat: perfectæ enim purgationis caussa tibi fiunt, sine qua mens puram fundere orationem non potest.

Cùm reprehenderis, aut taceas oportet, aut sedatè, leniterque aduersus reprehendentem te defendas: non vt tua commendes: sed vt castigatorem ex ignorantia fortasse errantem corrigas, & velut lapsum erigas.

Nec superbus sua vitia, nec humilis suas virtutes cognoscit. Tegit enim vitia quidem illius mala, huius autem bona ac Deo placens ignorantia.

Honore paribus superbus exæquari se non patitur in bonis. In malis autem suam infirmitatem cum improbissimis comparans, tolerabilem putat.

Vituperatio animam robustam, ac solidam, laudatio ad bona languidam, & inertem reddit.

Diuitiæ in auro, virtus in humilitate cõsistit. Quomodo igitur qui auro caret, pauper est, quamquam foris non appareat: sic qui sine humilitate in certamine monastico versatur, Deo non placet.

Sicut absque auro non est mercator, etiamsi ad mercaturam faciendam valde sit idoneus: ita nec absque humilitate monachus iucunda virtutum possidebit, quamuis prudentiæ suę multum fidat.

Expedit athletæ spirituali minora factis suis cogitare, & maiora quam pro pusillanimitate sua facere. Sic hominibus venerationi erit: & apud Deum vt fidelis operarius non erubescet.

Qui timet ne inter discumbentes in thalamo nuptiali

ptiali peregrinus appareat, cum aut omnia Dei mandata probè seruare, aut ad vnam humilitatem eniti oportet.

Coniunge simplicitati continentiam, veritatémque humilitati copula, & videberis contubernalis iustitiæ: ad cuius mensam omnes reliquæ virtutes amant congregari.

Mitis, & clemens natura speciosam animam, membrorum autem stabilitas, & quietudo quietam demonstrat.

Primum bonum est, non labi in vlla re. Secundum, lapsum suum præ verecundia non celare, nec se impudentem in eo ostendere: quin potius humiliari, & ideirco reprehensum se quoque pariter reprehendere. Quod nisi fiat, quidquid Deo offertur, parum valet.

Ad afflictiones voluntarias, etiam non voluntarias adiungere oportet, detrimenta, inquam, & inualetudines, quæ à diabolo nobis importãtur. Quas qui non admittit, sed recalcitrat, & stomachatur, perinde facit, vt si quis panem suum non cum sale, sed cum melle tantummodo comedere velit: qui panis non voluptatem semper sodalem, sed satietatem semper vicinam habet.

Psal. 120. *Dominus*, inquit, *custodiat introitum tuum, & exitum tuum*, epularum scilicet, & verborum introitum, & exitum, in continentia. Nam qui in his duobus est moderatus, & continens, cupiditatem oculorum fugit: iram verò ex vecordia natam mitigat: quibus cauendis monacho ante omnia, & omni ratione studendum est diligenter. Sic enim & in actione firmior, & in contemplatione euadit solidior.

Quidam circa introitum escarum admodum diligentes, & cauti sunt, circa exitum autem verborum

Eccles. 11. negligentes. Tales nesciunt *auferre iram à corde suo, & amouere malitiam à carne sua*, vt est apud Ecclesiasten, per quæ cor mundum ab innouante spiritu creari consueuit.

Psal. 50. Voluptas eorum quæ sub ventre sunt, in iis qui religiosis institutis exercentur, corpore marcescente desinit: at verò gutturis, & palati manet. Danda igitur opera, vt per caussam ablatam, tollatur probrum ac dedecus, quod ex caussa consequitur: ne in futuro sæculo alienus à virtute continentiæ inuentus erubescas.

Necesse est nosse ascetam, quando, & quibus cibis, corpus suum vt hostem alere, quando vt amicum ad epulas inuitare, iterumque vt imbecillum, & ægrotum consolari debeat: ne per imprudentiam, & quę debentur inimico, ea amico, & quæ amico debita, inimico apponens, vtrumque offendat, & tempore tentationis oppugnatores habeat.

Cùm is qui alitur, nudum alimentum potius ducit omnibus deliciis, tum veniens gratia lachrymarum, eum consolari incipit, vt omnis alterius suauitatis obliuiscatur: vtpote quam incomparabilis harum suauitas iam absorpserit.

Matth. 7. Qui per latam viam incedendo se dilatat, ei in angustum contrahuntur lachrymæ: scaturiunt autem illi, qui arctam, & angustam viam diligit.

Et peccatori, & iusto ægrè est. Sed huic quidem, quia nondum penitus deseruit malum: illi, quia nondum apprehendit verum bonum.

Domus animæ patientia, continetur enim illa: facultates autem, & victus humilitas, alitur enim per illam, & sustentatur.

Qui vituperationes non tolerat laudibus non ornabitur: & qui antè voluptatem animum conuertit ad dolorem, illius molestiam, & sollicitationem effugiet.

Ne te alliges modico, & non seruies grandiori: ex paruo enim peccato magnum existere, & effingi quodammodo, formarique consueuit.

A Nō prius passiones omnes succides, quàm terram, vnde illis incrementum, inaratam reliqueris.

Quidam corpus duntaxat, quidam animam præterea expurgare laborant. Alij siquidem aduersus peccatum operis tantummodo vires ac robur acceperunt: alij item aduersus perturbationes: aduersus cupiditatem verò, seu concupiscentiam longè paucissimi.

Ἐμπαθὴς est, in quo vis peccandi in rationem dominatur, & si interea foris non peccetur. Ἡμιπαθὴς, in quo efficientia peccati ratione infirmior est, licet intus afficiatur. Προσπαθὴς, qui libertati, seu potius seruituti mediorum adhæret. Ἀπαθὴς, qui horum omnium discrimen ignorat. Dispereunt autem ab anima ἐμπάθεια per quietem & attentionem.

B Animam sponsarum amore vulneratam, oratio cum sponso consociare solet.

Vt sol nunquam est sine radiis, sic in mente semper sit, & maneat oratio, sine qua sollicitudines rerum sub sensus cadentium velut quædam nubes non aquosæ circumuolantes, mentem à perfruenda claritate sua impediunt.

Per angustam portam orationis mens perturbationibus agitata intrare non potest, ni prius cognatas sollicitudines posuerit: sed in his quæ circum tabernaculum eius, hoc est, circa corpus sunt, semper occupata cruciatur.

Virtus orationis fames ciborum voluntaria: fames autem illa est, vt rerum mundanarum sine summa necessitate nihil neque audias, neque videas. Qui

C huic rei non prouidet, ieiunij sui ædificium consolidare, ac stabilire nequit, facitque eo orationem rumpi, ac dissolui.

Mens, nisi in omnibus quæ sensu percipiuntur moderata & parca fuerit, attollere sese in superna, dignitatemque suam cognoscere non potest.

Oratio lachrymis fulcita ab anima omnes cogitationes eidem inimicas expellit, quas elatio animi, consuetudine scurrilitatis confirmata introducit. Quam qui exterminat, vnà cum ipsa malum, vnde omnis licentia loquendi profluit, exterminat.

Spiritualis actio etiam sine corporis actione commendari solet. Beatus igitur, qui spirituale opus corporali præstantius censuit: per ipsum enim huius de-

D fectum supplet, absconditam vitam in oratione, Deóque manifestam viuens.

Hortatur nos Apostolus, vt simus in fide patientes, spe gaudentes, orationi instantes, vt bonum gaudij apud nos perduret. Quod si hoc ita est, vtique qui non est patiens, non est fidelis. qui non gaudet, non sperat: caussam enim gaudij orationem, abijcit, dum ei non instat. Rom. 12.

Si mens ab initio cum mundanis cogitationibus commercium habens, tantam sibi earum amicitiam peperit, quomodo ex assiduitate orationis non perinde eius familiaritatem adipiscetur? nam in quibus quis diu moratur, inquit, in his & dilatari consueuit.

Sicut infans se habet ad vbera matris extinctæ, ita mens ad orationem, quæ ipsam consolari non potest.

E Ad eam autem quæ potest, vt puerulus in maternis vlnis suauissimè obdormiscens.

Post sponsam quæ in Canticis introducitur, potest etiam Oratio sponsa amatori suo dicere; *Illic* (in lugubri videlicet cubiculo, vitæ virtutibus deditæ) *dabo tibi vbera mea*, si toto affectu me dilexeris. Cant. 7.

Nisi verba orationis in ipsa animę viscera penetrasint, lachrymæ per vultum manare non poterunt.

Agricolæ respondent segetes, quamuis non inspectis antea quæ terræ committit seminibus. Ast monacho enixius verba orationis secum pertractanti, lachrymarum riui profluunt.

Claüis regni cœlorum oratio est. Hanc qui tenet pró eo ac decet, quæ sunt in ea amicis ipsius bona re-

posita cernit. Sola autem præsentia circumspicit, qui in ea libertatem, fiduciamque non est consecuturus.

Non potest animus inter orandum Deo fidenter dicere; *Psal. 115.* *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*, nisi à pusillanimitate, socordia, voracitate, & ingluuie, quibus delinquitur, desiderio meliorum sese asseruerit.

Cum ab externis anima sese vacuam præstiterit, tum eam flamma quædam vndique complexa quodammodo, ceu ignis ferrum, totam candentem efficit: & cùm sit anima eadem, non tamen est contrectabilis, vt neque ferrum ignitum manibus contingi potest. Beatus qui in hac vita talis spectari meruit, & simulachrum suum (hoc est animam Dei imaginem) natura velut luteum, gratia igneum aspexit.

Nouitiis adhuc, seu tyronib. lex orandi tanquam molestus aliquis, & morosus Dominus imponitur: prouectioribus autem est amor, quo esurientes velut ad conuiuium sumptuosum compelluntur.

Qui probè in vita actiua versantur, eos oratio interdum vt nubes obumbrans, vrentes cogitationum radios ab illis arcet, ac defendit: interdum lachrymarum quasi stillicidiis eos perfundit, ac spiritualia quæ contemplentur demonstrat.

Per cogitationem mens ad intellectualia transit: per ratiocinationem ad rationalia: ratio ad actionem per imaginationem sensus.

Cùm mentem tuam à perturbatione circa corpora, circa escam, & pecuniam liberaueris, tunc Deus, quod feceris pro munere puro agnoscet, & te remunerans aperiet oculos cordis tui, vt in absconditis in eo diuinis legibus perspicuè mediteris: quæ intelle- *Psal. 118.* ctuali gutturi tuo propter emissam ex se suauitatem *Psal. 18.* super mel, & fauum dulciora erunt.

Non poteris animum à corporum, pecuniarum, epularum concupiscentia inuictum reddere, nisi eum in puram iustorum regionem introduxeris, vbi mortis, & Dei memoria super eum scaturiginis instar erumpens, è terreno cæno omnem cogitationem insurgentem eluet.

Nihil neque cogitatione mortis horribilius, neque recordatione Dei mirabilius est. Illa tristitiam salutarem continet; hæc lætitiam donat. Ait quippe Propheta: *Psal. 76.* *Memor fui Dei, & delectatus sum*. Et Sapiẽs: *Eccles. 7.* *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. Est porrò impossibile quemquam secundum illud obtinere, nisi antea prioris amaritiem gustauerit.

Quandiu mens gloriam Dei reuelata facie non *Psal. 34.* videt, non potest anima, eius affecta sensu dicere: *2. Cor. 3.* *Ego autem exultabo in Domino, & delectabor super salutari meo*. Velamen enim philautiæ positum est super cor eius, quod ei non sunt reuelata fundamenta mũdi, qui sunt sermones maiorum. Atque istuc velamen absque voluntariis, & non voluntariis laboribus ab ea non auferetur.

Non est cum Christo crucifixus, qui motiones carnis adhuc sentit; nec illi consepultus, qui cogitationes adhuc animales post se trahit. *Rom. 6* Quonam igitur modo talis cum eo resurgat, vt in nouitate vitæ ambulet?

Sol quem cernimus, radios suos in domum clausam non immittit. Contra, sol quem animo videmus, radios suos in animam, quæ sensus rebus aspectabilibus apertos habet, minimè proiicit.

Apis prata peruolitans, inde generandi mellis materiam colligit. anima verò sæcula perlustrans, ac circumspiciens, variam inde dulcedinem menti comparat.

Ceruus vbi serpentes comederit, ad fontes aquarum veneni restinguendi currit. Anima diuinis iaculis saucia irrequieto amore in eum, à quo vulnerata est, fertur.

Quemadmodum grani præstantia è spica, ita sincera contemplatio per orationem declarari consueuit. Habet autem spica quidem circumdantes sese aristas, velut quasdam hastulas, ad arcendas aues seminilegas: contemplator verò sapientes rationes in tentationibus, quibus eas perimit.

Orationi perfectæ cogitationes angelicæ, mediæ, spirituales, introductoriæ, seu nouitiæ adhuc, naturales comparari solent.

Olim veteres de area, & torculari primitias in templo offerre iubebantur: nunc nos virtutis practicæ primitias continentiam, & veritatem: contemplatiuæ autem charitatem, & orationem Deo offerre oportet: & per illas irrationabilis cupiditatis, atque iræ impetus retundere: per has autem cogitationes inanes, proximorumque insidias. *Deuter. 10.*

Praxis est, non tantùm bona posse bene facere; sed etiam ea vt oportet facere: cùm nimirum is, qui facit, opportunitatem temporis, & modum, siue mensuram agendi adhibet.

Lamentatio, & carmen, & væ in domo animæ practicæ propter laborem inueniuntur: contra, vox exultationis, & confessionis propter cognitionem in tabernaculo contemplantis exaudiuntur. *Ezech. 2.* *Psal. 117.* Practicus quidem hortantibus molestiis dissolui cupit, & esse cum Christo. Contemplatiuo placitum est magis in carne permanere, tum propter gaudium, quod ex precibus exspectat, tum propter vtilitatem, quæ per illum ad proximos deriuetur. *Philip. 1.* *Ibidem.*

Practicus in precibus velamen habet super cor suum, nempe notitiam rerum sensibilium, quod quidem tolli ac reuelari propter habitum non potest. At contemplatiuus, quoniam eo non tenetur, Dei gloriæ reuelata facie partem aliquam videre potest.

Apud peritiores theoria praxin, apud rudiores praxis theoriam antecedit, & ambæ in finem bonum desinunt: id quod promptius est videre in his, quibus contemplatio actione prior est.

Hortus quidem, & paradisus est intellectualium contemplatio, in quam cognitionis sectator cum precibus vt in domum ingreditur: practicus autem videtur tanquam viator præteriens velle inspicere: sed non permitti, quia id vltra spiritualis ætatis eius sepem est.

Passiones corporeæ feris bestiis, ad animam verò pertinentes, volucribus sunt similes. Verùm illas à terrena vinea fugare, ac dispellere practicus potest, non etiam genus volatile, nisi theoriæ possessionem adierit, quemuis ad interna sua custodienda summum studium, diligentiámque adhibuerit.

Mens nondum perfecta in fructiferam orationis vineam intrare non sinitur: sed ei velut mendico racemetio sola, & nuda, & vix etiam, psalmorum decantatio conceditur.

Quemadmodum non omnes, qui ad regis colloquium admittuntur, eum coptandere possunt: sic neque qui cum oratione miscent colloquia, omnes ad eam quam habet theoriam aspirant.

Frænum iræ, opportunum silentium; cupiditatis à ratione auersæ, cibus moderatus; impotentis animi, oratio distractione carens.

Et qui altum infra, & qui altum supra subire vult, ille vt sensibilem, hic, vt intellectualem margaritam acquirat, nisi nudentur, vnus veste, alter sensu, ambo suo voto frustrabuntur.

Qui apud se est inter orandum animus, velut sponsus cum sponsa in thalamo colloquitur. Qui autem ingredi non sinitur, stans foris, cum gemitu clamat, *Quis me deducet in ciuitatem munitam?* aut quis me ducet, donec in precibus meis faciendis in vanitates, & insanias falsas amplius non respiciam? *Psal. 107.* *Psal. 39.*

Qualis est palato cibus sine sale, talis est animo sine animaduersione, & intelligentia vsurpata oratio.

Anima quæ orationem adhuc consectatur, & persequitur,

sequitur, patiens gerit imaginem: quæ verò eam comprehendit, puerperæ, quam partus suus gaudio impleuit.

Iosua 10. Olim Amorrhæus in montibus habitans, egressus ascendere contendentes vulnerabat. Nunc impro-
Iud. 11. bitas eos repellit, qui ante expiationem simplicitate sua altiorem orationis gradum conantur ascendere.

Puram orationem dæmones natura oderunt, quos percellit non psalmorum multitudo, vt externos hostes integer exercitus: sed horum trium consensus, atque concordia, animi cum ratione, rationis cum sensu.

Oratio nuda orantes tanquam panis confirmat. Quæ cum aliqua contemplatione coniuncta est, impinguat. Quæ vacat specie, & simulacris, vini odorati instar est, quo repleti, insatiabiliter admirantur & obstupescunt.

Certatorem necesse est sensum suum ad simplicem, & vniformem alimoniam contrahere, mentem autem ad orationem, cui se distractio non admisceat. Sic enim passionibus expeditus ac liber eò veniet, vt inter preces ad Dominum rapiatur.

Super canibus virgam quatiens eos in se irritat: dæmones autem qui puram fundere orationem nititur.

Etiam anima practica, depositis perturbationibus, cùm ab improbis dæmonibus, & cogitationibus vrgetur, vt ad vanitates, & insanias falsas respiciat, cùm
Cant. 5. illa in Canticis ait, *Exspolians me tunica mea, quomo-*
Ioan. 10. *do induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo*
Ezech. 34. *illos?*
Cant. 1. O Dei amantem animam, cui dicere audet, narra mihi pastor bone, vbi pascis oues tuas? & vbi accubare facis in meridie agnos tuos? vt non sequens, non sim errabunda in alienis gregibus.

Anima practica rationem orationis tenere desiderans, nec valens, etiam ipsa cum sponsa in Canticis ita
Cant. 3. clamat. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni illum, vocaui, & non respondit mihi. Surgam* (*per orationem feruentiorem*) *& circuibo ciuitatem per vicos & plateas, & quæram quem diligit anima mea.*

Cùm ob gaudium ex oratione perceptum anima tota in lacrymas solui cœperit, tum ipsa quoque cum
Cant. 5. libertate sponsum sic alloquitur. *Descendat dilectus meus in hortum suum, & comedat velut fructum pomorum suum*, quæsitum labore solatium.

Cùm anima actiua ea præstantia, & pulchritudine rerum conditarum ipsum conditorem admirari cœperit, & in voluptate inde hausta suas habere delicias, tum ipsa quoque obstupefacta sic exclamat. Quàm speciosus es, mi sponse, paradise patris tui, *Flos*
Cant. 1. *campi, & cedri eius, vt cedri libani. Sub vmbra illius*
Eccles. 24. *quem desideraueram sedi: & fructus eius dulcis gutturi*
Cant. 2. *meo.* Si enim qui regem in domicilium suum recipit, adeo fit conspicuus, & illustris, & id omni gaudio anteponit, quid sentire par est animam, quæ cũ purgata est, regem regum suscipit, vt habet eius mi-
Ioan. 14. nimè fallax promissio. Et quid non foras proijciet quod eius quietem impedire videatur? quid autem non introducet, quod illi placeat?

Qui se cras à rege vocandum expectat, quid aliud cogitabit, quid meditabitur, nisi orationem, qua illi placere queat? Hoc si faciat anima quælibet, ad illius tribunal imparata non veniet.

Psal. 72. Beata anima, quæ hodie Domini sui aduentum ex-
Luc. 17. spectans, totius diei, atque etiam noctis laborem
1. Cor. 6. planè pro nihilo ducit, quod statim sibi mane appariturus sit.

Omnes videt Deus, vident autem Deum, qui dum orant, nihil vident. Et quicunque Deum vident, etiam exaudiuntur ab illo. Qui non exaudiuntur, nec vident illum. Beatus porrò qui credit se videri à Deo, quoniam pectus nolente non commouebitur.

Regni quod intra vos est bona, quæ oculus pulchritudinis cupidus non vidit, auris ambitiosa non audiuit, & in cor Spiritu sancto vacuum non ascenderunt, auctoramenta quædam, & arrhabones sunt bonorum, quæ iustis in futuro Christi regno dabuntur. Et qui in his, quæ dixi, quæq; sunt fructus spiritus, non oblectatur, futuris illis perfrui non poterit.

Guttæ roris terræ sulcos inebriant: affectiones autem animæ, inter orandum è corde emissi gemitus irrigui.

Non tam difficile est cohibere fluminis impetum, ne deorsum feratur, quàm præcipitem terrahere, & compescere animum, ne se in ea quæ oculis cernuntur effundat, ac dispergat, & ad superna, cognataque cum voluerit, se precando colligere: tametsi hoc secundùm, illud autem præter naturam est.

In mundo hoc aspectabili, velut alius quidã mundus videtur homo: in intellectuali autem mundo velut alius quidam mundus ratio. Etenim cœli, & terræ, & eorum quæ in medio sunt ille huic quidã nuntius est: animi autem, & sensuum, & quæ cum eis coniuncta sunt, interpres, & explanatrix est ratio, sine quibus mundi ambo surdi essent.

Non ita gaudens incedit captiuus post longum tempus liber factus, vt mens ab affectibus vindicata, ad cœlestia, tanquam propria, exultanti pede graditur.

Qui non orat, sed magis orando vagatur animo, ei psalmus barbarus apparet, & ipse psalmo barbarus: ambo autem furiosi dæmonibus.

Non idem est, quibus crucifixus est mundus, &, qui mundo crucifixi sunt. Illis enim claui sunt ieiunium, & vigiliæ: his inopia, & contemptus: & absque his labores priorum sunt inutiles.

Nec cui virtutis parum est, propter ignauiam, nec cui nimium est, propter arrogantiam, apathiæ portum tenebit. Quia enim ibi omissio, hic ea superantia intercedit, neuter bonis ex iustitia debitis fruetur.

Sicut terra si solum semen, aut modico cum fœnore reddat, & agricolæ labori non multiplici prouentu respondeat, non ipsum copiosum, & beatum facit: ita nec practicum opus, nisi voluntatis erga Deum singulare, ac pręstans studium accesserit, quempiam iustum efficere queat.

Nec omnes qui non diligunt proximũ, eum odisse possunt, nec qui eum oderant, diligere: & aliud est inuidere eius progressui, aliud, & quidem supremæ nequitię gradus, non solùm cruciari ob ea quibus ille præcellit, ac superior est: sed etiam bona eius, quasi talia non sint, calumniari.

Aliæ sunt passiones corporeæ, aliæ animæ, aliæ secundùm naturam, alię præter naturam: Qui igitur alias quidem repellit, alias non curat, perinde facit, vt qui sepem altam, ac densam contra feras excitat, volucribus autem conspicuos rationalis vineæ botros depascentibus collæ[?]atur.

In omnibus membris corporis voluptas sedem habet: sed non omnes æquè turbat. Aliis quippe magis secundùm concupiscentem animæ partem molesta est, aliis secundùm irascentem, aliis secundùm ratiocinantem, per malitiam scilicet, quæ passio est omnium deterrima.

Non est necesse, sensoria, seu organa sensuum tanquam vrbis alicuius portas aperire: necesse est autem, dum necessariò aperiuntur, non ingredi caussas, quibus bella, & pugnę in anima excitantur.

Opus concupiscentię voluptas est, iracundię repentina, & acris ira, peruersitatis inuidia. Nec verò est in pace cum infimis, qui non cum summis decertat: nec in portum mediocritatis passionum inuehi potest, qui vi, & coactus Dei mandata seruat.

Multi in crucem afflictionis ascendunt, pauci eiusdem clauos admittunt. Voluntatis, & animi iudicio susceptis incommodis, ac mortificationibus multi se subiiciunt, non voluntariis autem, & vltrò oblatis ij tantùm, qui bonotis desiderium ex animo eiecerunt. A

Omnes pelliceas tunicas multi exuerunt: sed vanæ gloriæ tanquam vltimam illi duntaxat, qui sui complacentiam velut eius matrem detestati sunt.

DECERPTA E FLORILEGIO cuiusdam Anonymi, siue Petri Abbatis. B

EX ANACHORETARVM *dictis potissimum.*

Dixit senex, si quis se Christianum pium profiteatur, potissimũ si is presbyter, aut monachus sit, & in sanctam catholicam Dei Ecclesiam facinora quædam, aut hæresin aliquam sensim videt irrepere, eámque cum libertate non redarguit: sed dies suos tacitus transigit, ac dicit, qui seruas, serua teipsum: & ita cum silentio prærerit, etiamsi hæresi non communicet, nihilominus cum ea damnationi, & cum magna pœna obnoxius est.

C Si quis te præsente, & spectante quomodocunque peccauerit, ne ipsum iudices; sed te maiorem illo peccatorem statue, etiamsi mundanus fuerit.

Dixit quidam è Patribus, non est gens in orbe terrarum, vt Christianorum gens: & non est in ea quidquam comparandum monachorum ordini. Hæc autem sola sunt, quæ illis non mediocriter nocent, mutua iniuriarum memoria, & condemnatio: quæ vitia, qui è corde suo exegit, angelicam in terris vitam viuit.

Vir sanctus, cùm vidisset quendam peccare, amarè flens dixit: hic quidem hodie, & ego planè cras. Atque hic quidẽ omnino pœnitebit: ego verò minimè.

Iudicare proximum, morbus animi pessimus est omnium. Non enim solum iudicantem grauissimi supplicij reum constituit, vt qui Deo munus & dignitatem præripiat, & hoc modo ἀντίθεος, vt ita dicam, hoc est, Deo contrarius Deus fiat: sed etiam in quo alium iudicat, in id ipsum eum incidere facit, præsidio, & auxilio Dei propter iudicandi temeritatem nudatum videlicet. Et iudicatus quidem onere leuatur, si aduersus iudicantem non exulceretur. Qui autem iudicat, illius onus sibi imponit, id quod nobis Publicanus & Pharisæus ostendunt. D

Quis non horrescat, quis non obstupescat, quis mente non excedat? *Deus pater neminem iudicat: sed*
Ioan 5. *omne iudicium dedit filio*: filius clamat, nolite iudicate, & non iudicabimini, & Apostolus similiter,
Matth. 7. *Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus*; Et iterum, *In quo iudicio iudicas alium, teip-*
1. Cor. 4. *sum condemnas*; & tamen homines relictis peccatis E
Rom. 2. suis, abstulerunt à filio iudicium, & se mutuò con-
Isaia 29. demnant. Et quidem cœlum super hoc obstupuit, & terra cohorruit; ipsi verò stupore mentis oppressi non sentiunt.

Dicebat Abbas Isaias, si tibi in mentem venerit iudicare proximum, propter peccatum aliquod, prius tecum cogita, te illo sceleratiorem esse; & quæ bona facere te putas, ne credas Deo placere: ita iudicare proximum non sustinebis.

Frater quidam separatim in monasterio Monidiorum habitans, cùm die quodam sederet, ac fleret pro consuetudine, sopore correptus est, & ecce Christus ei astans, voce, vultuque hilari, homo, quid est tibi? A inquit: cur ita ploras? respõdit frater quia lapsus sum, Domine. Tum, qui apparebat, surge. Et qui iacebat, non possum, Domine, nisi manum mihi porrexeris. Mox manum tendens erexit illum, tursum hilariter addens, quid lacrymaris homo, quid contristaris? Subiecit frater, non vis me lacrymari, & contristari, cùm ego toties te contristauerim? Illico protendens manum qui videbatur, posuit eam super caput eius, eáque recepta dixit; ne te affligas, adiuuat te Deus. De cætero, quoniam tu contristatus es, ego aduersum te amplius non tristabor. Tua enim caussa sanguinem meum dedi: quanto magis etiam beneuolẽtiam meam cuilibet animæ pœnitenti impertiam? Tum frater ex eo viso se colligens, cor suum lætitia B cumulatum inuenit, certoque cognouit, Deum secum misericordiam fecisse; & ex eo semper in multa humilitate, illi gratias agens perseuerauit.

Interrogatus Abbas Mius à quodam milite, num Deus pœnitentiam susciperet, postquã eum multis verbis erudiuit, & velut initiamenta Christianitatis docuit, adiecit tandem, dic mihi dilecte, si rupta fuerit lænula tua, nunquam eam abs te abiicis? nequaquam, subiicit miles; sed sarcio, rursumque vtor. Hic senex. Si tu igitur vestimento tuo parcis, Deus plasmati suo non parcet?

Frater quidam quæsiuit ex Pœmene Abbate in Galat. 6
hunc modũ. Si homo præoccupatus fuerit in aliquo delicto, & in viam redierit, ecquid illũ suscipit Deus? Respondit senex, qui hoc facere hominibus præcepit, an non multò magis ipse faciet? Mandauit siqui- C
dem Petro, his qui peccassent in se, & pœnitentiam Matth. 18.
egissent, noxam dimittere vsque septuagies septies.

Alius frater ita percunctatus est abbatem Sesoam. Quid faciam, pater, quoniam in peccatum incidi? cui ille, resurge. Et frater, resurrexi, & iterum incidi: resurge iterum atque iterum. Et frater, quo vsque tandem? donec deprehendaris, inquit, siue in bono, siue in delicto. In vtro enim homo inuenietur, in eo hinc Eccles. 11.
emigrabit.

Si videris, inquiebat senex, quempiam ridentem, aut comedentem largiter, caue ipsum iudices. Illud potius dicito; beatus est hic, quia peccato caret, atque ob id animam eius gaudia pertentant.

Dicebat senex, si oculis tuis quempiam peccato se D obstringentem conspexeris, mox dicito, anathema tibi satana; hic enim culpam non sustinet; & muni cor tuum, ne iudices fratrem tuum, alioqui Spiritus sanctus abs te recedet. Rursum tibimet dicito tacitus, sicut iste victus est, ita & ego; & plora, & implora diuinum auxilium, & compatere ei, qui non volẽs passus est. Nemo enim velit peccare in Deum: sed omnes fallacia dæmonis circumuenimur.

Noli, monache, mundanum vilipendere in animo tuo; solus enim Dominus occulta cordium cognoscit. Honora autem omnes propter Dominum, vt & Act. 1.
te honoret omnium Dominus.

Si habitas cum fratribus, ne cui occasionem des, à communitate fratrum separandi sese, ne in illo sæculo iudiceris. Fuge autem vehementer scandalizare
E quempiam, & non secluderis à regno cœlorum cum Matth. 18.
his, qui ponunt scandala.

Improbior est occultè maleficus, quàm apertè iniurius; quocirca etiam grauius punietur.

Qui dolos consuit, & occultè nocet, serpens est se- Gen. 49.
cundùm scripturam, sedens in via, & equi mordens calcaneum.

Qui in eodem proximum partim laudat, partim vituperat, is vanæ gloriæ, & inuidiæ subditus est. Ac per laudes quidem occultare inuidiam conatur: per vituperationem seipsum præ illo commendat.

Qui reprehensus nequiter tacet, in corde memoriã iniuriæ fouet. Qui autem mansuetè, & pacificè respondet, ac se defendit, iniuriæ immemor habebitur.

Si

Si quis laboriosus, & in virtutis excellentia industrius fuerit, nemo illum spernat; quin salem assumite potius, quoniam & Deo inprimis placet, & comitibus suis est vtilis. Persuedeant id vobis bina castra, 1. Reg. 17. Hebræorum, & Allophylorum, & Dauid cum Goliatho singulare certamen iniens: præterea qui naufragium passi, & per iustum inter eos inuentum seruati sunt, sicut scriptum est. Act. 27. *Ne timeas, Paule, Cæsari te oportet assistere*: & ecce donauit tibi Deus omnes qui tecum nauigant.

Omnium quæ aguntur à nobis, scopum, & finem quærit Deus, num eius ipsius, an alterius rei caussa agamus: Cùm audis porrò scripturam dicentem, quia tu retribues vnicuique iuxta opus suum, intellige 1. Reg. 26. Deum non secundùm ea, quæ præter scopum legitimum fiunt, etiamsi bona videantur, bona retributurum: sed secundum ea videlicet, quibus finis iustus, ac debitus fuerit propositus. Non enim ad facta, sed ad consilium, ac propositum, quo fiunt, diuinum iudicium respicit. Sunt quædam natura bona, quæ ab hominibus factitantur: sed eadem rursum propter caussam aliquam bona non sunt. Exempli gratia, ieiunium, vigiliæ, oratio, eleemosyna. Natura igitur hæc opera bona sunt: sed si ex iis vana capteiur gloria, bona esse desinunt. Laborum in colenda virtute susceptorum præmia sunt impassibilitas, & cognitio; hæc namque regnum cœlorum conciliant: quemadmodum contrà passiones & ignorantia pœnas sempiternas. Qui ergo bona ista propter gloriam hominum, non propter ipsum bonum quærit, scripturam audiat, Iacob 4. *Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis.*

Virtus non est manifestatio multarum, variarumque actionum, quæ per corpus exercentur, sed cor sapientissimum, spe sua innixum, quod scopus rectna operibus secundum Deum copulat. Mens quippe sine actionib. corporeis quod bonum est efficere potest: corpus autem sapientia cordis destitutũ, tametsi operetur, non potest fructum inde percipere.

Abbas Agatho aiebat, non oportere monachum committere, vt eum conscientia sua quacunque in re accuset. A senibus item accepisse se, animam similem videri puteo, quem si haurias, purgatur: si terram aggeras, aut aliud quippiam, euanescit. Sibi animam videri ipsam conscientiam intelligẽdam, quam qui obedientiam colit, pellucidiorem reddit. Qui autem dicto audiens non est, obfuscat, & obscurat.

Ne despicias conscientiam, optimam semper consiliariam: diuinam siquidem, & angelicam tibi voluntatem suggerit, & à secretis animi inquinamentis liberat, & in discessu ex hac vita fiduciam largitur.

Abbas Bessarion moriens affirmabat, monachum esse debere instar Cherubim, & Seraphim, totum oculeum.

Verbum Pœmenis abbatis est, non egere nos alia re, quàm vigilanti, ac prouido corde. Hoc quoque dicebat, nequitiam inimicorum post ea esse absconditam.

Senex quidam ad alium senem accessit: cumque sermonem conferrent, dixit alter, ego mundo mortuus sum. Excepit alter, ne confide, frater, donec egrediare ex hoc corpore. Nam quamuis tu dicas te esse mortuum, at certè diabolus non est mortuus.

Continentia virtutum omnium cognomẽtum est. Quocirca continenter continere in omnibus oportet. Quemadmodum enim in corpore humano vel minimum, ac tenuissimum membrorum ablatum, totam eius coagmẽtationem, structurámque dissoluit, ac informe illud reddit: ita qui vel vnam virtutem negligit, nescio quomodo vniuersam continentiam deformat. Quare non solùm in corporeis virtutibus, sed in iis item, quæ interiorem nostrum hominem purgare possint, cum industria elaborandum est,

A Quam enim is vtiliterem sapit, qui corpus impollutum conseruat, & animam inobedientiæ, atque contumaciæ dæmoni, ceu adulterio contaminandam substernit, aut quomodo coronabitur, qui nec ventri, nec vlli cupiditati corporeæ, vt neque arrogantiæ, & vanæ gloriæ fræna inijcit: qui non fategit libræ, qua lumen iustitiæ examinetur, quę nullam personarum acceptionem admittit, quæ ipsa opere iustitiæ in spiritu humilitatis conficii.

Dicebat beatus Epiphanius, Deum peccatoribus pœnitentibus ipsam quoque summam, siue sortem condonare, à iustis autem etiam fœnus exigere. Atque hoc est, quod Apostolis dixit, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum,* Matth. 5.
B *non intrabitis in regnum cælorum.*

Dixit senex. Deus peccata mundi perfert ac patitur, eremi, siue solitudinis non patitur. Qui enim in mundo viuit, complures peccandi occasiones habet. Qui verò mundum deseruit, si se ipsum custodiet, & certamen suum certet, à rebus externis quidem peccandi ansam nullam habet.

Si tædio caperis, à vitiis multimodis oppugnatus, exitus ex hac vita, & acerbitatis suppliciorum illic paratorum memor esto. Præstat autem Deo per orationem adhærere, & agglutinari quodammodo, quam per memoriam rerum æternarum, etiamsi id vtiliter fiat.

Omnes aliæ perpessiones aut partem animæ irascentem, aut concupiscentem solam attingunt, aut
C etiam rationem, vt obliuio, & ignorantia. Accedia verò omnes animæ facultates inuadens, omnes ferè passiones æqualiter excitat. Quamobrem & omnium aliarum passionum grauissima est. Bene igitur Dominus aduersus eam remedium præscribens; *In patientia vestra*, inquit, *possidebitis animas vestras.* Luca 21.

Abbas Antonius aliquando sedens in solitudine, magno rerum spiritualium torpore, cum offusa animo caligine affligebatur, dicebátque Deo; Domine, cupio saluari, nec sinunt me cogitationes meæ. Doce me, quid faciã in tribulatione mea, vt saluer. Surgens itaque, & paulùm è cella progressus, quendam sibi similem, & manibus laborantem cõspicit. Deinde ab opere surgentem, & precibus se dedentem, rursumque ad opus sedentem, & catenam contexen-
D tem: hoc enim opus facere videbatur. Denuò, cùm diutius laborasset, surgentem, & precationi incumbentem: Tum angelus Domini ad Antonium corrigendum, tuendumque missus; sic facito, ait eidem, & saluaberis. Quibus auditis Antonius multo perfusus gaudio, torpore abiecto, sic faciendo saluti suæ consuluit.

Interrogatus est senex à quodam fratre, hunc in modum. Quid est, quod in cella mea sedens acedia laboro: respondit ille, quia nondum neque speratam requiem, neque futurum supplicium vidisti. Nam si hæc probè nosses, etiamsi cella tua scateret vermibus, vt ad collum vsque tuum pertingerent, aut te planè obruerent, sustineres vtique, & socordiam omnem abs te amoueres.

E Quidam frater interrogauit abbatem Pœmenem, quid sibi faciundum putaret, quoniam in cella sedẽs, spiritu negligentiæ, ac desidiæ turbaretur. Cui senex hoc responsum dedit. Neminem contemnas, aut iudices: nec de quoquam detrahas, & Deus tibi requiem præbebit, sessióque tua perturbatione carebit.

Rursum quæsitum est ex eo, quare in officio nunquam obtorpuisset. Quia, inquit, quotidie mortem exspecto.

De acedia quidam frater Abbatem Pœmenem interrogauit, cui ille. Acedia cuiusuis boni principio hominem oppugnat, nec est ille peior vlla passio. Sed vbi quispiam eam esse cognouerit, comprimit, cùm sese ad patientiam, & diligentiam excitauerit,

Senex quidam perpetuò affligebatur, & malè habebat. Contigit vt vno anno benè haberet. Quod ille grauiter admodum ferens flebat, dicebatque, dereliquit me Deus, & non visitauit me.

Dicebat Abbas Pœmen, si tres simul habitent, & vnus quidem quieti rectè vacet, alius incommoda vtatur valetudine, & gratias agat, tertius idem animo puro præstet, hi tres vnum opus faciunt.

Monachus omnibus rebus aduersus dæmonem certans, cùm eius opera oculos perdidisset, non sibi aspectum restitui, sed patientiam donari à Deo flagitabat. Propter tolerantiam igitur Deus illi vt sursum aspiceret largitus est.

Dixit senex, ne valis non contemni. Et væ homini, cùm nomen eius maius quàm pro factis fuerit.

Antonius Abbas dixisse fertur, veniet tempus, quo homines insaniant. Et cum quempiam non insanientem viderint, insurgant in illum, dicentque eum insanire, quia non est illorum similis. Sed certatorem his neutiquam mouari oportet.

Qui sincerè pœnitet, à diabolo subsannatur. Sed hoc pœnitenti argumento est, Deo placere eius pœnitentiam.

Abbas Ioannes Colobus cognomento, discipulo suo dicebat. Honoremus nos vnum, & omnes honorabunt nos. Quod si vnum contempserimus, qui est Deus, contemnent nos omnes, & ad perditionam tendimus.

Dicebat senex, qui fugis, fuge homines, & ludificare mundũ atque homines, sæpe te pro fatuo gerẽs.

Vanam gloriam prohibet opus occultè factum: superbiam, Deo adscribere omnia rectè facta.

Vana gloria, & auaritia mutuò se generãt. Etenim qui inani gloriæ studẽt, diuitias quærũt; & qui diuitias quærũt, inani gloriæ studẽt. Sed hi vt mundani. Nam monachus cùm pauper sit, magis gloriolam affectat: pecuniam verò habens, eam præ pudore abscondit, vt qui negotium tractet habitui suo minimè proprium, atque conueniens.

Vanæ gloriæ in monacho proprium est, ex virtute, quæque eam sequuntur, laudem consectari. Superbiæ autem, propter bona opera eleuari, & cæteros aspernari, eaque sibi, non Deo attribuere. Vanæ gloriæ, & superbiæ in mundano proprium est, propter pulchritudinem, diuitias, potentiam, prudentiam tollere spiritum, inaniterque gloriari.

Dicebat senex, ne sis notus Præposito, néve ad eũ frequenter adeas. Nam inde fies liberior, & de cætero præpositurę honorem ambibis.

Dicebat abbas Esaias, væ nobis, quia cum pauperibus, & obscuris parẽtibus nati simus, nosmet ignoramus: & cum paupertatem, abiectionémque propter Deum spoponderimus, æquare nos diuitibus, & illustribus contendimus. Væ nobis, quia cum diuitibus, & potentibus congredientes, conuersantésque placere illis quærimus: pauperes autem, & suppliciter nos adeuntes, quasi molestiam exhibentes auersamur, ac repellimus.

Dicebat Abbas Isidorus, si vos ascetæ ieiunatis, vt legib. vestris consentaneum est, ne efferamini. Quod si ea de caussa elato estis animo, quid vtilitatis capitis ex vestro ieiunio? Conducit enim homini edere carnes potius, quàm ieiunare, & insolenter sese iactare.

Dicebat senex, virtutum caput, & summam, charitatem nobis comparemus. Nihil est ieiunium, nihil vigiliæ, neque labor, si charitas absit. Scriptum est enim: *Deus charitas est*. Idem referebat, dictum à Patribus, diabolum omnia posse imitari. Si dixeris de ieiunio, ipse nihil vnquam comedit. De vigilia? nunquam dormiuit: humilitatem & charitatem imitari non potest. Laboremus igitur, vt humilitatem, charitatémque in nobis habeamus, & oderimus superbiam, quæ diabolum de cælo præcipitauit.

1 Ioan. 4.

A Frater quidã ex sene sciscitatus est, quomodo homo donum diligendi Deum possit adipisci, tulitque huiusmodi responsum. Si quis viderit fratrem suum in peccato, & pro eo ad Dominum clamauerit, tunc cognoscit, quemadmodum Deum diligere debeat.

Discipulus abbatis Arsenij tanquam de alio quodam narrabat, qui forsitan ipsemet erat. Senex quidam in cella sedens, vocem audiuit, veni, & ostẽdam tibi opera hominum. Qui surgens, abijt, & perductus est in locum quendam, ibique monstratus ei æthiops ligna cædens, & inde onus magnum componens, quod cùm in humeros tollere, & portare conaretur, nõ valebat. Et pro eo vt onus minueret, abiẽs, alia ligna cædebat, onerique apponebat. Atque hoc diu faciebat. Procedẽs inde aliquantum angelus,

B ostendit ei hominem stantem super lacum, & haustã inde aquam in vas detritum immittentem, iterumq; inde in lacum effundentem. Dixitque, ductor, veni & ostendam tibi alium; & ecce videt sacerdotem, & viros duos equis insidentes, lignaque trãsuersim portantes, volentesque ingredi, nec se alter post alterum humiliabat, vt ligna rectà inferrent. Idcirco extra portam remanserunt. Tum ad eum ductor. Hi sunt qui portant iugum cum superbia, & nolunt sese corrigere, & per humilem Christi viam incedere: idcirco extra regnum Christi manent. Qui autem ligna cædit, homo est, qui quidem neutiquam bona opera facit: sed quoniã iis mala admiscet, ea ipsa bona opera perdit. Necesse est igitur quemuis ad opera sua cautum, ac prouidum esse, ne in vacuum laboret.

C Sancti patres Scetæ, quasi vaticinantes de extremo sæculo dixerunt, quid nos laborauimus? Respondit vnus ex eis, vita insignis, nomine Ischyrion: nos Dei mandata seruauimus. Exceperunt senes Successores nostri, num seruabunt? Et ille, ad dimidium operis nostri peruenturi sunt. Rursum Patres, quid illi, qui eos sequentur? Responsum illius ætatis qui erũt, nullum penitus opus exercebunt. Experientur autem tentationem, in qua qui probati fuerint inuenti, maiores nobis, & patribus nostris erunt.

Omnes perpessionibus animi vacare penitus, est impossibile. Omnes autem saluari, ac Deo reconciliari, non est impossibile.

Quidam affirmarunt, dæmonas dæmonibus obniti ac repugnare. Ego vero iudico, omnes ad exitium

D nostrum incumbere.

Arbitror quatuor modis hominem peccare, surreptione, deceptione, ignorantia, affectu. Ac primi quidem tres facile pœnitentiam sibi agẽdam agnoscunt. Sed qui ex affectu peccat, nec experientia, nec tempore ad pœnitentiam venit, pœnam habet, quam mens concipere non potest.

Interrogatus, responde voce humili, ac decenti. Non interrogatus quiesce. Alio interrogato, in digito compesce labellum.

Quæ tuarum partium sunt, ne alium parare finas, ne etiam merces abs te auferatur, deinceque alteri, & diuitiis tuis clarescat alius tu autem humilieris.

Sicut nefas est quenquam fornicarium in Eccle-

E siam ingredi, ita & iracundum, furiosum, & iniuriæ memorem.

Nisi quis vniuersas Dei leges probè seruauerit, in gehennam ibit: neq; illi quidquam sola fides, aut quędam duntaxat mandata seruata proderunt. Neque hoc tantum sed nisi etiam conuenienter ea seruauerit, omn demai continget.

Lacrymæ Esau non erant pœnitentiæ, sed iræ & angoris lacrymæ.

Non hoc tantum quæritur, propter Christum pati: sed insuper casus aduersos generosè, & cum summa iucunditate perpeti necesse est, in quo ipsã coronæ, & præmij exspectatio consistit. Quod nisi fiat, pro præmio etiam supplicium consequetur.

Dixit

Dixit senex, ne antè facias quidquam rei, quàm A conscientiam tuam examinaueris, an secundum Deum sit, quod facturus es.

Dicebat rursum, qui monachus tantummodo tunc orat, cum stat ad orandum, is planè non orare dicendus est. Aiebat præterea, se totis viginti annis in vna cogitatione expugnanda laborasse: vt scilicet omnes homines tanquam vnum intueretur, & discretionem omnium virtutum esse maximam.

Qui proximum in iram aduersus se furenter erumpentem tolerat, quodammodo fornacem trium puerorum sustinet.

Petram siue scopulum allidunt fluctus: similiter primus impetus ad peccatum, si effectus non sequatur, si nihil agat, homini non nocet. Scriptum est enim, omne peccatum nisi perfectum, non esse pec- B catum.

Quid faciet quispiam tentatus in somnis ad carnis ludibrium? Responsum. Quemadmodum si quis aduersarium suum dormientem inueniat, & percutiat, non potest irridere quem percussit, quasi eum vicerit: non enim, vt victor, inde laudem, sed damnationem potius aufert: ita etiam de tentatione in somnis cogitandum est.

Quatuor virtutes homini sunt propositæ, quibus Satanas aduersatus, Adamum è paradiso eiecit, ieiunium, oratio, opus manuum, & continentia corporis. Per escam supplantatum, & pudefactum, in fugam coniecit, vt se occultaret, ne coram Deo appareret, & is oranti peccatum condonaret. Postquam verò è paradiso eiectus est Adam, erat illum diabolus C per peccatum in aliud peccatum, desperationis, inquam, impulsurus, sperans eú de cætero in potestate sua retenturum. Sed benignus Deus non ignorans artes diaboli, dedit Adamo opus manuum, vt operaretur terram, de qua sumptus esset: vt de opere sollicitus, diaboli fraudes repelleret. Nititur ergo, & pugnat diabolus omnimodis contra ieiunium, contra orationem, cõtra opus manuum quod magnam eius malitiam retundit. Pugnat etiam aduersus virtutem positam in corporis continentia. At si quis quatuor istas virtutes exercere merebitur, omnium aliarum compos fiet.

Quid faciet homo, vt donum virtutis accipiat? Responsum. Cum quis artem aliquam discere vult, posita omni sollicitudine, sese præ omnibus homini- D bus vilipendit, non reputans quàm sit formosus, aut æqualis cuipiam: & per humilitatem scientiam artis adipiscitur. Ita monachus: si omnem humanarum rerum curam deposuerit, seseq; infra omnes homines deiecerit, tum virtutes inuento hoc eius opere ad eú venient. *Adhuc te loquente*, inquit, *dicet, ecce adsum.* Isaia 52.

Qui dignum sacerdotio honorat, & sanctú vocat, hominem honore, & gloria afficit. Qui vero indigno id facit, is sacerdotio honorem habet. Tu considera vtrum sit honorabilius. Secundum fortasse. Hæc audiens, prorsus inter hæc ne discerne: potius horresce, cùm ad diuina mysteria accedit.

Vnde cognoscat quispiam orationem suam Deo placere? Responsum. Si homo non cauerit, ne proximum suum in quacunque re, seu ad corpus, seu ad E animam pertinente lædat, eius oratio Deo abominabilis reijcietur. Nam gemitus eius, qui passus est iniuriam, orationem iniuriosi ad Deum pertingere non sinit. Ac nisi citò cum proximo in gratiá redeat, in omni vita sua à peccatis suis non absoluetur. Scriptum est namque; *Quæcunque ligaueritis super terram, erunt etiam ligata in cœlis.* Matth. 16.

Si audiero de quoquam, eum mihi maledicere, quid agam? Responsum. Statim surge, & primú ora pro eo; mox pro teipso, ac dicito. Domine Iesu Christe, miserere fratris illius, & mei inutilis serui tui, & protege nos à malo per preces Sanctorum tuorum, Amen.

LEONIS IMPERAT. EX MEDITATIONE extremi iudicij Canticum compunctionis.

QVis tandem me humo turbine venti aliquo sublatum, ad breuissimum tempus abducet ad vallem lachrymarum, vt visis ibidem supplicijs memet lugeam?

Heu heu quomodo rugiet tellus, cum nutu supernæ potentię dirupta, locos horribiles nunc latentes aperiet. Ah triste spectaculum!

Profundè cauata sepulchra, tenebris, & caligine plena, recessus immensus, & antra caliginosa abdita seruantur omnibus, qui vitam ob flagitia exitiosam duxerint.

Illic cubans immitis potor sanguinis, dirùm frendet, appetit, cauda remulcet, apertisque faucibus exspectat deuorare peccatores mei similes.

Misericors fili Dei, da mihi imbres lachrymarum, priusquam me regat sepulchrum, hospitem, & nudú à rectè factis: priusquam seuerissimi exactores inquirant in actiones meas.

Illic stridor dentium, eiulatus, & lamentatio, tartarus caloris expers, solis nescius, & vmbrosus. Illic luctus gemitibus refertus, & riui lachrymarum.

C Trutina & lanx opera ad amussim examinans probat alia eleuãs, alia deprimens: vbi erũt peccata mea, quæ in hac vita ex praua consuetudine perpetraui.

Terret me procella, & tumultus ventorum, horror tempestatis, & pressura creaturarum, sonitus tonitruorum alternantium, ac fulgurum pauor. Luca 21.

Stupor & tremor erit videre omnia flumine ignis omniuori inuolui, simulque lacum æstuantem, & crepitantem, flammisque suis iustè me deuastantem.

Aspice anima miserrima mentis oculis. Narrauit tibi afflictiones, & pœnas ante iudicium: vigila, & harum experientia liberari feruenter desidera.

Iudex tibi sublimis veniet, sedens in nubibus vt in throno, creaturam ex imis fundamentis concutient, & aërem etiam omnipotentissima vi concitans.

D Turbo ventilabit montes, & euertet syluas, ignéque rapido in cineres redigetur terra à facie Domini, qui venturus est iudicare terram. Psal. 49.

Luminarium fulgores subito extinguentur, stellarum multitudines tanquam folia de arboribus cadent. Tu verò anima mea, quomodo aduentum Domini sustinebis? Matth. 24.

Mare contritum aquis arescet, & flumina repleta pulueribus, non nisi instar fontium manabunt. Tu anima quid ages, cùm ista horribiliter euenient?

Insolitum spectaculum, videre omnia complexam igniferam elementi voracitatem, syluæ instar diffusam, rursumque vt librum inuolutam.

Heu miserabilis anima, cur hæc non perpendis: sed eorum immemor, peccatorum numero vincis arenas E maris? Incertum est, vnde finis iam tibi impediat.

Quomodo funestum canentem tubam sustinebis? eius enim sono tam intenso, & formidabili sepulchris apertis prodibunt mortui, & mare quoque reddet mortuos suos.

Rumpentur monumenta mortuorum ad iudicis aduentum, Michaële simul festinante omnes puncto temporis sistere, à quatuor ventis.

Intellige anima, quomodo post hęc throni metuẽdi ponẽtur, & cũ timore infinitis, atq; innumerabilib. angelis, hominibusq; circumstãtibus, libri aperiẽtur. Apoc. 20.

Reliquũ erit, vt pœnæ, quas prædixi, suscipiãt reos, quorum primus & vltimus solus ego miserrimus.

Affabitur iudex dignos mansuetè, & peccatores à tribunali aspera voce repellet: illos in gloriam secum adducens; hos ad luctum mittens sempiternum.

Vera humanitas negabitur arrogantibus, iudicibus sapientibus, dynastis, & regibus contemptoribus, coniugij expertibus quoque, & sacerdotibus, & coniugatorum, proh dolor, multitudini.

Separationem fratrum, parentum, amicorum, atque liberorum, quis cogitans non ingemiscet? quis feret dolorem? Non enim inter se amplius videbunt in omnia sæcula.

Anima repura, quo pacto ab igniris dæmonibus violenter distracti, in supplicia contrudentur, & antequam experiaris, mitte gemitus ex imo corde.

O Domine sæculorum, Pater, Fili, & Spiritus sancte, vna in tribus subsistentiis indiuisa natura, da mihi tempus pœnitentiæ, ad expianda delicta mea.

EIVSDEM

ARGVMENTI CANON, siue Canticum Theolepti, Philadelphiæ Metropolitæ.

ODE I.

AGedum anima miserrima, seclusis huius vitæ curis, & vitiorum cogitationibus, carnisque voluptatibus futuri status hominum horribilia considera.

Angor ingens, & timor plurimus animam omnem incesset, quando mortalium ossa omnia concursantia, suas quæque coagmentationes, & iuncturas diligenter requirent.

Ezech. 37. *1 Cor. 15.* Vniuersa terra, velut mulier prægnans cum tremore mortuos suos ad vnum edet. Tuba quippe horrendum insonante, illico vnusquisque de loco rediuiuus prodibit.

Ad opem tuam, ceu ad petram, tutámque anchoram, immaculata Virgo, confugio. Ne me repelle: sed toties in peccata lapsum erige.

ODE II.

Flebis affatim, & gemitus dabis altos, anima mea, quando omnium sæculorum mortales nudos resurgere, & ante iudicem, qui muneribus non corrumpitur, stare videbis.

In nouissimo, & terrifico illo die, fratres mei, omnes illic sistemur, in ictu oculi. Nam & feræ bestiæ, & volucres, & pisces quos deuorauerint reddent.

Rapidus ignis fluuius colles, montes, & opera hominum per terras furenter absumet. Flammæ vniuersa depascentis impetum, & minas quis non perhorrescet?

Non est fidelibus portus alius, Virgo sanctissima, præter te, quæ Christum tranquillitatem, securitatémque nostram genuisti. Quæ omnes vexationibus, & iniuriis inimici dæmonis ceu tempestate iactatos, quieti, ac saluti restituis.

Tria ista timeo, ô anima: egressum è corpore, in hora mortis, occursum veniente communi omnium iudice: & quam idem pronunciabit iustam, incorruptámque sententiam.

ODE III.

Terra inflammabitur, mare subsidet ac decrescet; aër concutietur, & totum cœlum inuoluetur; lumina, & astra eius decident. Quomodo hæc, anima, sustinebis? *Apoc. 6. Matth. 24.*

A Lamentaberis vehementer, anima mea, cùm missos festinatò angelos, à quatuor terrarum finibus Deo placitos congregare cernes.

En, totum genus humanum attonitum stupebit, cùm iudicem illum formidandum in duas partes quidquid est hominem secernentem, & actionum trutinæ subijcientem intuebitur.

Dies retributionis veniet, sicut fur in nocte, peccatores omnes exterrens. Tum tu casta mater miserta mei, à supplicio me vindica. *Matt. 14.*

ODE IV.

Pudor & confusio operiet facies eorum, qui sibi verbo, & opere commissorum conscij fuerint. Etenim B actiones suas omnes vultu ipso inseparabiliter præ se ferens vnusquisque resurget.

A rea, & flagellante conscientia liberi, fiducia pleni, & hilares apparebunt iusti omnes. Suorum quippe laborum, multorumque certaminum quæ subierunt mercedem exspectabunt.

Clarisonus tum clamor dicet, ecce iudex venit, vt populos omnes iudicet, & pro dignitate quilibet suorum laborum præmia iustè accipiat.

Diuina luce tua, ô bona, animam meam affectionum malarum tenebris offusam illumina: quò tanquam filius lucis opera lucis faciens, à tenebris exterioribus liber. *Matth. 25.*

ODE V.

C Mens, & renes contremiscent, vbi terribilē illius tubæ clangorem, clamorémque audierint. Abyssi ingemiscent, & virtutes cœlorum commouebuntur. *Matth. 24.*

Inuenient quò diuertant, qui lugent, quique pauperes sunt secundùm Deum, & castitatem colunt, & qui per viam angustā ambulant, atque Eden hæreditatem habent, in mansionibus intemeratis permanentes. *Matth. 5. Matth. 7.*

Diuites ardebunt igne inhumanitatis, & pauperes in tabernaculis, atque in sinu Abrahæ conspicientes, guttam aquæ rogabunt; nec erit qui illis tribuat. Formidemus omnes. *Luc. 16.*

Da mihi, Virgo, pedicas & laqueos vitæ huius vanæ, ac peritutæ effugere, & vires suffice, quibus ad vitam futuram curram, & à stridore dentium me D libera. *Matt. 25.*

ODE VI.

Iudex est incorruptus, iudicium imprimis formidabile, ira intolerabilis, & tribunal hoc nulla potest calliditate, versutiáque circumueniri. Angeli cum amore, & tremore ministrant, libri occulta mortalium prodent. De cætero depone mores improbos, anima, & amaras funde lacrymas. *Apoc. 20.*

Cùm hinc emigrauero, ne, Virgo, me deseras. Tunc enim nequam spiritus animam meam captabunt. Heu me, qua ratione effugiam illos, aut quid faciam? Heu me, quomodo horribiles locos pertransibo? Tu spes mea, tu portus meus, & ante te ego E famulus tuus me prosterno.

ODE VII.

Quis erit sensus animæ, cùm positi fuerint throni, & ad iudicandum, iudex ille integerrimus consederit, & libri exhibebunt hominum actiones, cogitationes, & consilia? Væ tibi tum ô vilis anima, & miserrima.

Oratorum ad persuasionem accommodatæ argumentationes, & orationis ornamenta, artificia, verborum strophæ, ac fallaciæ definent, sapientes omnes obmutescent, libri operum loquentur hominibus,

nibus, angelisque simul audientibus.

Innumerabilium angelorum exercitus astabit, ac thronum circundabit. Homines autem vniuersi stabunt tristes, necessitatem horriferam videntes, & sententiam iustissimam metuentes.

Psal. 71 Aspersione tois tur, intacta Virgo, ardorem libidinis meæ restingue. Nam in te Verbum Dei sicut pluuia in vellus descendit, fidelibus gehennæ rogum extinguens.

ODE VIII.

Tunc ordines fidelium examinabuntur, Episcopi quoque, sacerdotes, leuitæ, monachi: nam in ordine suo quisque resurget, vt quisque actorum suorum rationem reddat.

Trepidabunt omnes Principes, opulenti, reges, & dynastæ, consules, ac Præsides. Ab omni Christiano quæretur quomodo pacta conuentain baptismo inita seruauerit.

Patefactis, & manifestis omnibus omnium actionibus, tremendam iudex proferet sententiam, & iustos à dextris constituet, peccatores in supplicium dimittet.

A flamma gehennæ, à tenebris, & verme, à stridore dentium, & tartaro, à lacu ignis, & omnigenum pœnarum libera, Virgo, te in fide collaudantes.

ODE IX.

Mortalis omnis rebus caducis deditus, tunc voluptates irridens atque contemnens, & acerbè plorans dicet, vbi pater, vbi mater, vbi liberi, vbi noti, vbi amici, vbi cognati, vbi honoris imaginatio? omnia euanuerunt.

Ibi animæ lamentabuntur, & frendebunt, à cognatis, & amicis separationem perpetientes. Fratres enim diuellentur, pater à filio, amicus ab amico, coniuges à coniugibus locis tormentorum sæuiter discernentur, ac disiungentur.

Reges instar infantum flebunt, & expellentur Principes ab Eden, proiicienturque in gehennæ ignem: hinc illinc videntes angelos, à quibus eò compellentur, illisque supplicantes, verum nihil proficientes.

En amici, dies horribilis necessitatem audiuistis omnes. Præoccupemus Christi faciem in psalmis, &

Psal 94. precibus. Ora pro nobis Virgo, orent angeli, Præcursor, sanctorum Apostolorum duodenarius, omnes demùm sancti. Amen.

CANON, SIVE CANTICVM AGENTIS animam.

Ex Græcorum Euchologio.

ODE I.

Adeste, congregamini omnes, quotquot vitam piè sanctèque actitastis, & lamentamini animam à Dei gloria extraneam; quando impuria dæmonibus quam diligentissimè seruiuit.

Iam vniuersum vitæ meæ tempus tanquam fumus euanuit, affueruntque angeli à Deo missi, qui miserabilem animam meam requirerent, nec miserti sunt.

En astat turba spirituum malignorum, habentium descripta peccata mea; vociferantur, vilémque & abiectam animam meam impudenter sibi poscunt.

De cætero ad quem clamabo? quis ex nimio do-

lore proficiscentes, lacrymas, & gemitum cordis mei suscipiet, nisi tu, longè purissima & castissima, & Christianorum, peccatorumque omnium spes Maria?

ODE II.

Eia boni amici, & noti mei, cur me non lamentis & luctu prosequimini, quondam dilectum, & amicum, & fratrem vestrum, nunc autem Deo vobisque omnibus ignotum ac peregrinum.

Charissimi fratres mei, quoniam actiones meas à iugo trutinæ redargui cernitis, Christi vniuersorum Dei ac Domini clementiam mihi impetrate.

Memores, dilecti, amicitiæ quę mihi vobiscum fuit, Christum exorate, vt me infelicem, in cruciatu iacentem vitámque exhalantem respiciat.

Bona mater Dei mei inclina ad me aurem tuam è sublimi mulis gloriæ tuæ; audi vltimos gemitus meos, manumque tuam mihi porrige.

ODE III.

Heu me perditum, heu me afflictum. Protendo manus ad amicos meos, profundo ea oculis lacrymas, & qui misereatur mei, nemo est.

Venit lucta animæ exitiabilis, & conuersis ad Deum oculis angelos lucis inclamo; finite, inquam, adhuc paulum me viuere. Sed frustra appello.

Angelorum cateruæ, & qui ex omnibus mortalibus Christum diligitis, me lugete, me plorate: anima siquidem mea nemine dolente vicem meam à corpore secluditur.

Sanctissima domina, nunc miserate æstuantem, & quo se vertat nescientem, atque ad vnicum præsidium tuum respicientem animam meam. Ne, ô pia, me dæmonibus addici patiare.

ODE IV.

Videam te, Christe, lumen spirituale in me lucentem, saltem ad breue tempus. Non te amplius videbo, quoniam nubes dæmonum repentè me inuasit, & nefandorum facinorum meorum caligo me operuit.

Valete omnes dilecti, quorum viscera super me miserrimo & calamitosissimo commota non sunt. Nam si vel vnico verbo Dominum meum rogassetis, ego, ad quos abiturus sum, tenebras euasissem.

Vale magne Dei princeps, diuinæ præses Michael. De cætero quippe nomen sanctum tuum ad opem mihi ferendam non inuocabo. Iam labra mea silent, & lingua mea ceu vinculo astringitur.

Vale quoque, Christi Dei mei illibata, & à vito integra parens. Post hac imaginem tuam à lapsibus meis ærumnosus ego haud intuebor. Extinctum est enim lumen meum, & nox me occupauit.

ODE V.

Fratres mei vestras huc aures aduertite, & miserabilium verborum eorum sonum exiguum placide mınimèque aliud agentes ascultate, & omnes à Domino mercedem accipietis.

Ecce iam cum dolore anima ab hoc graui corpore separatur. Ne igitur illud terræ mandatote, indignum est enim sepultura huiusmodi; sed raptatum foras, canibus deuorandum proiicite.

Quid, quæso, mihi proficit hoc corpus meum funebri psalmodia à vobis honorari, & animam per horrenda supplicia iactari? Reliquite insepultum, vt canes cor meum absumant.

Fortassis viatores prætereuntes, & ossa à canibus

relicta aspicientes, compuncti ex præcordiis clama- A bunt; succurre, domina, animæ huius infelicis corporis.

ODE VI.

Eo, atrocitet, & subito à corpore miseram animam trahentes abstraxerunt, eàmque ad iudicem horrendum ac terribilem abducunt. Ergo recordati consuetudinis nostræ, ò amici, mei memores estote.

Sanctissimi angeli Dei omnipotentis miseremini mei, méque ab omnium scelerum meorum pœnis exigundis liberate. Nullum namque opus bonum habeo, quod actionibus improbis velut in libra possim contra appendere.

Reuertimini simul sacratissimi angeli, tribunal B Christi circumsistite, positisque genibus cum fletu & clamore illi dicite: omnium conditor miserere; opus manuum tuarum, ò pie, noli abs te repellere.

Intactam dominam Dei nostri matrem adorantes rogate, vt vobiscum eius genibus prouoluta, ad misericordiam illum inflectat. Nam cum mater & nutrix sit, negare ei nihil poterit.

ODE VII.

Nunc omnes terræ fines super me misero ingemiscite, mecumque lachrymas coniungite. Affertur enim de cœlo horribilis sententia, vt ligatis manibus & pedibus foras proijciat.

Ab omnibus desertus, ad te miseræ vitæ meę custodem gemo & clamo. Æternorum vinculorum C meorum afflictionem aspice, & pro me orando ne deficе.

Quoniam traditus sum dæmonibus, & in profunda inferorum illi me videntibus, video planè omnes mei oblitos esse. Sed tu angele Domini memento mei.

Mater Christi mei quomodo oblita es mei? quomodo non flexisti eius viscera, qui vt saluaret quos finxit, è latere suo profudit sanguinem. Eheu, quàm Christi mei viscera, clausa sunt.

ODE VIII.

Dei in posterum non meminero, nam apud inferos non est memoria Domini: sed tenebris miserè opertus sedebo, omniumque hominum communem D resurrectionem exspectabo, iudicatusque in ignem mittar.

Deus desinet mei meminisse, desinet angelorum multitudo, & archangelorum frequentia, prophetarum, apostolorumque cœtus, martyrum, & iustorum omnium cateruæ. Solus igitur excedam, quæ mihi mala ipsemet intriui.

Lamentamini, & lugete me nunc inferni intima, abysse, vermis, tartare: omnia cruciamenta me deplorate. Solus quippe de Christianis ego infelix manibus vestris traditus, ad tormenta acerba perducor.

Dei mater abyssum despice, animam cruciatibus addictam vide, genibus inclinatis plora, vt precibus tuis moueatur, qui pro me restituendo sangui- E nem suum effudit.

ALIVS CANON, SIVE CANTICVM PECCATORIS, ad sanctissimam Deiparam.

Ex eodem.

ODE I.

QVomodo, ò domina, vitam meam impuram, & immensorum peccatorum meorum multitudinem lamentabor? Nescio quid dicam tibi, castissima, & malè metuo. Sed adiuua me.

Vnde exordiar dicere ego miser de improbitate mea, & delictis nefandis? Ah, quid me de cætero fiet? Verùm age, domina, & mei ante exitum ex hac luce miserere.

Omnem viam peccatorum cùm ambulassem, immaculata virgo, salutis semitam haud quaquam inueni. Sed ad bonitatem tuam confugio; ne me ex animo pœnitentem aspernare.

Mortis horam, ò purissima, terribiléque tribunal assiduè cogito. Sed peccandi consuetudine vehementer ad peccatum illicior. Fer mihi opem.

Bonorum exitiabilis inimicus cernens me nunc nudum, & patrono ac tutore destitutum, & à diuinis virtutibus alienissimum, ad deuorandum me irruit. Præueni, & auerte illum ò domina.

ODE II.

Dei mater & domina nostra, infelix ego innumerabilibus me delictis sordidaui. Et quo posthac me conferam, quem desperatio penitus occupauit?

Proh dolor! imaginem Dei in me ego miser mentis arrogantia contaminaui. Quo in posterum me vertam? Festina virgo ad auxilium.

Planè nullus mortalium fuit vnquam, qui tam nefanda in lasciuiis ac libidinibus tam fœdè perpetrarit, & sacrum baptisma inquinarit.

Culmen ipsum scelerum attigi, virgo sacratissima. Succurre celeriter: nam cœlum & terra aduersus infinita scelera mea vindictam acerbè flagitant.

ODE III.

Angelorum ordines, & exercitus, virtutes cœlorum potentiam filij tui contremiscunt, ò castissima. Ego verò desperatus omni timore vaco.

Vniuersa tellus attonita cohorruit, cùm me tam liberè, & peruersè peccantem perspiceret, vberemque filij tui misericordiam cum stupore mirata est.

Templum corporis mei malè conspurcaui: & templum Domini, quod mortales cum tremore ingrediuntur, ego perditus & effrons subire audeo.

Ne, quæso, domina, ne me pro hospite, & peregrino habeas, qui iam vt indignus præsidio filij tui exclusus sum penitus: sed me quoque ab immunditia flagitiorum meorum ablue.

ODE IV.

Adamus, ò virgo, vnicum filij tui mandatum transgressus, exilium est meritus: ego verò desertor & præuaricator Dei, infinitatem transgressionum mearum quomodo dignè lamentabor?

Cain, qui quondam fuit homicida, fratremque suum interfecit, à Deo maledictus est. Quid autem ego audaci-

audacissimus, qui cùm occiderim animam meam, tamen non erubesco?

Esau gastrimargia & deliciis sollertem ego æmulatus, animam & corpus pollui, ebrietate & libidine vitam meam defœdaui. Quis iam me calamitosum non deplorabit?

Tu qui bonus es, diuino lumine tuo morbos animæ meæ sana, quos mihi exitij machinator diabolus inseruit. Ab acerba huius seruitute me expedi. Nunc enim à patrono me desertum videns, in sinu ridet.

ODE V.

Ratio viuendi mea est luxuriosa, anima inquinata, & vita miserrima: corpus meum totum peccatis vehementer commaculaui. Ideirco accelera Virgo, & opitulare mihi.

Finis adest, nec possum ferre. Arguit me conscientia, proponit enim mihi scelera mea, vitámque incertissimam; & tribunal filij tui, Virgo me terrefacit.

O verè immaculatissima, corpus hoc vitiatum fluuius ille igneus & inextinctus, & vermis irrequietus exspectant. Sed tu precibus tuis ab his me libera.

Tremore corripior & consternor propter insidias maligni. Ante finem enim vitæ, perditor ille stridet super me dentibus, méque à virtutibus nudum, vt captiuum detinet.

ODE VI.

Dolosus ille septuplicem flammam passionum in me succendit, totúmque me cordis adulteriis interficit. Sed tu mater Dei fluentis lachrymarum me riga, & me repellere noli.

In fouea delictorum meorum suffocatum me ne derelinquas, domina. Improbissimus enim hostis me desperatione conflictantem videns, ridet. Sed tu potenti manu tua me erige.

Formidabile est iudicium, ô misera & stolida anima mea, & pœna horribilis atque sempiterna. Nihilominus vel nunc ante matrem iudicis, ac Dei tui supplex procumbe. Cur enim te ipsam desperas?

Ego perditus omnem spem meam in te collocaui, domina, ne modò auertas à me faciem tuam. Ne clauseris mihi benigna viscera tua, mater Dei, sed me tuendum suscipe.

O intaminata virgo, ego ob multitudinem immensorum peccatorum meorum repletus sum tenebris, oculique animæ meæ, & mens mea immutata sunt. Quare tu luminis tui splendoribus ad dulcedinem in vacuitate passionum sitam celeriter me reuoca.

ODE VII.

Mater virgo quę vnum in essentia, trinum in personis Deum peperisti, & vlnis gestauisti, flammantem passionum fornacem in me restingue, & lachrymarum flumine me ablue.

Aduentum mortis horreo, & iudicium illud pertimesco: peccare interim neutiquam desino. Miserere, & serua me precibus tuis, immaculata virgo.

Gemitus perennes mihi largire, domina, fontémque lachrymarum, vt tam multa flagitia mea, vulneráque inexplicabilia eluam, quò vitam æternam adipiscar.

Multitudinem peccatorum meorum indicaui tibi. Nemo enim mortalium, ô domina, filium tuum Dominum nostrum adeo ad iracundiam prouocauit: cui me deprecatione tua reconciliare propera.

In hora iudicij ne me inter damnatos colloces, Domine, qui es natura misericors, sed propter preces maternas mei captus misericordia, inter oues tuas à dextris me constitue. *Matth. 25.*

ODE VIII.

En ego seruus tuus, incorruptissima virgo multo cum timore & desiderio ad te accedo, gnarus quantum sæpenumero tua valuerit deprecatio. Valet sanè plurimum, ô benedictissima, apud filium matris supplicatio, & eius viscera commouet.

Assume Archangelorum choros, supernorumque exercituum multitudines, præcursorem, Apostolorum cœtum, Prophetas, Martyres minorum maiorumque gentium, & pro me Deo supplica.

Et nunc, & illa die auxilium tuum inueniam, in qua cùm defecerit spiritus meus, dæmonibus sine mora ereptum, ab eorum tyrannide vindica, nec me illis tradi permittas.

Iudicem misericordem & benignum exspecto filium tuum, ô linguis omnium prædicanda; ne me despicias, sed eum mihi redde propitium, vt me tum ad dexteram tribunalis sui incorruptus statuat. In te enim speraui.

Angeli, Archangeli, Principatus, Dominationes, Seraphim, Virtutes, Potestates, Throni cum Cherubim multoculis nunc glorificatum filium tuum venerantes, te quoque, Virgo mater, vnà reuerenter colunt.

SIMEONIS ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS,

DE

DIVINO TEMPLO: DE EIVS ministris, Episcopo, Sacerdote, Diacono: de sacris eorum vestibus: de sacrosancta mystagogia, siue missa,

AD

PIOS QVOSDAM CRETENSES Commentariolus.

Capita huius Libelli.

De Mystagogia, siue Missa:

PRÆFATIO.

1. Diuina impulsi charitate quæsiuistis à nobis, quorumnam tandem signa, & argumenta sint, quæ in sancta synaxi, siue Missa peraguntur; & quid sibi sacra ornamenta velint. In charitate igitur vicissim accipite, quę super illis pro nostro modulo Spiritus sancti charitate confisi scribimus; & inprimis de præstantissimo opere voluntariæ charitatis Dei, qui nos sic dilexit, secundum scripturam,

Ioan. 3. *vt filium suum vnigenitum pro nobis daret.*

2. Venit ergo ad nos in charitate, & qui vbique præsens adest, habitauit inter nos, ex virgine infans procreatus, & ab ætate in ætatem gradatim prouectus, vt ego ab omni macula purgarer, eiusque dictis, & factis ad sanctitatem adduceret. Postremò semetipsum quoque in communionem mihi dedit. Quoniam enim carne è virgine suscepta mihi vnitus est, necesse fuit vtique vnionem quoque actu, & opere ipso ad fideles vniuersos dimanare. Hæc est

Ioan. 6. enim reformatio, & vita mea. *Nisi manducaueritis,* inquit, *carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Item, *Ego viuo: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Hoc per mysterium benignè præstitit. Atque ideo baptismatis lauacro nos regenerat, suámque generationem ab omni affectatione segregatam nobis donat. Per manuum verò impositionem, & insufflationem vnguenti gratiam impertitur, quod nimirum vn-

Cant. 1. guentum ipsemet est. *Vnguentum enim,* inquit, *effusum nomen tuum.* Qui vnxit semetipsum quà Deus; & vnctus est, quà homo. Proinde & nos ex bonitate sua vngens, suaueolentem, & vitalem spiritus gratiam nobis elargitur. Quod autem tertium, & summum est, nos sui participes efficit: & id in tradendis mysteriis ostendit. Accepit enim panem, &

3. sacrificauit; & calicem similiter. *Et hoc quidem,* ait,

Matth. 26 *est corpus meum; hic verò sanguis meus.* Nec sacrificauit modò, verum etiam ad eius nos communionem vocauit, his verbis, *Accipite & comedite.* Et, *Bibite ex eo omnes.* Nec tantummodo tunc istue ipse fecit; sed per aptos, & idoneos nihilominus omni tempore faciendum concessit. *Hoc facito,* inquit, *in meam commemorationem.* Haud immerito. Si enim & ipse perinde vt nos humanos artus induit, & cùm esset Deus immutabilis, nihilominus homo nostrûm similis apparuit, quò diuinitatis eius consortes ac socij fieremus, diuinissima istud & inexplicabili ratione actum est, vt quibus alimur, & quæ bibimus, iis se misceret qui vbi est, panémque & vinum in corpus & sanguinem diuina sua potentia transmutaret, qui est omnipotens. Per hæc nobis inseritur & immiscetur; cumque sit sol iustitiæ, nobis

Malach. 4 lucet, & pro portione puritatis illustrat. Nec radiis duntaxat immissis simpliciter vt sol agit; sed insuper ex impuris pura reddit, luminique recipiendo ac-

4 commodat. Quando igitur huiuscemodi est sacrificij mysterium, & hic finis humanę naturæ à Christo susceptæ (per eam quippe consortes Dei, & dij per gratiam euadimus) etiam Ecclesia Dei maiore quodam ac diuiniore studio in eo tractando versatur, quodque ab initio accepit, eo assiduè operatur, & per sacra symbola, siue cærimonias docet, quæ omnem cogitationem vincunt. Tam autem magnifica sunt, etiam quæ oculis in hac sacra functione subijciuntur, vt nemo non ea admiretur. Verùm non omnium mentes ad eorum quę illic obeuntur, cognitionem penetrant; multi hærent, horumque rationes & caussas exquirunt. Et sanè vim eorum nulla commentatio assequatur. Nec humanus solùm, sed nec A angelicus intellectus cõprehendere ac docere queat, quo pacto Deus homo factus sit, & quomodo sese hominibus communicet: aut eorum quippiam, quę ab Ecclesia promulgantur, & administrantur. Veruntamen non omnino profanos, ac rerum ad se pertinentium ignaros Deus nos reliquit: sed quantum de iis sciri, & inuestigando inueniri, atque intelligi potest, tantam nobis sciendi, inuestigandi, & intelligendi occasionem suppeditauit; quandoquidem nostra caussa ea omnia instituta, ac perpetrata sunt. Quantum igitur ea nos cognoscere potuimus, quantumque nobis minimis, abiectissimisque concessum est, de iis, quæ nos esse aliquid putantes, interrogastis, cum charitate, magnam partem ex sanctorum Patrum voluminibus comparata supellectile disse- B remus.

DE SACROSANCTO TEMPLO.

Primum igitur de diuino templo agemus. Nam cùm templum & sacerdos instrumenta sint, sacrificio deseruientia, ille operans, hoc, altare ad id exhibens, de vtroque dicere consentaneum est. Ergo templum quamuis lapidibus & lignis constet, tamen cœlesti gratia præditum est. Ab Episcopo enim mysticis precationibus consecratur, oleo sacro perungitur, totumque Dei habitaculum redditur: nec omnia omnibus, sed alia sacerdotibus, alia laicis habet peruia. Et quoniam in adyta (inaccessa, seu secretiora) & ea quæ sunt extra adyta bipartitò diuiditur, Chri- C stum ipsum nobis imagine quadam repræsentat, duplici natura subsistentem, diuina & humana, quorum hæc sub aspectum cadit, illa minimè. Similiter hominem, ex anima & corpore cohærentem. Trinitatis item mysterium præclare adumbrat: quæ cùm per essentiam inaccessa sit, ex prouidentia qua rebus consulit vniuersis, & potestate cognoscitur. Præterea mundum hunc aspectabilem, & illum alium, qui cernendi sensum effugit, imitatur. Quin immo aspectabilem solum. Cœlum quidem per sacrum tabernaculum siue sacrarium: terrestria verò per templum reliquum. Alio consilio sacrum templum vt tripartitum, seu trifariam diuisum consideratur, in sacrum inquam ante templum, seu vestibulum, in ipsum templum, & in sacrarium, quibus partibus tribus Trini- D tas, & cœlestes beatarum mentium ordines per tres ternarios distincti, porrò item populus sub triplici discrimine, sacerdotum videlicet, fidelium perfectorum, & publice pœnitentium significatur. Insuper quæ in terris, quæ in cœlis, & super cœlos sunt, sacræ ædis constitutio, & habitus denotat. Νάρθηξ terrena, media templi cœlũ, sanctissimum tabernaculum siue sacrarium, supercœlestia, seu quæ in cœlis sunt.

DE SACRA MENSA.

Idcirco & in sacrario templum per tremendum altare, sacrę mensæ videlicet, cœli Dominum recipiendum proponit, quę & sancta sanctorum, cathedra, locus Dei, requies, propitiatorium, magni E sacrificij officina, Christi monumentum, & eius glorię tabernaculum vocatur. Et quidem per velum altaris cœleste Dei tabernaculum significat, vbi angelorum agmina sunt, & sancti requiescũt. Per κάγκελλα, hoc est, cancellus, differentiam eorum, quæ sensu, ab his, quę sola intelligentia percipiuntur. Quatuor autem veli partes cum quatuor angulis habet sacra mẽsa, quoniam plenitudo Ecclesiæ ex quatuor mundi finibus contexta est: & in quatuor illis angulis quatuor Euangelistarum nomina, quandoquidem per illos Ecclesia consociata & constituta est, & vniuersum terrarum orbẽ Euangelij annuntiatio peruagata est.

est. Statim post ipsam alia mensa visitur, quæ κατὰ σάρκα, secundum carnem dicitur, quia sepulchrum est & thronus Iesu. Et partim quidem est vt sindon, quo mortuum corpus inuolutum est, partim vt gloriæ amictus; sicut etiam psalmus dum imponuntur dici solitus, ostendit. *Dominus regnauit, decorem induit, &c.* (Psal. 92.) E lapide porro est altare, quia Christum refert, qui & petra nominatur, tanquam fundamentum nostrũ, & caput anguli, & lapis angularis, & quia petra, quæ olim profluentibus ex se aquis veterem Israël potauit, huius imago fuit. (Matth. 21. 1. Pet. 2. Num. 20.) Nunc enim nos nouum Israël potat non petra aquam scaturiens, sed æternæ vitæ fluenta præbens, viuum, inquam, Verbi sanguinem. Per sacram verò assessionem Verbum incarnatum, & in cœlis ad dextram patris considens, per gradus, cuiusque sanctorum virorum, & angelorum ordo ascensusque; & per Episcopum Iesus significatur. Quē & sacrum Euangelium in altari conspicuum, & crux sacrificium eius indicat. Sub mensa deinde repositę sunt reliquiæ martyrum, vtpote quorum spiritus

8\. Christo magno martyri semper adsint. Præterea tanquam Ecclesiæ fundamenta hos altare continet, quæ primùm Christi, postea per ipsum etiam martyrum sanguine condita est. Vnguento delibutum est, quoniam plenitudine efficientis spiritus, & viuum vnguentum quod sacrificatur habet. Palla autem circumuestitur & ornatur, quoniam quæ super eo fiunt, consideratu difficilia sunt, nec ab omnibus comprehendi queunt. Est autem editum splendidissimumque, vt solium Dei. Per ordines verò sacrarium ingredi solitorum, virtutes extra mundum, siue cœlestes nobis suggeruntur. Et per suffitionem ab altari inchoatam communicans sese, & fragrans spiritus gratia. Per accensa lumina, ea quæ in sanctis inest perpetua ac indeficiens illuminatio. Atque hæc ab Ecclesia per tabernaculum siue sacrarium imaginaria offeruntur.

DE TEMPLO, SEV POTIVS Naue Templi.

Vniuersè autem per id quod extra sacrariũ est, seu per nauem templi, terrestrem hunc mundum, vt suprà diximus, aut etiam cœlum, quod cernimus, cogitationi obijcit. Quando enim ante templum vota facimus, cœli id locū habemus, & paradisi in Eden similitudinem gerit. Quapropter etiam quædam vela in sacris monasteriis, dum extra psallunt, interijciunt, quæ ingredientes abstrahunt, eo declarantes, Christum ad nos vsque descendisse,

9\. (Ephes. 2.) mediumque parietem maceriæ dissoluisse, datáque pace in cœlum nos subuexisse. Quinetiam quiterminibus sese fœdarunt, intrare non audent. Cum solemni ritu templum dedicamus, huius rei typum quendam exprimimus. Cùm in eo preces concipimus, & sacra præ omnibus veneranda conficimus, altare velut alterum cœlum habemus. Terrestriom autem significationem ideo continet, quod ibidem omnes simul concurrunt, congregãturque, ac Deum pariter comprecamur. Qui est ante sacrarium ambo siue suggestus, lapidis à monumento deuoluti nos admonet, vbi etiam angelicam personam sustinentes diaconi & sacerdotes, illi quidem in Missæ officio, hi in matutinis Euangelium inde clara voce recitant. Templi pulchritudo, creaturarum pulchritudinem docet. Lumina sublimè ardentia, stellarum fulgores; camera, seu fornices firmamentum imitãtur. Oleum

10\. autem, ceram, & thymiama offerimus. Illud ad diuini olei (hoc est, misericordiæ Dei) excitandam memoriam. Hanc, vt quemadmodum illa ex mille floribus extitit, sic nos integram, & perfectam nostri oblationem, omniumque rerum nostrarum sacrificium quoddam per ipsam insinuemus. Hoc autem thymiama, inquam, in signum diuinę charitatis, quæ se in omnes effudit, & fragrantiæ spiritus. Ac sacerdotes quidem intra sacrarium diuinos hymnos ordientes, primorum ordinum iuxta Deum imaginem gerunt. Diaconi cum lectoribus & cantoribus psalmos, & Scripturas sacras ordine excipientes, medios cœlestium cœtus, siue choros subostendunt. Populus vniuersus de fide rectè sentiens, cantica modulãtibus proposito ac voluntate cõsociatur, Dei misericordiam eliciens. Ad quem se aggregare, aut maleficum, aut non orthodoxum nefas est. *Nulla enim societas lucis ad tenebras.* (2. Cor. 6.) Si quis autem ad lucem conuersus fuerit, tum ab his qui lucis sunt non excludetur. Et hęc quidem diuinum templum, vt in quodam effigie nobis exhibet: tametsi plura his liceat illis hinc intelligere, qui considerandi facultatem maiorem à Deo acceperunt.

DE EPISCOPO SACERDOTE, & Diacono.

Sacerdos præcipuè in sacris litteris angelus Domini omnipotentis appellatur, vt qui diuina præcepta annunciet, & diuinam volũtatem impleat. (Malach. 2.) Quin & Iesum repræsentat. Eius enim potestatem per consecrationem est adeptus, & præ illo amplius hierarcha siue Episcopus, qui & in cathedra Christi sedere scribitur, & potestatis eius diuinas obtinet, vt Dei gratia ligare & soluere possit. Nam hierarcha Apostolorum est successor. Vnde etiam tanquam

11\. Christi imago, rem diuinam facturus, sacra vestimẽta induit, quę omnia significationem, considerationémque spiritualem complectuntur: de quibus pro virili nostra dicemus. Paulò autem superiorem videbimus iis qui tabernaculo consecrantur, & in tres ordines secernuntur, Episcopi, inquam, presbyteri, & diaconi. Quarum Episcopus dicitur φωτιστικὸς, illuminatiuus, vtpote qui diuini luminis impertiendi auctoritate pollet; omnes enim ab eo accipiunt: inaugurationem & characteres, sacerdotes & clerus, dedicationem templa: baptismum, remissionem peccatorum, sanctificationem, mysteriorumque communionem laici. Omnia, vt ex lumine fontis gratiæ Episcopalis. Presbyter autem dicitur τελεστικὸς, sacrificatiuus, vtpote cui tantum ad sacra peragenda sacrificatoria, non autem communicatiua gratia data sit. Baptizat enim & sacris operatur, non potest autem initiare ordinibus, nec alium creare sacerdotem, aut quicunque sunt de sacro ordine. Diaconus λειτουργικὸς, ministratiuus dicitur, vt qui ministri locum

12\. teneat, & citra sacerdotem facere nihil possit, quod est vltimi ordinis angelici.

DE SACRIS HORVM VESTIBVS.

Qvisque horum trium ordinum pro ratione sui status vestes induit. Diaconus quidem, quę angelicum ordinem referunt. Presbyter hæc eadem, quandoquidem diaconi charitinate siue dono prius est affectus, & gratia sacrificatoria, quam ἐπιτραχήλιον indicat. Hierarcha & hæc, & ὠμοφόριον insuper, quo Dei filius homo natus significatur. Igitur stola sacra prius contectus στιχάριον, lucidi vestitus angelorum imitamen induit. Sæpius enim in veste fulgenti angelos apparuisse nouimus, vt & illum in monumento Saluatoris coopertum stola candida. (Marc. 16.) Præterea purum, & ab omni inquinamento liberum sacerdotalem statum esse oportere docet; propter quam puritatem etiam sacerdos hac gratia dignus iudicatur: quod ipsum testatur, cùm se induens, hæc verba pronuntiat, *Exultabit anima mea in Domino, quia* (Esai. 61.)

induit me vestimento salutis, & quæ sequuntur. Et A
Diaconus, angelicum sortitus ordiné, vt dictum est,
hoc amicitur, fertque in humeris quod ὠράριον no-
minant, quod quasi alas habet, vt illorum spirituum
qua præstant, intelligentiæ celeritatem demonstret.
13. Quare & Cherubim facies obuelantia imitans, ipse
quoque dum cingitur, quodammodo, vt rei diuinæ
particeps & administer futurus, operitur. In ipso itē
oratio SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS, scriptum
est, quo ministratorius sanctorum angelorum ordo
exprimitur. Episcopi autem στιχάριον desuper descen-
dentia habet flumina quæ dicuntur, & gratiam do-
cendi in ipso repræsentant. Nam & inter angelos
non omnibus est idem ordo & gradus; sed ibi quo-
que alij inferiorum magistri sunt. Vocantur autem
flumina, propter vocem Saluatoris in Euangelio di-
Ioan. 7. centis, *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent* B
aqua viua. Hoc idem pallio Episcopali notatur. Flu-
mina quidem habet propter ea quæ diximus. Pocula
verò pro typo veteris & nouæ gratiæ: quę etiam flu-
minibus quasi innatant; quod non aliud sibi vult,
quàm magistro, siue doctori ex duobus testamentis
ad docendum hauriendum esse. Et bacteous de sti-
chario. ἐπιτραχήλιον sacrificalem, & è cœlo descendē-
tem spiritus gratiam menti subijcit. Ob hoc enim &
Episcopus & sacerdos à capite illud induens, *benedi-
ctus Deus*, inquit, *qui effundit gratiam super sacerdo-
tes suos*. Vnde eo quilibet sacerdos vtitur, quoties-
cunque sacrificat. Cingulum nota est ministerij, à
Saluatore nostri caussa suscepti, quo & functus est in C
hoc sæculo, & in futuro propter nos functurum se
14. pollicetur. Ait enim, *Præcinget se, & faciet illos dis-
Lucæ 12. cumbere, & transiens ministrabit illis*. Præterea eius
potentiæ magnitudinem insinuat: cui rei testimonio
sunt, quæ tum verba proferuntur, *benedictus*, inquit,
qui præcingit me virtute. Cæterùm hierarcha insuper
à zona dependens ἐπιγονάτιον super genuale fert, quod
victoriam aduersus mortem, nostræque naturæ im-
mortalitatem, & vires Saluatoris contra maligni dæ-
monis tyrannidem robustissimas ostendit. Quam-
obrem & rhomphææ simile est, & lumbis alligatur,
vbi hominis robur situm prædicant. Hoc ipsum ver-
Psal. 44. ba, quæ in cinctu adhibentur, confirmant. *Accingere
rhomphæa tua super femur tuum potentissime*. ἐπιμανίκια
verò actionis diuinæ omnia efficientis significantia
sunt, & Iesum suis manibus sacrificium corporis &
sanguinis sui per se obtulisse: cui conueniunt, quę iis
induendis recitantur. *Dextera tua, Domine, glorifi-
Psal. 117. cata est in virtute*. Et, *Manus tuæ fecerunt me, &
Iob. 10. plasmauerunt me*. Quin etiam vincula manuum Sal-
15. uatoris, in quibus ad Pilatum deductus est, quidam
per ἐπιμανίκια expressa volunt. Iam verò sacrum σά-
κκον sublimiorem, & superne collatam spiritus vir-
tutem sub quadam effigie monstrat. Imprimis saccū,
quo per ludibrium Saluator indutus est, idcirco &
sacci formam habet. Nec enim in eo sunt, quæ ap-
pellantur μανίκια seu manicæ. Manifestius hoc exhi-
bet, quo cooptati Episcopi vestiuntur, & saccus di- E
citur. Sed & reliqui Episcopi φελόνιον, plenum cruci-
bus induti (quod etiam πολυσταύριον, quasi dicas, mul-
ticrucium vocari solet) clarè docent, quoniam passio-
nis Domini signum est, se illum imitari, qui per pas-
sionem & crucem veram iustitiam consummauit, &
libertatem nobis tyrannico iugo depulso recupera-
Psal. 131. uit. Hoc & cùm induit illud sacerdos, dicit: *Sacer-
dotes tui Domine induantur iustitia, & sancti tui exul-
tatione exultabunt*. Reuera enim iustitia per crucem
nobis exaltationem peperit. Et hæc sunt quibus dia-
conus & sacerdos ornantur, dempto tantùm epigo-
natio: atque hæc mysteria continent, vt à nobis ex-
plicari potuerunt. Hierarcha autem cum epigona-
16. tio etiam reliquis ornatur, quoniam omnium gra-

A tiam obtinet, peculiariter autem & Episcopalem vir-
tutem, & sacrum ὠμοφόριον sibi circundat, quod ex la-
na confectum in orbem humeros, antè & retro con-
uestit. Hoc genus indumenti sine dubitatione à Ver-
bo carnem ex Virgine propter nos susceptam, huma-
næque naturæ assumptionem declarat. Ideo enim Esaie 53.
ex lana quoque texitur, quoniam erraticam ouem,
hoc est, naturam nostram signat; & quoniam ipse
quoque agnus pro nobis occisus vocatus est. Ipsa
item verba, quæ humeris eo tegendis profert, sentē-
tiæ huic suffragantur. Ait enim, *Sublatam in humeros,
Christe, natura quæ errauerat, assumptus Deo & patri
illam obtulisti*. De sacris vestibus hactenus.

DE MYSTAGOGIA, siue Missa.

Vtrum conueniat sacrificantem Episcopum esse mitratum.

APerto capite Episcopi & sacerdotes orien-
tis omnes, excepto Alexandrino Patriarcha Ephes. 1. &
sacris funguntur: non ob humilitatem ali- 1. Cor. 6.
quam, sed ob caussam altiorem, & longè diuiniorem & 11.
videlicet, quam diuinus Paulus ponit ac docet, Chri- 17.
stum caput nominans, nos autem membra ipsius; &
C oportere nos Christum caput nostrum honorantes,
caput inter orandum nudatum habere. Nec ob hoc
tantùm, sed quia etiam nudo capite qui consecratur,
consecrationem accipit. Atque ita quemadmodum
cùm ordinatur, precibus & sacris operari debet: Et
hierarcha potissimùm, quoniam & dum consecra-
tur, à Deo tradita eloquia, siue sacrum Euangelium
supra caput habet, in sacrificio diuinissimo peragen-
do velato capite conspici non debet. Obijciat for-
tasse quispiam, hinc sequi, Alexandrinum Episco-
pum, & alios quàmplurimos, ex veteri traditione
tecto capite sacris operantes, non ritè ac sanctè fa-
cere. Istuc non dico. Nam illi id antiqua nixi tradi- Exod. 28.
tione, quæ magis legi antiquę respondet, ita faciunt, 29.
D quando & legis sacerdos cidarim, quam & mitram Leuit. 8.
vocabant, in capite gerebat. Quo eodem nomine
hierarchæ eas gestantes, appellare consueuerunt. Ac
fieri potest, vt eo capitis tegumento aut spineam Do-
mini coronam, aut sudarium, quod fuit super caput
eius, in mentem nobis reuocent. Veruntamen cùm
& hi id ipsum quibusdam sacrificij momentis neces-
sariò deponant, beati Pauli traditionem potius ser-
uandam hoc ipso testificantur. Hierarcha igitur sa- 18.
cra perpetraturus, de throno in quo aliis circum-
stantibus sedit descendens, Dei Verbi ad nos con-
descensionem figurat.

POMPA PER TEMPLVM ante Liturgiam.

E INdutus autem sacram stolam, sacratissimam eius
incarnationem, & ad portas etiam templi vsque
gradiens, eiusdem in terras aduentum, præsentiám-
que, & quo pacto se vsque ad mortem & inferos di-
miserit, animi oculis ingerit. Hoc enim sibi vult,
quod occasum versus, & ad portas vsque deorsum
procedit. Extra sacrarium porrò diuinas preces in-
cunti, diaconi assistunt, qui non modò Apostolo-
rum, verùm etiam angelorum, quos Christus in my-
steriis suis ministros habuit, locum tenent. Cùm sa-
cerdotes in sacrario sua quoque psalmodia absoluta
egrediuntur, sanctorum Angelorum super Christi
Resurrectione & Ascensione delapsus concipiendus
est.

A est. Ac dum præferuntur faces, & diaconi bini, itemque bini cum sacro Euangelio præcedunt, & Episcopi latus vtrumque item diaconi tegunt, ceteri porro sacerdotes reliqui sequuntur, & illud, *Venite Christum adoremus*, clarissime voce cantant, & Episcopo faustum acclamatur, paulò ante ingressum, diacono, qui Euangelium gestat, post precationem illud clara voce recitante, *Sapientia erigit, &c.* Resurrectio & Ascensio Domini in imagine proponitur. Diaconus etenim sic voce clarisona Saluatorem in vitam rediisse nuntiat.
19. Chorus autem sacerdotum & diaconorum, vt iam diximus, Apostolos Domino præsentes, eumque intuentes, sanctissimosque Angelos, Episcopus ipsum Dominum rediuiuum discipulis apparentem, & in cœlum proficiscentem quadam figura reddit.
B Quocirca totum templum extra sacrarium terram, ipsum verò sanctissimum sacrarium sedes cælestes referre docuimus. Vnde quod secundùm Dauidis vaticinium Dominum deducebant & comitabantur Angeli, alios in superis appellantes illis verbis: *Attollite portas principes vestras*, ac Dominum Iesum regem gloriæ nominabant, eumque potentem confitebantur. *Psal. 23.* Ecclesiæ similiter facit, dum solemni pompa ducenda, Episcopum in sacrarium ingredientem laudibus celebrat. Idem portæ sacrarij, antequam veniat clausæ, rursumque ad eius introitum apertæ significant.

MISSA CATECHVMENORVM.

C CVm verò ingressus circum sacram mensam thus adolet, ea ceremonia Spiritus sancti præsentiam monstrat, qui post Christi in cœlos ascensum ad nos venit. Etiam σταυροειδῶς signans Euangelium hierarcha, docet illuminatione per incarnationem Iesu, duplici natura constantis, non solùm in terra homines, sed in cœlis quoque angelos illustratos fuisse, & eum ipsum qui caro factus sit, Dei filium esse.
20. Hymnus τρισάγιος, qui mox sequitur, mysterium Trinitatis ostendit, quod incarnatio vnius de Trinitate hominibus promulgauit. Præterea angelorum hominumque conspirationem atque consensum. Idcircò & intus à sacerdotibus, & foris à clericis & laicis cantatur: quandoquidem per Christum angeli & homines vnius Ecclesiæ societatem coniunxerunt.
D Quod ipsum Episcopus declarat, dum rursus σταυροειδῶς Euangelium signat, & in eodem Trinitatis prædicationem contineri indicat, & id confirmari ac stabiliri precatur. Sed & sacro throno conscenso (quod Christum ad dextram patris considentem notat) & ibi σταυροειδῶς signans, sanctificationem per Trinitatem factam, & Christum, vbi in cœlum migrauit, splendorem Trinitatis (cuius typus est lumen) & benedictionem nobis tribuisse confirmat. Sedendo Christi assessionem imitans, & assessores habens coepiscopos & sacerdotes, Apostolorum figuram & similitudinem gerentes, pacem cum omnibus precatur, quod vnionis concordiæque symbolum est. Christus enim est, qui soluit inimicitias in carne sua, *& fecit vtraque vnum*, quæ in cœlo, & quæ in terris sunt, *Ephes. 2.*
E inquit Paulus. Deinde ad Apostolorum missionem ad gentes in memoriam nobis redigendam, Apostolica scripta recitantur. Interea non diaconi, sed Episcopus, & sacerdotes sedent: quoniam ipsi quoque Apostolicam gratiam perceperunt.
21. Ante Euangelium cantatur hymnus Alleluia, quod quidem aduentus gratiæ Dei, quod est Euangelium, insinuatur. Ipsa porrò eius recitatio, Euangelium post Ascensionem Domini per vniuersum mundum à discipulis annunciatum monet. Quocirca & prius Apostoli epistola, deinde Euangelium legitur. Quia primum quidem corroborati sunt discipuli, postmodum orbem longè latéque peruadentes, Euangelium disseminarunt. Ante Euangelium thymiama datur, propter datam ab eo gratiam spiritus toti mundo. Dum Euangelium legitur, Episcopus ὠμοφόριον deponit, seruitutem ac subiectionem suam erga Dominum demonstrans. Quoniam enim ille per Euangelium loqui cognoscitur, & tanquam coram adest, ipse tunc monimentum incarnationis eius gestare non audet; sed ab humeris ablatum, diacono tradit, qui illud de atra complicatum tenet, ipsi Episcopo astans, & dona sacra præcedens. Item *ἐπιτραχήλιον* manu tenet, per quod intelligimus, Iesum conspectum iri in futuro seculo ab omnibus, qui pro nobis incarnatus, & vulneratus est; & cùm de Trinitate sit, nos diuinitatis suæ splendoribus illuminat.
B 22. Descendens de cathedra Episcopus, & pro Imperatoribus Deum clarè rogans, ac post Euangelium σταυροειδῶς populum signans, per Euangelium pium imperium & sacerdotium constitutum ostendit, atque vtraque per gratiam Trinitatis permaneant, precatur.

MISSA FIDELIVM.

VBi ad aram prodijt, precationum opus incipit, seque mysterij ministrum demonstrat. Catechumeni illico dimittuntur, solique fideles manere iubentur, quoniam tempus hoc consummationis tempus repræsentat. Ait enim, *Postquam prædicatum fuerit Euangelium in toto mundo, tunc veniet consummatio. Cum in fine miserit angelos suos*, in- *Matth. 24.*
C quit, *& separauerint malos de medio iustorum.* Hoc & Ecclesia agit, dum clamans catechumenos exire, fideles tantùm remanere præcipit. Vnde etiam perspicere licet, quantum sibi fideles cauere debeant, ne communicent cum iis, quibuscunque nulla potest esse communio: ac præsertim sacerdotes. Si enim nefas est communicare in precibus, quanto magis in sacrificio? Qui etiam palam peccantium fidelium oblationes propter sacrificium non debent temerè admittere; sed pœnitentiam prius requirere. Communio enim fit pro oblata parte, & sacrificio indignos eo participare nefas. Cùm diuina dona proponenda sunt, prius in omnium conspectu manus lauat Episcopus, indicans hac ceremonia, sic ad liturgiam purum, & nulli reprehensioni affinem, aggredi, & cum munditia sine omni im-
D munditia, quantum fieri potest, accedere, mysteriáque mundissima tractare oportere. Posthæc veneranda dona cum comitatu & pompa splendide circumferuntur, lectoribus, diaconis, sacerdotibus cum lampadibus, & sacris vasis præeuntibus ac sequentibus. Hac processione extremus, & maiestatis plenus Christi aduentus præmonstratur. Ideò & ὠμοφόριον cum cruce præcedit; quo docetur, Iesum, & signum eius de cœlo ostensum iri. Quod mox sequuntur diaconi, qui Angelorum ordinem referunt; 23. id quod & flabella quæ dicuntur, & à sancto Dionysio alæ vocantur, significant. Secundùm hos qui diuina dona portant, ac postea reliqui omnes. Et qui in capite gestant secum ἐπιθάλει (quod nudum & inuisibilem Deum expressum habet, agnoto dictum) in
E templo obito, & populo ad preces excitato, ad altare ingrediuntur, omnesque pro Episcopo orent; nec cum alius, quàm regni Dei meminerunt. Hæc autem omnia docent, quomodo in fine mundi, apparente Saluatore, postquam mali à Deo alieni recesserint, non alia erit hæreditas fidelibus, quàm regnum Dei. Regnum autem Dei est ipse Christus, cuius œconomia spectatur in eo, quòd se humiliauit vsque ad mortem, quod pro nobis occisus est: quod occisum illius & viuificum corpus vulnera inspicienda exhibuit, & immortalitatem adeptum contra mortem trium- *Philip. 2. Luca 15.*

phŭ nobis largitum est, ex vulneribus suis incorru-
ptionem, & vitam, & diuinitatem cum angelis no-
bis impertiens, & alimentum ac potum, & vitam, &
lumen, ipsum panem vitæ, verum lumen, vitam æter-
25. nam, qui est Christus Iesus. Quare pompa ista simul
& secundùm aduentum Saluatoris, & sepulturam
eius ante oculos ponit: quoniam ipse erit, vt dixi-
mus, quem in futuro sæculo contemplabimur. Proci-
dunt autem in genua omnes fideles ante sacerdotes,
ac iure id quidem; partim ipsorum preces, & sui me-
moriam in missa rogitantes: partim diuina dona ve-
nerantes. Quanquam enim sacrificata nondum sunt,
tamen in prothesi (in minori altari in sacrario, vbi
panis à sacerdote consecrandus primò ponitur, quasi
dicas mensa seu altare propositionis) Deo dicata, &
ille se ad supernum altare suscipere dixit. Quamuis
igitur nondum in sacrificium adhibita, nihilominus
ad id parata, & consecrata Deo, & typi Dominici
corporis & sanguinis sunt. Si ergo sacris hisce dono-
rum verorum imaginibus honorem, adorationémque
que tribuimus, multò magis ipsa vera, & per hæc
expressa dona nobis honoranda atque adoranda
sunt, vt magnus Basilius scribit: siquidem ab offeren-
tibus in corpus & sanguinem Christi conuersa
sunt. Quin & propter sacra vasa sacerdotibus fle-
ctere genua oportet, tametsi ex iis tria sunt vacua.
Omnia enim propter diuina dona in ipsis sacrificata,
sanctificationem participant. Nec mirum si quædam
26. inania sint. In honorem quippe diuinorum dono-
rum hæc circumferuntur, atque vt tum videntes ea,
tum appropinquantes sanctificentur omnes. Impo-
sita mensæ sacra dona, cooperiuntur, quia non om-
nibus ab initio cognitus fuit Iesus: & licet corpus as-
sumpsisset, non tamen ab abscondita diuinitate ac
prouidentia sua discessit: sed incomprehensus & in-
finitus est semper, tantumque duntaxat cognoscitur,
quantum ipse reuelat. Preces autem prono capite
petit ab omnibus Episcopus, agnoscens & ipse semet-
ipsum, & ad opus istuc tremens ac pauens, illudque
Iac. 5. Apostolicum implens, *Confitemini alterutrum pec-
cata vestra, & orate pro inuicem.* Non enim fidit sibi,
cùm ipse quoque homo numeretur. Signat verò po-
pulum, postquam pro eo sacerdotes orauerunt, orãs
Deum pro ipso, sicut ipse omnium preces exposcit.
Quamobrem non Kyrie eleison populus clamat: sed,
ad multos annos Domine, quasi rogans Deum, vt sa-
crificet fœliciter; & in ea functione ætatem longius
extendat. Ingresso eo sanctuarium, ianuæ claudun-
tur, quod mysteria videri ab omnibus non deceat;
27. verùm ab iis solum, qui sacerdotio sunt initiati. Præ-
terea quomodo inter angelos primi diuina claritate
sine medio fruuntur: secundi per primos, & postre-
mi per medios (vt cœlesti præditus sapientia docet
Dionysius) sic item in Ecclesia est videre. Hierar-
cha quippe sine medio ad diuinam mensam accedit;
sacerdotes autem, & sacrorum ministri per ipsum.
Per sacerdotes deinde, & ministros, in tremendæ
communionis, sacrorumque hymnorum societatem
populus venit. Post primam precem sacri symboli
quod dicitur, fit salutatio, quoniam scilicet per sin-
ceram Trinitatis confessionem, & vnum de Trini-
tate incarnatum, inter nos vniti sumus, ipsaque con-
fessio cum angelis nos consociauit. Et quia diligere
debemus inuicem, quando & Christus per charita-
tem pro sacrificio oblatus est. Et communicaturum
illi ira vacantem accedere oportet. Et quia in futura
vita omnes amici, nullus ibi inimicus erit: procul
enim inde proiicientur. Relinquuntur porrò tecta
sacra dona, donec sacrum symbolum absoluatur;
quoniam omnia de Iesu purè confiteri, atque ita de-
mum apertè ac sine integumento ipsum intueri con-
28 uenit. Posthæc hierarcha sacrificans altaria astat, &
diuina laudans opera, atque pro omnibus gratias
A agens, ad angelos aggregatur, victorialémque cum
iisdem hymnum acclamat, SANCTVS, SANCTVS,
SANCTVS, quod idem populus præstat. Ex quo
intelligimus, in futuro sæculo easdem nos laudes
cum illis, quibus coniungemur, Deo cantaturos.
Deinde hierarcha laudato diuinorum operum om-
nium maximo, vnigeniti incarnatione, rursumque
præclarissimo opere œconomiæ illius, morte scilicet
pro nobis oppetita, ad recolenda mysteria progredi-
tur, & sancta verba, quæ Saluator ipse sacrificans pro-
tulit, clarè pronunciat. Postmodum gratiis actis pro
omnibus, donisque oblatis pro omnibus, diuinum
sibi auxilium, & super dona proposita gratiam spiri-
tus implorat, per quam & his signo crucis, inuoca-
B tionéque spiritus consecratis, statim Iesum, qui est
verè panis & poculum, ante se positum videt. Eius
namque corpus ipsum est panis, & eius ipsemet in
calice sanguis; & pro vniuerso mundo hostia, com-
munéque propitiatorium, & viuæ delitiæ, infinita-
que lætitia, & regnum cœlorum, & solum reuera bo-
num in sacra mensa mortalibus vniuersis proponi-
tur. Quocirca etiam pro omnibus hierarcha fidenter 29.
precatur. Concepit enim fiduciam, benignum & pa-
tientem totam se positum pro sacrificio inueniens, lau-
dat, & omnium nomine eum obsecrat, sanctorum-
que hominum, qui ex hac vita migrarunt, memo-
riam vsurpat, ante alios Virginis Dei matris, quæ ip-
sum clauso vtero peperit: testans & in hoc, nobis
cum sanctis societatem intercedere, & per istuc sa-
C crificium nos illorum consortes esse, qui fiduciam
apud diligentem & dilectum habeant, qua nos recon-
conciliare, & vnum cum eo efficere queant. Tan-
dem vbi rogauit, vt vno ore, & vno animo Deũ col-
laudemus, & misericordiam magni Dei Iesu Christi
super nos inuocauit, cœlesti patri nos adoptandos
offert, orans vt per naturalem eius filium à peccato
purgati, secundùm gratiam filij euadere, & qui pater
est cœlestis, eum dignè vocare patrem possimus.
Quod autem patrem appellamus in oratione Do-
minica, quam tunc pronunciat, signum est concordiæ
in futuro sæculo, & vnionis cum Deo in Spiritu san-
cto per vnigenitum eius filium. Vnde hierarcha pa-
cem precatus, & gratiis actis, & Iesu inuocato, vt se 30.
sanctorum participem faciat, & mereantur etiam
D cæteri per ipsum participes fieri, postquam sacris ab-
solutis ad communionem deuenit, *ὠμοφόριον* recipit,
declarans hac re, se prius ministrum fuisse, & sanctum
illud indumentum in se capessere verum. Quoniam
autem perfecto opere, & ad eleuandum panem, at-
que in partes diuidendum, & ad capiendum, aliisque
distribuendum accedit, necesse est illum omnia di-
gnitatis suæ sacra symbola induere. Et cùm hierar-
chæ præcipuum indumentum sit *ὠμοφόριον*, illud ne-
cessariò assumit. Indutus igitur, & in altum sublato
pane, dictoque SANCTA SANCTIS, ille quidem ad
sacrum illud sacræ mensæ, & viuum alimentum san-
ctos omnes vocat, dum dicit, SANCTA SANCTIS;
populus vicissim consona voce clamat VNVS SAN-
CTVS, VNVS IESVS CHRISTVS, *in gloria Dei pa-*
E *tris.* Quod à Paulo scriptum resonabit in extremo Philip. 2.
die, quando Iesu *flectetur omne genu, & omnis lingua
confitebitur, quoniam Dominus Iesus est in gloria Dei
patris.* Hoc igitur communis vnio fidelium, consen-
susque in proclamãdo incarnato filio Dei, qui regna-
bit super omnes, *Et regni eius non erit finis*, vt scriptũ Esai. 9.
est, sine vlla dubitatione significatur. Quin etiam ad
vocem SANCTA SANCTIS, quod respondetur,
VNVS SANCTVS, primùm quidem sanctitatem Dei,
qui ex semet sanctus est, & ab eo omnes sanctifica-
tos sanctitatem adipisci annunciat, & rationem caus-
sámque humilitatis complectitur: quasi dicatur, quis
nostrum mundus, aut quis sanctus est? vnus solus
sanctus Iesus Christus, qui benignè nos sanctificabit.
Quod

31. Quod autem eleuatur panis, Iesum in crucem sublatum intellige. Quare & poculum, seu calix proponitur, ipsa quæ ex sacro eius latere manarunt sanguinem, & aquam continens. Panem igitur in frustilla quatuor, forma crucis diuisu, ea deponit, & in eo Iesum crucifixum contemplatur: nec est alia talis contemplatio, qualis, Deum altissimum talem pro nobis factum coorentiari. Superiorem autem portionem, cum ea crucis figura expressa, in calicem immittit, mysteriorumque vnionem facit. Post, feruentem aquam in calicem inijcit: quo testatur, etiam mortuum Domini corpus, diuináque anima ab eo separata, nihilominus viuificum mansisse, diuinitate nimirum, operationibusque spiritus vniuersis ab eo neutiquam diuulsis. Et quia aqua feruens vitalem speciem ob calorem præbet, tempore communionis adhibetur: vt labiis admotis, & sanguini communicantes, ita afficiamur, quasi è viuifico illo latere biberemus. Afferuntur huius rei rationes à summis viris aliæ quoque & singulares, verùm nobis ista sufficiat.

32. Nam vt ex verbis ad hanc feruentis aquæ iniectionem addi solitis intelligere licet, hic quem diximus, Ecclesiæ scopus est. Ait enim, *Feruor sancti Spiritus*. Immo verò etiam quod in præsanctificata feruens aqua inditur, hoc liquidius declarat. Non enim super opus, si alius esset finis, id in donis facere, cùm in extrema liturgia in calice id factum sit. Alias autem partes in multas particulas diuidens Episcopus, etiã in hoc Dominum sacrificantem imitatur, fregit enim

Matth. 26. panem, vt scriptum est, deditque discipulis suis. Primus ipse panem, ac tremendum calicem participat: neque enim alius illi porrigit, nisi fortè quispiã eiusdem ordinis adsit, Episcopus videlicet. Deinde aliis omnibus, manum & maxillam sibi osculantibus communionem earum impertiens, etiam in futuro sæculo indissolubili nexu nos vnum cum Iesu fore denuotiat. Manus autem & gena osculum suscipiunt; illa quidem vt ministra, & quæ tremenda illa tangit: hæc, quia sermonis instrumentum est, vnde preces; & propter charitatem, communionemque in Christo, quod & verba interiecta solita probãt, CHRISTVS

33. IN MEDIO NOSTRVM. Præterea propter alapam, quam ibidem Dominus pertulit: quo recordetur Episcopus, qualem humilitatem Dominus nos docuerit, nec vllo modo in tam diuinis magnisque functionibus efferatur. Vbi porrò ij qui de sacrario sunt, in sacrario communicarunt: & ordini conuenienter (vt in futura vita futurum Paulus docet,

1. Cor. 15. *vnusquisque*, inquit, *in ordine suo*) manibus & ipsi diuinum panem acceperunt, & calicem libarunt, postmodum sanctissima donã cooperta etiam populo exhibentur. Quod monet, non esse fas, vt dictum est, omnes hæc aperta aspicere. Quod si quis ad communionem est paratus, etiam hic cum religione ac timore accedens, non sine medio; sed per fistulam

Tit. 2. seu canonam de manu Episcopali communicat. Atque ita oratione super hæreditate Dei, & populo acceptabili fusa, abit, donis suffitum adhibens, & adiiciens, quæ assumptionem Domini, & in posterum gloriam prædicationis significant, veluti sic eum alloquens: Tu vsque ad nos descendisti, & inter nos

34. visus es, & in cœlum ascendisti. Te assumpto gloria virtutis tuæ omnem terram impleuit. Per quam & nos sacrificantes tua mysteria, & participamus te, & quotidie ac perpetuò habemus te. Post hæc sacris à prothesi ablatis, diacono quidem disco super caput, sacerdotibus autem manibus calices tenentibus, ipse gratiis actis, & manibus lotis egreditur, quodque vocatur ἀντίδωρον, in populum distribuit. Quoniam enim Episcopus Christum, vt docuimus, exprimit, ipsum & sacrificauit, & participauit, & sacratis viris impertiuit. Sanctificationem autẽ participare opus est populum, quanta quidem à precibus, & tremendo sacrificio intellectuali modo fidelibus communicata est. Et quoniam etiam per vestes quasdam, vt quæ corpus contexerint, sanctificationem accipere oportet, per ἀντίδωρον id fit. Est autem sanctificatus panis in prothesi repositus, ex quo medium exsectum ad sacrificium offertur. Hic postea vt lanceola signatus, & diuinis verbis super se factis, loco donorum tremendorum videlicet iis qui non communicarunt, dispertitur. Quod Episcopus vbi fecit, & populo bene precatus est, finem missæ imponit.

OPVSCVLI CONCLVSIO.

35. AC nos quidem Missæ sacratissimæ arcana fusius explanare volebamus: sed cùm id intelligentiæ nostræ tenuitas prohibeat, & summi ac diuini quidam viri pro excellenti cognitione sua de his conscripserint, eò vos mittentes conticescemus. Quæ verò attulimus, non ea ipsi excogitauimus: sed ea Patribus, & pietatis doctoribus præcipuis, qui de his sublimia scripserunt, hausimus, & expressimus. Erat in animo de iis quoque disserere, quæ in Prothesi fiunt: verùm quia de his similiter ijdem explicauerunt, nos verba facere nihil attinet: pauca duntaxat admonebimus.

OBLATIONES IN PROTHESI quorsum spectent.


SEcundùm traditionem primùm quidem sacerdos panem offert, deinde calicem adiungit. Post etiam partes offert Deo, aliam quidem in honorem Dei matris, alias pro Sanctis, alias pro fidelibus viuis ac defunctis. Quæritur itaque quam vim habeant istæ partes, & vtrum in corpus Domini transmutentur: & quid iis conferant, pro quibus offeruntur. A Patribus docemur, partes oblatas multũ prodesse personis, quarum caussa offeruntur; est enim sacrificium pro illis oblatum Deo, sicut & sacerdos inter offerendum inquit, *Suscipe Domine sa-* 36.
crificium istud. Quæ igitur pro sanctis offeruntur, ad gloriam eorum & honorem, ad augendam dignitatem, & diuinam claritatem valent. Quæ autem pro fidelibus qui obdormierunt, ad remissionem peccatorum, & diuinæ gratiæ adeptionem. Quæ pro viuis, pro iis quidem, quorum tota vita pœnitentiæ est addicta, ad pœnarum condonationem, ad peccatorum remissionem; ad spem vitæ æternæ. Nam & Sancti per diuinum sacrificium exaltantur, & fidelibus, vt dictum est, diuina misericordia impenditur. Sed quam est vtile hoc opus, si pro dignis administretur, tam periculosum ac damnosum, si pro his qui quantum in homine est, dignos sese non præstant. Pars enim pro quopiam oblata, propè diuinum panem iacens, dum ille sacrificatur, & corpus fit, statim sanctificationem & ipsa participat. In calicem verò missa, sanguini vnitur. Quare & animæ, pro qua oblata est, gra- 37.
tiam conciliat. Efficitur itaque intelligibilis communio. Et siquidem pietatem colentium est, aut eorum qui quanquam peccauerunt, piacula tamen subierunt, modo non aspectabili, vt dicebamus, in anima communionem spiritus homo suscipit. Sæpe autem, quod comperimus, corporalem quoque vtilitatem inuenit. Quod si quis sceleribus abstinere non vult, & ad communionem istam haud idoneus est, sacrificium pro eo oblatum in damnationem illi cedet. Vnde cauendum sacerdoti, ne ab eo oblationem accipiat, neve pro talibus offerat, qui abiecto omni pudore peccata committunt,

ne forè cum ipsis damnetur. Ex hoc autem & tentationes & tribulationes sequuntur. Idcirco, inquit Paulus, *inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*

AD SACERDOTES PIA admonitio.

NEcesse est porrò & sacerdotem in maximis hisce operibus Dei sibi attendere, & dijudicare semetipsum, vt scriptum est, & adhibere cautionem pro viribus. Si enim circa alios adeò prouidum esse oportet, multo amplius circa se. Et si manducans & bibens indignè, siue communicans tan- A tum, iudicium sibi manducat, & bibit multò magis qui indignè sacrificat. Quod cùm ita sit, quantum possumus nobis attendamus, qui sacris faciendis destinati sumus, & omnimodis puritati studeamus, & iniuriarum obliuiscamur. Humilitas & charitas in animabus nostris augeantur. Hæc enim opera sunt illius, qui à nobis sanctificatur. Vt & in præsenti sæculo dignè ipsum participemus, & in futuro eius ineffabilem, & æternam communionem mereamur, gratia & benignitate eiusdem Christi filij Dei viui, quem decet gloria cum Patre principij experte, & sanctissimo, ac bono, & viuifico Spiritu, nunc & semper, & in omnia spatia sæculorum. Amen.

FINIS.





INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM QVÆ IN HOC PRIMO Actuarij magnæ Bibliothecæ veterum Patrum & scriptorum Ecclesiasticorum volumine occurrunt.

A.



Index Tomi Primi

Agesilaos

Index Tomi Primi

Index Tomi Primi

Arpinati

Index Tomi Primi

Babyloniç

Index Tomi Primi

Caphar.

Index Tomi Primi

Christianis

Consul

Delubra

G

I

Index Tomi primi

Alter

L

M

Manichæorum

Index Tomi primi

Minotauri

N

O

Index Tomi primi

P

Passionum

Placidis

Index Tomi Primi

Q.

Quęs

R.

S.

Sacerdotis

Senulia

V.

Varro

Index Tomi Primi

X.

Y.

Z.

FINIS.



INDEX
LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVI IN HOC primo Auctuarij magnæ Bibliothecæ veterum patrum & scriptorum Ecclesiasticorum volumine, ab iisdem afferuntur, & explicantur.

EX GENESI.

Ex Exodo.

Ex Leuitico.

Ex Lib. Numer.

Ex Deuteron.

Ex Iosue.

Ex Lib. Reg.

Ex Lib. Paral.

Ex Lib. Tobiæ.

Ex Lib. Iudith.

Ex Lib. Iob.

Ex Libr. Psalmor.

Ex Hierem. Prophet.

Ex Prophetia Baruch.

Ex Prophet. Ezechiel.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Euang. Matthæi.

Locorum sacræ Scripturæ.

Ex Euangel. Ioan.

Ex Act. Apost.

Ex Epist. ad Rom.

Ex Epiſt. 1. ad Cor.

Index Tomi primi

Ex Epist. II. ad Corinth.

Ex Epist. ad Gal.

Ex Epist. ad Ephes.

Index Tomi primi

Ex Epist. ad Philipp.

Ex Epist ad Coloss.

Ex Epist. ad Thess.

Ex Epist. ad Thessal. secund.

Ex Epist. 1. ad Timoth.

Ex Epist. 2. ad Timoth.

Ex Epist. ad Titum.

Epist. ad Hebr.

Hebr. 1. 13.

Ex Epist. Iac.

Ex Epist. Canon. Petri I.

Ex Epist. Canon. Petri. II.

Ex Epist. Cathol. Ioan. Apost.

Ex Apocal.

F I N I S.